¶ Primo inquā cōsideremus cuius conditiōis fuerit angelus q̄ nūciauit incarnationē xp̄i. Et colligit ex dictis sancti Tho. iij. di. iij. lib. q. iij. ar. ij. q. ij. ⁊ in. iij. parte sum. q. iij. ar. ij. ad. iiij. ar. ille angelus fuit de medio ordine infime hierarchie q̄ est ordo archāgeloꝝ. Qd̄ conueniens videt esse ⁊ verū: vt saluaret ꝓprietas ordinū: qꝛ ad angelos ꝑtinet dirigere actus alicuius hoīs q̄ ad ipsuꝫ tm̄ ꝑtinet: vñ dicunt mysteria nunciare. Ad archāgelos v̄o ꝑtinet dirigere actus hominis q̄ in totā multitudinē redūdant. vñ ⁊ medij. s. archāgeli dicunt quasi p̄ncipes angeli. Qꝛ ergo ꝯsensus btē v̄ginis q̄ ꝑ angelū req̄rebat erat actus singularis ꝑsone redūdās in vtilitatē multitudinis: immo totius humani generis: iō angelus ille debuit esse de ordine archangeloruꝫ. Et credibile est ꝙ fuerit summus ī illo ordine. Aliq̄ v̄o alij dicūt illū fuisse de summo ordine sup̄me hierarchie: qꝛ ꝓprietas illoꝝ est in dei amore ardere. Et qꝛ in incarnatione succendēda erit amoris flāma in tota eccl̄ia et singulariter in aīa virginis: iō angelus ille debebat eē de ordine seraphin. Nec ꝓpter hoc ꝑuertit ordo: qꝛ sicut singulare erat opus incarnationis cōplēdum in virgine: nullo mō possibile ꝟm ordinem create nature: ita singularis debebat esse nūcius ille q̄ mittebat ad talia nūciādū. Quicq̄d aūt sit satis est nobis ꝙ de summis celoꝝ angelus missus est siue fuerit de scdo: siue de sup̄mo ordine prime celestis hierarchie. ¶ Scdo consideremus cuius cōditionis fuerit angelus quātū ad nomen: qꝛ vocat Gabriel: qd̄ suo officio cōgruit. Naꝫ ꝟm Grego. Gabriel fortitudo dei interpretat. Ad ostendēdū ꝙ incarnationis mysterium esset ꝑ dei fortitudinē nunciādū. Et sil̄r ad ostēdēdū ꝙ dn̄s virtutum veniebat ad debellādū aereas ptātes. Ita ꝙ Gabriel annūciauit virgini: ꝙ fortis deus veniebat ad fortē mulierem. De qua d̄r Prouer. vl. Mulierē fortē q̄s inueniet.

¶ Tertio cōsideremus in angelo nūciāte cuius cōditionis fuerit quantū ad visionē ⁊ apparitionē. Et ad h̄ dicit Chryso. sup Mat. ꝙ angelus apparuit virgini visione corporali: qd̄ conueniens fuit triplici ratione.

Primo rōne similitudinis.
Scdo rōne celsitudinis.
Tertio rōne certitudinis.

¶ Prima rō fuit sil̄itudinis: qꝛ illud qd̄ annūciabat erat incarnatio inuisibilis dei. Vñ cōueniēs fuit vt ad hmōi rei declarationē inuisibilis creatura formam assumeret in qua visibiliter appareret. ¶ Scda rō d̄r celsitudinis. Cōueniebat em̄ mr̄i dei q̄ nō solū in mēte: sed etiā in corporeo vētre erat filiuꝫ dei receptura vt angelū corporaliter videret. ¶ Sed si aliq̄s obijceret ꝙ magis faceret ad dignitatē virginis: si angelus apparuisset ei visiōe intellectuali: qꝛ vt Aug. di. xij. sup Gen̄. ad lr̄am: dignior est intellectualis visio q̄ꝫ corporalis: qꝛ visione intellectuali videt in sui substātia: visione v̄o corporali videt in assumpta figura: ergo dignius fuisset apparere visiōe intellectuali. Respōdere possumus ꝙ intellectualis visio est potior q̄ꝫ sit imaginaria vel corporalis si sit sola. Sed ipse Aug. dicit ꝙ excellentior est ꝓphetia q̄ hꝫ intellectualē ⁊ imaginariā visionez: q̄ꝫ illa q̄ hꝫ alterā tm̄. Iō btā virgo non solū ꝑcepit visionē corporalez in angeli apparitiōe: sed etiā intellectualē illuminationē. Vñ apparitio nobilior fuit. Fuisset tn̄ nobilior si ip̄m angelum intellectuali visione in ꝓpria specie vidisset siue in sui sub̄a. Sed hoc nō patit status viatoris vt angelum ꝑ essentiā videat. ¶ Tertia rō q̄re angelus appuit corꝑali visione d̄r certitudīs. Ea em̄ q̄ sunt oculis subiecta certius cōprehēdim⁹ q̄ꝫ ea q̄ imaginamur. Propter hec oīa Augu. in quodā ser. virginē introducēs loquētē ait: Venit ad me q̄dā magnus paranymphus xp̄i: nō p̄riarcha primus: aut

ꝓpheta egregius: sed Gabriel archāgelus facie rutilās: veste coruscans: gressu mirabilis: ⁊ aspectu terribilis: q̄ visitauit ⁊ ꝑturbauit me. Hec ille. Felix illa apparitio ⁊ iocūda nimis in qua nūciabat ab angelo nouuz letissimū: nouum gratissimū: nouū ꝓpinquissimū: de salute humani gn̄is. Quid audisti o puella formosa? O mulier sctā: o virgo ꝟtuosa. Quid audisti: q̄d angelus tibi retulit? Certe nulla vnq̄ creatura fuit q̄ habuerit talē reuelationē: qualē tu habuisti. Tibi dicitur: Aue: idest sine vhe. Tibi dicitur plena gr̄a. Tibi bn̄dictio datur: in mulieribus. Tibi p̄nūciat angelus ex tuo vtero in mūdū dei filiū egressuruz. O btā femina longū esset narrare cūcta q̄ angelus dixit: Que virgo respōdit illa de q̄bus plene suo loco dicem⁹. Nunc aūt veniamus ad qd̄ erat vidēdū in tertia cōclusione p̄posita.

¶ Qr gloriosa virgo etsi non merito cōdigni: tamē merito congrui ⁊ digni meruit esse mater filij dei. Capitulum. iij.

Tertia ꝯclusio d̄r virtuositatis. In qua contēplari libet si ex virtutibus meruit virgo cōcipe xp̄m. Et ne ꝑ multa vagemur dicim⁹ ad hoc ſm doctrinā dn̄i Bon̄. in. iij. di. iiij. ar. ij. q. ij. ꝙ triplex est meritum.

Primū d̄r cōdigni.
Scd̄m d̄r cōgrui.
Tertiū d̄r digni.

¶ Primū est meritū cōdigni: quo q̄s ex tāta charitate meret̄ tātā gloriā. Et hoc merito virgo nō potuit mereri cōcipere filiū dei: ꝓ eo ꝙ hoc excedit oē merituz. Et qr erat ipsius meriti gl̄iose virginis fundamētū. Siue em̄ dicamus deū fieri hoīem: siue dicamus mulierē fieri matrem dei vtrūq̄z est supra statū q̄ debet creature. Et iō tā hoc q̄ illud fuit benignitatis ⁊ gratie. ¶ Scd̄m est meritum cōgrui: quo pctōr d̄r gratiaz sibi mereri cū ad gr̄az se disponit. Et btā virgo meruit an̄ incarnationē cōcipere filiū dei: qm̄ pre nimia sua puritate: benignitate ⁊ humilitate idonea erat vt efficeretur mr̄ dei. ¶ Tertiū est merituz digni: quo scz vir iustus orat ꝓ alio vt mereat exaudiri. Et hoc merito meruit btā virgo cōcipere xp̄m post annūciationē: qr spiritussctūs in eā copiosissime descēdit nō indispositā. Si em̄ bn̄ ꝯsiderem⁹ q̄d cōtineat in verbis illis q̄ virgo sacratissima cōcludēdo angelo dixit: ecce ancilla dn̄i: certe eā dignā iudicabim⁹ ꝯceptione filij dei. Nā cū dixit: Ecce prōptitudinē obediētie ostēdit q̄ tāta fuit ꝙ nūq̄z deo gratior acceptiorq̄z in aliqua alia creatura siue hoīe siue angelo inueniri poterit. Cū subiunxit ancilla dn̄i: ꝓfundū humilitatis sue ostēdit siue manifestauit. Non em̄ potuit ea q̄ eligebat vt esset mr̄ dei efficacius sibi ipsi vilescere: deūq̄z magnificare: q̄z se ancillā dn̄i nūcupādo. Cū dixit: Fiat mihi: fidē suā declarauit. Cui⁹ lumine adeo fuit illustrata: vt nihil de xp̄o incarnādo sentiret diminutū. Cū tādē dixit: ſm verbū tuum: charitatē suam aperuit: qua ad deū diligēdū ita cū illo ardēter ꝯiuncta fuit: vt creatura non sufficiat illud cogitare. Nūq̄z in hac vita inuētus est nec inueniet q̄ tāto feruore amoris cor suū dederit deo: quātū tribuit tūc ipsa virgo btā Nullus etem̄ eoꝝ q̄ dilexerunt deū fuit in eo excessu dilectionis in quo ipsa feruebat: adeo ꝙ illis verbis ꝓlatis merito digni meruit esse mr̄ dei. O armariū diuine gr̄e: o armariū diuine misericordre: o fons pietatis: o fons castitatis: o puteus humilitatis: o plenitudo prudētie: o plenitudo gr̄e q̄ tm̄ meruisti. Propter q̄ impetra nobis gr̄am filij tui: vt valeamus illius amore recolere qd̄ ipse ꝓ nobis dignatus est facere: q̄ est bn̄dictus ⁊ laudabilis per infinita secula seculorum. Amen.

¶ Sabbato post primā dn̄icā aduētus de mirabili ꝯceptione filij dei iesu xp̄i: ⁊ qualiter virgo gl̄iosa ip̄m concepit in vtero suo verū deū ⁊ veruz hoīem: ⁊ de his que occurrunt circa hanc conceptionem consideranda. Sermo. vij.

¶ Jesus vtero claudit. Fructus. vij.

Or p̄cessit di-

n es autē appropinquabit Jterū vbi. s. Lc. xxiij. aīa supra modū in cognitione veritatis eius potissimū q̄ ingenij ꝓprij vires ad facultatē excedit: nec haberi p̄t nisi aliq̄ lumine diuine gr̄e interueniēte siue illud sit lumen apparitiōis siue visiōis: siue fidei. Et q: hec nobis veritas p̄dicat mōstraturq̄ fidei rō. s. q̄ xp̄s filius dei ꝓceptus fuerit de spūsctō in vētre virginali. Jccirco in p̄nti sermone p tāte veritatis claritate intelligēda: ac deuotione dicem⁹ de cōceptiōe mirifica ac stipēda. d. n. iesu xp̄i. Et more solito proponimus fructū suauissimū t dulcissimū huius sermonis q̄ est. Jesus vtero claudit. In q̄ tres cōclusiones principales declarabimus: videlz

Prima ꝓclusio ē: spūsancti supuētio.
Scōa ꝓclusio ē: xp̄i ꝓceptio.
Tertia ꝓclusio ē: corporis cōditio.

¶ Q: virgo sacratissima cōcepit xp̄m: supueniēte in ea spūsctō: t quare talis ꝓceptio attribuit spūsctō cuius filius nullo mō dictus est xp̄s atq̄ quō exponitur illud angelicū dictum: spūsctō superueniet in te. Lap̄. j.

Prima cōclusio ē: spūsancti supuētio. Q: em̄ ꝑm angelicū ꝓmissum in xp̄i ꝓceptiōe spūsctūs supuenit in virgine videtur attribui spūsctō spāliter corpis xp̄i ꝓceptio. Qō cōueniens ostēdit. s. Tho. di. iiij. iij. li. q. j. ar. j. q. iij. t. iij. parte sum. q. xxxij. ar. j. triplici ratione.

Primo rōne charitatis.
Scōo rōne liberalitatis.
Tertio rōne sctitatis.

¶ Primo cōuenienter attribuit spūsctō talis conceptio rōne charitatis. Spūs em̄ sctūs est charitas vel amor dei p̄ris t filij. Ex maximo aūt amore dei prouenit vt filius dei sibi carnē assumeret in vtero virginali: vt ē. Jo. b. iij. ¶ Scōo cōueniēter ē: xp̄s cōceptus de spūsctō rōne liberalitatis. Ut em̄ dictum est. s. fructu. ij. t ꝓclu. iij. nō aliq̄bus meritis sed sola liberalitate gr̄a dei filius carnē assumpsit. Jō spūsctō q̄ est ipsa gr̄a cōceptio xp̄i attribuit: vt dicit Aug. in enchiridiō. ¶ Tertio ꝓceptio xp̄i attribuit spūsctō rōne sctitatis. Q: em̄ spūsctūs est spūs sctificationis: vt ē: Roma. j. iō sicut alij ꝑ spūm sctificant spūaliter vt fiant filij dei adoptiui: ita xp̄s ꝑ spūm sanctū est in sctitate ꝓceptus: vt esset filius dei naturalis. Et ꝓpter hoc angelus dixit bt̄ē virgini. Jō t qō nascet ex te sanctū vocabit filius dei. Neq̄ tm̄ xp̄s q: de spūsctō ꝓceptus ē: filius est spūsctī putādus: q: vt inqt Aug. in ench. Natus est de spūsctō xp̄s non sicut filius: t de Maria virgine sicut filius. Doctor aūt seraphicus dn̄s Bon̄. in. iij. dist. iij. ar. j. q. ij. dicit: q̄ hec locutio xp̄us est filius spūsancti: nullo mō est admittēda. Tū ꝓpter vitandū errorē circa generationes tēporalē. Tū circa generationē eternā.

¶ Circa generationes tēporalem debet vitari error: q: cū ꝑm illā si diceret xp̄s conceptus de virgine t spūsctō: ac si spiritussctūs eius esset pater: t virgo eius mater: iam videretur ex hoc q̄ xp̄s natus esset de maria t spiritusancto: sicut nascitur proles de viro t muliere: quod falsum est: q: ꝑles partē accipit a patre t partē accipit a matre: in qua assimilatur patri t matri in eadē forma t natura. Qō nullo modo est reperire in christo: qui soli matri assimilatur in natura assumpta. ¶ Circa generationes eternā vitandus est error ne fiat confusio eternarum relationum t proprietatū. Unde cum ꝓprium sit persone patris generare respectu persone filij: nullatenus admittitur xp̄m esse filiū spūsancti. In quo nō est alia ꝑsona vel hypostasis: q̄ illa quam pater ab eterno genuit. Vnde Augu. vt dicit magister in. iij. distin. iij. ait: Quis dicere audebit xp̄m esse filiū spūsancti: cū hoc ita sit absurdū vt nulle

fideliū aures valeāt sustinere. Ideo catholice inferenda est autoritas illa angeli: videlz Spūssanctus supueniet in te. Non em̄ supuenient in virginē spiritussctūs vt esset pater xp̄i: sed vt dicit Tho. in. iij. sen. dist. iij. hec supuētio potest multiplr̄ ītelligi. Primo spūssctūs superueniet in te. i. sup possibilitatē et cursum nature veniet in te: dando fecūditatē ⁊ ꝯseruando virginitatē. Scdo spūssctūs superueniet in te. i. supra illd̄ qd̄ habes de plenitudine ei⁹ in te. Qr sicut olim impleuit mentē: nunc presentia filij sui implebit ventrē: operādo filij dei conceptionē. Tertio exponit̄ spiritussctūs supueniet in te. i. desuper celis veniet in te. Qr omne datū optimū ⁊ oē donū perfectū desursuz est. Jac. j. Quarto exponit̄ spūssctūs supueniet ī te. i. supra merita tua: et supra merita oīm creaturarū. Quinto exponit̄ spiritussctūs supueniet in te. i. sup oēs qui ante te fuerūt ⁊ erūt vt sis ei⁹ tabernaculū: tēplū: ⁊ sacrariū. Ex his cū audimus spm̄sctm̄ superuenisse statim operis magnitudinem admiremur venere-murqz in v̄gine fecūda amplissimū munus plenitudinis gr̄e sibi ꝯcesse: q̄ tāta fuit: vt sola esset illius mater in terris: qui solū habet patrē in celis.

¶ Qr xp̄i ꝯceptio fuit admirabilis valde: tū ꝓpter tp̄s qr facta est in instanti: tū ꝓpter virginez in qua est facta: tum ꝓpter gl̄iam aīe xp̄i. Capl̄m. ij.

Secunda conclusio dicitur cōceptionis. Fuit quidem christi conceptio admirabilis valde triplici ratione.

Prima ratio d̄r tp̄is.
Scda ratio d̄r v̄ginis.
Tertia ratio d̄r gr̄e.

¶ Primo fuit admirabilis cōceptio xp̄i rōne tp̄is: qr fuit subitanea ⁊ in instāti: nr̄a aūt est successiua et in tp̄e: vt dicit Jobes Damas. Qd̄ si fuerit talis cōceptio declarat sctūs Tho. in. iij. sen. dist. iij. q. ij. ⁊ in. ij. p̄te sum. q. xxiij. ar. j. tali rōne. Cōceptio xp̄i facta fuit virtute diuina. Uirt⁹ aūt diuina cum sit infinita effectū suū subito ⁊ in instāti producere pōt. Ideo in ꝯceptione xp̄i quattuor eodem instanti fuerunt.

Primo scz conuersio sanguis purissimi beate v̄ginis in carnem ⁊ alias partes corporis christi.

Scdo formatio mēbroꝝ organicoꝝ.
Tertio aīatio corporis organici.
Quarto assumptio corporis animati in vnitatē diuine persone.

¶ In nobis aūt ꝓpter v̄tutis finitā: et defectū agētis: ⁊ ꝓpter dispositionē patiētz hec successiue ꝯtingūt. Ita ꝙ maris cōceptio nō p̄ficit̄ nisi vsqz ad certā diē: vt pb̄s dicit. ix. de aīalib⁹. ⁊ sil̄r femine. In xp̄i aūt conceptione materia quā virgo ministrauit statim formā ⁊ figurā humani corp̄is accepit. ¶ Secundo xp̄i ꝯceptio fuit mirabilis rōne virginis. Magnū nāqz aliqd̄ miraculū cōtingit esse duob⁹ modis. Uno modo qn̄ agens nec est naturale: nec materia est naturalr̄ ꝓportionata ad talē formā: vt formatio hoīs de limo terre q̄ est miraculosa tā ex parte agētis q̄ ex p̄te materie patiētis. Alio mō ꝯtingit miraculū qn̄ materia est naturalis: agens aūt est supernaturale: sicut qn̄ aliqs a febre sanat̄. Qr ergo materia quā v̄go administrauit ad formationem corp̄is xp̄i fuit naturalis: ex qua corp⁹ hoīs naturalr̄ formari pōt: ⁊ ꝓpter hāc materiā naturalē quā virgo p̄parauit ad cōceptionē corporis xp̄i: xp̄s d̄r naturalis fili⁹ virginis: sz virtus formās fuit diuina scilz virt⁹ spūssancti. Et qr vnūqd̄qz magis iudicat̄ b̄m formā q̄ b̄m materiam: magis b̄m agēs q̄ b̄m patiens: inde est ꝙ cōceptio corp̄is xp̄i dz dici simplr̄ miraculosa ⁊ supnaturalis. Scdm qd̄ v̄o. s. ex parte materie quam virgo p̄parauit pōt dici naturalis. Sz forte aliquis arguet ꝙ ꝯceptio xp̄i etiā ex parte virtutis actiue fuit naturalis tali rōne. In illuminatiōe ceci q̄uis potentia visiua miraculose detur: tn̄ post acceptā potētiā cecus naturalr̄ videt. Sz spūssctūs

virgini potētiā generatiuā dedit eā. ergo postea naturalr generauit. Ad hoc respōdet sctūs Tho. in. iij. dist. iij. q. ij. ar. ij. q. j. ad. iij. ar. duobus modis. Primo ꝙ nō est sile exēplū: eo ꝙ ceco illuminato datur potētia visiua sine omni dispositione ꝯtrariū visioni. Et iō operatio seu visio sequēs est naturalis. Sz potētia generandi data est virgini manente virginitate: q̄ est dispositio ꝯria ad ꝯceptū. Alio mō pōt dici ꝙ exēplum non est simile: eo ꝙ ceco illuminato datur potētia passiua cuius opatio est ꝓpter hoc ꝙ mouetur ab agēte naturali scilz colore: ⁊ ideo illa visio est naturalis. Sed virgini datur potētia generādi per hoc ꝙ mota est eiꝰ potētia passiua ad generādū ab agēte supnaturali. ideo ꝯceptio corpis xpi est miraculosa. Hinc anselmꝰ ait li. de ꝯceptu virginali. Spūssanctus virtus altissimi virum virginē de muliere virgine mirabiliter propagauit. ¶ Tertio xpi cōceptio fuit mirabilis ratione gr̄e: qꝛ vt dicit Alex. in. iij. q. xij. mē. iij. xps ab instāti sue cōceptionis fuit ita plenꝰ gr̄a: ꝙ eiꝰ gr̄a augeri nō potuit. Nā augmentū nō cōpetit rei ꝟm ꝙ res est ī termino: sz ꝟm ꝙ est ī vna ad terminū: qꝛ ꝟm ꝙ res est in termino: tota potentialitas capacitatis eius est impleta ex fine implēte: ⁊ ideo nō habet vlteriꝰ quo crescat. Et qꝛ anima xpi ab initio conceptionis fini vltimo est vnita: non solum per fruitionem vt esset perfectus comprehensor: sed etiam per verbi vnionem: ideo gratia eius augeri non potuit.

¶ Qꝛ corpus dn̄i nr̄i iesu xpi fuit in instāti formatū ⁊ assumptū: ⁊ q̄re illd̄ nō fuit ꝓductū ī ꝑfecta quātitate. Cap. iij.

Tertia ꝯclusio d̄r corpis cōditio. Fuit em̄ corpꝰ dn̄i nr̄i iesu xpi vtero virginis clausuz in ꝯceptione triplici cōditione sociatum: videlicz

Prima d̄r formatio.
Scd̄a d̄r animatio.
Tertia d̄r assumptio.

¶ Prima ꝯditio d̄r formatio: qꝛ corpus xpi in instanti conceptionis fuit ꝑfecte formatū: quātū ad ꝑfectā organizationem ⁊ dispositionē membroꝝ. Qd̄ ꝓbatur ꝑ Aug. li. de fide ad Petrū dicētē: Firmissime tene ⁊ nullatenus dubites nō carnē xpi sine diuinitate ī vtero virginis fuisse ꝯceptā priusq̄ susciperet a v̄bo. Ex hoc dicimꝰ ꝟm magr̄m in. iij. ꝙ verbū nō suscepit nisi carnez formatā. Dn̄s aūt Bon̄. supra p̄fatā di. iij. ꝑte. ij. ar. iij. q. ij. di. h̄ fuisse ꝯuēiēs triplici rōe

Primo ex ꝑte v̄bi assumētis.
Scd̄o ex ꝑte v̄tutꝫ operātis.
Tertio ex ꝑte v̄ginis ꝯcipiētꝫ.

¶ Prima rō sumit̄ ex parte v̄bi assumētis: qꝛ nō debebat v̄bū assumere partez humane nature: vt esset hō ꝟm quid: sz ꝟm totā humanā naturā: ⁊ ita carnem ⁊ animā: maxime cū aīa det carni cōueniētiā: vt vniat̄ cum diuina natura. Et qm̄ aīa nō est nata vniri nisi carni formate ⁊ organizate: ideo in p̄mo instāti conceptiōis necesse fuit corpus xpi ad perfectā organizationez adduci. Unde Aug. lib. de trini. Nō in vtero virginis prius caro concepta est: ⁊ postea diuinitas venit in carne: sed mox vt deiverbū in vterū venit factum est caro seruata ꝓprietate nature: ⁊ ꝑfectus homo ⁊ in veritate carnis ⁊ aīe natꝰ est. ¶ Scd̄a ratio sumitur ex parte virtutis operantis: qꝛ virtus diuina operat̄ mirabilr. Hoc aūt est miraculū miraculoꝝ: ꝙ femina ꝯcipiat deum: ideo ad sue mirabilis potentie ostēsionē subito formauit illud corpus: qd̄ formare natura nō poterat nisi successiue. ¶ Tertia rō sumit̄ ex parte virginis concipientis: que statim vt consensit: repleta fuit spiritusancto ⁊ mater dei effecta. Et qm̄ mat̄ dei non erat: nisi deus vnitꝰ esset carni quā conceperat: ⁊ caro nec deo nec aīe deberet vniri: nisi haberet membroꝝ distinctionē conueniētem. Hinc est ꝙ ab instanti cōceptionis in membroꝝ distinctione corpus xpi debuit esse ꝑfectum. Sed tamen hic remanet mens dubia:

cur corpus illud perfectū quātū ad organizationē non fuit productū siue formatū in perfectione quātū ad quātitatem. Non em̄ fuit corpus Ade nobilioris ꝯditionis q̄ corpus xp̄i: et tn̄ illud in instanti creationis fuit ꝑfecte a deo formatū quantū ad quantitatē molis. Et hoc dicit dn̄s Bon̄. vbi. s̄. q. j. Rn̄detur ꝙ perfectio quātitatis illius corporis fuit operatiōe nature: cui⁹ est operari s̄m tp̄is successionē. Et licꝫ deus aliter de illo corpore facere potuisset: voluit tn̄ sic esse triplici ratione.

Primo ꝓpter legis vniuersitatis cōseruationem.

Scd̄o ꝓpter fidei cōfirmationē.

Tertio propter humilitatis xp̄i commendationem.

¶ Prima ergo rō fuit ꝓpter legis vniuersitatis ꝯseruationē. Nam deus vnicuiqꝫ nature ꝯcessit ꝓpriā opationem: nec vtitur miraculo vbi natura ꝑ se pōt sufficienter opari. Et qꝛ natura in xp̄o satis sufficiēter poterat corpus xp̄i ad ꝑfectā quātitatē deducere ita ꝙ i nullo derogabat̄ eius dignitati: noluit de⁹ tp̄s anticipare tanq̄ iustus vniuersitatis administrator: vt vnūqd̄qꝫ iuxta virtutē sibi cōuenientē operari sineret. Et hoc quidē conueniebat: qꝛ naturaꝫ nolebat perdere sed reparare. ¶ Scd̄a rō fuit ꝓpter fidei cōfirmationē. In hoc em̄ veritas fidei confirmat̄ ad firmiter credendū ꝙ xp̄s nō fantasticā: sed verā carnē assumpsit. ¶ Tertia rō fuit ꝓpter humilitatis xp̄i cōmēdationē. Cōmendatur nāqꝫ sua humilitas: qn̄ nō soluꝫ dei filius factus est hō: sed nat⁹ est paruulus materno lacte nutritus in cuna vagiens intra matris brachia gestat⁹: ⁊ officia queqꝫ suscipiens q̄bus infantuli indigere solent. ¶ Scd̄a conditio corporis xp̄i d̄r animatio. Fuit nēpe illud corpus p̄ter morē alioꝝ: vt dictum est in instanti animatū. De qua aīatione diffusius dicturi sumus in sequentibus. ¶ Tertia conditio illius corporis fuit assumptio: qꝛ in eodem etiā instāti fuit a verbo assumptū. Vn̄ Greg. xviij. li. moral. Angelo annunciāte ⁊ spūsctō aduēniente: mox verbū in vtero: ⁊ mox intra vterū verbū caro. Quib⁹ diligenter ꝯsideratis: si xp̄m inspicere voluerimus in vtero virginis reclusum deducemur ad ingētes gr̄as ei ꝑsoluēdas: q̄ pro nobis pctōribus ꝑ nobis miseris ⁊ vilissimis vermiculis ꝑ nobis īimicis eterni patris. ix. mensibus habitare voluit in thalamo virginali. Sed q̄d dicemus de virgine illa gratiosissima q̄ talē filiū tenebat inventre? O res digna miratu? O stupendū ꝓdigiū? O ineffabile sacr̄m? Stat in sua cellula virgo deuota inventre suo bainlat quē celi ⁊ terra capere nō possunt. Sciebat se in v̄ginē esse. Experiebatur se iā ꝯcepisse. Certissima erat ex angelica instructione de nouitate tanti miraculi: qꝛ cōceperat filiū dei humani generis redēptorē. Multa erat in eius corde suauitatis repletio: multa in mente dulcedo ⁊ copia iocunditatis. Leue pondus letumqꝫ sustinebat. O quot lachryme fluebant ex oculis illi⁹ virginis humilis in tali gestione tanti filij iubilantis? O q̄d dicebat? Quid loquebat̄? Quid cogitabat? Certe humana mēs secreta hm̄ōi plene excogitare non valet. Possum⁹ tn̄ pie credere puellam illam deo dilectā die noctuqꝫ in semetip̄a dixisse. Filium dei inventre habeo. Ip̄m teneo quem ꝓphete predixerunt: quē patriarche prenunciauerunt: quē sancti patres desiderauerunt: qui mūdū saluare debet: q̄ īfernuꝫ expoliabit: qui paradisuꝫ aperiet: qui āgelos letificabit. Ip̄e est dei fili⁹. Ipse est me⁹ filius. O fili mi pijssime: quem corde credo: corpore teneo: quādo te oculis proprijs aspiciaꝫ? Quādo te infantulum natum lacte depascam? Vn̄ hoc mihi vt tu me in tuā matrē elegeris? Gratias tibi ago deus meus qui sis in eternum benedictus. Hec ⁊ sil̄ia poterat virgo mēte reuoluere. Nos autem debiles ⁊ infirmi eā precemur humilibus precibus: vt pro nobis īterce-

dere velit apud suum dilectū filium regnantem in celis: quem ipsa tenuit in vtero incarnatum in terris: qui est bñdictus ꝛc. Amen.

¶ Dñica scda aduentus: de diuinitate Jesu xpi: qui sicut fuit verus ꝛ ꝑfectus homo: ita fuit verus ꝛ perfectus deus: qd si quis nō crederet absq; dubio periret: q: ita debemus credere xpm deum: vt etiā non negemus hominem: et ita ipsum hominem tenemur confiteri vt etiam deum esse non dubitemus.

Sermo.viij.

¶ Jesus est filius dei. Fructus.viij.

Beatus qui nō fuerit scandalizat⁹ ī me. Verba sunt redēptoris nr̄i originalr̄ Mat.xj.et in euāgelio p̄sentis dñice. Conat̄ antiquus hostis quātuz pōt mentē euertere a luce veritatis: vt errore disseminato in animā sibi credentez: eā facile decipiat: atq; deducat ꝑ semitā vitioꝝ. Et īter cetera conat̄ suggerere his qui curiosi vel īertes fuerint: opiniones varias falsas ꝛ impias circa incarnationis sacratissime mysteria. De quibus qui male sentit de xpo redēptore vere scādalizatur: ꝛ a sua salute ꝓcul dubio efficitur alienus. Jccirco redemptor noster discipulos Johānis instruxit dicens eos fore beatos qui non scādalizantur in ipo.i. qui bene sapiūt de diuinitate ꝛ humanitate. Et quoniam xpm incarnatum ita confiteri debem⁹ hominem vt non negemus deum: ideo in presenti sermone de Jesu xpi diuinitate dicturi sum⁹. De qua null⁹ in xpo scandalizari debet: quia omnes ipsum credere tenemur verū hominē ꝛ veruz deum. Ad quod plenius intelligenduz veritatem hanc curabimus declarare sub vno fructu: scz Jesus est filius dei. Pro quo notabimus tres conclusiones principales.

Prima ꝯclusio d̄r testificationis.
Scda conclusio d̄r attributiōis.
Tertia cōclusio d̄r operationis.

¶ Qr xp̄s deus sit: q: hoc habet̄ ex testimonio humano angelico et diuino: ita ꝙ tam scripture iudeoꝝ q̄ gētiliū siue etiam xp̄ianorum clamant christuz esse verum deum. Capl'm.j.

Prima ꝯclusio d̄r testificationis. Colligim⁹ nāq; xp̄m esse filium dei ex multiplici testimonio scripturarū q̄ de ipo loquunt̄: de q̄b⁹ aliq̄s adducam⁹. Pro quarū ordinatiōe annotabim⁹ triplex testimoniū in scriptura inuentū siue repertum de dño iesu xpo.

Primū d̄r humanū.
Scdm d̄r angelicū.
Tertium d̄r diuinū.

¶ Primum testimoniū d̄r humanū: qd proferunt iudei: ꝛ testificantur gētiles: ꝛ inimici xpi manifestant. Primo nāq; iudei testificantur diuinitatē xpi. Ecce iam Esaias incipit loq̄. Dicit em̄. ix.c. Paruulus natus est nobis: ꝛ filius datus est nobis. Ecce humanitas. ꝛ sequitur: Et vocabit̄ nomen eius admirabilis ꝯsiliarius: deus fortis: pater futuri seculi: princeps pacis. Ecce diuinitas. Quia vt dicit Nicol'. de lyra. super hoc passu Translatio. lxx. interpretum hz. Et vocabitur nomen eius magni cōsilij angelus. Jn translatione v̄o chaldaica habetur. Vocabitur nomen ei⁹ ꝑmanens in secula messias. Jtem Hierem̄. xxiij. Ecce dies veniunt dicit dominus: et suscitabo Dauid germen iustū. Trāslatio chaldaica habet statuam messiaz iustum. Et subditur: Et hoc est nomen qd vocabunt eū dñs iustus nr̄. Jn hebreo v̄o ponitur nomen dei tetragrammaton: vt dicit Nicol'. de lyra: qd est nomen solā essentiam dei significans ꝓut dicit Rabbi Salomō. Jtē Baruch.iij. Hic est deus noster et non estimabitur alius aduersus eum. Ecce diuinitas. et j. Post hec in terris visus est ꝛ cum hominibus cōuersatus est. Ecce humanitas. Jtē Jobes bap. q̄ xp̄m baptizauit di. Job.j. Vidi spm̄ descēdētē q̄si colū-

ba de celo:ꝛ mãſit ſup eum ꝛ ego neſcie bã eũ: ſed q̃ me miſit baptizare in aqua ille mihi dixit:Sup quẽ videris ſpm̃ deſcendẽtẽ ꝛ manentẽ ſup eũ hic eſt q̃ baptizat i ſpũſctõ. Et ego vidi et teſtimoniũ perhibui:q; hic eſt filꝰ dei. Jtez Nathanael dixit xpõ Johan.j. Tu es filius dei et Petrꝰ apl̃ꝰ princeps Matthẽ.xvj.a xpõ interrogatꝰ rñdit. Tu es xp̃s filius dei viui. ꝛ ſctã Martha Johã.xj. dixit xpõ: Ego credidi q; tu es xp̃s filius dei viui q̃ in hũc mũdum venisti.ꝛ Lẽturio Matthei. xxvij.c. dixit de xpõ: Vere filius dei erat iſte. Et Joſephus iudeus de xpõ loquẽs in.xviij. lib̃. antiquitatũ ait: Fuit predictis temporibus ſapiens vir:ſi tñ eũ virũ nominare fas eſt. Erat em̃ mirabilium operũ effector:ꝛ doctor omniũ eoꝝ qui libẽter ea que vera ſunt audiũt:ꝛ multos quidẽ iudeoꝝ multos quoq; et gentibus ſibi adiunxit:xp̃s hic erat:hũc accuſatione primoꝝ noſtre gẽtis viroꝝ cũ Pilatus eum in cruce agendũ decreuiſſet: nõ deſeruerũt hi qui ab initio dilexerũt eũ. Apparuit em̃ eis tertia die iteruꝫ viuẽs ꝟm q̃ diuinitus inſpirati ꝓphete vel hec vel alia de eo innumera miracula predixerunt: ſed et in hodiernũ diẽ xp̃ianoꝝ q̃ ab ipſo nomĩnati ſunt ꝛ nomen pſeuerat ꝛ gens: hic Joſephus. Jtẽ Rabbi moyſes in li. de iudicib⁹:de xpõ loquẽs dicit: Jeſus nazarenus viſus eſt eſſe meſſias. ꝛ Paulꝰ apl̃ꝰ ad Heb̃.j.inq̃t: Multipharĩã multiſq; modis olim deus loquens patrib⁹ in ꝓphetis:nouiſſime diebꝰ iſtis locutꝰ eſt nobis in filio quẽ cõſtituit heredem vniuerſoꝝ:p̃ quẽ fecit ꝛ ſecula.ꝛ ad Roma.j. Qõ ante ꝓmiſerat per ꝓpheras ſuos i ſcripturis ſanctis de filio ſuo ꝛc. ꝛ ad Titũ.ij. Apparuit gr̃a dei et ſaluatoris noſtri. Jnſup teſtimoniũ aſſerunt de xp̃i diuinitate gẽtiles et pagani. Nã Calcidius ſup.ij. Thimei Platonis ponit de ſtella creata in xp̃i natiuitate:ꝛ dicit q̃ ſtella illa nõ fuit morbos ꝛ mortẽ denũcians: ſed aduẽtũ dei venerabilis ad hũane cõſummationis rerũq; mutalium gratiam. Quã ſtellã cũ nocturno tẽpore inſperãtiſſent chaldeoꝝ ꝓfecto viri ſapiẽtes:ꝛ in cõſideratione rerũ celeſtiũ ſatis exercitati ſignificaſſe dicũt recentẽ ortũ dei. Jtẽ in lib̃. quodã reperto apud Toletũ in quodã ſaro tpe Ferdinãdi regis caſtelle q̃ ſcriptus erat littera hebraica:greca: et latina loquens de triplici mũdo:ponẽs xp̃m in tertio mũdo dicebaf: Jn tertio mũdo filꝰ dei naſcetur ex virgine maria:ꝛ pro ſalute ommũ patietur. Et erat ibi ſcriptũ q̃ liber ille tẽpore dicti regis deberet inueniri. Jtem Sibylla erythrea. vt Augu. dicit xviij.li.de ciui.dei.c.xxiij.verſus quoſdã cõpoſuit de fine mũdi:quoꝝ prime littere iuncte ſonant. Jeſus xp̃s theryos ſother: qõ eſt latine. Jeſus xp̃s filius dei ſaluator. De alijs autem ſibyllis que de xpõ ꝓphetarũt dicẽtes ipſum eſſe filiũ dei:ad preſens taceo:q̃m ipſarum dicta nõ potui autẽtice inuenire: licz de ipſis inueniaf. Jſidorus.viij. Etymol.lib̃.loquẽs:quas decẽ fuiſſe cõmemorat. Primo perſica:que fuit de perſis. Secũda libyca. Tertia delphica in tẽplo delphici Apollinis genita que ante troiana bella vaticinata eſt: cuius plurimos verſus operi ſuo Homerus inſeruit. Quarta chimeria in italia. Quinta Erythrea noĩe Herophila in babylone orta: que grecis ylion petentibus vaticinata eſt perituram eſſe troiam et Homerum mẽdacia ſcripturuꝫ. Dicta autem erythrea quia in eadem inſula eſt inuenta ſunt carmina. Sexta Samia a ſamo inſula vnde fuit cognominata. Septima Eumana noĩe Amaltea:que.ix. libꝛos attulit tarquinio priſco:in quib⁹ erãt decreta romana conſcripta. Jpſa em̃ Cumea eſt de qua Vergilius dixit: Vltima cumei venit iam carminis etas. Dicta aũt fuit Cumana a cuma ciuitate:que eſt in cãpania:cuius ſepulcrũ in ſicilia adhuc manet. Octaua helleſpõtia in agro troiano nata:que ſcribitur Bolonis:ꝛ Lyri fuiſſe tẽporibus. Nona phrygia. Decima tyburtina. De hijs fertur q̃ in ſuis

carminib⁹ de xp̄o deo ⁊ hoīe multa pre-
dixerūt. Itē in historijs romanoꝝ inue-
nitur ꝙ tēpore Cōstātini imperatoris ⁊
Helene matris ei⁹ inuentū fuit quoddā
sepulcrū Cōstātinopoli: in quo iacebat
homo aureā laminā habēs: in qua scri-
ptuz erat. Xp̄s nascetur de virgine. Cre
do in eū. O sol ⁊ luna: sub Helene ⁊ Cō
stantini tēporibus iteruz me videbitis.
Postremo xp̄i diuinitatē testant inimi-
ci sui. Si loquamur de iudeis: ecce ꝙ
dispersi sunt per vniuersum mūdum da
ti in opprobriū cunctis gentibus. Si di
camus de romanis imperatoribus xp̄m
persequētibus in martyribus suis: nō-
ne oēs perierunt crudeli morte? Patet
de Nerone: qui ab imperio deposit⁹ ex-
tra vrbē miserabiliter mortuus est. Do-
mitianus a senatu Romano interfect⁹
est. Decius a diabolo eiectus decessit.
Diocletian⁹ primo ab imperio deposit⁹
inde strāgulatus est. Maximianus occi
sus est. Sic ⁊ alij vt. Maxētius: Gallus
Ualerius: Seruius: Uolusianus: Con-
stans: Julianus: Theodoricus: ⁊ ceteri
qui xp̄m male impugnātes: male finie-
runt. Si hereticos attendamus inueni
mus de ipsis ꝙ manu dei fuerunt per-
cussi. Et ceteris dimissis: ne prolixitas
tediū generet: cōtra Arriū illū maledi-
ctum dirigamus sermonē: qui ob impie
tatem suam dānatus est in generali cō-
cilio Niceno: vt notat. xv. di. c. canones
Iste fuit ille maledict⁹ nequā: q̄ multa
falsa de xp̄i diuinitate pessime dogma-
tizauit. Ut em̄ dicit Cassiodorus lib. j.
historie tripartite. ⁊ Eusebius in. x. lib.
historie ecclesiastice, Arrius fuit presby-
ter alexādrinus in sacris litteris erudi-
tissimus: cupidus glorie: et hypocrita
magnus. Qui vidēs Alexandrū ordina
tum in episcopū alexandrinum: qd̄ ipse
cupiebat: eidē inuidit: ⁊ cum Alexander
filium equalē patri esse diceret: vt ipsuz
impugnaret cepit contrariū asserere: di
cebatq̄ filiū creaturā a substātia patris
separatū. Hoc tēpore Siluester rome ⁊
Cōstantinus magnus imperator in cō-
stantinopolitana vrbe cōcilium ordina-
ri fecit in Nicea. In quo concilio vt di-
ctum est reprobati sunt Arrius ⁊ sequa-
ces eius. Mortuo v̄o Cōstantino Con-
stātini filius imperium oriētis tenuit:
qui Arriū in gratiā recepit deceptus ab
eo: qm̄ fatebat se credere symbolū apo-
stoloꝝ: ⁊ maliciose hoc iureiurādo cōfir
mauit. Reuersusq̄ est hoc modo cōstan
tinopolim cum complicibus suis: ⁊ vo-
lebant conciliū celebrare. Qd̄ sentiens
Alexāder conatus est impedire: sed ne-
quiēs aperte dixit Arriū nō esse catholi
cum: nec licere infringi sententiā episco-
porū. Tūc Eusebius quidā fauēs Arrio
dixit Alexādro iureiurādo ꝙ nisi publi
ca cōione Arriū cū vniuersis apud se su-
sciperet; tertia die ipse ad exiliū mittere
tur. Discedēs ergo mestus alexāder ora-
bat ne Eusebij verba sortirētur effectū.
Igit vna die sub altare pronus iacuit
tota nocte rogās deū vt impediret ma-
liciam inimicoꝝ suoꝝ. Post hec ad pala
tium imperator vocauit Arriū petēs an
cōcilij decreta seruaret. Cui m̄dit. Ita:
Credēs ergo v̄bis Arrij suscipi eum ab
Alexādro in cōione precepit. Erat enim
tūc sabbatū ante pascha resurrectionis.
Itaq̄ dū Arrius egressus esset impera-
toris aulā: ⁊ honoraret obsequijs satel-
litū Eusebij ac populi: sicq̄ magnificus
incederet ꝑ vrbē: tandē ad locum venit:
cui nomē est forū Cōstātini. Ibi tot⁹ tre
mefact⁹ est ⁊ vētris sui solutio facta eū
coegit secessum querere. Et nō tm̄ feces
sed etiā fluxū sanguinis cū itestinis emi
sit: splen etiā fluxit ⁊ iecur. Et in tā feti-
do actu mors subsecuta est. Audiuimus
ergo ex hmōi exēplis quāta sit potētia
huius crucifixi q̄ nisi de⁹ fuisset nō fecis
set talia. ¶ Scd̄m testimonium manife
stās xp̄i diuinitatē d̄r angelicū. Ab ipsis
nāq̄ angelis habemus ꝙ xp̄s fuerit fi-
lius dei; scz ab angelo Gabriele dicente
virgini Marie. Cōcipies ⁊c. Qd̄ nascet
ex te sanctū vocabit filius dei. Et ab an
lo permanēte Joseph Matth. j. Et ab
angelis q̄ post ieiuniū. xl. dierū accesse-

rūt ⁊ ministrabāt ei. Mat.iiij.c. ¶ Tertium testimoniū ad cōprobandā xp̄i diuinitatē d̄r diuinum. Nam Matth.xv.c. Audita est vox de celo a petro Jacobo ⁊ Johāne. Hic est filius meus dilect⁹ in quo mihi bene cōplacui. Et iterū instāte tēpore passionis Johā.xij.c. ipso iesu dicente patri. Pater clarifica filiū tuū: vox patris audita est. Et clarificaui et iterū clarificabo. Sufficiant igitur tot testimonia: licz possum⁹ dicere ꝙ quecūqz martyrū gesta doctoꝝ ⁊ sanctoruz exēpla xp̄m deū esse declarant. De quib⁹ al's dicturi diffusius erim⁹ donante deo oīpotēte ī tractatu de doctrina xp̄iana. ¶ Qr xp̄s deus sit: qr sibi attribuūtur in scriptura diuina que soli deo cōueniunt scz sanctificatio animarū: remissio peccatorū: ꝓductio mundi. Capm.ij.

Secūda conclusio d̄r attributionis. Attribuūtur nāqz in scriptura dño iesu xp̄o quedam que soli deo cōueniūt.

Primū d̄r aīaꝝ sctificatio
Scd̄m d̄r peccatoꝝ remissio.
Tertiū d̄r mūdi ꝓductio.

¶ Primū qd̄ deo cōuenit d̄r aīaꝝ sctificatio: vt pz Leuit.xxj.c. vbi d̄r: Ego dñs qui sanctifico vos. ⁊ hoc d̄r ad Heb.ij. Qui sanctificat ⁊ q̄ sanctificātur ex vno oēs ⁊c. ⁊ ad Heb.vlti. Jesus vt sanctificaret ꝑ suū sanguinē populū extra portam passus est. ¶ Scd̄m qd̄ deo conuenit d̄r peccatorū remissio. Vñ Esa.xliij. Ego sum q̄ deleo iniquitates vestras. Vñ Matth.j. angelus dixit Joseph. Ipse saluū faciet populū suū a pctīs eorum. ⁊ Matth.ix. cū quidam ex scribis intra se murmurauerūt: qr xp̄s dixit paralytico. Cōfide filij remittūtur tibi peccata tua. xp̄s dixit: Ut q̄d cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere remittunt̄ tibi pctā tua: an dicere surge et ambula? Ut aūt sciatis qr filius hoīs habet potestatem in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico. Surge tolle lectū tuū: ⁊ vade in domū tuā. ¶ Tertiū qd̄ deo cōuenit est mundi productio, iuxta illud Esa.xlviij. Ego ipse primus et ego nouissimus. Manus q̄qz mea fundauit terrā: et dextera mea mēsa est celos: ⁊ hoc attribuit̄ xp̄o Johā.j. cū d̄r: In principio erat verbuz ⁊c. Oīa per ipsum facta sunt. ⁊ j. Mūdus per ipsum factus est. Qd̄ de filio dei domino iesu xp̄o dicitur: sicut postea dicit̄ in cōclusione. Et verbū caro factū est: et habitauit in nobis ⁊c.

¶ Qr xp̄s sit de⁹: qr fecit mirabilia: que fuerūt sufficiēs testimoniū diuinitatis sue ꝓpter speciē operū: ꝓpter modum: ⁊ ꝓpter documentū. Capitulū.iij.

Tertia cōclusio d̄r operatiōis. Mōstrant xp̄m esse deū opera miraculosa ꝑ ipsum facta. De q̄bus dicebat Johā. v.c. Opera que ego facio in noīe patris mei ipsa testimoniū perhibēt de me. Miracula quoqz xp̄i s̄m Tho. iij.pte. q.xliij. ar.iij. fuerunt testimonium diuinitatis sue maxime ꝓpter tria.

Primo ꝓpter speciē operū.
Scd̄o propter modū.
Tertio propter documentū.

¶ Primo ꝓpter speciē operū: qr trāscēdebant oēm ptātem create nature propterea fieri nō poterāt nisi diuina v̄tute. Vñ cecus dicebat: A seculo nō est auditū: ꝙ aperuit q̄s oculos ceci nati. Nisi esset hic homo a deo: nō posset facere quicq̄. Johā.ix.c. ¶ Secūdo ꝓpter modum: qr xp̄s faciebat miracula propria virtute ⁊ autoritate. Vñ Luce.vj. scriptum est: Virtus de illo exibat et sanabat oēs. ⁊ Matth.viij.c. Imperauit vētis ⁊ mari ⁊ facta est tranquillitas magna. ⁊ Luce.vij.c. Resuscitās adolescentulū dixit: Adolescens tibi dico surge. ⁊ Joh.xj.c. in resurrectione Lazari dixit: Lazare veni foras: ⁊ sic de alijs miraculis eius. Alij v̄o qui miracula fecerūt: fecerūt ipsa nō virtute ꝓpria sed virtute diuina vel virtute ipsius xp̄i incarnati. Vñ Petrus vt scribitur in actibus apostolorum. Act.iij.c. dixit ei qui.xl. annis per seipsum nō poterat ambulare: ⁊ se-

debat ad portā templi. In noīe iesu xp̄i nazareni surge et ambula. Et si dicatur ꝙ in resurrectiōe Lazari xp̄s egerit gratias deo patri. Rn̄det aliud est gr̄as referre ⁊ aliud est gr̄as impetrare. Primū nō p̄supponit scd̄m: sed bene ecōuerso. Insup quare xp̄s gr̄as egerit: habet ibi Joh.xj. Ego em̄ sciebam ꝙ semp me audis: sed ꝓpter populū qui circūstat dixi vt credat qr tu me misisti: ⁊ si dicatur ꝙ deus orauit: dicit Beda ꝙ nō orauit ad petēdū suffragiū: sed ad dandū exēplū.

¶ Tertio miracula eius fuerūt testimoniū sufficiēs diuinitatis sue ꝓpter documentū qr se filiuz dei predicabat: qd̄ nisi verū fuisset: nequaq̄z ei astitisset diuina virtus in miraculoꝝ operatione. Nā impossibile est tam scelesto mēdacio quātū est illud si nō esset verū: ipsuz deū ferre testimoniū per opera infinite v̄tutis que sunt miracula vera: ⁊ ꝓpter hoc cōueniens fuit xp̄i rn̄sio: quā fecit his q̄ a Johāne incarcerato fuerūt missi: q̄s iohānes misit ad xp̄m vt interrogarēt eū. Tu es q̄ vēturus es: an aliū expectam⁹. Qd̄ s̄m Grego. Johānes fecit nō dubitās ipsum esse mūdi saluatorē: sed ignorās an ad infernū esset in ꝓpria persona descēsurus. Sciebat em̄ ꝙ v̄tus passionis extēdenda erat vsq̄z ad eos q̄ in limbo erāt. Vel s̄m Ambro. sup Lucā ꝙ nō fuit ex ignorantia: sed ex quadā pietate. Vel sicut Chryso. voluit vt satisfaceret in hac questione discipulis suis: quib⁹ durū videbat melius de xp̄o credere q̄z de iohāne. Ideo xp̄s se deū cōtestās eūtes inquit renūciate Johanni que audistis ⁊ vidistis. Ceci vident: claudi ambulāt: leprosi mūdantur: surdi audiūt: mortui resurgunt: pauperes euāgelizātur. In quib⁹ oībus se deū declarabat. Non dedignet ergo gētilis nec idolatra nec infidelis quisq̄z xp̄o se subdere: qr videt eū vel vagientē in cuna: vel lachrymantem in brachijs matris: vel fascia precinctum: vel famescentē: vel sudantem: vel cōtumelias patientē: vel in cruce pendētem: vel morientē in medio latronū: qr hec oīa in ipso fuerunt s̄m assumptā naturam: seruata tn̄ in eodē supposito ꝓprietate nature diuine. O mūdi sup̄bia detestāda: o temeraria mētis humane curiositas. Certe ille qui cū hoībus visus est: videbit in gloria maiestatis sue: qm̄ cōgregabūtur ante eum oēs gētes. Et qui eū deriserūt: ⁊ qui ei nō crediderunt: et qui eū nō adorauerūt condēnabūtur in ignē eternū. Qui aūt amici ei⁹ esse voluerunt accipient benedictionem seu beatitudinem eternā promissam: ad quā nos perducat qui est benedictus in secula seculorū. Amen.

¶ Feria secūda post dn̄icam secūdā aduētus: de gloria ⁊ sublimitate verbi incarnati: cōtra hereticos qui xp̄m dei filium ita confessi sunt vt eū inferiorē patre ac minorē dixerint. Sermo.ix.

¶ Jesus magnificatus. Fructus.ix.



Eatus qui nō fuerit ⁊c̄. Insurrexerunt quidā spū maligno inflati qui verbi incarnati gloriam ⁊ honorē paruifacere studuerūt. Nam cū audierūt christuz dei filiū nominari per varias errorū opiniones hāc in xp̄o filiationē cōtempserūt. Ob qd̄ in xp̄o scādalizati sunt ita vt cū talibus erroribus nullo pacto potuerint incarnationis beneficiū participare. Cōtra quos dirigemus stilū: et dicemus de magnitudine incarnationis iesu xp̄i: que tanta est vt nihil sibi maius accōmodari possit. Idem em̄ filium dei esse deum verum ⁊ dn̄m omniū creaturarū ostēdemus: ⁊ iccirco fructū nostrū cōponemus: qui est Jesus magnificatus. Pro cuius declaratione tres cōclusiones occurrūt declarāde.

Prima cōclusio d̄r singularitatis.
Scd̄a cōclusio d̄r eternitatis.
Tertia cōclusio d̄r equalitatis.

¶ Qr xp̄s filius dei fuit verus ⁊ naturalis contra opinionem Cherinti: Fotini: Ebionis: Pauli samotani: qui dixerunt xp̄m esse filiū dei p adoptionē. Cap̄m.j.

Prima ꝯclusio dr singularitatis. In qua magnificam⁹ dñz iesuz xp̄m: qꝛ ipsum ꝯfitemur verū ⁊ naturalem dei filiū. Contra quā opinionē veniunt heretici vz Cherinthus Ebion. Paulus samotan⁹. Fotinus ⁊ alij ſm Tho.in.iiij.sum.ꝯ gentiles.c.iiij. qui dixerūt xp̄m non esse verum filiū dei. Quod probatur tripl'r.

Primo ratione adoptionis.
Scdo rōne inhabitationis.
Tertio rōne deprecatiōis.

¶ Prima rō dr adoptiōis. Nā q̄ ꝑ adoptionē filij sunt: dicunt̄ filij nō vere sed nūcupatiue. Si ergo de xp̄o inuenitur ꝙ vocet̄ fili⁹ dei: hoc dz intelligi ꝑ adoptionē vel nūcupationē sicut in scriptura de hoīb⁹ sanctis hr̄. Nā Job.j.scribit̄: Dedit eis ptātē filios dei fieri: his qui credūt in noīe ei⁹.⁊.j. Job.iij. Uidete qualē charitatē dedit nobis pat̄: vt filij dei noīemur ⁊ sim⁹. Et idē eodē loco. Oīs q̄ natus est ex deo pctm̄ non facit.⁊ Jo.x. Illos dixit deos ad quos sermo dei fact⁹ est.⁊ ad Rom̄.viij. Ipe em̄ spūs testimoniū reddit spūi nr̄o ꝙ sumus filij dei.⁊ Jac̄.j. Uoluntarie em̄ genuit nos v̄bo veritatis. Ecce ꝙ ī his autoritatib⁹ nos filij dei nūcupamur: nō quidē ꝑ naturā sed ꝑ adoptionem. Sic etiā de xp̄o infertur: ita ꝙ non sit naturalis dei fili⁹. Sed hoc falsissimū et hereticū esse constat. Inq̄t em̄ Aug. lib. de eccl'iasticis dogmatibus. Natus est ſm veritatē nature ex deo dei filius ſm v̄itatē nature ex hoīe hoīs filius: ⁊ nō adoptione nō appellatione sed natura in vtraq̄ natiuitate nascēdo: vt filij nomen haberet. Exquo dicit domin⁹ Boñ. ꝙ hec locutio.s.xp̄m esse filiū dei per adoptionē nō admittit̄ siue ꝓferat̄ cū determinatione: vtpote si addat̄ inquātū siue nō: qꝛ filiatio respicit personā: adoptio aūt presupponit quādā extraneitatē. Hec Boñ.x. dist.iij.ar.ij.q.j. Sctūs aūt Tho. vbi.s̄. īpugnat fundamētū per hereticos ītroductū: quia aliter loquit̄ scriptura de filio dei xp̄o: ⁊ aliter de nobis. De ip̄o em̄ dr ꝙ descēdit de celo Job.iij.⁊.vj. q̄ erat anteq̄ de celo descēdisset. Dixit etiā eū missuz vt per eū adoptionē filioꝝ reciperem⁹. ad Gal'.iiij. Dicit etiā eum vnigenitum Job.j. Dicit etiā eū equalē patri Paulus apl's ad Phil'.ij.c. Insup eū diuina scriptura xp̄m dei filiū ⁊ āgelos dei filios noīat: tn̄ alia ⁊ alia ratiōe. Un̄ apostolus ad Heb.j. Cui aliquādo angeloruz dixit: Filius meus es tu: ego hodie genui te. Itē inter ceteros qui dei gratiam habuerunt. Moyses habuit eam copiose: de quo Exo.xxxiij.c. dicitur: ꝙ loquebatur ei dñs facie ad faciez: sicut loqui solet homo ad amicuz suum. Si ergo xp̄s iesus nō diceretur dei filius nisi per gratiā adoptionis sicut et alij sancti: eadē rōne Moyses filius dei et xp̄s diceretur: lz etiā abūdātiori mō gr̄a xp̄s fuerit dotatus. Nam et inter alios sanctos vnus alio maiori gratia repletur: ⁊ tamē eadem ratione oēs filij dicuntur. Moyses aūt nō eadē ratione dicitur filius qua xp̄s: qꝛ distinguit apl's xp̄m a Moyse sicut filiū a seruo. Unde dicitur ad Heb.iij. Moyses quidē fidelis erat in tota domo eius tanq̄ famulus in testimonium eoꝝ que dicenda erant. Xp̄s v̄o tāq̄ filius in domo sua. Unde dictū hereticorū ex scripturis conuincitur nullam habere firmitatem. ¶ Secundo arguunt heretici rōne inhabitationis: dicunt em̄ ꝙ aīa humana ⁊ corpus humanum naturali vnione cōuenerūt in xp̄o ad cōstitutionē vnius hoīs eiusdem speciei ⁊ nature cū alijs hominibus ⁊ ꝙ in hoc hoīe deus inhabitauit sicut in templo suo: scz per gratiā sicut in alijs sanctis hoībus. Unde dicit apl'us ad Col'.j. In ipso complacuit inhabitare oēm plenitudinem diuinitatis. Et ex hoc consecuta est vlterius quedā affectualis vnio inter hoīem et deum: dum et homo ille bona sua voluntate inhesit: et deus suā voluntatē acceptauit: ſm illud Johan. viij. Qui me misit mecum est: et non re-

liquit me soluz: qꝛ ego que placita sunt ei facio semper: vt sic intelligatur talis vnio esse hoīs illius ad deuz: qualis est vnio: de qua apl̄s.j.Coꝝ.vj.dicit.Qui adheret deo vnus spiritus est cum eo. Sed si q̄s diligēter consideret predicta positio veritatē incarnationis excludit. Nam vt dicit sanctus Tho.in.iiij. summe cōtra gētiles.c.xxxiiij. ꝟm predictam positionē nō fuit verbū dei homini illi vnitū:nisi ꝟm inhabitationē per gratiā ex qua cōsequitur vnio volūtatū. Inhabitatio aūt ꝟbi dei in hoīe nō est verbū dei incarnari:habitauit em̄ ꝟbum dei ⁊ deꝰ ipse in sctīs suis a cōstitutiōe mūdi Que tn̄ inhabitatio incarnatio dici nō pōt:alioq̄n ab initio mūdi deꝰ incarnatus fuisset ꝓpter inhabitationē ꝟbi diuini in sctīs hoībus. Cōsueuit itaq̄ sacra scriptura his modis significare talē inhabitationē dei in hoībꝰ sanctis. Locutus est dn̄s ad Moysen. Dixit dominus ad moysen factū est ꝟbū dn̄i ad hieremiā vel ad alios ꝓphetas. Nunq̄ tn̄ legit̄ ꝙ verbū dn̄i factuz sit moyses vel Hieremias vel aliq̄s alius. Et tn̄ de xp̄o singulariter hoc mō vnionem verbi dei ad carnē eiꝰ designat euāgelista dicens Johā.j.Uerbū caro factū est. ¶ Insuper ꝓnomina demōstratiua ad personā referūtur vel hypostasim: vel suppositus. Nemo em̄ diceret:ego curro alio currente:nisi figuratiue vtpote qꝛ aliꝰ loco eiꝰ curreret. Sed ille hō q̄ dꝛ iesus dicit de se. Anteq̄ Abraaz fieret ego sum. Joh. viij.⁊ Joh.x.Ego⁊ pr̄ vnū sumus ⁊ plura alia que maxime ad diuinitatē pertinent;ergo manifestum est ꝙ persona illius hoīs loquētis est persona filij dei. Tertio arguūt heretici rōne deprecationis:qꝛ xp̄s orans ad patrē Joh.xvij. dicebat: Ego claritatē quā tu dedisti mihi dedi eis vt sint vnū:sicut ⁊ nos vnuz sumus : sicut ergo pater ⁊ filius vnum sunt:ita discipulos vnum esse volebat. Sed si volebat eos esse vnū cum patre: ergo qualis est vnio discipuloꝝ ⁊ alioꝝ sctōꝝ ad ipsum patrē:talis fuit vnio ipsius filij:ergo xp̄us dictus est filius per quandā vnionē ⁊ amicitiā cū deo. ¶ Ad hoc respōdet sctūs Tho.vbi.s̄.cōtra gētiles.c.viij.in fine.ꝙ argumentū nō cōcludit:qꝛ esse vnum pōt intelligi dupliciter. Aut in essentia:aut in amore. Cum em̄ xp̄s dicebat:vt sint vnuz sicut ⁊ nos vnum sumus:loquebat̄ de vnione amoris:qꝛ vt pz in textu p̄cedenti sctī euangelij.xv.c.multiplicatis vicibus cōmendauerat xp̄s discipulis suis amorem et charitatē. Remanet igit̄ catholicum documentū ꝙ christus singulariter est dei filius verus:vt pz:perfectus eiusdez nature cum patre.

¶ Qꝛ xp̄s est dei filius nō ex tp̄e sed ab eterno a patre genitus. Cap̄.ij.

Secūda conclusio dꝛ eternitatis. Apparet quidem q̄ magnus sit filius dei:qui nō ex tp̄e:sed ab eterno a patre genitus est. Un̄ Aug.li.de tri. ⁊ ponit̄ a magistro.ix.lib̄.dis.j. Si post erat deus ⁊ postea pater fuit vtiq̄ generationis accessiōe mutatus est. Auertat deus hāc dementiā.⁊ Hilarius. Inter gignere ⁊ gigni nullū est medium.s. durationis. Unde si patri est proprium semper genuisse:filio ꝓprium est semp̄ fuisse genitum. Sed eunomius hereticus aliter male sentit.s. ꝙ filius an̄ incarnationis mysterium extiterit:⁊ etiaz ante mundi constitutionem. Ponebat nāq̄ ꝟm dicta platonicoꝝ summū deuz patrem creatorez oīm rerum. A quo primitus effluxisse dicebant quandā mentem:in qua essent oīm rerū forme superiorē oībus alijs rebus:quam paternū intellectū noīabant. Et post hanc dicebant esse aīam mundi nō localiter sed intelligibiliter extensam a centro terre vsq̄ ad summa celi:vt testat̄ Grego. Nisenus li.de natura hoīs. ⁊ de hac dicebat Macrobius super somniuz Scipi. Anima mundi nihil post autorem deuz potest esse perfectius. Deinde ponebāt alias creaturas. Qd̄ aūt in scripturis sacris de filio dei dꝛ:hoc de mēte predicta

ennomius volebat intelligi. Et precipue qꝛ sacra scriptura dei filiū dei sapientiā nominat ⁊ verbū dei. Cui opinioni ꝯsonat positio Auicēne: q̄ supra animā primi celi ponit intelligētiā primā mouentē primū celū: supra quā vlteriꝰ deū in summo ponebat. Quos oēs catholica fides ꝓsternit: qꝛ nō intellexerunt illius generationis ineffabilis sacramētū: qđ Joh. ꝑdicauit in euā. suo. Jo. j. c. In ꝑncipio erat v̄bū ⁊ v̄bū erat apud deū ⁊ deꝰ erat v̄bū. hoc erat ī ꝑncipio apud deū. Ubi coeternitas p̄ris ⁊ filij declarat̄. Nā vt dicit Nicol. de lyra sup hoc passu: tripl'r ꝯtingit vt ꝓcedēs sit posterius duratione eo a q̄ ꝓcedit.

Primo rōne liberatioris potētie.
Scđo ratione modi producendi.
Tertio ratione libertatis.

¶ Primo rōne liberatioris potētie: qñ ꝓducēs nō hꝫ a principio sue durationis potentiā ꝓductiuā perfectaꝫ: sicut hō a principio puericie nō hꝫ potentiā generandi perfectā: ⁊ ideo eius filiꝰ necessario posterior est duratiōe. ¶ Scđo cōtingit ꝓpter modū ꝓducēdi: quia qñ aliquid ꝓducitur per motū; qui motꝰ est in tp̄e: opꝫ ꝙ productū sit posteriꝰ producente duratione: qꝛ ꝓductum hꝫ primo esse in illo instanti in quo terminatur motus. ¶ Tertio ꝯtingit rōne libertatis: qñ aliq̄d ꝓducit̄ libere ⁊ non de necessitate nature: qꝛ tale agēs pōt expectare ad ꝓducendū suū effectū: sicut creare: licꝫ ꝓcedat a deo cuiꝰ potentia est perfectissima: ⁊ sine trāsmutatione ⁊ motu: tñ creatura nō est sibi coeterna: qꝛ si ab eterno potuit ꝓducere creaturā: tñ noluit. Nullo aūt istoꝝ modoꝝ pōt poni in diuinis ꝙ filiꝰ siue v̄bū sit posterior patre: qꝛ in diuinis nulla pōt esse potentia ꝓductiua imperfecta: vt de se ptꝫ: nec verbū in diuinis ꝓcedit ꝑ mutationem ⁊ motū: qꝛ in diuinis non hꝫ locū: ꝟm illud Jacobi. j. Apud quez non est transmutatio. Et filius ꝓcedit a patre de necessitate nature: quia deꝰ necessario intelligit se. Sic ergo relinquitur ꝙ filiꝰ sit equalis patri in duratione. Et hoc expressit Jobes: hoc scilꝫ verbū erat apud deū a principio eternitatis. Cōcordat his Scotus ⁊ Boñ. et Tho. dis. ix. j. libri sententiarum.

¶ Qꝛ filiꝰ est equalis p̄ri ꝯ hereticos q̄ dicūt xp̄m p̄re esse minorem. Cap. iij.

Tertia ꝯclusio đr equalitatis. Ex dictis em̄ in prima ⁊ in secunda ꝯclusione deducimur filium dei magnificare: qꝛ est equalis patri. Hoc tñ quidam heretici negant dicentes: xp̄m patre esse minorem. Adducunt autē in fulcimentā erroris sui primo illud dictuꝫ Joh. xiiij. Pater maior me est. Et illud. j. ad Coꝝ. xv. Cū oīa subiecta illi fuerint: tūc ⁊ ipse filius subiectꝰ illi erit: scꝫ patri. Scđo dicūt ꝙ natura p̄ris nō patit̄ indigentiā neqꝫ defectū neqꝫ ignorantiam. Sed in in filio hec reperiūtur: qꝛ a patre recipit iuxta illud Mat. xj. Oīa tradita sunt a patre meo. Et nō pōt ea que pōt pater, iuxta illud Matth. xx. Sedere ad dexteram meā vel ad sinistrā nō est meū dare vobis ⁊c. Uñ nō est eiusdē nature cū patre: vñ nec equalis patri. Tertio arguūt qꝛ preceptum recipere: obedire: orare: et mitti: inferioris esse videt̄. De obediētia xp̄i đr Johā. xiiij. Sicut mandatū dedit mihi pater: sic facio. Et ad Phil. ij. Factus est obediēs ⁊c. De oratione habet̄ Joh. xiiij. Ego rogabo patrē. De missione ad Gal. iiij. Igitur filiꝰ minor est patre ⁊ ei subiectꝰ. Et ad hoc rñdet Athanasius dicēs: Equalis patri ꝟm diuinitatē: minor patre ꝟm humanitatez. Sic em̄ xp̄s quātum ad humanitatē passus est: mortuus est: orauit et alia fecit: fuit obediēs et similia. Uñ de seipso loquēs dñs iesus xp̄s Johan. x. dicebat: Oues mee vocē meā audiūt: ⁊ vitā eternaꝫ do eis. Ubi ostēdit se equalē autoritatē habere cum ipso patre. Hoc idem expressit per hoc: Philippe qui videt me videt et patrem meū. Creditis in deum et in me credite, Johā. xiiij. Uñ ꝟm orthodoxe fidei documēta ecclesia sancta catholica

cōfitetur xp̄m verū et naturalē dei filiū eternū: equalē patri ⁊ verū deuz eiusdē essentie et nature cū patre: nō factū nec creatū: sed genitū. Mirū est certe quāta sit in quorūdā mētib⁹ pertinacia: quāta duricies: quāta malicia: q̄ potius volūt cū proprio sensu perire: q̄m se sapientioribus credētes per luminosam veritatis viā ambulare. Optimum salub: req̄ est vnicuiq; remediū: vt semp que magna: que alta sunt ita sapiat: sicut sapientes tradūt. Hoc est q̄d scribit ē de cōsti. c.j. sc̄z Canonū. ⁊. c. innitaris. ⁊. viij. q.j. c. sciendū. ⁊. iij. q. ix. c. pura. Ne innitaris prudētie tue. Prudētie sue innititur: qui ea que sibi agēda vel dicēda videntur: patrum decretis preponit. Ynde etiā Salomon Prouerb. xxviij. Qui confidit in corde suo: stultus est. Nō debemus ergo cōfidere in nobis: sed vocib⁹ credere prophetarum: predicationes audire ap̄lor: saluberrimāq; doctrinā intelligere multorū sanctorū: qui oēs vna voce proclamāt xp̄m dei filiū: magnū: excelsum: gloriosum: qui licz ꝑm diuinā naturā esset impassibilis ⁊ immortalis ⁊ infinit⁹: voluit tñ in assumpta natura infirm⁹ mortalis ⁊ subditus apparere vt nos redimeret quos deiecerat et captiuauerat primorū parentū superbia. Iccirco nullus scandalizetur in xp̄o: qui est benedictus in eternū. Amen.

¶ Feria.iij. post sc̄dam dñicā aduētus. de humanitate xp̄i ꝯ hereticos q̄ dicūt xp̄m nō fuisse hoiem. Sermo.x.

¶ Jesus hō ꝓficit. Fructus.x.

Beatus vir qui

nō ⁊c. vbi.ō. Exaltata est magnopere dignitas humani gn̄is in incarnatiōe filij dei: q̄n ille q̄ impatvētis ⁊ mari: germinare facit terras: solis ac lune gressum disponit: syderūq; cursum miro ordine ordinat: dignatus est hoiem assumere in vnionē ꝓsone verbi. Sed ꝯ hoc amplissimū mun⁹ insurgūt maledicti q̄dā asserētes de xp̄i humanitate q̄dā nō sana: nō vera: nō denicq; ad credēdū vtilia. Cōtra quos in p̄nti sermone dicturi sumus de xp̄i humanitate: explicabimusq; rē istā in vno fructu q̄ est: Jesus hō perficit. Pro cuius declaratione tres cōclusiones erūt notāde.

Prima conclusio dicitur corporis veri assumptio.

Scōa ꝯclusio ō: alatio.

Tertia cōclusio ō: ꝓpietatis nature conseruatio.

¶ Qz xp̄s assumpsit verā carnē: ⁊ fuit verus homo contra manicheos ⁊ valentinianos. Cap.j.

Prima ꝯclusio ō: corporis veri assumptio. In q̄ notandū est ꝑm catholicā veritatē q̄ dñs nr̄ iesus xp̄s assumpsit hoiez cū vero corpore ⁊ cū vera carne. Verūtñ circa hoc ꝓtingit triplr̄ sentire,

Primo ꝑm manicheos.

Scōo ꝑm valētinianos.

Tertio ꝑm catholicos.

¶ Prio nāq; fuere manichei q̄ dixerunt xp̄m assumpsisse corpus fantasticū ⁊ apparēs: ⁊ ea q̄ ꝑm hoiem gessit. s. q̄ natus est: q̄ comedit: q̄ mortuus est: in ꝟitate nō fuerūt: sed in q̄dā apparētia. Et hec opi. bestialis ⁊ irrōnabilis totū icarnationis mysteriū ad quādā fictionē deducit. Jō hūc errorē sacre scripture euacuant autoritates. Nā Joh. j. ō: Verbū caro factū est. Et nō dicit ꝑm apparētiaz: sz ꝑm existētiā. ⁊ iterū Lu. vlc. dixit xp̄s apparēs discipulis. Palpate ⁊ videte: q̄ spūs carnē ⁊ ossa nō hz sicut me videtis hr̄e. Nō em̄ carnis filitudo caro est: neq; ambulationis filitudo ambulatio est. Ergo si xp̄s nō ābulauit: nō comedit nō passus est: nō ℞e redemit nos: ꝯ illō Apoc. j. Dilexit nos ⁊ lauit nos a pctis nr̄is i sanguine suo. ⁊ Apoc. v. Redemisti nos deo i sanguine tuo. ⁊. j. Pe. j. Nō corruptibilib⁹ auro vel argēto redēpti estis: sed p̄cioso sanguine q̄si agni imaculati ⁊ incōtaminati dñi nr̄i iesu xp̄i. ⁊ ad Rom. iij. Justificati in sanguine ipsius. Sequeretur cm̄ q̄ xp̄s nō ℞e resur-

rexerit: ⁊ ꝙ oēs apl̄i ⁊ euāgeliste fuerūt mēdaces testes: q̄ virtute magna reddebāt testimoniū resurrectionis iesu xp̄i: vt scribit̄ Act̄.iiij. Seq̄ret̄ etiā ꝙ xp̄us fuerit deceptor ⁊ seductor eoruꝫ q̄ ei regratiant̄ de tot laboribus quos dignatus est sustinere: ⁊ sic nihil esset nr̄a redēptio. Sed heretici seipsos roborāt ꝑ illud qd̄ Pau. ait ad Ro. viij. Misit deꝰ filiū suū ī sil̄itudinez carnis pc̄ī. Et iterū ad Phil̄.ij. In sil̄itudinē hoīm factꝰ: ergo videt̄ ꝙ xp̄s nō fuit hō: sed in sil̄itudinē ꝟm apparētiā. Ad hoc respōdet sctūs Tho. in. iiij. sum. ꝯ gētiles. xxix. c. ꝙ quantū spectat ad ꝓpositū q̄dā est similitudo apparētie: vt qn̄ aliq̄d apparet esse aliq̄d qd̄ nō est: q̄dā est sil̄itudo specifica: sicut oēs hoīes sil̄es spē dicuntur. Et hoc mō sumit̄ hec sil̄itudo in autoritatibus allegatis. Nā vt dicit Vilarius. ⁊ ponit̄ ex̄ de v̄bo. sig. c. intelligentia. Intelligētia dictoꝝ. i. v̄boꝝ ex causis est assumēda dicēdi. Paulus loq̄bat̄ de xp̄o hoīe ꝟm veritatē. Qd̄ pꝫ: qꝛ subiūxit ꝙ fuit factꝰ obediēs vsq̄ ad mortē crucis. ¶ Scd̄a opinio fuit valētinianorū: q̄ dixerūt ⁊ male: ꝙ xp̄s habuit corpus verū: nō tn̄ terrenū: qꝛ portauit illud de celo: ⁊ nihil de mr̄e virgine accepit. ⁊ ꝑ eā quasi ꝑ aq̄ductū trāsiuit. Occasionē sui erroris accipiebāt ex q̄busdā verbis sacre scripture male intellectis. Nā scribit̄ Job. iij. Nemo ascēdit in celū nisi q̄ descēdit de celo: filius hoīs qui est in celo. Et Job. vj. Descendi de celo. Et. j. ad Coꝝ. xv. Primꝰ hō de terra terrenus: scd̄s hō de celo celestis. Hec oīa sic volebant intelligi: vt xp̄s de celo ꝟm corpus descēdisse etiā crederet̄. Sed talis veritatē carnis excludit a xp̄o: qꝛ carovera nō format̄ ex celesti materia: sed ex elemētis. Insuꝑ apl̄s dicit ad Rom̄. j. Factus est ex semine dauid ꝟm carnez. Et Mat. j. scribitur eius genealogia. ⁊ btā virgo d̄r eius mr̄: qꝛ ex ipsa natꝰ est: vt in superioribus diximus. Autoritates ergo intelligēde sunt qꝛ xp̄m de celo descēdisse nō intelligit̄ ꝟm carnem aut aīam: sed ꝟm ꝙ deus. Et hoc ex his verbis intelligi pōt: qꝛ dixit: filius hoīs q̄ est in celo: ostēdens ita se descendisse de celo: ꝙ tn̄ in celo esse nō desierit. Qd̄ ꝓpriū diuinitatis est vt ita in terris sit ꝙ celū repleat. Viere. xxiij. Nunq̄d nō celū ⁊ terrā ego implebo. Nec etiam filio dei inquātū deus est descēdere de celo competit ꝟm motū localē. Naꝫ qd̄ localiter mouet̄: sic ad vnū locū accedit ꝙ ab altero recedit. Jō filius dei d̄r descēdisse ꝟm hoc ꝙ terrenā substātiā sibi copulauit. Sicut ⁊ apl̄s eū exinanitū dicit inquantū formā serui accepit: ita tn̄ ꝙ diuinitatis naturam nō ꝑdidit. ¶ Tertia est positio catholicoꝝ q̄ dicūt ꝙ xp̄s naturā carnis habuit cōsimilē nr̄e nature Nō em̄ decebat in ipsa veritate inueniri deceptionē ⁊ oculoꝝ ludificationē: qꝛ veritas non nouit fallere. Nec decebat in ꝑfectissimo dei filio īueniri īꝑfectionem: qꝛ ꝑfectissimus nō nouit deficere. Et iō sicut apparebat: sic verū corpus ⁊ ꝑfectū de nr̄o gn̄e: ⁊ de vtero btē virginis assumpsit verissime.

¶ Qꝛ xp̄s fuit verus hō ꝟm aīam cōtra Arriū ⁊ Apollinarē. Cap̄.ij.

Secūda conclusio d̄r aīatio. Voluit nāq̄ xp̄s aīam rōnalē assumere: vt esset verꝰ hō: ꝟm illud Mat. xxvj. Tristis est aīa mea vsq̄ ad mortem. Circa quā cōclusionē occurrit triplex modus dicendi.

Primus ꝟm Arriū.
Scd̄s ꝟm apollinarem.
Tertius ꝟm doctrinā eccl̄ie.

¶ Primus modus dicēdi fuit ꝟm Arriū q̄ dixit ꝙ in xp̄o nō fuit aīa: sed loco aīe fuit eius diuinitas. Sed hec positio firmitatē nō hꝫ: qm̄ deus forma corporis esse nō pōt. Manifestū est aūt aīam p̄ncipaliter de rōne hoīs esse: cum sit eius forma. Si ergo xp̄s aīam nō habuit: verus hō nō fuit: cū tn̄ eū apl̄s hoīem esse asserat. j. ad Tim̄. ij. Unus est mediator dei ⁊ hoīm hō xp̄s iesus. Adhuc amplius. Tristicia: ira: ⁊ hmōi passiones sunt

aīe sensitiue: vt ꝓz p pbm. ij. de aīa. Hoc aūt in xp̄o fuisse euāgelꝫ approbatur. Opz ergo in xp̄o fuisse aīam sensitiuaz: de qua planū est ꝙ differt a natura diuina filij dei. Hec Tho. xv. di. in. iij. sen. Uerūtn̄ q̄ hāc opinionē hereticā sustinere volāt: arguūt cōtra veritatē eo ꝙ scribit Joh. j. Uerbū caro factū est. Ubi iohānes sufficiēter exprimit mysteriū incarnationis: ⁊ tn̄ nihil dicit de aīa. Itē vnio diuine nature ad humanā ꝺz incarnatio. Sed deoīatio semp ꝺz fieri a digniori. Et cū aīa sit dignioꝛ ꝙ caro: ⁊ incarnatio nō dicaf aīatio: videf ꝙ aīa nō sit assumpta a verbo. Itē natura nō facit ꝑ plura q̄ pōt facere ꝑ pauciora: sed in xp̄o psona diuina potēs erat in actū intelligēdi ⁊ amādi ⁊ viuificādi: cū ipse filius dei nō careat volūtate nec intelligentia nec vita: ergo videf ꝙ rōnalem aīam xp̄s nō habuit. ¶ Ad primū respōdef ꝑm Boñ. di. ij. iij. lib. ar. ij. q. ij. ꝙ dictuz iobis est ꝑ sinecdochē ⁊ accipif ibi caro ꝑ tota natura. Usus est aūt iobes tali locutione: qz natura assumpta notioꝛ est nobis ex parte sube corporalis q̄z spūalis: ⁊ cognitio nr̄a incipit ab his q̄ sunt nobis magis nota: ⁊ etiā in assumptione carnis includif assumptio aīe rōnalis: qz si assumpsit carnem multo magis ⁊ aīam. ¶ Ad scām respōdef ꝙ deoīatio ꝺz fieri a digniori: nisi alia rō iterueniat. Et qz rōnabiliter daf nobis noticia ꝑ ea q̄ sunt nobis magis nota: iō potius dicimus incarnationē q̄z aiationem. ¶ Ad tertiū respōdef: ꝙ psona verbi viuificat ꝑ modū efficiētis: nō tn̄ cōuenit sibi viuificare ꝑ modū ꝓficientis forme. Et hoc rōne summe pfectiōis q̄ est in deo ꝓpter quā nō pōt esse alicuius pars constitutiua. ¶ Scōs modus dicēdi fuit Apollinaris: q̄ dixit ꝙ xp̄us habuit aīam sensitiuā: tn̄ sine mēte ⁊ intellectu: ita ꝙ verbū dei fuit illi aīe loco intellectus ⁊ mētis. Sed hoc nō sufficit: nec verū est: qz hō spēm sortif humanam ex hoc ꝙ mentem humanam ⁊ rationem habet. Si ergo xp̄s hoc non habuit: verus hō nō fuit nec eiusdē speciei nobiscū: qz aīa rōne carēs ad aliam spēm ꝓtinet q̄z aīa rōnē habēs. Scōm em̄ pbm. viij. Meta. in diffinitionibus ⁊ spēbus q̄libet differentia essentialis addita vel subtracta variat spēm: sicut in numeris vnitas. Rōnale aūt est differētia specifica. Si ergo in xp̄o fuit aīa sensitiua sine rōne: non fuit eiusdē spēi cū aīa nr̄a: q̄ est rōnē habens. hec Tho. ¶ Tertius modus dicēdi est ꝑm doctrinā ecclie: ꝙ xp̄s assumpsit aīam rōnalē de nouo creatā. Uñ Athanasius. Perfectus deus pfectus hō: ex aīa rōnali ⁊ humana carne subsistens.

¶ Qz in xp̄o seruata est ꝓprietas vtriusq̄ nature cōtra hereticū Apollinares cōtrariū asserentem. Cap. iij.

Tertia cōclusio ꝺz cōseruationis. Nā ita xp̄m deū ⁊ hoiez cōfitemur vnā tm̄ psonā: vt nullo mō confundaf ꝓprietas vtriusq̄ nature. Quod Leo papa testificaf in sermone de natiuitate dñi. Inq̄t em̄. Uerbū dei deus filius dei: q̄ in principio erat apud deum ꝑ quē oīa facta sunt: ⁊ sine quo factum est nihil: ꝓpter liberādū ab eterna morte hoiem factꝰ est hō: ita se ad susceptionē humilitatis nr̄e sine mutatione sue maiestatis inclinās vt manēs q̄ erat: assumēsq̄ q̄ nō erat: verā formaz serui forme in qua deo pr̄i equalis est vniret: ⁊ tāto federe naturaz vtrāq̄ cōsereret: vt nec inferioꝛē cōsumeret glificatio: nec superioꝛes minueret assumptio. Saluā igif ꝓpietate vtriusq̄ substantie: ⁊ in vnā coeunte psonā suscipif a maiestate humilitas: a virtute infirmitas: ab eternitate mortalitas: ⁊ ad deponendū nr̄e cōditionis debitū: natura inuiolabilis nature est infusa passibili. hec ille. Sed apollinaris male cōtra hāc veritatē loquutus est: dicēs ipsum verbū in carnem conuersum: sicut cū ꝺz Joh. ij. Ut gustauit architridinus aquā vinū factū. Q̄ ea rōne ꝺz: qz est conuersa in vinū. Sed hic errꝰ impossibilitatez habet ꝑm do

ctrinam sancti Tho.in.iiij. sum.contra gētiles.c.xxvij.triplici rōne.

Primo rōne immutabilitatis.
Scdo rōne simplicitatis.
Tertio rōne incōicabilitatis.

¶ Primo rōne immutabilitatis. Nā deus est īmutabilis. Oē qd in aliud ꝯuertit:mutat.Cū ergo verbū dei sit verus deus:impossibile est ꝙ verbū dei fuerit in carnē mutatū. ¶ Scdo rōne simplicitatis.Cū em̄ verbū dei sit deus:simplex est ⁊ nulla in ipso cōpositio esse pōt. Si ergo aliqd verbi sit cōuersum in carnē: opꝫ totū verbū esse cōuersum. Qd autē in aliud conuertit:desinit esse illud qd prius fuit:sicut aqua cōuersa in vinum iā nō est aqua sed vinū:ergo post incarnationē:ꝟm rōnē p̄dictā verbū dei penitus non erit:qd falsissimū est: tū ex hoc ꝙ verbū dei in eternū sit:tū qꝛ post incarnationē xp̄us verbū dei d̄r:ꝟm illud Apoca.xix. Uestitus erat veste aspersa sanguine:⁊ vocabit nomē eius verbuꝫ dei. ¶ Tertio rōne incōicabilitatis. Eoꝝ em̄ q̄ nō cōueniūt in materia ⁊ in genere vno:impossibile est fieri cōuersionez ⁊ vniri inuicē:vt ex linea nō fit albedo: qꝛ sunt diuersoꝝ generum:neqꝫ corpus elemētale pōt ꝯuerti in aliqd corpus celeste:vel in aliquā incorpoream sub̄am: vel ecōuerso:qꝛ nō ꝯueniūt in materia. Uerbū aūt dei cū sit deus:nō conuenit: nec in materia nec in genere cū quocūqꝫ alio eo ꝙ deus nec in genere est nec materiā hꝫ:impossibile igit̄ est verbū in carnē fuisse cōuersum:vel in qdcūqꝫ aliud Diximus q̄d de xp̄o sentimus ꝟm traditiones patrū:⁊ expugnauimus rōnib⁹ manifestis hereticoꝝ oīum obiecta nefanda. Satis ergo est clara xp̄i noticia. Jō nullus ꝑ ignorantiā volūtariā ⁊ affectataꝫ(si ei nō credit)excusare pōt se. Tñ q̄buslibet doctrina suscipiēda est:vt de verbo incarnato fide credat̄:qd verbum explicare nō pōt. Hoc dicit elegantissime Leo papa in sermone de natiuitate dñi. Excedit q̄dem dilectissimi:multūqꝫ supeminet humani eloquij facultatē diuini opis magnitudo.⁊ inde oritur difficultas fandi:vñ adest rō nō tacēdi. Qꝛ in iesu xp̄o filio dei nō solū ad diuinā essentiā:sed etiā ad humanā spectat naturā:qd dictū est ꝑ ꝓphetā Esa. liij. Generationez eius quis enarrabit? Utrāqꝫ em̄ sub̄am in vnā cōuenisse ꝑsonā:nisi fides credat sermo nō explicat. Et iō nūqꝫ materia deficit laudis: quia nūqꝫ sufficit copia laudatoris. Gaudeamus igit̄ ꝙ ad loquēdū tāte misericordie sacr̄m impares sumus ⁊ cuꝫ salutis nr̄e altitudinē vincere nō valemus: sentiamus nobis bonum esse ꝙ vincimur. Nemo em̄ ad cognitionē veritatis magis ꝓpinquat:qꝫ q̄ intelligit in rebus diuinis etiā si multuꝫ ꝓficiat semꝑ sibi supesse qd q̄rat. Nā q̄ se ad qd tēdit ꝑuenisse p̄sumit:nō q̄sita repit:sed in inquisitione deficit. Ne aūt infirmitatis nr̄e ꝑturbemur āgustijs: euāgelice nos ⁊ ꝓphetice adiuuāt voces.hec ille. Inherētes igit̄ nos dictis sctōꝝ xp̄m deuꝫ ⁊ hoīem adoremus:qui viuit ⁊ regnat in scl̄a scl̄oꝝ. Amen.

¶ Feria.iiij.post scdam dñicā aduētus ꝙ solus filius dei carnē assumpsit:⁊ nō alie ꝑsone trinitatis. Sermo.xj.

¶ Jesus in mūdū mittit̄. Fructus.xj.



Eatus qui nō fuerit ⁊c. vbi.s̄. Cupientes q̄dā mysteriuꝫ incarnationis incōsiderate inuestigare confundunt̄ in mēte:qm̄ credūt totā trinitatez fore incarnatā:nesciētes distinguere diuinarū ꝑsonarū pluralitatem. Et qꝛ hoc tenere falsum est ⁊ impiū:iccirco in p̄nti ser. videbimus qualr̄ sola ꝑsona verbi carnē assumpsit. Colligemusqꝫ ea q̄ dicturi sumus sub vno fructu.s.iesus in mūdum mittit̄. Pro cuius declaratione tres cōclusiones erūt notāde.

Prima ꝯclusio d̄r exp̄ssionis.
Scda ꝯclusio d̄r terminationis.
Tertia cōclusio d̄r extensionis.

¶ Qꝛ persona incarnatiōis nominatur

verbum. Cap. ſ.

Prima ꝯclusio ꝺ erp̄ſſionis. Nā ꝓſona incarnata exprimitur: ⁊ noſcaf noſe verbi. Joh. ſ. Jō vt aliqualiter hui⁹ verbi habeamus noticiam: tria ſunt notāda.

Primum qualiter verbum inuenitur in nobis.

Scōm qualr verbū in deo ponit.

Tertiū qualr ꝓprietas filiationis in verbo diuino reperitur.

¶ Primū videdū eſt qualr verbū inuenit in nobis. Circa q̄ dicit Nico. de ly. ſup Jobem: q̄ vox ſignificatiua ꝺ verbū: ſed hoc tm̄mō large ⁊ denoſatiue in quātū ſignificat iteriꝰ: ē mētis cōceptū ſicut vrina ꝺ ſana inquātū eſt ſanitatis indicatiua. Et iō ſicut illud ꝓprie ꝺ ſanitas qō ꝓ vrinā deſignaf: ita illud ꝓpꝛie ꝺ verbū qō ꝓ vocē ſignificaf. ſ. interior mētis ꝯceptꝰ: ſm qō dic pbs. ſ. peri her. Voces ſūt note. i. ſigna earū q̄ ſunt in aīa paſſionū. Et iō ꝯceptꝰ mētis interior etiā añ̄ꝫ ꝓ vocē deſignef ꝓprie verbū ꝺ. Et h̄ eſt qō dicit Aug. xv. de tri. c. r. Quiſq̄s pōt intelligere verbū nō ſolū añ̄ꝫ ſonet: verūetiā añ̄ꝫ ſonoꝝ ei⁹ imagines cogitatione voluanf: pōt videre aliquā illi⁹ ꝝbi filitudinē: de quo dictuꝫ eſt. In ꝑncipio erat verbū. Verūtñ duplex eſt i nobis iteriꝰ mētis cōceptus. Un⁹ impfectus ⁊ informis. Ali⁹ formatꝰ ⁊ pfectus. Cuius rō eſt: q⁹ cognitio nr̄a ꝓcedit de impfecto ad pfectū. Et iō de re ꝑmo habem⁹ ꝯceptū ꝯfuſum ⁊ impfectū: vt ꝺ. ſ. phyſi. Et talis ꝯceptꝰ non ꝺ ꝓprie verbū: ſed cogitatio. Procedēdo aūt ꝓuenimus ad habēdū ꝯceptū rei determinatū: q̄ a pbis vocaf diffinitio: ⁊ a ſctis vocaf verbū. ¶ Scōm videduꝫ eſt qualr verbuꝫ ponif in deo. Circa qō eſt ꝓſiderādū ꝙ deus eſt intellectualis natura: vt ab oībus tā ſctis ꝙ pbis ſuppoꝛ nif manifeſtū. Jō in ipſo ponif verbū: nō tñ ad filitudinē verbi large dicti: qō eſt ipſa vox ſignificatiua vel cōcept⁹ rei impfect⁹: q⁹ i deo nihil eſt ſenſibile; nec eſt aliq̄d impfectū. Et ꝓpter hoc vox ſignificatiua q̄ eſt ſenſibilis: ⁊ ipa cogitatio q̄ ly ſit ītellectualis: tñ importat imperfectionē: nō hꝫ ibi locū: ſed ibi ponif verbū inquātū importat ꝯceptū rei pfectū: q⁹ deus vnico actu intelligēdi ſeipſum ⁊ alia oīa cōcipit pfecte. Exquo ptꝫ differētia verbi nr̄i ad verbū diuinū: q⁹ verbū nr̄m in mēte multiplicaf. Quot em̄ ſunt ibi ꝯceptus impfecti vel formati: tot ſunt ibi verba. In deo aūt vnicū eſt verbuꝫ: q⁹ nō pōt eſſe ibi niſi vnicus ꝯceptus pfectiſſimus. Itē verbuꝫ in nobis eſt accidēs ⁊ q̄d trāſiēs: q⁹ nō ſemꝑ actu intelligimus. Sed in deo eſt quedā ſuba diuina: q̄ nō patif admixtionē alicuius accidentis ſeu cuiuſcūq̄ extranee nature: ⁊ eſt verbū qō ſemꝑ actu ꝑmanet ⁊ eternū. ¶ Tertiū videdū eſt q̄liter ꝓprietas filiatiōis in verbo diuino reperif. Ad qō ſciēdum eſt ꝙ de rōne filiationis ꝓprie dicte eſt ꝙ ſit ibi ꝓceſſus viuēt̄ a viuēte ſm rōnē filitudinis in idētitate nature ſaltē ſpecifica: vel in aliquo ꝓpinquo gñe: vt declaratum eſt fructu. v. c. iij. pūtis opis. Et q⁹ verbuꝫ in diuinis ponif diſtinctū ꝑſonalr a ꝑncipio a quo ꝓcedit: ꝓpter opꝫ dicere ꝙ in ipſo pfecte inueniaf rō filiationis: q⁹ neceſſario ꝓcedit ſicut viuēs a viuēte: ⁊ in idētitate nature nō ſolū ſpecifica: ſed etiā numerali: ⁊ ꝓcedit etiā ſm rōnē filitudinis: q⁹ de rōne verbi eſt ꝙ ſit pfecta filitudo illius cuius eſt ꝝbū: ⁊ iō verbū in diuinis ⁊ filius idē ſunt ꝑ oēm modū. Jō Aug. in. vij. li. de tri. ait: Verbū ſolus fili⁹ accipif: ⁊ in eo loco ꝺ ꝝbū quo filius. De quo verbo idē dicit Aug. rij. li. de tri. ꝙ ipſa ꝓprietas filij ꝓnalis diuerſis noībus ſignificaf ad exprimēdā diuerſimode pfectiones eius. Ut em̄ oſtendaf pr̄i naturalis: ꝺ filius. Ut oſtēdaf pr̄i ꝑ oīa ſimilis: ꝺ ſplēdor. Ut oſtēdaf immaterialiter genitus: ꝺ verbū. Nā verbū eſt ſcōa perſona in ſctiſſima trinitate.

¶ Qꝫ incarnatio terminaf ad ſolā perſonam verbi. Cap. ij.

Secūda ꝯclusio d̄r terminatio Incarnatio nanq̄ terminat̄ ad solā ꝑsonā ꝟbi: q̄r ꝑsona verbi ad incarnationē inter ceteras ꝑsonas diuinas fuit magis idonea: siue loquamur de ip̄a incarnatiōe in se: siue ꝓut ordinata est ad humani generis redēptionē. Si em̄ loquamur de ip̄a īcarnatiōe ī se: magis ꝯgruū fuit ꝑsonā filij īcarnari ex triplici ꝯueniētia

Primo inquātū est imago.
Scd̄o inquantū est verbū.
Tertio inquantū est filius.

¶ Primo ꝯueniens fuit vt sola persona verbi incarnaretur inquātū est imago: q̄r homo assumptibilis erat rōne dignitatis imaginis. Et q̄r filius est imago patris: magis conueniens erat ꝑsonā filij assumere creaturā. ¶ Scd̄o fuit magis ꝯueniēs inquātū est ꝟbū. Nā q̄r filius dei est verbū p̄ris: sic ꝓcedit ab ip̄o vt p̄r se manifestet ꝑ ip̄m. Et iō sicut ad intētionis manifestationē ꝟbū intellectuale copulat̄ voci sensibili: sic ad diuinitatis reuelationē ꝟbū p̄ris ꝯgruū fuit vniri carni. ¶ Tertio fuit ꝯueniēs: q̄r filius. Nā filius solus est genitus ab eterno. Et sic ꝯgruebat eū carnem assumere: vt esset de genere hoīm ⁊ ita filiꝰ hoīs. Jō decebat ip̄m magis incarnari q̄ p̄rem vel spm̄ sctm̄. Et hoc est qd̄ dicit Aug̃.lib̄.de trini. quē allegat magr̄ sen.di.j.lib̄.iij. Dei filius nō q̄siuit nisi matrē in terris: q̄r iā habebat p̄rem in celis. Jnsup̄ si loquamur de īcarnatione ꝑ cōparationem ad humani gn̄is redēptionē: magis ꝯueniēs fuit filiū īcarnari q̄ patrē ⁊ spm̄ sctm̄. Et hoc apparet si ꝯsideremus hominis lapsum: reparandi modū: ⁊ reparationis fructū. ¶ Primo si cōsideremus hoīs lapsum. Uidemus q̄ lapsus fuit appetēdo dei sil̄itudinē ⁊ equalitatē: que ꝓprie filio attribuitur: ideo quasi directe ꝯ filium peccauit. Hoc est qd̄ dicit Anselmꝰ lib̄. Cur deus homo. Homo ꝑ quo erat oraturus ⁊ diabolus quē erat expugnaturus: ambo falsam dei sil̄itudinē p̄sumpserūt. Uñ specialiꝰ aduersus filiū peccauerūt. Scd̄o si ꝯsideremꝰ modū reparationis filio incarnari ꝯueniens fuit. Reparati em̄ sumus ꝑ mediatoris obedientiā ⁊ supplicationē: qd̄ magis filio q̄ alij cōpetit. Uñ Anselmꝰ li. Cur deꝰ hō. Cōueniētius sonat filiū supplicare patri q̄ aliā ꝑsonā. ¶ Tertio si ꝯsideremus reparatiōis fructū: incarnatio ad hoc facta est vt simꝰ dei filij. Si ergo posterius ꝑ illud hz reduci qd̄ est prius in eodē genere: ꝯgruū fuit vt filij efficeremur ꝑ illū q̄ est filiꝰ natural̄. Uñ Aug̃. iij.lib̄.de trini.ait: Ut hō ex deo nasceret̄: primo ex ip̄o natus est deus. Oportuit em̄ vt ꝑ eū efficeremur filij adoptiui: q̄ est filiꝰ naturalis. Hec Boñ.dist.j. iij.libri ar.ij.q.iij. Alex.ī.iij.q.ij. mē.v. ar.j.⁊ Tho.ī.iij.ꝑte sum.q.iij.ar.viij.

¶ Q̄r nulla ꝑsona incarnari potuit nisi persona filij. Cap̄.iij.

Tertia ꝯclusio d̄r extensionis. Jn qua nō īmerito querunt doctores si alia persona a filio.s.p̄ris vel spūssctī potuit se extēdere ad possibilitatē incarnationis? Et ad hoc ꝟm doctrinā Boñ. dis.j. iij.libri.ar.j.q.iiij. dixerūt q̄dā q̄ nulla persona incarnari potuit nisi persona verbi. Qd̄ probant triplici ratione.

Pr̄ia rō est ꝑꝑ ꝑsonaꝝ ordinationē.
Scd̄a rō est ꝑꝑ ꝑsonarū cōditionē.
Tertia rō ē ꝑꝑ oppositoꝝ distīctionē

¶ Prima rō est ꝓpter ꝑsonaꝝ ordinationē. Jta em̄ ordinate sunt ꝑsone diuine: vt nulla ī eis sit admixta ꝯfusio. Sz si alia ꝑsona īcarnaret̄ nasceret̄ q̄dā cōfusio trinitatꝫ: q̄r pl̄es filij ī trinitate dicerent̄. ¶ Scd̄a ratio est ꝓpter ꝑsonarū diuinarū cōditionē: q̄ talis est: vt vna persona sit alteri similis ⁊ equalis. Si ergo incarnaretur vel pater vel spūssanctus: nasceret̄.s.quedam equalitatis diminutio: dum duo filij essent in diuinitate: quoꝝ vnus haberet excellentioreꝫ natiuitatē altero. ¶ Tertia ratio est ꝓpter oppositorum distinctionem. Debent nanq̄ opposita esse distincta. Si

autē alia ꝑsona a filio īcarnaretur: nasceretur quedā oppositoꝝ indistinctio: qꝛ tunc ibi essent due ꝑsone: quarū q̄libet genita ⁊ filius diceret: vel vnus et idē filius genitus ⁊ ingenitus diceret: si pater incarnaret. Et ideo q̄ volūt hāc positionē tenere dixerunt ꝙ nulla alia persona nisi filij poterat incarnari: nō propter defectū sed ꝓpter dignitatē potētie: que nō admittit aliqd̄ indecēs circa opus suū. Sed dn̄s Boñ. dicit ꝙ pater et spūssanctus potuissent incarnari absq̄ aliqua repugnantia. Potuissent em̄ formare corpus quod sibi vnirēt de genere humano nō perviā generatiōis sicut formauit corpus Eue: q̄ nō d̄r esse filia Ade. Propterea dato ꝙ alia ꝑsona assumpsisset carnē de v̄gine sicut assumpsit verbū: adhuc ibi non esset confusio nec equalitatis diminutio s̄m rē: qꝛ ex hoc nulla fieret trāsmutatio circa ꝑsonas diuinas. Nulla em̄ est confusio qn̄ nos credimus ꝙ vnus ⁊ idem est tēporalis ⁊ eternus: īmortalis ⁊ mortuus. Nullus etiā est incōueniens cū dicim⁹ filium esse equalem patri ⁊ minorē patre s̄m naturarū dualitatem. Sufficiat itaq̄ nobis ꝙ filius est incarnatus nō imperfecte nō diminute: quinīmo cum omnibbus requisitis ad salutē ⁊ redemptionem nostram. Ipsum ergo audiamus: ipsuꝫ imitemur qui pro nobis in mundū venire dignatus est: q̄ semꝑ paratum se offert ad nos saluandum qui est benedictus ⁊c. Amen.

¶ Feria quinta post scd̄am dn̄icā aduētus contra iudeos: qui dicunt xp̄m esse venturum. Sermo. xij.

¶ Iesus venisse visus est. Fructꝰ. xij.



Eatus qui nō fuerit ⁊c. vbi. s̄. Generatio ꝑuersa iudeoꝝ hodierna die ꝑ totū orbē terrarū dispersa et disseminata in xp̄o scandalizatur: qꝛ ꝑ ip̄os de xp̄o dulcissimo et iesu nostro negat̄ qd̄ per nos p̄dicatur. Dicuntq̄ eū vēturū: quem venisse oīno clarū est. Quib⁹ tāto fortius viriliter est resistendū: quanto ipsis fides maior exhiberi posset: qꝛ ad eos de xp̄o facta est reuelatio. Habent em̄ xp̄i ꝓphetarū documēta ⁊ sctōꝝ patrū exēpla ī scripturis veteris testamēti: quarū sensum ꝑuertētes facile ignorātib⁹ ꝑsuadēt qd̄ volūt. Iccirco in presenti sermone ꝯ iudeos dicturi sum⁹ de xp̄i aduētu in mūdū siue in carnē: cui⁹ tp̄s p̄teritū est: ⁊ nō futurū. Dicemusq̄ ꝑ hac v̄itate sub vno fructu. s. iesus venisse visus est. Ad cui⁹ declarationem tres ꝯclusiones erūt pertractande.

Prima conclusio d̄r iudeorū dispersio siue captiuitas.

Scd̄a cōclusio d̄r ecclesie stabilitas.

Tertia ꝯcl̄o d̄r miraculoꝝ claritas.

¶ Qꝛ iudeoꝝ dispersiōe seu captiuitate ꝓbat̄ xp̄m venisse. Capl̄m. j.



Prima cōclusio d̄r iudeoꝝ dispersio seu captiuitas. Nam mille ⁊ quadringētis ⁊. xxiiij. annis iudei dispersi vagant̄ per oēs nationes mūdi. Non hn̄t ciuitatē: nō templū: nō regnū: nec aliquaꝫ amplius dignitatē. Certe si eos interrogare voluerimus cur tanto tp̄e seuit ira dei contra eos: nesciunt respōdere: nisi qꝛ xp̄m in lege promissum suscipere noluerunt: quinimmo persecuti sunt eum vsq̄ ad condēnationē mortis. Sꝫ ꝓphetia patriarche iacob Geñ. xlix. satis autentice manifestat xp̄m venisse: contestans tunc nasciturū eum: qn̄ iudeis regale sceptrum deficeret. Aut em̄ non auferet̄ sceptrū de iuda: ⁊ dux de femore eius: donec veniet qui mittēdus est: ⁊ ip̄e erit expectatio gentiū. Verūtamē aliqui iudei dicunt ꝙ hec autoritas nō intelligit̄ de xp̄o: sed de nabuchodonosor rege babylonis: qui missus est ex ordinatione diuina contra hierl̄m ꝓpter peccata populi: vt habetur. iiij. Reg. xxv. ⁊ extunc defecit regnum iudeoꝝ: qꝛ nabuchodonosor cepit Sedechiam regem et filios suos coram eo occidit: et oculos ipsius effodit: vinxitq̄ eū cate-

nis:et adduxit in babylonē: nec postea aliquis de ei⁹ stirpe regnauit. Quibus respōdet Nico. de lyra ꝙ hoc est falsuz: qꝛ post captiuitatē babylonicam iudei habuerūt duces ⁊ ꝑncipes: sicut ptz de zorobabel Esdre. iij. Et de Neemia Esdre per totū. ⁊ de Machabeis vt hr̄ in libris Machabeoꝝ. Habuerūt etiā reges: qꝛ iohānes hircanus fili⁹ Simonis machabei īposuit sibi diadema regni. Et extūc regnauerūt filij ei⁹ vsqꝫ ad herodē. Augustinus aūt. xviij. li. de ci. dei. c. xlv. dicit ꝙ prim⁹ post babylonicā captiuitatē rex fuit Aristobolus. Primus apud iudeos aristobolus assumpto diademate ⁊ rex ⁊ pōtifex fact⁹ est. Nā antea nō reges: sꝫ ꝑncipes ⁊ duces habuerūt. Huic aristobolo successit alexāder etiā ipe rex ⁊ pōtifex. Post hunc vxor Alexā. regina iudeoꝝ fuit cui⁹ tpe mala sunt eos secuta grauiora. Nā filij huius alexādri Aristobolus et hircan⁹ inter se de imperio dimicātes vires aduersus israeliticā gentē ꝓuocauerūt romanas. Hyrcanus nāqꝫ a romanis cōtra fratrē poposcit auxiliū. Uenitqꝫ pōpeius preclarissim⁹ princeps: q̄ iudeam cum exercitu ingressus: ciuitatē cepit: templum reserauit non deuotione supplicis sed iure victoris. Et ad sctā sanctoꝝ: quo nisi sacerdotem summū ītrare licebat: non vt venerator: sed vt prophanator accessit. Cōfirmatoqꝫ Hyrcani pontificatu: ⁊ subiugata gēte imposito custode antipatre vinctū secū Aristobolum ducit. Et extunc iudei tributarij romanoꝝ esse ceperunt. Hoc idem dicit Chryb. ⁊ Eutropius lib. vj. Deinde post paucos annos herodem alienigenā habuerūt: quo regnāte natus est xp̄s. De quo herode dicit Eusebi⁹. j. lib. ecclesiastice historie. ⁊ Josephus. xxvij. antiquitatum lib. ꝙ ex idumeoꝝ gente paternuz genus: arabū ꝟo materni sanguinis originē duxit: qui a romanis iudeoꝝ regnū sibi cōcedi fecit. In quo cū esse subleuatus mox in superbiā erupit ac iudeis plurima mala intulit. Nam ⁊ pontifices non iam ꝟm generis ordinē cōstituebat: sed ignobilibus quibusdā permittebat sacerdotia: sacratam etiaꝫ vestem summi pontificis obclusam signaculo tenuit: non permisso alteri⁹ potestati vsu eius. Cum etiam videret ꝙ generis iudeorum nobilium indicia: si permanerent offuscationis sibi plurimum inferrēt: quare ignobilitatis sue consciētia exagitatus omnes libros in quibus constructio generis habebatur iussit incendi: estimans se nobilem videri posse si nouitius esse ⁊ aduena israelitici generis nullis conscriptionū fastibus vrgeretur. Ueruz fuere tunc pauci diligentes ⁊ studiosi viri: qui vel descriptos ex parte aliqua hmōi libros haberent domi: vel etiā memorie habite ordinem prosapie retinerent. Ecce iam ꝙ iudei confiteri coguntur ꝟm propheticam promissionē xp̄m iam aduenisse: q̄dū fuerint interrogati: vbi sunt illi sanctissimi patres israelitici populi protectores ⁊ defensores xp̄m venisse confiteri cogūtur. Ubi ergo (o iudei) Moyses qui populum captiuum dei virtute: ex egypto de manu Pharaonis eduxit ⁊ liberauit. Exodi. xij. c. Ubi Josue sub quo illa tria magna miracula ostendit deus. Primuz quando iordanis fluui⁹ aquis inundatus liberum populū dei non sorbuit. Josue. iij. c. Secunduz qñ clangentibus sacerdotibus Jerico corruit. Josue. vj. c. Tertium quādo Josue contra hostes pugnante sol vnius diei spacio stetit. Josue. x. c. Ubi iudices illi fortissimi bellatores: qui populum dei de inimicis suis viriliter defenderunt? Ubi Othoniel qui populum dei liberauit de manu regis syrie. Judicum. iij. c. Ubi Aioth qui moabitas circiter decē milia omnes robustos ⁊ fortes ꝑcussit. Eglon eoꝝ rege in suo cenaculo interfecto? Judicum eodem. c. Ubi Sangar filius anath: qui percussit de philistijm sexcentos viros ⁊ israel defendit: eodē c. Ubi Delbora ⁊ Barach q̄ barach creditur vir ei⁹ fuisse: ipa tñ Delbora israel

liberauit de manu Jabin regis asor: Judicū.iiij.c. Ubi Gedeon: q̄ israel liberauit de manu Madian terrore lampadum⁊ tubarū hostibus subito pturbatis alijs mutua cede cadētibus: quibusdam⁹ in fugā cōuersis: Judicum vij.c. Ubi Abimelech filius Hieroboal de concubina natus: qui septuaginta fratres suos de patris vrorib⁹ oēs p̄ter vnū Joathā qui minimus abscōditus erat occidit⁊ dominiū populi violēter arripuit: Judicum. ix.c. Ubi Tholadi Sachar. vbi Tholā Jahir Galaadites: Ubi Jepte filius cuiusdā meretricis q̄ spurius a fratrib⁹ fuit eiectus: tandem necessitate vrgēte ad principatū vocatus est: ⁊ er voto filiā īmolauit: stulte⁹ in vouēdo: crudelis in soluēdo: Judicum xj.c. Ubi abessam q̄ septē annis isral iudicauit: Ubi Abialō zabulonites: Ubi abdō filius Hellel Pharatonites: qui habuit. xl. filios de q̄bus Judicū. xij.c. Ubi Sanson fortis qui leonem interfecit: philisteos occidit⁊ tot⁊ tāta fecit ptra eos: Judicū. xv.c.⁊. xvj.c. Ubi Heli⁊ Samuel⁊ ceteri victorioſi duces populi iudeor: Ubi reges illi potētissimi quos p̄fecit eis deus: Ubi Saul qui primus regnauit in israel⁊ er volūtate dei vnctus est in regē a Samuele sacerdote. j. Reg. xv.c. Ubi Dauid: q̄ secūd⁹ regnauit: q̄ permissiōe dei interfecit gigantē goliath: ⁊ demū ad paucos dies effect⁹ est rex sup populū israel. j. Reg. xvj. Ubi Salomō filius ei⁹ q̄ regnauit post dauid patrē suū. iij. Reg. iij.c. ⁊ dedit eis dñs sapiētiā ⁊ prudentiā multā nimis ⁊ latitudinē cordis quasi arenā que est in littore maris: ⁊ erat sapiētior cunctis hominibus: possidebatq̄ oīa regna a flumine terre philistijm vsq̄ ad terminū egypti. iij. Reg. iiij.c. Et edificauit domū dñi: ⁊ gl'iose regnauit in vita sua. Ubi roboā: vbi Abias: vbi Assa vbi Josaphat: vbi Joram: vbi Ochozias: vbi Joas: vbi Amasias: vbi Ozias: vbi Joathā: vbi Achaz: vbi Ezechias: vbi Manasses: vbi Amon: vbi ⁊ reliqui iudeor̄ reges: qui vt in libris regum diffusius notatur successiue regnauerunt cū virtute multa ⁊ victoria inimicor̄ populi dei. Quid fecistis o iudei. Quod scelus commisistis: cur dati estis in opprobriū gentiū: ⁊ abiectionē cunctis gētibus. Ubi Esaias. vbi Hieremias. Ezechiel: Daniel: Oseas: Joel: Amos: Abdias: Jonas: Micheas Naū: Abachuch: Sophonias: Aggeus Zacharias: Malachias. Certe nullus est qui aliquid prophetizet de aduentu messie: quia iam venit. Ipsi autē iudei clauserunt cor suū: ⁊ tā manifestissimis exemplis apertissimisq̄ experimentis credere nolunt.

¶ Q̄ ecclesie stabilitate probatur xp̄m iam venisse. Capl'm. ij.

Secunda conclusio ō: ecclesie stabilitas. Nam a tpe xp̄i stabilis et firma permansit: nec vlle vnq̄ tempestates: nō dico solūmodo hereticor: sed etiam potētissimor tyrannorū: potuerūt illā submergere. Quod vtiq̄ fieri non posset nisi celitus defenderetur. Nec deus ita sibi assisteret si mendaciter predicaret xp̄m venisse. Quisnam explicet qō fuerunt imperatores Romani: q̄ xp̄ianum nomē dolere conati sunt: ⁊ ecclesiā dei durissimis cruciatibus ⁊ omni crudelitate vexarunt. Nonnulli fuere qui dixerunt decem tm̄ persecutiōes ecclesiam passam. Unam vo nouissimam ⁊ futuram esse dicunt ab antixp̄o: quos tamē Augustinus improbat. lib. xviij. de ciuita. dei. lij.c. vbi ait: Proīde nec illud q̄dem temere puto esse dicēdum siue credendum: quod nonnullis visum est vel videtur non amplius ecclesiam passuram persecutiones vsq̄ ad tempus antixp̄i q̄ q̄ iam passa est: idest est decem et vndecima eademq̄ sit nouissima ab antichristo. Primam quippe computant a Nerone. Secundam a Domitiano. Tertiam a Traiano. Quartam ab Antonino. Quintam a Seuero: Sextam a Maximino. Septimam a

Decio. Octauā a Ualeriano. Nonaz ab Aureliano. Decimam a Diocletiano et Maximiano. Plagas em̄ egyptioꝝ qm̄ decē fuerūt: anteq̄ inde exire inciperet populus dei: putāt ad hūc intellectum esse referēdas: vt nouissima antixp̄i ꝑsecutio filis videat̄ vndecime plage egypti: qua dū hostiliter persequerētur hebreos in mari rubro populo dei per siccum transeūte perierūt. Sed ego illa regesta in egypto istas persecutiones ꝓphetice significatas non esse arbitror q̄uis ab eis qui hoc putāt exquisite et ingeniose illa singula his singulis cōparata videātur: nō ꝓphetico spū: sed cōiectura mētis humane: qua aliqñ ad verum peruenit: aliqñ fallit. Quid em̄ q̄ hoc sentiunt dicturi sunt de ꝑsecutione: qua ipse dñs crucifixus est. In quo eam sunt numero posituri. Si autē hac excepta estimāt cōputandū tanq̄ ille numerāde sint: que ad corpus pertinent: non qua ipsum caput est appetitū ⁊ occisuz. Quid agēt de illa que postea q̄ christꝰ ascēdit in celum hierosolymis facta est: vbi beatus stephanus lapidatꝰ est: vbi iacobus frater iohānis gladio trucidatus est: vbi apl̄s petrus vt occideret inclusus est: ⁊ ꝑ angelū liberatꝰ: vbi fugati ⁊ dispersi de hierosolymis fratres: vbi Saulus q̄ postea paulus apl̄s factꝰ est vastabat ecclesiā: vbi ipse quoq̄ iam fidem quā ꝑsequebat̄ euāgelizās: qualia faciebat est passus siue per iudeā: siue ꝑ alias gētes quacūq̄ xp̄m feruentissime p̄dicabat: Cur ergo eis a Nerone videt̄ ordiendū: cum ad neronis tēpora inter atrocissimas ꝑsecutiones: de quibus nimis longū est cūcta dicere ecclesia crescēdo peruenerit. Nec Augu. qui in premissis verbis docet ecclesiā dei nō nisi inter turbines ⁊ conquassationes varias floruisse. Et illud profecto mirabile vnicuiq̄ esse debet ꝙ imperatores romani quibus mūdus olim resistere nō potuit ⁊ totū terrarū orbē sue iurisditioni subiecerūt: non valuerūt cultum dei delere de terra quem nullus defendit armis: nec pecunia: nō deniq̄ humanis fauoribus: q̄nimmo cū importuna ꝑsecutione victores esse deberent: ipsi ita victi sunt vt in vrbe collocaretur sedes ecclesie sancte dei. O admirabilis virtꝰ iesu xp̄i crucifixi. O incogitabilis potētia xp̄i: q̄ moriens resurgere voluit tertia die: vt stabiliret ecclesiā eāq̄ firmaret sicut ꝓmiserat petro Matth. xvj. Super hāc petram: scz me christū edificabo ecclesiam meā: ⁊ porte inferi nō preualebūt aduersus eaz. Ipse est de quo daniel exposuit visionem Nabuchodonosor: ꝙ debebat subijcere regnū romanoꝝ. Nā nabuchodonosor vt dr̄ Dañ. ij. dixit: Uidi statuaz magnā cuiꝰ caput ex optimo auro erat: pectꝰ ⁊ brachia ex argēto: vēter ⁊ femora ex ere: tibie ferree. Et post sequitur ꝙ abscisus est lapis de mōte sine manibꝰ: ⁊ ꝑcussit statuā in pedibꝰ eius: ⁊ comminuit eos. Per statuā designantur quattuor regna. Primū est regnū chaldeoꝝ: qd̄ designat̄ ꝑ caput aureū sicut ipse daniel exponit. Scd̄m est regnū persaruz: qd̄ designat̄ per argentū: qd̄ subiecit sibi regnū chaldeorum. Designatur autē per argētum: vt dicit Nicolaus de lyra qr in illo regno multū vacabant sapientie ⁊ eloquētie: que significātur per claritatē argēti ⁊ eius sonoritatē. Et qr regnum medorū ⁊ persarū primo fuerunt duo regna ⁊ in vno regnabat Darius: ⁊ in alio Cyrus: ideo signata fuerūt per illa duo brachia. Uerūtamē qr fuerūt cōiuncta simul tēpore Cyri: mortuo Dario illa duo brachia erāt cōiuncta in pectore vno. Tertium est regnū grecorum: qd̄ subiecit sibi regnū persarum tēpore Alexandri magni. Designatur autē per es propter sonoritatem grece eloquētie: qr es inter alia metalla est magis sonorū. Quartū est regnū romanorum: qd̄ designatur per ferruz: qr subiecit sibi regnū grecorū et oīa regna mūdi: sicut ferrum domat oīa alia metalla. Per lapidē aūt abscisum sine manibus designatur christus: qui est natus de virgine sine manibus cōplectentium: que virgo designa-

tur per montē propter excellentiā vite: Cui xp̄o subijciendū erat regnum romanorū. Qđ impletum fuit tēpore Constātini: qui a beato Siluestro baptizatus romanum imperiū christo subiecit. Ex quibus omnibus conuincuntur iudei: vt velint nolint dicant christuz venisse: quem tamen impie negāt absq; vlla rationabili causa ꝛc.

¶ Qꝛ christū venisse probatur claritate miraculorum. Cap̄m.iij.

Tertia cōclusio dicitur miraculorū claritas. Cōstat nāq; venisse xp̄m: qꝛ ante aduentum eius multa miracula facta sunt in veteri lege. Nunc ṽo illa fieri tm̄ vidētur in christiana religione virtute dn̄i nostri iesu christi. Quāta em̄ fuerint illa signa olim exhibita: patet in scripturis veteris testamēti. Ibi quidē vt Augu. testatur libro.x. de ciui.dei.c. viij. reperiemus qualiter Abrae ex sterili vxore dat⁹ est filius: etiā ipsa senescente. Gen̄.xxj. Ibi vxor Loth in statuā salis cōuertitur: quia supernū preceptum contēpsit. Gen̄.xix. Ibi in liberatione populi de egypto: columna ignis per noctē: ꝛ nubis per diē iter prebebat israelitico populo. Exod̄.xiij. Ibi apertum mare rubrum ostēditur: ꝛ filij israel per siccum transeūtes: egyptij ṽo in medijs fluctibus inuoluūtur. Exodi xiiij. Ibi marath fluuius amarissimus immisso ligno dulcificatur. Exodi. xv. Ibi māna paratur patribus in deserto. Exod̄.xvj. Sed q̄d oīa numerare tentamus: cū breuis sermo illa explicare nequeat. Nō negāt ipsi iudei que dicimus sed rn̄dere nolūt cur tot signa ꝛ ṽtutes defecerūt. Negant aūt ꝙ in nostra fide nūc tales ṽtutes ꝛ multo maiores inueniantur. Nos autē qui xp̄iani sumus de dn̄o nostro iesu xp̄o autētice legimus: ꝙ miracula multa fecit curando infirmos: obsessos a demonibus liberando: illuminādo cecos: mundando leprosos: ꝛ qđ maius est mortuos resuscitādo: vt dictum est fructu.viij.presentis operis. Et nō solū in creaturis rōnabilibus vidētur hec signa: sed etiā in insensibilib⁹ elemētis. Hinc est ꝙ Grego. in homelia epiphanie ait: Oīa elemēta autorē suū venisse testata sunt. Ut em̄ de his quasi quodā vsu humano loquar: deū hūc celi esse cognouerūt: qꝛ ꝓtinus stellā miserunt. Mare cognouit: qꝛ sub eius plantis se calcabile prebuit. Terra cognouit: qꝛ eo moriēte cōtremuit. Sol cognouit: qꝛ lucis sue radios abscōdit. Saxa ꝛ parietes cognouerūt: qꝛ tēpore mortis ei⁹ scissa sunt. Infernus cognouit: qꝛ hos quos tenebat mortuos reddidit. Et tn̄ hunc quē deum omnia elementa insensibilia asserūt: adhuc infideliū iudeorum corda deū minime esse cognoscunt ꝛ duriora saxis ad penitētiam scindi nolūt: eūq; confiteri abnegāt: quē elemēta vt diximus: aut signis: aut scissionib⁹ deuz clamāt. hec ille. Nec ipse xp̄s tm̄ ista miracula fecit; sed in eius ṽtute et noīe in ecclesia vsq; in hodiernum diem multipliciter fiūt: sicut pz in ap̄lis: in martyribus: in ṽginibus: et in cōfessoribus. De q̄bus oībus tāta dici possunt ꝙ vix aliquis illa queat aut legere aut audire. Uerūtamen illud vnū est miraculū miraculorū omniū clarissimū ac mirabilissimū ꝙ mūdus totus per ap̄los in xp̄m crediderit. Nec fuerunt rustici simplices vulgares ꝛ idiote q̄ in xp̄m crediderūt: sed viri litterati: docti: periti: ph̄i: oratores: principes: reges: ꝛ imperatores. Un̄ Augusti.xcij.lib̄.de ciuita. dei.c.v. dicit: Jam ergo tria sunt incredibilia que tn̄ facta sunt. Incredibile est xp̄m resurrexisse in carne ꝛ in celū ascēdisse cum carne. Incredibile est mundū rem tam incredibilē credidisse. Et incredibile ē homines ignobiles: infimos: paucissimos imperitos rem tam incredibilē tam efficaciter mundo: ꝛ in illo etiā doctis persuadere potuisse. Horū trium incredibiliū prima nolunt isti cū quibus agimus credere. Scd̄m cogūtur ꝛ cernere: qđ tn̄ nō inueniunt: vnde sit factum si nō credunt tertium. Certe resurrectio xp̄i ꝛ in

celū cū carne cum qua resurrexit ascensio toto mūdo iam predicat̄ ⁊ creditur. Si credibilis nō est: vñ toto terrarū orbe iam credita est. Sed multi nobiles sublimes ⁊ docti etiā se vidisse dixerūt: ⁊ qd̄ viderūt diffamare curarūt: eis mūdum credidisse non mirū est. Sed istos adhuc credere nolle perdurū est. Si autē vt verū est paucis obscuris minimis ⁊ indoctis ea se vidisse dicētibus ⁊ scribētibus credidit mūdus: cur pauci obstinatissimi q̄ remanserunt ipsi mūdo iā credēti adhucusq̄ nō credūt? Qui propterea numero exiguo ignobilium infimoꝝ imperitorū hoīm credidit: qꝛ in tā cōtemptibilibus testibus multo mirabilius diuinitas seipsa persuasit. Eloq̄a nāq̄ persuadētiū que dicebāt mira fuerūt facta nō v̄ba. Qui em̄ xp̄m in carne resurrexisse: ⁊ cū illa ad celū ascēdisse nō viderāt: id se vidisse narrātibus non loquētibus tm̄: sed etiā mirifica faciētibꝰ signa credebāt. Homines quippe quos vnius vel vt multuꝫ duarū linguarum fuisse nouerāt: repēte linguis omnium gentiū loquētes mirabiliter audiebāt. Claudū ab vberibꝰ matris: ad eoꝝ v̄bū ꝓ xp̄i noīe post quadraginta annos incolumē cōstitisse. Sudaria de corporibꝰ eoꝝ ablata sanādis languentibus profuisse: in via qua fuerant transituri positos in ordine innumerabiles morbis varijs laborātes vt ambulantium sup̄ eos vmbra trāsiret cōtinuo salutē solere recipere: ⁊ alia multa stupēda in xp̄i nomine per eos facta sunt signa. Postremo etiā mortuos resurrexisse cernebāt. Que si vt legūtur gesta esse cōcedūt ecce tot incredibilia tribus illis incredibilibus addimus. Et vt credat̄ vnū incredibile: qd̄ de carnis resurrectione atq̄ in celuꝫ ascēsione d̄r multoꝝ incredibilium testimonia tāta cōgerimus ⁊ nōdum ad credendum abhorrēda duricia incredulos flectimus. Si v̄o per apl̄os xp̄i: vt eis crederetur resurrectionē atq̄ ascensionem predicātibus xp̄i etiā ista miracula facta esse nō credunt. Hoc nobis vnū grande miraculū sufficit: qd̄ iam terrarum orbis sine vllis miraculis credidit. Hec Augustinus. Cōfundantur ergo iudei duri qui christianā fidē impugnant qui christū venisse negant: quē vt prediximus tot quotidiana miracula declarant ⁊ manifestant. O iudei olim a deo predilecti: modo dati in opprobriū gentium reuertimini reuertimini: deponite vestrā duriciē. Currite ad xp̄m desideratum: qui iam venit māsuetus: qui est benedictus in secula seculorū. Amen.

¶ Feria sexta post secundā dñicam aduētus: de fide firma: qua debemus christum cognoscere. Sermo.xiij.

¶ Jesus fide cognoscitur. Fructus.xiij.

Beatus qui nō fuerit ⁊c. vbi.s. Magna est multitudo et numerꝰ pene incredibilis eorum qui eterno bono priuantur: qm̄ in christū credere nolūt: cū tm̄ vt apl̄s docet ad Heb.xj. Sine fide impossibile est placere deo. Ipsa nāq̄ est que intellectū illuminat: mēti veritatē reserat: ⁊ aīam ducit ad noticiā eoꝝ que necessario sunt cognoscēda ꝓ obtinēda salute. Et qm̄ qui sine fide viuit vel in aliquo articulo fidei dubitat: vt notat̄ ex̄ de hereticis.c.j. infidelis simpliciter est. Jccirco in presenti sermone dicturi sumus cōtra eos qui fide integra carēt et in xp̄o scādalizātur. Pro quibus ponemus fructū q̄ est: Jesus fide cognoscit̄. Ad qd̄ plene intelligendū tres conclusiones erūt notāde.

Prima cōclusio d̄r paruitas.
Scd̄a cōclusio d̄r sublimitas.
Tertia cōclusio d̄r superioritas.

¶ Qꝛ proprio ingenio xp̄m cognoscere nō possumus. Cap̄m.j.

Prima conclusio d̄r paruitas. In qua scire debemꝰ ꝙ xp̄m per fidē cognoscere possumꝰ: ingenio aūt proprio nequaq̄ qꝛ intellectus rōnalis creature per semetipsum ad talē noticiā extēdere se mi

nime valet. Nisi diceremus ꝑm eos q̄ fa
rui sunt: ꝙ intellectus noster intelligit
oīa: qō est falsum. Et falsitas ista haberi
pōt si cōsideret ꝙ tripler est intellect⁹.

Primus est intellectus diuinus.
Scōs est intellectus angelicus.
Tertius est intellectus humanus.

¶ Primus intellect⁹ est diuinus: de quo
dicit Scotus dis. ij. liō. ꝙ est infinitus
t cognoscit quodcūq; intelligibile per
fectissime quantū est intelligibile in se:
et vnico actu intelligendi intelligit se
metipsum t oīa. Qō etiaz late declarat
sanctus Tho. liō. j. cōtra gētiles. c. xxiij.
Et q: esse dei est infinitum: ipse solus se
infinite intelligit. ¶ Scōs intellect⁹ est
angelicus: de quo dicit Diony. in liō de
diuinis nominib⁹: ꝙ est deiformis. Qō
ideo dicitur ꝑm Boñ. in. ij. dist. ij. parte
ij. ar. ij. q. ij. ad primū arg. non q: habet
deiformitatē quā habet intellectus glo
riosus per assimilationem que est in sta
tu perfecto: sed q: sine susceptione spe
cierum per illud qō hz in se actu cogno
scit. Et ob hoc angelus naturali cogni
tione diuinaz essentiā videre nō potuit
in claritate sua. Tum quia hec cognitio
est primū premiū: quo habito mēs crea
ta quiescit tanq; beata t perfecta. ꝑm il
lud Johā. xvij. Hec est vita eterna vt co
gnoscāt te solum deū verū. Angelus au
tem non erat per naturam beatus: ideo
hoc premium non obtinuisset nisi gra
tuita dei influentia. Tum q: diuina lux
propter sui eminentiā est inaccessibilis
viribus oīs create nature: t ideo ꝓ quā
dam benignitatis cōdescētionē facit se
cognosci: ita ꝙ in illa cognitione cogno
scens multo plus agatur q̄ agat. Illa aūt cōdescentio bonitatis q̄d gratuitaz
dicit: sed cōstat ꝙ nō dicit diuine essen
tie humiliationem: q: nō pōt minorari:
sed dicit alicuius radij gratuitā immis
sionem: propter quā anima clare cogno
scit cū est immissio abundantia sicut est
in gloria. Cū etiā non vidit angelus na
turali cognitione diuinā essentiaz: quia
prior mio: est deo anima habēs gratiā:
q̄ sit angel⁹ habēs sola naturalia. Ani
ma ꝙ eruta cū gratia non pōt aspicere
lucē summam nisi adiuuetur per gloriā
sicut patet de his qui fuerūt in limbo: t
de alijs qui sunt in purgatorio. A fortio
ri ergo nec angelus habet cognitionem
de diuina essentia per naturam: sed co
gnouit deū tūc in puris naturalibus cō
stitutus per speculū clarum t per vesti
gium. Nec Boñ. in. ij. Ubi ostēditur limi
tatio intellectus angelici: q: nō extēdit
se ad intelligendaz essentiā diuinam eo
modo quo intelligit intellectus diuin⁹.
Insuper etiam in gloria vnus angelus
magis intelligit ꝙ alij⁹: q: vt vult Dio
ny. libro de angelica hierar. diuine reue
lationes fiunt a deo immediate ipsi se
raphin: illas ꝙ cōmunicat cherubin: et
sic ꝑm ordinē superiores inferiorib⁹ re
uelant. ¶ Tertius intellectus dicitur hu
manus: qui longe inferior est intellectu
angelico: quia cognoscit res in tēpore t
cū discursu ratiocinando: qui tñ non est
equalis in omnibus ratione vtētibus:
quia quod vnus scit alter ignorat: nec
etiam aliquis ita est doctus quin possit
fieri doctior. ꝑm illud Prouerbiorum. j.
Audiens sapiens sapientior erit. Unde
refert Hieronymus de Themistide phi
losopho scribens ad Nepotianū: ꝙ cuz
expletis. cxxvij. annis ad mortē appro
pinquaret: amare flebat dicēs se tūc vi
ta migrare: cū aliq̄d scire inciperet. Quo
exemplo monemur ꝙ non nisi fatue esti
mant quidā se omnia scire: et illa pu
tant esse que ipsi intelligunt: t que non
intelligunt omnino non esse. Isti sunt
qui spiritu superbie et presumptionis
decepti a veritate fiūt alieni: quia vt di
cit Bernardus super cantica. Superbo
oculo veritas non videtur. Et Augusti
nus. vij. cōfessionum semetipsum de ta
li errore redarguit dicendo: Tu mor
meo separabar a te: et nimis inflata fa
cies claudebat oculos meos. Cum itaq;
omniū intellectus nō sint equales: opor
tet vt oēs fide iuuētur.

¶ Qz ea que de xpo cognoscunt sunt ita

sublimia ꝙ excedūt capacitatē hūanā: iō necesse ē ip̄z fide cognoscere. Cap̄.ij.

Secunda ꝯclo d̄r sublimitas. Necesse est em̄ iesum fide cognoscere: qꝛ ea q̄ de ip̄o dicūtur adeo sunt sublimia: vt hominis naturalē capacitatē excedāt. Qd̄ cōueniēs esse oñdit sanctus Tho. in.j. cōtra gētiles.c.v.triplici ratione.

Primo ratione ordinatiōis.
Scd̄o rōne vere cognitiōis.
Tertio ratione delectatiōis.

¶ Primo equidē decēs fuit hominib⁹ proponi fide tenēda ea q̄ supra naturales animi vires sunt rōne ordinatiōis. Ordinamur em̄ ad alti⁹ bonū q̄ experiri in presenti vita possumus. Jō oportuit mente euocari in aliquid altius q̄ rō nr̄a pertingere in presenti possit: vt sic discamus aliquid desiderare et in illud studiū tendere qd̄ totū statū p̄sentis vite excedit: ⁊ hoc p̄cipue xp̄iane religioni cōpetit: que singulariter bona spiritualia ⁊ eterna ꝓmittit. ¶ Secūdo hoc cōueniēs fuit rōne ꝟe cognitionis ad dei scꝫveriorē cognitionē habendā. Tunc em̄ solū deū in p̄senti vere cognoscimus qñ ip̄m esse credimus supra oē illud qd̄ de deo cogitari pōt ab homīe: eo ꝙ naturalē hoīs cognitionē diuina substātia excedit. ¶ Tertio illud fuit cōueniēs ratione delectationis. Noticia nanq̄ diuinoꝝ est valde delectabilis. Unde Aristo.x.ethicoꝝ.c.vij. ꝯ Symonidē ph̄m dicit: ꝙ hō ad diuina ⁊ immortalia tēdere dꝫ quātū pōt. Hic Symonides dimittendā hoī dicebat superioꝝ cognitionē: ⁊ humanis rebus īgenium applicādū: inquiens humana sapere hominē ⁊ mortalē mortalia. Et.xj. de animalibus Arist. dicit ꝙ q̄uis parum sit qd̄ de substantijs superioribus percipimus: illud tñ modicū est magis amatum ⁊ desideratū omni cognitiōe: quam habemus de substātijs inferioribus. Et in.ij. de celo ⁊ mundo ait: ꝙ cū de corporib⁹ celestibus questiones solui possunt parua ⁊ topica solutione cōtingit auditori: vt vehemēs sit gaudiū eius ostēdens ꝙ de rebus nobilissimis quātūcūq̄ imp̄fecta cognitio maximā perfectionē ⁊ delectationē aīe confert. Multo magis ergo cognitio diuinorū secretoꝝ que fide haberi potest.

¶ Qꝛ ꝯfirmādo p̄dicta fidei sacr̄a superāt altitudinē hūani ītellect⁹. Cap̄.iij.

Tertia conclusio d̄r superioritas. Ex dictis in prima et in scd̄a conclusione cōstare pōt ꝙ fidei sacramēta superant altitudinem humani intellectus: iō ratione demonstratiua cognosci nō p̄nt. Opꝫ ergo vt simplici fide ⁊ nō sophistica interrogatione suscipiant̄. Jō scribitur ex̄ de sum. trini. ⁊ fi. ca.c.j. vbi glo. ait: Ubi rō deficit supplet fides. Et hoc Hilari⁹.iiij.li.de trini. ait: Neq̄ celestiū p̄ se sciētiā humana imbecillitas consequet̄: neq̄ inuisibiliū intelligētiā ipse sibi corporaliuꝫ sensus assumet. Nō enim subeūt ingenia nostra in celestē sciētiā: neq̄ incōprehēsibilē veritatē sensu aliquo infirmitas nr̄a cōcipiet. Neq̄ propter hoc irrōnabiliter mouent̄ q̄ sic credūt ea q̄ hūanam rōnem superāt: qꝛ vt inq̄t Hugo de sctō victore lib̄.j. p̄te.iij. c.xxiiij. Circa credēda quedā sunt extra rōnem vt necessaria: quedaꝫ s̄m rōnem vt ꝓbabilia: quedā cōtra rōnem vt incredibilia: quedā supra rōnem vt mirabilia ⁊ diuina. Si ꝟo dicatur ꝙ in fide proponitur aliq̄d qd̄ etiā humana rōne inuestigari possit: vt deū esse ⁊ tñ credēdum nobis ꝓponit̄: tradere ergo saltē ista tanq̄ credēda videt̄ esse sup̄fluum. Ad hoc rñdet sanct⁹ Tho.ij.ij.q.ij. arti. iiij. ꝙ necessariū est homini accipere per modū fidei etiā quedā que naturali ratione ꝓbari possunt triplici rōne.

Primo ꝓpter generalitatē.
Scd̄o ꝓpter velocitatē.
Tertio propter securitatē.

¶ Primo ꝓpter generalitatē: qꝛ noticia fidei pōt esse generalior ⁊ communior. Si enim veritas diuina solūmodo rōni inquirēda relinqueretur: paucis homi-

nibus ineſſet noticia dei. Scōm enim Tho. ſ. cōtra gētiles. c. iij. A fructu ſtudioſe inq̄ſitionis que eſt inuētio veritatis plurimi impediuntur tribus de cauſis. Quidā ſiquidē ꝓpter cōplexionis indiſpoſitionē ex qua multi ſunt naturaliter indiſpoſiti ad ſciendū. Unde nullo ſtudio ad hoc pertingere poſſent vt ſummuz gradum humane cognitionis attingerēt: qui in cognoſcēdo deū conſiſtit. Quidā ꝙo impediuntur neceſſitate rei familiaris. Oportet enim inter hoſes eſſe aliquos qui temporalibus adminiſtrādis inſiſtāt: qui tantū tēpus in otio contēplatiue inquiſitionis non poſſent expendere: vt ad ſummū faſtigiū humane inquiſitionis pertingere poſſent: ſcz dei cognitionē. Quidā autē impediunt pigricia. Ad cognitionez enim eorū que de deo ratio inueſtigari poteſt: oporteret multa precognoſcere: cū fere totius philoſophie cōſideratio ad dei cognitionez ordinet. Propter qō metaphyſica que circa diuina verſatur: inter philoſophie ptes vltima remanet addiſcēda. ¶ Secūda rō eſt ꝓpter velocitatē. Velocius em̄ fide q̄ ratione cognoſcitur deus et citius. Nā qui ad predicte veritatis cognitionem ratione vellēt peruenire: vix poſt longū tēpus id poſſent attingere. Tum ꝓpter multa que exigūtur: vt dictū eſt: tū etiā qz tēpore iuuētutis diuerſis paſſionū mōtibus aīa fluctuās non eſt apta ad tā alte veritatis cognitionē ſed in quieſcendo fit prudēs ⁊ ſciēs: vt habet. vij. phyſi. ¶ Tertia rō eſt ꝓpter ſecuritatem: qz noticia fidei eſt ſecurior inueſtigatione rōnis. Plerūq; em̄ tali inueſtigationi falſitas admiſcet ꝓpter debilitatē intellectus nr̄i in iudicādo: et fantaſmatū permixtionē. Et iō oportuit vt per viā fidei veritas eluceſcat. Vnde apl̄s ad Ephe. iij. Nō amplius ambuletis ſicut ⁊ gentes ambulāt in vanitate ſenſus ſui: tenebris obſcuratū habentes intellectū. Ygit̄ humilier vnuſq;q; mentē ſuā: deponat oēs curioſitates animi ſui: abijciat q̄libet preſumptionē a ſe: ⁊ cū de x̄po ſenſerit fide videāt ꝓpter rōnis debilitatē. Sed neſcio quid dicā de multis q̄ nullo argumēto flecti poſſunt ad credendū q̄ credere obligantur. Niſi forte dixerim eos excecatos: vl̄ ſuperbia: vel auaricia: vel luxuria: a q̄bus cū abſtinere nolint id credūt qō volūt. Hoc nāq; ſolū eſſe videtur malorum refugium. Quapropter nos veram fidem habeamus: vt deum in celo videre poſſimus: qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Sabbato poſt ſcōam dn̄icā aduētus de ſeq̄la x̄pi: ꝙ falſos x̄pianos: q̄ dicūt ſe in x̄pm credere: quē tn̄ in operibus virtutū nolūt imitari: vnde in ipſo merito ſcandalizant. Sermo. xiiij.

¶ Jeſus eſt imitādus. Fructus xiiij.

Beatus qui nō fuerit ſcādalizatus i me. vbi. s. Oſtēdūt q̄dā ſe in hac vita x̄pm diligere: et in ipſuz credere verba ꝓ ferēdo: ſed operibus ipſi cōtrariantur: q̄m vitioſius viuūt: vitaq; eorum eſt reprehenſibilis valde: atq; in his que dei ſunt facillime fatigātur: adeo vt nec in minimo laborare velint ꝓ adipiſcenda gloria ſanctorum. Pro quibus in preſenti ſermone dicturi ſumus de ſequela ieſu chriſti: q̄ vt Jaco. ait. ij. c. Fides ſine operibus mortua eſt. Non em̄ ꝓdeſt nobis x̄pm cōmendare: x̄pm laudare: x̄pm magnificare: x̄pm noiare: niſi ipſuz fuerimus imitati. Erit itaq; huius ſermonis fructus: Jeſus eſt imitandus. Nam qui ipſum ſequitur in illo non ſcandalizatur. Pro cuius declaratione circa x̄pi ſeq̄lā tres ꝓclusiones notabimus.

Prima ꝓclusio ꝺr determinatio.
Scōa ꝓclusio ꝺr ratio.
Tertia ꝓclusio ꝺr retardatio.

¶ Q: debemus imitari chriſtum: nō tamen in omnibus ſed ex neceſſitate i obſeruantia humili diuinorum conſiliorū ⁊ operibus perfectionum.

Capitulum. ſ.

Sabbato post dñicam. II. aduētus.

PRima ꝯclusio d̄r determinatio. In qua expedit scire in quo debem⁹ xp̄m sequi. De quo Petr⁹ ait. j. Pe. ij. Xp̄s passus est pro nobis vob̄ relinquēs exēplū: vt sequamini vestigia eius. Et Job. j. canonica ij. c. Qui dicit se in xp̄m credere: debet sicut ille ambulauit ambulare. Et Lactā. vij. li. diuinaꝝ institutionū. ait: Pater em̄ nr̄ ac dñs q̄ ꝯdidit firmauitq; celū q̄ libratā magnitudine sua terrā vallauit: montib⁹ mare circūdedit: amnibusq; distinxit: ⁊ quicq̄d est in hoc ope mundi mirabile conflauit atq; perfecit ex nihilo: ꝑspectis erroribꝰ hoīm ducez misit q̄ nobis iusticie viā pāderet. Hūc sequamur oēs: hūc audiam⁹: huic deuotissime pareamus: qm̄ solus: vt ait Lucretius. Ueridicis hoīm purgauit pectora dictis. Et finē statuit torpedinis atq; timoris. Exposuitq; bonū summū quo tēdim⁹ oēs. Quid foret atq; viam mōstrauit limite paruo. Quo possem⁹ ad id recto ꝯscēdere cursu. Nec tm̄ ostēdit: sed precessit ne q̄s difficultatis gr̄a iterveritatis horreret. Et Greg. di. Qui xp̄i vestigia dedignant̄ seq̄: qua temeritate sperāt ad ei⁹ claritatis gaudia cōsequēda ꝑuenire? Et in euāgelio ip̄e saluator ait Job. viij. Ego sum lux mūdi qui sequit̄ me nō ambulat in tenebris. Et Job. xiij. Exēpluz em̄ dedi vobis vt quēadmodū ego feci vobis ita ⁊ vos faciatis. Ex his remanet dubi⁹ anim⁹: in quo debeamus xp̄m sequi: cū xp̄s ieiunauerit quadraginta dieb⁹ et quadraginta noctibus: nihil comedens vel bibens: in desertū locū ad orandū accesserit: aīam suā ꝑsecutorib⁹ obtulerit: fueritq; multipliciter illusus: flagellatus: cōtumelijs affect⁹: in medio duorū latronū crucifixus: ⁊ tandē ꝑ nobis cum amaro dolore mortu⁹. Si ergo debem⁹ xp̄m sequi: nunq̄d et talia pati obligati sum⁹: ita vt al'r nō possum⁹ saluari? Ad qd̄ est notādū illd̄ qd̄ dicit dñs Bon̄. in quodā libello suo: q̄ intitulat̄ apologia pauperꝝ: q̄ ī xp̄o ꝯtīgit tres act⁹ repire.

Primi respiciūt dignitatē excellētie.
Secundi condescensionem mīe.
Tertij īformationē perfecte vite.

¶ Primi act⁹ in xp̄o respiciūt dignitatē excellētie: vt illi in q̄b⁹ apparet sua potentia: sicut opa miraculosa: vel sapiētia sicut reuelatio secretorū cordis: vel seueritas iudicij: sicut eijcere vēdentes ⁊ emētes de tēplo: ⁊ dura increpatione ferire pontifices: vel autoritas officij: sicut sacr̄m ꝯficere: ⁊ man⁹ imponere: ⁊ relaxare pctā. Que oīa xp̄o cōueniunt: q̄ ip̄e erat de⁹ op̄s: erat hō: ⁊ ex gr̄a vnionis omnia sciens erat iudex: et erat sacerdos. ¶ Scd̄i act⁹ in xp̄o respiciūt cōdescentionē misericordie. Nā xp̄s nuptijs interfuit. Comedit cum phariseo. Luc. vij. In domo Marthe ⁊ Magdalene multotiēs hospitabat̄: ibiq; comedebat apposita sibi cibaria. Cōedit cuz publicanis ⁊ peccatoribus: vt pz Mat. ix. Et qñ comedit ī domo Matthei pharisei murmurabāt dicētes: Quare cū publicanis ⁊ peccatoribus māducat magister vester? Habebat tunicā incōsutilez non rudem nec hispidā. Cōuersabatur inter hoīes: ⁊ tandē cū peccatoribus loquebatur. Que oīa ipse fecit non tanq̄ imperfectus sed perfectissimus. Et huiusmodi opera ī ipso imꝑfecta nequaq̄ fuerūt: q̄ sicut bonū d̄r tripliciter: ita et malū tripliciter: ⁊ sicut perfectū tripliciter: ita et imperfectum dicit̄ tripliciter. Est em̄ bonū ex genere: vt actus trāsiēs sup̄ debitā materiā: vt ire ad ecclesiā: dare elemosynā: ieiunare: ⁊ sil'ia. Est etiam bonū ex circūstātia: sicut actus circūstātijs debitis informatus: vt occidere hominem propter iusticiā: q̄ lex ita iubet. Est etiā bonū s̄m se: qd̄ nullo modo pōt fieri male: vt est diligere deum: est opus virtutis ex radice charitatis procedēs. Similiter malum aliquid est ex genere: vt actus trāsiens sup̄ materiā indebitā sicut occidere hoīem. Est malū ex circūstātia: sicut dare elemosynā diuiti: pauperibus fame perire permissis: et ieiu-

nare propter inanē gloriā. Et est maluz
ꝑm se: et est illud qđ nullo modo potest
fieri bene sicut odire deū: ⁊ de facto pec
care mortaliter. Perfectū etiā quoddaz
est ex genere: vt est actus difficilis et ex-
cellēs: vt omnia relinquere ⁊ religionez
intrare. Quoddā est perfectum ex circū-
stātia: vt est actus debitis circūstantijs
⁊ perfectionibus informatus: sicut fuge
re mortem non ex infirmitate ⁊ timore:
sed pro meliori bono: vel quātū ad deū:
vel quātū ad proximum. Tertiū est per-
fectum ꝑm se: sicut est actus difficilis a
virtutis sublimitate ꝓcedēs: vt est mo-
tus feruide ⁊ calide dilectionis in deuz.
Imperfectum etiam dicitur tripliciter.
Quoddā est imperfectū ex genere vt est
actus facilis ad quē hūana infirmitas
⁊ fragilitas cōiter inclinatur: vt posside
re pecuniā: habere vxorez: ⁊ filia. Quod-
dam est ex circūstantia: vt dimittere ve-
stem propter fugā maioris iniurie. Ter-
tium est imperfectū ꝑm se: qđ nullo mo-
do potest stare cū euangelica perfectio-
ne: vt fugere paupertatez. Ex his omni-
bus apparet ꝙ bonum ꝑm se nunq̄ po
test esse malū: ⁊ ecōuerso. Sed bene bo-
num ex genere potest esse malum ex cir-
cūstātia: sicut qui iret ad ecclesiā vt pla-
ceret hominibus ⁊ nō deo. Et maluz ex
genere potest esse bonum ex circūstātia:
sicut si iudices maleficiorū ꝑm iura ali-
quem occiderēt. In quo casu non male
faciunt: sed bñ faciūt: vt ptz. xxiij. q. v. c.
lex eterna. c. cū minister. ⁊. c. qui malos.
Perfectū etiā ex genere pōt esse imper-
fectum ex circūstantia: sicut intrare reli
gionem causa alicuius commodi tēpo-
ralis. Ita etiā imperfectū ex genere pos
set perfectū esse ex circūstantia sicut face
re aliquod opus ad debitum finem cha
ritatis ordinatum procedens ex radice
intime charitatis. Hoc mō christus bñ-
dictus oīa perfectissime fecit: q: cum cō-
edit vel bibit: vel conuersatus est cum
hominibus: vel cum nuptijs interfuit:
⁊ similia: nō hoc fecit vt satisfaceret ali
cui suo irrōnabili appetitui: qui in ipso
non erat: sed vt infirmos cōfortaret: ne
crederent si christus talia opera non fe-
cisset se nullo mō posse saluari si ab eis
operibus imperfectionis omnino non
abstinerent. Unde similiter dicimus ꝙ
in christo maioris perfectiōis fuit fami-
liare colloquium cum peccatoribus: q̄z
dura increpatio facta per Johannez ba
ptistam ipsis phariseis. Maioris perfe
ctionis fuit in christo conuersatio cum
hominibus q̄z solitudo Johānis in he-
remo: qm̄ hec ⁊ similia procedebāt a xp̄o
ex ardentissima charitate. Naz sicut hu
manam assumendo naturam in nostris
quidem factus est humilis: sed in pro-
prijs remansit excelsus: sic ⁊ summe cha
ritatis dignatio ad actus quosdam no
stre imbecillitatis ⁊ imperfectionis cō-
formes deprimit: ⁊ a summe perfectio-
nis rectitudine non curuatur. Et ideo
talia opera ꝑfecta in ipso fuerūt. Neq̄z
acceptanda est sententia falsa illorum q̄
minus bene intelligentes dicunt ꝙ per
fectio ⁊ imperfectio differūt: sicut duo
cōtraria: sicut iusticia ⁊ peccatū: gloria
⁊ ignominia: vita ⁊ mors. Sed beneve
rum est ꝙ differunt: sicut magis bonuz
⁊ minus bonum: magis meritorium et
minus meritorium. Itē nō valet cōse-
quētia. Unus facit opus ꝑfectionis: er
go bñ facit. Alter facit opus imꝑfectio-
nis: ergo male facit. Ideo Amb. li. de of
ficijs. ait: Officiū omne aut bonum aut
ꝑfectū est. Qđ cū scripturarū autorita-
te possumus ꝓbare. Habemus enim in
euangelio dixisse deū. Mat. xix. Si vis
ad vitā ingredi serua mandata. Nō ho
micidiuz facias. Non adulterabis. Hec
media sunt officia quibus aliquid de-
est. Jō sequit Mat. xix. Si vis ꝑfectus
esse vade ⁊ vēde oīa q̄ habes ⁊ da pau-
peribus: ⁊ veni sequere me. Hoc est er-
go perfectū officiū qđ greci cathorcum
vocant: quo corriguntur omnia que ali
quos potuerūt lapsus habere. hec ille.
Et idez Ambrosius super epistolam ad
Corinth. ait: A licitis temperare vult fi
deles: vt nō solū innocētes: sed gloriosi

videamur. Cōcessa em̄ p̄terire virtutis est maxime. ⁊ Aug. in li. de bono ꝯiugali. inq̄t: Bonū erat qđ Martha faciebat occupata circa ministeriū sctōꝝ: sed melius qđ maria soror eius. Bonū Susanne in cōiugali castitate laudam⁹: sed tñ ei bonuꝫ vidue Anne: ac multo magis Marie virginis anteponimus. Bonuꝫ erat qđ faciebāt q̄ de substātia sua xp̄o ⁊ eius discipulis ministrabāt: sed meli⁹ qđ faciebāt q̄ oēm substātiā suā dimiserāt: vt xp̄m expediti⁹ seq̄rent. ⁊ Viero. ad Demetriadē inq̄t: Prohibent mala: p̄cipiunt bona: ꝯcedunt media: suadentur p̄fecta. In duobus primis oē pctm̄ cōcludit. Reliqua v̄o posita sunt in nostra ptāte: vt aut vtamur ꝯcessis ac licitis: aut ob maius p̄miū ea q̄ nobis permissa sunt respuamus. Quibus oībus apparet ꝙ p̄fectū nō differt ab imperfecto sicut virtuosum a vitioso: sed sicut maius bonum a minori bono. ¶ Tertij actus in xp̄o respiciūt informationē p̄fecte vite: sicut offerre se morti: virginitatē ⁊ paupertatem obseruare: ⁊ hm̄ōi. Cū ergo q̄rit in quo debemus seq̄ xp̄m? Respōdeo ꝙ in obseruātia diuinorum mādatorum: vt apparet ex p̄missis. In operibus aūt perfectionis nō tenemur ipsum sequi: nisi inquātum volumus: sicut si nos astringeremus ad obseruādū diuina ꝯsilia: vel in casu ꝙ extrema necessitas expostularet: sicut si aliter vnus nō posset se defendere: vt si nō negaret xp̄m moreret: in quo casu tenet de necessitate salutis magis eligere mortem. Iccirco multi iudices sunt q̄ ex operib⁹ p̄fectionis vel in xp̄o cōsideratis vel in sctis suis: eos lacerāt: in q̄bus talia opera nō relucent. Quis ignorat ꝙ etiā in operibus perfectiōis: ⁊ gradus ⁊ varietas inueniatur? Opus nāq̄ perfectiōis est pro xp̄o cōburi: lapidari: crucifigi: capite trūcari: sagittari: vel decoriari. Op⁹ perfectionis est: mūdo dimisso in solitudine deo seruire. Opus perfectionis est habitū religionis assumere: ⁊ inter homines stādo verba vite predicare. Que fatuitas est ergo dicere. Paulus prim⁹ heremita stetit in heremo: ⁊ bene fecit: Stephanus fuit lapidatus ⁊ nō stetit in heremo: ergo male fecit. Sctūs Frāciscus nō fuit sacerdos: ⁊ noluit esse p̄pter humilitatē ⁊ bene fecit: ergo sctus Antonius qui fuit sacerdos male fecit. O rudis intellect⁹ est ista cogitare. O rudia ingenia: O mentes insipide atq̄ bestiales. Certe absq̄ vlla rōne volunt plerīq̄ de q̄bus loquimur: oēs ad opera perfectionis fore obligatos: dānant cōiugia: dānant reges: duces: barones: milites: mercatores: artifices: ⁊ q̄scūq̄ in seculo cōstitutos. Quibus ego dico ꝙ hi qui in seculo sunt in quolibet gradu: ⁊ seruant mandata dei: salus eterna eis nō denegat. Asserūt etiā hi eos q̄ p̄fectionis viā ingressi sunt ad oīa ⁊ singula perfectionis opera teneri. Qđ falsum est vt ostēdimus exemplis preallegatis. Sequamur ergo xp̄m bono aīo: qr ad nihil impossibile nos cogit.

¶ Ꝑ tribus rōnibus inducimur sequi xp̄m quē multi fugiunt. Cap̄. ij.

Secunda cōclusio dicitur ratio vel inductio. Inducimur nāq̄ xp̄m sequi: quem multi fugiunt triplici rōne.

Primo rōne noīationis.

Scđo rōne honorationis.

Tertio rōne remunerationis.

¶ Primo inducimur seq̄ xp̄m rōne nominationis. Noīamur em̄ xp̄iani: qđ nomen primo ab aplis ⁊ discipulis fuit introductū. Nā vt scribitur in ij. libro ecclesiastice historie. Cum passim per gentilium populos diuina effunderetur dignatio: primum Cornelius apud Cesaream palestine vrbem maximam cuꝫ oī domo sua ad fidem christi Petro ministrante perducitur. Iamq̄ indies q̄plurimi ⁊ alij ex gentibus apud Antiochiā ad fidem venerunt. Ob quod ibidez florentissima congregatur ecclesia: in qua omnibus pariter ⁊ in gratia dei ⁊ vnanimiter degentibus: ibi primuꝫ discipuli perēni fonte sumpto mutata vocabu

lo appellati sunt christiani. Quod christianus a christo dicitur: oportet vt qui illud nomen habent christum sequant: q; nomen debet esse consonans rei. Sicut probatur. xxj. di. c. cleros. ⁊ ex de preben. ⁊ digni. c. cum sm aplm. ⁊ insti. de dona. §. est ⁊ aliud. Hinc est q; scribitur ex de sacra vnct. c. cū venisset. A christo christiani dicunt: tanq; vncti deriuent ab vncto: vt oēs currant in odorem vnguentoꝝ illius: cuius nomen vt oleum est effusum. ⁊ Aug. in li. de doctrina christiana de hoc sic loquitur. Et sacramento vnctionis christianoꝝ oim vocabulum descendit. Qđ nomē ille frustra sortitur: qui xp̄m minime imitatur. ¶ Secundo inducimur ad sequendum christū ratione honorationis: q; honorat xp̄us se sequentes tanto honore: vt maior excogitari non possit. Ideo dixit discipulis suis christus Joh. xv. Jam non dicā vos seruos: sed amicos. ⁊ in p̄s. cxxxviij. Nimis honorificati sunt amici tui deꝰ. Qđ verum esse conspicimus: cum videmus taꝝ celebri veneratione coli memoriam sc̄tōꝝ. Et magis aperte videbitur cum in fine seculi imitatores christi magis honorabuntur: q̄ purpurati reges: q̄ insatiati diuites: q̄ delicati iuuenes q̄ hi qui voluptatibus ⁊ blandicijs seculi vacauerunt. Tūc vt scribitur Sap. v. Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos ⁊c. vsq; illoꝝ est. Erit tūc maior gl̄ia ⁊ honor piscatoris amici dei q̄ fuerit gloria exhibita quibuscūq; imperatoribus romanoꝝ. Nulla erit tunc illoꝝ romanoꝝ gloria: qui post multos labores ⁊ sudores ⁊ angustias: ⁊ effusiones sanguinis: ⁊ dira vulnera superatꝫ hostibus in vrbe maxima triumphabāt Erat nāq; triumphus ille honor maximus qui dari poterat a romanis. Et dicitur a tris qđ est tres: ⁊ phonos qđ est sonus: quasi tripler sonus pro benemerito ciue. Fiebat aūt tripler cōsultatio pro triumpho. Nam primo consulebat exercitus. Scđo senatus. Tertio populus. Quibus concordantibus triūphabat victoriosus dux. Vel dicitur triumphus quasi trinus sonus: eo q; tripler fuit leticia triumphantis. Prima q; cū ad vrbem triumphalis ciuis rediret: ei cum effusa leticia occurrebat ppl̄s vniuersus. Scđa erat leticia q̄ triūphantis currum precedebant captiui oēs manibus post tergum ligatis. Tertia leticia q; triumphans seruum post se habebat gestantem anulum similem suo: ⁊ a tergo triumphantis coronam auream deferentem. Ipse vo triumphans indutus veste aurea ascendebat super currū aureū tractū a quattuor equis albis: vt scribit Lucius florus li. j. Et sic pompaticus dux eunte senatu in capitolio albos mactabat tauros ⁊ sacrificabat ioui. Et ob temperamentum huius effuse leticie: licebat impune oībus locose aduersum triumphantem dicere quecūq; cōuitia. Et ideo moti romani ad tantaꝝ gloriam fine rubore postulabant sibi decerni triumphales titulos ob quecūq; leuia. Quibus vt occurreretur teste Valerio li. ij. sub rubrica de iure triumphā di. l. cautuꝫ est ne quis triumpharet nisi quinq; milia hostium in vna acie ceciderisset. Et ne ler cupiditate laureę: fraudaretur: adiutorio alterius legis sufulta est: quam Lucius Marius: ⁊. M. Cato tribuni plebis tulerūt. Minabatur eñ penā imperatoribus qui falsum numerum aut occisoꝝ hostium aut amissorum ciuiuꝫ senatui suis litteris nūciassent. Jubebat etiam vt q̄ primo vrbem intrassent: apud questores vrbanos iurarēt de vtroq; numero se ab his senatui scriptū esse. Erat etiā sancitū vt pro aucto imperio nō p̄ recuperatis romani ppli triumphus decerneret. Ob quā legē: vt scribit Valerius: superior africanus ob recuperatas hispanias nullum triumphū habuit. Nec. M. Marcellus ob recuperatas siracusas. Fiebant aūtē in his triūphis solacioſi ludi ⁊ festiui loci in honorem triumphantis. Eñ maxime mouebant ipſi romani ad vtiliter agendū ⁊ aggrediendū quecūq; ardua

ꝛ difficilia sibi cōmissa. Sic triūphauit Lucius posthumus megetellus ꝟm Titum Liuiū li. j. ab vrbe cōdita: q̄ Sannites vicit ꝛ Uriā supauit. Triūphauit Lucius Emilius. Paulus filius Lucij Emilij: q̄ apud Camios occisus est: ꝟm Pliniū de viris illustribus: eo ꝙ Ligures vicit: ꝛ Persem regē macedonie superauit. Triūphauit Papirius: qui Lucius papirius cursor dictus est: q̄ Sannitū duriciem fregit ꝛ adeo clare cūcta gessit: ꝙ romani ꝟm Eutropium ꝛ Orosiū: hūc Alexandro maximo duci parem esse prestolabant. Triumphauit Quintus Cecilius Metellus dictus macedonicus ꝟm Eutropiū li. iiij. a domita macedonia: q̄ Philippū regem de macedonia deuictū eduxit. Triūphauit Metellus filius eius ꝟm Orosiū Creticus dictus: qꝛ Cretā romano ppl̄o subiugauit Triūphauit Pōpeius magnus post superatos duos reges ꝟm Orosiū trahentibus currū elephātis: p̄ferens añ se filios mitridatis ꝛ Triganis: ꝛ Aristobolū principē iudeoꝝ. Triūphauit Cesar q̄nquies: vt Suetonius scribit ꝛ Florus: ꝓpter ea q̄ gesserat in gallia ꝛ britānia ꝛ egypto ꝛ africa. Triūphauit Probus imperator: q̄ ꝟm Eutropiū. ix. li. ꝛ Rufinū in annalibus romanoꝝ: vicit alemānos: germanos: gothos exarmatos: et diebus. v. sic gl̄iose triūphās inter alia spectacula totū circū in spēm silue fecit cōseri arboribus: ac ꝑ diuersos aditus: mille apros: mille ceruos: mille leones: centūq̄ lupicos immisit leopardos: et quascūq̄ alias feras habere potuit viuas ꝛ om̄ia cōcessit diripiēda populo. Multiq̄ fuerūt alij qui in hmōi triumphis nō parū sibi honorē vendicauerūt Sed ꝟe fumus fuit ꝛ vanitas talis honor. Laborauerūt sollicitudine ꝓ re instabili ꝛ momētanea. Nō sic aūt erit de honore amicoꝝ dei: q̄ honorē ꝑpetuum ꝛ indeficientē acquirēt. Nō dicet̄ imperatoribus olim triūphātibus: tūc ꝟo flētibus: sꝫ his q̄ xp̄m sunt imitati. Mat. xxv, c, Uenite bn̄dicti patris mei. O ergo mūdana pigritia: o vituperabilis negligētia. Si illi ciues terrene ciuitatis tātū laborarūt pro illo modico honore accipiendo: cur oēs nō inuigilāt ad imitandū xp̄m ꝓ honore: q̄ ꝓmittit̄ oībus beatis in regno celoꝝ. ¶ Tertio inducimur ad imitādū xp̄m rōne remunerationis. Dat nāq̄ se sequētibus remunerationē liberalissimā: ꝓ seruitio tp̄ali vitā eternā: ꝓ breui labore bonū qd̄ nūq̄ deficiet. Hinc est ꝙ Hiero. in q̄stionib⁹ ad helbidiā ait: O q̄nta btītudo ꝓ paruis magna recipere: eterna ꝓ breuibus ꝓ morituris semꝑ viuētia: ꝛ habere deum debitorem.

¶ Qꝛ multi sine rōne ꝓpter tria retrahunt̄ a xp̄i sequela. Cap̄. iij.

Tertia cōclusio dicitur retardatio. Retardantur equidē ꝛ retrahuntur multi a seq̄la xp̄i irrationabiliter maxime ꝓpter tria.

Primo ꝓpter fidē dubiā.
Scd̄o ꝓpter humanā verecūdiam.
Tertio ꝓpter spem falsam.

¶ Prima retardatio d̄r esse ꝓpter fidez dubiam: qꝛ nolūt firmiter credere: existimātes nihil aliud esse nisi qd̄ in p̄nti vita inuenit̄ atq̄ videt̄. Quos Grego. in iiij. dialogoꝝ quodam exēplo valde digno conuincit: vbi ait: ꝙ si casu vna mulier in fouea aliqua terre obscura ꝛ angusta pariat filiū: ibiq̄ euꝫ educat vsq̄ ad annos discretionis: postmodū ei dicat qualiter est supra ipsos celuꝫ: terra: sol: luna: stelle: plāte: hoīes: edificia: fontes: maria: ꝛ hmōi: fatuus esset ille filiꝰ si nō crederet dicēs: ista nō possunt esse qꝛ ea nō vidi. Pariformiter stultus est hō q̄ nō credit sctē matri ecclie: non credit p̄dicatoribus ꝛ cōfitētibus de futura vita regni celoꝝ. ¶ Scd̄a retardatio d̄r esse ꝓpter humanā verecūdiā. Timēt em̄ maloꝝ hoīum latratus ꝛ morsus: q̄ deridēt sepenumero eos q̄ bn̄facere student: ꝟm illud Prouer. xiij. Detestantur stulti eos q̄ fugiūt mala. ꝛ Prouer. xiiij. Ambulās recto itinere ꝛ timēs deū: de-

spicit ab eo qui infami graditur via. Et Job.iij. Ois q̄ male agit odit lucē. Cōtra quos Hiero. dicit ad Pāmachium. Prima virtus monachi est cōtēnere oīa iudicia: ⁊ recordari apl̄i dicentis Gal.j. Si adhuc hoībus placerem xp̄i seruus non essem. Magisq̄ deridēdi sunt qui imitant̄ diabolū q̄ qui sequunt̄ xp̄m.

¶ Tertia retardatio d̄r esse ꝓpter spem falsaz: q̄r sperāt diu viuere: qd̄ vnicuiq̄ dubiū esse debet. Sed euenire solet qd̄ Hiero. scribit ad Gerūtiā. Nemo (inq̄t) em̄ est tā fractis viribus ac tā decrepite senectutis: vt nō se putet vnū adhuc annum superuicturū esse. Vñ subrepit obliuio cōditionis sue vt terrenū aīal iāq̄ soluendū erigat̄ in superbiā: ⁊ aīo celuz teneat. hec ille. Coercitent̄ itaq̄ oīum mētes: aperiant̄ oculi: cognoscam⁹ seculi vanitatē: labilitatē: falsitatē: instabilitatē: calamitatē: breuitatē: ⁊ finē. Conemur itaq̄ imitari xp̄m iesum q̄ nos inuitat: ac ad nos clamat: Venite ad cenā paradisi: ⁊ ad btitudinē impetrabilem: q̄ parata est oībus post me venire volentibus: quam nobis cōcedat iesus xp̄s. Amen.

¶ Dñica tertia aduentus: de p̄dicatione Johānis baptiste: qua dei filiū publice predicauit. Sermo.xv.

¶ Jesum Jobes p̄dicat. Fructus.xv.

Medius aūt vestrū stetit quē vos nescitis. Job.j.c. ⁊ in euāge. p̄ntis dñice. Precursor dñi nostri iesu xp̄i Johānes baptista ex dispositione spūssancti xp̄m dei filiū publice p̄dicauit: cuius altitudinem singulariter indicare voluit his qui fuerant ab hierosolymis ad euz missi: qui tñ cum ceteris phariseis ac iudeis perfidis nullo modo acquieuerūt Johannis testimonio veracissimo. Noluerunt que de christo audierant a Johanne humili mente suscipere. Et q̄r in euangelio hodierno fit specialis mētio de iohānis predicatione: qua xp̄m dei filium firmiter: fortiter: veraciterq̄ asserebat: iccirco pro euangelij declaratiōe fructum proponimus elucidanduz qui est: Jesum iohannes predicat. Ad cuius expositionem tres conclusiones occurrunt annotande.

Prima ꝯclusio d̄r missionis.
Scd̄a ꝯclusio d̄r interrogationis.
Tertia ꝯclusio d̄r magnificationis.

¶ Q̄r missi sunt ad iohānem sacerdotes ⁊ leuite interrogātes an esset christus.

Capitulum.j.

Prima cōclusio d̄r missionis. Que notatur in prima parte euāgelij: vbi dicitur ꝙ miserunt iudei ab hierosolymis sacerdotes ⁊ leuitas: vt interrogarent eum. Tu qui es? Vbi nō immerito querimus quare iudei potius opinabātur de iohanne ꝙ esset christus q̄ de domino nostro iesu christo. Nā s̄m Origenē tēpus aduētus christi ppl̄m recreabat: ⁊ quodāmodo iā presens existens legisperitis ex sacris scripturis speratuz colligentibus: propter quod Theodas nō modicam multitudinez quasi christus congregauit: ⁊ post illum Judas galileus in diebus professionis. Cum ergo feruentius expectaretur christi aduentus: iudei transmittunt ad iohannē cōmuniter scire volentes si ipse se xp̄m fateretur: ꝓpter tria.

Primo ꝓpter baptismi nouitatē.
Scd̄o ꝓpter p̄dicationis claritatez.
Tertio ꝓpter vite austeritatē.

¶ Primo iudei habuerūt de iohāne talem opinionē ꝓpter baptismi nouitatē q̄r vt d̄r in fine euāgelij Job.x.c. Johānes erat in bethania trans iordanē baptizans. Hec bethania s̄m glo. alia fuit ab illa que nō longe erat ab hierusalez: vbi fuerat lazarus mortuus suscitatus. De qua etiā dicit Origenes ꝙ alio nomine vocabatur bechabora. Et q̄r nullus prophetarum ante iohannem acceptauerat baptizare: ideo baptismus eius quandam nouitatem pretendere videbatur: que nō immerito superiores

iudeoꝝ mouere poterat: vt de Johãne ſuſpicarent̃ q̃ eſſet xp̃s. De quo baptiſmo quattuor veritates tenẽde ſunt catholice. ¶ Prima veritas ſm Ricb. in iiij.diſ.ij.ar.ij.q.ſ.q̃ ſi extẽdam⁹ nomẽ ſacramẽti ad omne ſignũ rei ſacrãt̃ ſuſcipientẽ: ſic baptiſm⁹ Johãnis erat ſacramentuꝫ: q; exp̃eſſe repſentabat xp̃i baptiſmũ: qui eſt res ſacrãs ſuſcipiẽtẽ. Si aũt reſtringamus nomẽ ſacri ad illud qõ eſt ſacre rei ſignũ t cã: ſic nõ erat ſacr̃m: q; nõ cõferebat gr̃am ex vi ſacr̃i vt declarabimus. Uñ reſpectu ſacri baptiſmi xp̃i dꝺ dici fuiſſe ſacramẽtale: q; fuit quedã diſpoſitio t p̃paratio ad illius baptiſmi ſuſceptionẽ: vt dicit magiſter ſententiarũ in lr̃a.di.ij.iiij.libri. ¶ Secũda veritas: q̃ baptiſm⁹ Johis vt dicit p̃fatus doctor vbi.ſ.q.ij.fuit inſtitutus autoritate diuina. Qõ ꝓbatur per illud qõ ꝺr a Johãne baptiſta. Joh.ſ. Qui miſit me baptizare i aqua ille mihi dixit: Sup quẽ videris ſpiritũ deſcẽdẽtẽ t manentẽ ſupra eũ ipe eſt q̃ baptizat in ſpũſctõ. Hoc ipm ptꝫ: q; Mat.xxj. xp̃o querẽti de baptiſmo Johannis vtrũ eſſet ex celo an ex hoĩbus: non fuerũt auſi dicere q̃ ex hominib⁹. Et dicitur ille baptiſmus Johãnis: eo q̃ ipſe ſolus fuit miniſter p̃imarie inſtitutionis t executionis illi⁹ baptiſmi. ¶ Tertia veritas: q̃ baptiſm⁹ Johãnis ſm glo. ſuper illud Luce.iij. pdicãs baptiſmũ penitẽtie: nõ dabat ſeu cõferebat gr̃am: q; vt ꝺr ibi. Johannes dare non potuit baptiſmũ quo pcã ſoluerẽtur. Nã vt dicit Boñ.ij.lib.di.iiij.ar.ij. q.ij.talis baptiſm⁹ fuit inſtitut⁹ ꝓpter quãdã p̃parationẽ et aſſuefactionẽ ad baptiſmũ xp̃i. de ꝓſe.diſ.iiij.c. nõ regenerabant. Uñ glo. Mat.iij.ſup illo verbo. Ego baptizo. ait: Tm̃ co:pa lauo q; pcã ſoluere nequeo: vt ſicut naſcẽdo t predicãdo p̃curro: ſic baptizãdo ad xp̃i baptiſmũ dirigã. ¶ Quarta veritas eſt q̃ baptizati baptiſmo Johãnis: iteruꝫ debuerũt rebaptizari: ſicut ptꝫ ꝑ Aug. ſuper Joh. t ponitur de ꝓſe. diſt.iiij.c. aliud. vbi dicit: Si quos baptizauit illudas: nõ ſunt iterũ baptizandi: et quos baptizauit Johãnes: iterũ ſunt baptizandi. Et idẽ lib.ij.de baptiſmo contra donatiſtas. ait: Dñs ieſus xp̃s tali baptiſmo mũdat eccl̃iaꝫ quo accepto nullum alterũ requirat̃. Johannes aũt tali baptiſmo p̃retingebat: quo accepto eſſet etiã baptiſmũ dñicũ neceſſarium. Ex hoc habetur exp̃eſſe Act̃.xix.c. quãdo baptizatos baptiſmo Johãnis paulus baptizauit baptiſmo xp̃i. Uñ dñs Boñ. dicit vbi.ſ.q.iij. q̃ quoꝝdã opinio fuit q̃ baptizati baptiſmo iohãnis ſi non habebãt fidẽ trinitatis rebaptizandi erãt. Si aũt habebãt fidẽ trinitatis qua interius inſigniebantur tanq̃ charactere: habebant ſp̃m ſanctum per impoſitionẽ manuũ: t ideo nõ erãt rebaptizandi. Scotus autẽ in.ij. diſt.ſui iiij.parte.ij.q.vnica.inq̃t: q̃ dupliciter põt intelligi baptiſmus iohãnis. Uno mõ in forma baptiſmi xp̃i: quaꝫ potuit didiciſſe a diſcipulis xp̃i: vel ab alijs audiẽtibus eos baptizare. Et tunc nõ ꝺr p̃prie baptiſmus iohãnis: ſicut nec ꝺr baptiſmus Petri vel pauli. Et planũ eſt q̃ tales ſic baptizati nõ erant baptizãdi. Alio modo põt itelligi baptiſmus iohis nõ in forma baptiſmi xp̃i: ſz in aliqua alia forma p̃pria. ſ. in noiẽ turi: vt ꝺr Act̃.xix. vl̃ abſq; aliq̃ forma. Et ſic de baptizato ſatis videt neceſſariũ q̃ erat baptizandus baptiſmo xp̃i. Cum ꝓpter p̃ceptũ generale obligãs oẽs: qõ non implebãt ſic baptizati a iohanne. Cũ q; medicina p̃parativa ſuſcepta: cõgruũ eſt recipere medicinã curatiuã. Baptiſmus aũt iohãnis vt dixi paulo ſuperi⁹ erat ſicut diſpoſitiꝺ medicina p̃parativa ad baptiſmũ xp̃i. Jõ nõ tenet opinio magiſtri a doctoribus in hoc paſſu: q; nõ videtur hr̃e ratiões conuenientes. ¶ Secũdo iudei magis opinabant̃ q̃ iohannes eſſet xp̃s q̃ de dño nr̃o ieſu xp̃o ꝓpt̃ doctr̃e claritatẽ. Adeo nanq; doctrina eius erat grata: vt magna populoꝝ frequẽtia ꝓueniret

ad ipm audiēdū. Unde Mat. iij.c.dō:: Exibat ad eum hierosolymat omnis iudea:et omnis regio circa iordanē. Et si dicatur q populi stulte faciebant:cum non constabat eis de autoritate iohannis:qui etiam nulla miracula faciebat. vt dō: Joh.x.c. Dicitur q fama miraculose cōceptionis iohānis de sterili t senne:t annūciatio eius facta patri in loco t festo solēni:et ablatio vsus lingue t eius restitutio nota plebi:t p̄clara vita parentum: t eius ab infantia pmansio in desertis:t sctitas:t stupenda efficacia spiritus in loquēdo dabāt apertissimū testimoniū Johāni q esset vox illa clamantis in deserto. De qua dicit Esa.xl. Jdeo exitus populorū non erat temeritas:sed potius motio spūs dei t rationis t volūtatis eorū sibi consentiētis. ¶ Tertio iudei de iohāne opinabātur q esset xp̄s ꝓpter vite austeritatez vel singularitatē. Nam xp̄s ferebat vestes cōmunes. Johannes autem de pilis camelorum confectas. Xp̄s panem et vinum cōmedebat cum peccatorib⁹. Johannes autem habebat durissimuz victum:t euitabat consortia peccatorz. Christus de fabro progenitus esse credebatur: Johannes vo a summo sacerdote. Uerūtamen non excusantur iudei quibus iste de quo tantā opinionē habebāt xp̄m ostendit:vt patebit in sequētibus. Ex hoc vt p̄dixim⁹ in p̄cedēti fructu:conuincūtur illi q̄ hoīes ex exterioribus iudicare volunt.

¶ Qz destinatis ad iohannē ipe ad tria veraciter respondit. Cap̄m.ij.

Secunda conclusio dicitur interrogationis. Nā hi qui fuerunt ad Johannem destinati:ipsum sagaciter t studiose interrogauerunt:proponentes sibi simpliciter tria: ad que ipse veraciter voluit respondere.

Primum quis es tu.
Scōm helias es tu.
Tertiū ꝓpheta es tu.

¶ De primo dicit textus. Et cōfessus est et non negauit. Et confessus est:q: non sum ego christus. Ubi respondet ꝑm Chrysostomū intentioni eorūz quia ad hoc querebant. Tu quis es:vt responderet eis si esset christus vel non? Dicit Chrysostomus. Sic fide dignum existimauerunt esse iohannez: vt ei de seipo dicenti crederent. ¶ Ad secundū sibi ꝓpositum dicit: Non sum. Quod contrariari videtur sententie saluatoris q̄ dixit Matthei.xj.c. de Johāne baptista: Ipse est helias. Et ad hoc origenem dicerunt quidam q̄ iohānes erat helias: tamen ignorabat se esse heliam. Et hoc nimirum tenent qui asserunt iterate incorporationis vnionem tanq̄ animam multa posset induere corpora. Unde iudei per leuitas t sacerdotes querūt an esset helias: arbitrantes helie animam in iohanne esse. Qui dixit: Non sum. nescions primeuam vitam propriā. Sed hunc errorē interimit origenes dicens: Qualiter autem videtur rationabile si tanq̄ propheta a spiritu illuminatus: et de eo vnigenito tanta narrauit ignorasse de seipso an vnq̄ eius anima fuerit in helia. Jdeo Gregorius in homelia hunc passum declarat dicēs. Ex his verbis questio nobis valde implexa generatur. Alio quippe loco inquisitus a discipulis dominus de helie aduētu respondit: Helias venit t non cognouerunt eum. Sed si vultis scire Johānes ipse est helias. Requisitus autem Johānes dixit: Non sum helias. Quid est hoc fratres charissimi: quia quod veritas affirmat hoc propheta veritat⁊ negat. Valde enim inter se diuersa sunt: Ipse est: t non sum. Quomodo ergo ꝓpheta veritatis est: si eiusdem veritatis sermonib⁹ concors non est. Sed si subtiliter veritas ipsa requiratur: hoc qō inter se contrarium sonuit: quomodo contrarium nō sit inuenitur. Ad zachariam nanq̄ angelus de iohanne dixit: Ipse precedet ante illum in spiritu t virtute helie. Quia sicut helias ꝑm domini aduentum preueniet: ita Johannes

preuenit primū. Nam sicut ille precursor vētur⁹ est iudicis: ita iste precursor factus est redēptoris. Johānes ergo in spū Helias erat: in persona helias non erat. Qd ergo xp̄us fatetur de spū: hoc iohānes denegat de p̄sona. Qr ⁊ iustuz erat: vt discipulis dñs spiritualē de iohanne sententiam diceret. Et iohānes idem turbis carnalibus non de suo spiritu: sed de corpore responderet. hec ille. Ad tertiā interrogationez respondit Johannes se non esse prophetā. Quod si alicui dubium hec responsio faceret: cum dominus eum prophetam dicat ⁊ plus q̄ prophetā: nos respondere possumus q̄ hic propheta tripliciter potest capi: videlicz

Primo modo gñaliter.
Scdo modo specialiter.
Tertio modo singulariter.

¶ Primo modo accipitur generaliter p̄ quolibet p̄pha. Et sic Johes non erat propha: sz plus q̄ p̄pha. Et Aug. ait: Johānes maior erat q̄ p̄pha: qr quem prophete lōge ante p̄nūciauerūt: Johānes p̄sentē demonstrabat. ¶ Scdo mō accipitur p̄pheta specialiter. Et sic ꝟm Nicolaū de lyra sup hūc passum: famosa erat opinio tūc tp̄is apud antiquos iudeos: q̄ ante xp̄m veniret vnus magnus p̄pheta eo q̄ scriptum est Deut. xviij. Propha3 suscitabo eis de medio fratrū suorū. Que quidē autoritas ꝟm veritatem intelligenda est ad lr̄am de xp̄o: licz iudei intelligerent eam de alio propheta. Et ideo interrogauerunt eū si esset ille p̄pheta. Et respōdit nō. Non em̄ negauit se esse p̄phetā absolute: scz prophetā missum ante xp̄m: qr negasset veritatē: sed negauit seipm esse p̄phetā de quo loquitur scriptura p̄allegata: q̄ ad litterā intelligēda erat de xp̄o: vt dictum est. ¶ Tertio modo accipitur propheta singulariter. Et sic ꝟm glo. accipitur pro Heliseo: in quo requieuit duplex spirit⁹ p̄phetaꝝ. iiij. Reg. ij. Ideo iohannes dixit: Non sum: scilz Helise⁹. Mira certe humilitas iohānis animā possidebat: qui tāta estimatione sui noluit iactāter dicere q̄ nō erat. Potuisset respōdere se esse xp̄m vel prophetā: ⁊ noluit. Recusauit sibi vsurpare honorem alienū: ⁊ veritatē rei petētibus manifestauit. Sed vhe mundo a scādalis. Pro tali honore ⁊ quotiēs veritas offuscatur? Quot mendacia p̄ferunt: quot flagitia perpetrantur? Certe vix illa explicare possemus. Nō sic faciebat Johānes q̄ nobis sue hūilitatis p̄bere voluit exemplum. Et hec sufficiant pro secunda conclusione.

¶ Qr Johānes sua p̄dicatione xp̄m magnificauit. Capl'm. iij.

Tertia conclusio dr magnificationis. Magnificauit em̄ Johannes christum illū predicando: declarans his qui interrogabant eū specialr de tribus.

Primo de maiestate.
Secūdo de prioritate.
Tertio de sublimitate.

¶ Prīo de maiestate magnificauit xp̄z: quia illis petentibus quis es vt respōsum demus his qui miserunt nos: quid dicis de teipso: respondit? Ego vox clamantis in deserto dirigite viā dñi. vbi christū dñm predicat. ꝟm q̄ Esa. xl. predixerat. Johānes em̄ demōstrat se clamare in deserto iudee: vt oēs se p̄parēt in aduētu xp̄i in mundū. Et bene designatur iohānes in p̄prietate vocis: qr erat annūciator verbi diuini hoc est xp̄i qui est verbū patris. Unde Greg. in homel. ait: Scitis aūt qr vnigenitus filiꝰ verbū patris vocatur: iohāne attestante qui ait: In principio erat verbuz ⁊c. Et subdit: Ex ipsa aūt nostra locutione cognoscimus: quia prius vox sonat vt verbū possit audiri. Johānes ergo vocē se esse asserit: quia verbum precedit. Aduentū itaq̄z dominicū p̄currens vox dicitur quia per eius mysterium patris verbū ab hoībus auditur. Theophilus autē dicit q̄ Johannes vox est: qr veritatē manifeste annunciat. Omnes em̄ qui in lege erant obscure loquebātur.

¶ Sed posset queri quare iohānes appellat se vocē? Respōdet triplici ratiōe. Prima ratio est: quia x̄bū est in corde: sz manifestat per vocē dicētis: t ponit in corde audientis: t sic nihilominꝰ verbū adhuc remanet in corde dicentis et audiētis: t vox trāsit. Sic etiā xp̄s qui est verbū in corde patris ad nos venit: t iohānes ip̄m manifestauit. Sic xp̄s t remanet in corde patris per eternā generationē: t in cordibus nostris per fidē: t Johannes transiuit per mortem. Job. iij. Me oportet minui: illum autē crescere. Secūda ratio est: q; sicut x̄bū prius est q̄ vox: t tū vox preit verbū: sic xp̄s fuit ante iohannē. Et ideo ipse dixit Job. j. prior me erat. Et tū iohānes precessit xp̄m. Lu. j. Ipse precedet ante illū i spiritu ꝛc. Tertia ratio est: q; sicut vox est cōiūcta verbo: nec tū est verbuz: sic iohānes multa sanctitate cōiunctus fuit xp̄o: nec tū fuit xp̄s. Nam xp̄s fuit spōsus: iohānes x̄o amicꝰ spōsi. ¶ Secūdo magnificauit xp̄m de p;ioritate. Nā sequitur euāgeliū. Et q̄ missi fuerāt erant ex phariseis. Et interrogauerunt eū t dixerunt ei: Quid ergo baptizas si tu nō es xp̄s: nec Helias: nec ꝓpha? Respōdit eis iohānes dicens: Ego baptizo in aqua: medius aūt vestruz stetit quē vos nescitis. Qō sic intelligitur ꝟm Greg. q; per carnē dñs apparens t visibilis extitit corpore: t inuisibilis maiestate. Vel ꝟm Chrysost. qm̄ decens erat xp̄m cōmixtū esse populo vt vnū multorum se vbiq; humilē esse docentez. Vel ꝟm Theophilū. Medius erat phariseoꝝ dñs: sed ignorabāt eū q; ipi scripturas se scire putabant. Et inquantum in illis prenūciabatur: dñs medius eorū erat. s. in cordibus eoꝝ. Sed nesciebant eū: eo q̄ scripturas non intelligebant. Ipe est qui post me venit: qui ante me factus est. Sed quō verū est hoc dictū: cū xp̄s ꝟm diuinitatē sit genitus t non factus? Scd̄m humanitatē x̄o post cōceptuz precursoris in vtero virginis sit incarnatus? vt patet Luce. j. Ad quod respondet Greg. in homel. dicens: Sic nāq; dicitur: ante me factus est: ac si dicatur antepositus est mihi. Post me ergo venit: quia postmoduz natus. Ante me factus est: quia mihi prelat?. ¶ Tertio magnificauit xp̄m de sublimitate: cū dicit: Cuius nō sum dignus vt soluā corrigiā calciamētoꝝ eius. Circa quod dubiū occurrit: si xp̄s calciamenta portauit. Et ꝟm hanc sententiam videtur q̄ sic. Tamē ex altera parte hr̄ Lu. r. q̄ xp̄s aplis suis calciamenta portare inhibuit. Et ip̄e fecit qō docuit Act. j. Et Hiero. ad Eustochiū inquit: Discipuli absq; calciamentoꝝ onere: et vinculis pelliū ad predicationem noui euangelij destinantur: t milites vestimētis ie su sorte diuisis caligas nō inuenerunt quas tollerēt: ideo ꝟm Nico. de lyra dicendū est q̄ Johannes metaphorice locutus est dicēs se nō esse dignū exhibere xp̄o etiā minimū seruitiū sicut solent hoies aliq̄n loqui ad ostendendū suam paruitatē vel alicui? alteri? excellētiā. Vel ꝟm Greg. dicere possumus q̄ per corrigiā calciamenti: incarnatiōis mysteriū intelligitur. Ait enim. Incarnatus dñs veniens quasi calciatus apparuit: qui i diuinitate sua morticina nostre corruptiōis assumpsit. Corrigia ergo calciamēti est ligatura mysterij. Johannes ergo soluere corrigiā calciamēti eius non valet: q; incarnationis mysterij nec ipse inuestigare sufficit. Aest patenter dicat: Quid miruz si mihi ille prelat? est quē post me quidē natū considero: sed natiuitatis ei? mysteriū nō cōprehendo. Hec Greg. Quis itaq; iudeos pertinacissimos et formidolosos non iudicet: qui post q̄ Johannis testimoniū audierūt: xp̄m querere neglexerunt: imo ipsum inuentū suscipere noluerunt? Sed non minus: immo multo magis iniqui existimandi sunt falsi christiani: qui christū expellunt de cordib? suis. Audiūt ꝓphas: p̄iarchas: apl̄os: martyres: confessores: x̄gines: doctores: t predicatores clamantes xp̄m

esse saluatorē mūdi: ⁊ eū fugiūt ⁊ malis operib⁹ ipsum persequunt. O quot scelera: quot impietates: quot facinora mala falsi xp̄iani cōmittūt: rursum crucifigētes filiū dei: vt dicit apl̄s.ij. Cor. vij. Aperiam⁹ ergo corda nostra: mundem⁹ illa ab om̄i inquinamēto ⁊ suscipiamus dñm iesum xp̄m: q̄ seipsum tā benigne nobis cōicare voluit apparēs in medio hominuz vt oēs eū cognoscerēt: atq; ab ipso quererēt munus eterne salutis: qd̄ nobis concedat ipse qui est benedictus in secula seculoꝝ. Amen.

¶ Feria secunda post tertiam dominicā aduentus: de satisfactione per christum facta. Sermo.xvj.

¶ Jesus satisfactor. Fructus.xvj.

Medius aūt vestrum ⁊c. vbi.s. Propter grauitatē peccatorū humani gn̄is suscepit xp̄s innocens carnem: eterno patri cum sua penitentia pro oībus assumpta plene satisfacturus. Non eniz pro seipso xp̄s venit in mundum: ⁊ passus est sudores: labores: opprobria: vulnera: ⁊ duram mortē: sed vt paternā iusticiā cōtra hominum peccata ex condecēti placaret. Nā ita ꝯtra pctā mortalia indignatur deus: vt nullus posset per se sufficere non solū pro peccato primorum parentum: sed ꝑ quocūq; peccato proprio ipsius furorem mitigare. Cum itaq; fructū tam vberrimum omnes gustamus: scilz ꝙ iram dei vincere possumus ex beneficio incarnati iesu: iccirco in presenti sermone de satisfactione per christū facta dicturi sumus sub vno fructu: qui est Jesus est satisfactor. In quo contemplabimur christum satisfactorē. Pro cuius declaratione tres conclusiones erūt notande.

Prima d̄r cōgruitatis.
Scd̄a d̄r possibilitatis.
Tertia d̄r copiositatis.

¶ Qr humanum genus reparari per satisfactionem congruū fuit. Cap̄m.j.

Prima conclusio dicitur congruitatis. In qua videnduz est ꝙ magis congruum fuit humanuz genus reparari ꝑ satisfactionē q̄ per aliū moduz. Et hoc s̄m dñm Bona.in.iij.dist.xx. arti.j.q.ij. maxime ꝓpter tres rationes.

Primo rōne diuine iusticie.
Scd̄o rōne diuine sapiētie.
Tertio rōne diuine honorificētie.

¶ Primo rōne diuine iusticie: qr illa via magis cōueniens fuit ad reparationez humani generis: in qua seruat̄ ordo diuine iusticie. Magis aūt seruatur ordo diuine iusticie cum malū punitur: q̄ cū malū relinquit̄ impunitū. Sed cū pctōr reparatur ꝑ satisfactionē malū punitur cū sine satisfactione malū relinquit̄ impunitū. Ergo magis seruat̄ ordo diuine iusticie in reparatiōe per satisfactionem q̄ sine satisfactione. Hāc rōnem tāgit Anselmus in li. Cur deus homo. vbi ait: Si peccatū impunitū dimittitur similiter se hz deus peccāti et nō peccāti.

¶ Secūdo magis congruū fuit reparationem predictā esse per satisfactionem rōne diuine sapiētie. Nam illa via magis congruit reparationi humani generis: in qua magis seruat̄ ordo diuine sapiētie. Sed sic est s̄m Aug. ꝙ ordinatio peccātiū in supplicijs siue pctī in pena: manifestat decorez diuine sapiētie: que nō patit̄ vniuersum ex aliqua sui parte deturpari. Sed cū pctōr releuatur per satisfactionē: pena sequitur ad culpā: cū v̄o sine satisfactione: culpa non ordinatur per penaz. Ergo reparatio humani generis potius conuenit diuine sapientie per satisfactionē q̄ sine satisfactiōe.

¶ Tertio diuine honorificētie magis cōgruum fuit ⁊c. Nā illa via magis cōuenit reparationi humani generis: in qua magis seruat̄ honorificētia diuine maiestatis. Sed pctōr cū peccat ꝑ preuaricationē deū inhonorat. Si ergo peccatum dimittit̄ sine satisfactione: peccatū relinquitur absq; honoris ablati recōpēsatione: cū autē satisfactio redditur:

honor recõpensaf. Ergo in modo reparãdi hoiem p satisfactionẽ magis seruatur honorificẽtia diuine maiestatis: q̃ per aliũ modũ. ¶ Sed instare possum⁹ multipliciter. Et primo sic: Magis decet deũ facere qõ magis facit ad ostẽsionẽ sue benignitatis ꝛ mie. Sed dimittere pctã oĩa absq; aliqua satisfactiõe pene est maioris mie q̃ exigere ab illis penam. Sed de⁹ est misericordissim⁹ ꝛ benignissimus adeo vt benignior cogitari nõ possit. Ergo videf q̃ modus ille reparãdi q̃ est absq; satisfactione magis sibi cõuenit. Scõo possumus instare q̃ ille modus magis cõuenit reparationi humani generis: q̃ magis est ostẽsiuus diuine sufficiẽtie. Sed si sic deus humanũ genus repararet q̃ nullã satisfactionẽ req̃reret magis sufficiẽs appareret. Ostẽderef em̃ tũc q̃ emẽdarũ nostrarũ ꝛ bonoꝝ nostrorũ nõ indiget: ergo modus reparãdi absq; satisfactiõe magis esset cõueniens. Tertio possum⁹ obijcere q̃ ille modus magis cõuenit reparationi hũane nature: q̃ magis est ostensiuus diuine potẽtie: pro eo q̃ reparatio est quedaꝝ recreatio. Sed si deus absq; oĩi satisfactiõe reparasset gen⁹ humanũ solo ẽbo: sicut fabricauit mũdũ: maior ibi esset diuine virtutis ostẽsio: ergo ꝛc. Quarto possum⁹ arguere q̃ ille modus magis cõuenit repationi hũani generis: in quo hõ magis astringif ad laudãdũ ꝛ amãdũ deũ. Sed si de⁹ culpã habentẽ reliq̃sset absq; omni satisfactione pene: esset magis laudandus ꝛ amãdus ab hoie: q̃ ab ipso plura p̃cepisset. ergo ꝛc. Quinto possumus arguere: q̃ ille modus magis cõuenit reparationi humani generis: in quo magis erudif hõ ad executionẽ diuini mãdati ꝛ imitationẽ dei. Sed hõ dꝫ remittere ꝛ cõdonare alĩs culpam ꝛ penã: ergo si de⁹ hoi debuit dare exẽplum perfectionis: videtur q̃ magis decuit reparare genus humanum totũ relarãdo q̃ satisfactionẽ aliquam exigẽdo. ¶ Rñdetur ad obiecta p̃m dñm Boñ, ybi. ō. ¶ Ad primũ q̃ vniuerse vie dñi mia ꝛ veritas. Cum igitur ipse sit summe iustus et misericors: ideo in reparatione generis humani: que est excellentissima viarũ dei: congruum est vt simul currat mia cũ iusticia. Et ideo decẽs fuit vt deus ab hoie satisfactionẽ exigeret p̃ iniuria. sibi facta: et si homo non posset: tunc mia diuina subueniret dãdo ei mediatorẽ q̃ pro eo satisfaceret. ¶ Ad scõm dicendũ q̃ sicut deus exigit a nobis mandatoꝝ suoꝝ obseruantiaꝫ: nõ propter suam indigentiaꝫ: sed p̃pter ordinationẽ nostrã: q̃ debemus ei tã q̃ dño obedire: sic et p̃ peccato exigit emẽdam: non p̃pter hoc q̃ indigeat: sed vt reducat nos ad ordinationem debitam. ¶ Ad tertiũ dicimus q̃ si in omni opere dei ostẽdatur diuina potentia: in opere tamen reparationis magis manifestatur benignitas ꝛ misericordia: ꝛ per cõsequẽs ipsa iusticia cũ misericordia annexa. Et ideo cum posset vno verbo genus humanũ reparare: maluit tamẽ reparare cum difficultate ꝛ penalitate: q̃ magis opportunum erat ibi misericordiam ostẽdere q̃ potentiam. ¶ Ad quartum dicitur q̃ plus nos stringit ad honorem ꝛ laudẽ dei hoc q̃ dedit vnigenitum filiũ suum q̃ si non dedisset. ¶ Ad quintũ dicimus q̃ si debeam⁹ xp̃m imitari in aliquib⁹: non tamẽ necessariũ est ipsum imitari in omnibus: ad deũ spectat querere vindictam: ẽm q̃ dicitur ad Romanos. xij. c. Mihi vindictam et ego retribuam. Et tamẽ nobis vindicta prohibita est. Unde doctores oẽs cõcludunt q̃ nullo mõ iusticia dei potuisset efficacius mitigari q̃ per viã satisfactionis. Et sic patet prima cõclusio.

¶ Q̃ nulla creatura p̃ter xp̃m potuisset p̃ hoie satisfacere. Cap̃m. ij.

Ecũda cõclusio ẽ: possibilitatis. In qua considerare licet possibilitatem satisfactionis fiẽde p̃ perõ tripliciter.

Primo ex parte angeli,
Scõo ex parte hois,
Tertio ex parte xp̃i.

¶ Primo ex parte angeli. Alexã. in. iij. q. j. mem. vj. ar. j. dicit q̃ nullus angelus nec oẽs simul potuerũt hãc satisfactionem reddere. ¶ Sed contra hoc possumus arguere: qz hõ qui cecidit per aliũ impellentẽ dz releuari p illũ eũdẽ. Sed homo per angelum cecidit: ergo per angelum debuit fieri satisfactio. Ad hoc dicat Alexan. vbi. s. q̃ satisfactio per angelum non est conueniens nec̃ possibilis multiplici ratione.

Primo rõne diuine iusticie.
Scõo rõne sequele peccati.
Tertio rõne restitutionis.

¶ Primo rõne diuine iusticie que requirit vt qui peccauit satisfaciat. Sed hõ peccauit: ergo homo debet satisfacere. ¶ Scõo rõne sequele peccati. Nam reatus pcti originalis obligat totã humanam naturã ⁊ oẽs illius generis seu nature ad dãnationẽ eternã. Sed nullus angelus põt se equare toti humane nature. Et sic dicit Anselmus. Illud per qõ debet fieri satisfactio debet esse maius q̃ commissum. Oportet autẽ q̃ ille qui habet satisfacere de pctõ originali sit tantus q̃ possit equari toti humane nature: et q̃ etiã plus valeat. ¶ Tertio rõne restitutionis. Nam si hõ reparetur oportet q̃ restituatur ad dignitatẽ illã quã habiturus erat ante peccatum. Oõ aũt si repararet̃ per angelũ: nõ posset restitui ad illã dignitatẽ patet: qm̃ si non peccasset esset equalis angelis dei in celis. Et idẽ nobis promittitur post reparationẽ ⁊ resurrectionẽ Luc. xx. ⁊ ad mathei. xxij. Erunt sicut angeli dei in celo. Si autẽ repararet̃ p angelũ: angelus p cõsequẽs esset hois dñs: qz vt dicit Anselmus. Quecũq; alia persona hominẽ a morte redimeret: eius seruus idem homo recte iudicaretur. ¶ Ad argumentũ rñdetur q̃ idem ordo seruatus est in lapsu et in reparatione humani generis: qz sicut ibi fuerat consensus mulieris: malo angelo eidẽ suggerente: ita causa reparationis hois fuit cõsensus mulieris: bono angelo eidẽ nũciante. ¶ Scõo licet cõsiderare huiꝰ satisfactionis possibilitatẽ respectu hois. Sicut em̃ angeli nõ potuerũt satisfacere de pctõ: ita et hoies siue aliqua alia creatura. Et si dicatur q̃ Aug̃. dicit q̃ iusticia diuina nõ plus exigit in pena q̃ cõmissum fuit in culpa. Si ergo cõmissa est culpa a pura creatura: ergo pura creatura debuit satisfacere. Respõdet Alexã. in. iij. vbi. s. ar. ij. q̃ quãtitas pcti Ade debet attẽdi penes tria; videlz

Quãtum ad peccatũ.
Quãtum ad inordinationẽ peccati.
Quãtum ad illũ in quẽ peccatur.

¶ Et q̃ quãtitas talis peccati debeat sic cõsiderari patet: quoniã si quis offenderet regẽ ⁊ militẽ: plus offenderet offendendo regem q̃ militem. Ita diuina iusticia attendit quãtitatem peccati Ade: cuius peccatũ licz ratione peccantis fuerit solius creature: tñ peccauit in bonũ infinitũ: sicz in deum. Insuper deordinauit ⁊ ream fecit totam humanam naturam: ergo p̃m istos duos respectus est Ade peccatũ infinitũ ⁊ transcendẽs omnem humanã creaturaz. ¶ Scõo debet cõsiderari in pena quãtum commissum est in culpa: culpa autem fuit infinita: ⁊ peccatũ propter deuz offensum. Exquo patet q̃ dz exigere penam infinitam in peccato Ade: aut si admittat satisfactionem: debet fieri satisfactio a tali persona in qua sit infinitũ bonũ: et a qua fit ordinatio totius humane nature. Sed nulla pura creatura est talis: ergo propter hoc de iusticia nõ fuit: vt per puram creaturã fieret satisfactio. ¶ Tertio licet cõsiderare possibilitatem huius satisfactionis ex parte christi. Nã cum satisfactio fieri nõ posset per aliquẽ creaturã: vt dictum est: conueniens est vt satisfaciat christus deus et homo: quia vt ait Anselmus: sic satisfacit deus qui potest et homo q̃ debet: vt mẽs humana quibuslibet curiosis inquisitionibus dimissis: satisfactori xpo gratias agat: et infirmitatẽ propriã cognoscẽs ad ipsum medicum humiliter currat.

¶ Qꝛ xpi satisfactio quātū ad culpas penas ꝛ angustias fuit copiosa. Capm. iij.

Certia cōclusio ꝺꝛ copiositatis Si enim cōsideremus satisfactionē per xpm factā: inueniemus eā copiosam ꝛ abūdātez valde: ꝺm illud ps. cxxix. Copiosa apud eū redēptio. Ad qꝺ plene intelligendū intueri licet: ꝙ huius satisfactio singulariter se extēdit ad tria: videlz

Primo ad culpas.
Scōo ad penas.
Tertio ad angustias.

¶ Primo inquam xps satisfecit pro nostris culpis sufficientissime: pro quibus inimici deieramus: propter primorū parentum peccatū: ꝛ quotidie dei inimici fiam: incurrimus ꝓpter debita ꝓpria. Unde Augu. xij. liꝺ. de ciui. dei. iij. c. ait: Dicuntur in scripturis inimici dei qui nō natura sed vitijs eius aduersant imperio: nihil ei nocere valētes sed sibi. Cū itaqꝫ nulloꝝ hominū vires sufficiāt ad amicitiā reconciliandā ꝛ iniuriā abolendam: xps benedictus meritū passionis sue sanctissime eterno patri obtulit: cuius virtute vniuersalis pax dei ꝛ hominū est cōsecuta. Et cum quisqꝫ post facinora ꝛ cōmissa vere penitēs ad deū redire voluerit: nō potest ipse magnus deꝰ ꝛ excelsus dicere. Offendisti me infinitus bonū: culpa tua infinita: nō sufficit penitētia tua: vt meā obtineas amicitiā. Quinimmo obligarꝰ est benigne ꝛ gratiose redeuntē peccatorē: ad amoꝛē suū ducere ꝛ amplecti. Et ideo peccator potest dicere. Et si merita mea sint insufficientia: vt te deū meū quē inique offendi ꝛ turpiter dereliqui pacificū videam nō est tū insufficiens meritū dilecti filij tui: qui ꝓ me tibi ꝛ ꝓ oībus peccatoribus plenissime satisfecit. Securus ergo ad te clamoꝛe reqro vt mihi indulgeas: vt ignoscas: vt veniaꝫ prebeas. Multa sunt flagella mea: de quibus me dolenter accuso. Et qꝛ doloꝛ meus nō sufficit illoꝝ maculā delere: suscipe doloꝛē filij tui: qui pro me passus est: ꝙ me sanguinem fudit: pro me mori dignatus est. O incogitabilis virtus verbi incarnati. O mira suauitas anime penitentis. Nulla est tā grādis culpa: ꝙ qua xps nō satisfecerit. Jō Apoca. j. ꝺ: Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Et Augu. ait: Fuso sanguine sine culpa omnium culparū chirographia deleta sunt. Dicitur aūt chirographū ꝺm Boñ. di. xix. iij. li. ar. j. q. ij. metaphorice a chiros qꝺ est manꝰ ꝛ graphos qꝺ est scriptura: quasi scriptura manu facta. Sicut eñi qñ aliquis obligat se alteri facit ei chirographum: ita hoīes peccātes obligant se vt diuina iusticia habeat eos punire: diabolica malicia possit eos accusare: cōscientiaqꝫ propria remoꝛdere. Omnia chirographa per xpm deleta sunt. Et si dicatur hoc non esse verum: qꝛ multa sunt peccata per que diabolus detinet homines hic ꝛ in futuro ad luenda supplicia: ergo videtur ꝙ non oēs culpe sint delete? Respōdere possumus ꝙ merituꝫ xpi pōt dupliciter cōsiderari.

Primum quātum ad sufficientiā.
Scōo quātum ad efficaciā.

¶ Primo si consideremus meritū christi quātum ad sufficientiam: sic se extendit ad oēs hoīes ꝛ ad oēs culpas: quia oēs homines merito christi possunt saluari. Si autē cōsideremus quātum ad efficaciam: sic se extēdit tm̄ ad eos qui faciūt qꝺ debent. Et qꝛ multi in hoc deficiunt ideo non experiūtur effectuꝫ meriti ihesu christi. Qui tāto nequiores sunt quāto pro eis christus sicut et pro alijs copiosissime satisfecit. ¶ Scōo xps satisfecit pro nostra pena. Unñ. j. Pet. iij. c. Peccata nostra ipse pertulit in coꝛpoꝛe suo super lignū. Que verba exponēs magister sentēciarū sup ꝺi. xix. iij. liꝺ. c. iij. ait: Portare peccata nostra est portare penam nostrorum peccatorū. Et de hoc Esaie. liij. ait: Vere languoꝛes nostros ipse tulit: et doloꝛes nostros ipse poꝛtauit. Nam vt dicit Bonauētura. vbi. s. q. j. virtute passionis ꝺimittitur nobis pena eterna ꝛ pena satisfactoria: sicut habet fieri

in sacramēto baptismi: ⁊ in relaxationibus quas facit eccl'ia ⁊c. ¶ Tertio satisfecit xp̄s pro nr̄is angustijs v̄tute passionis ⁊ resurrectionis: sicut dicit Boñ. in.iij.dist.xix.vbi.s̄.in fine.qm̄ q̄ amici dei erunt: accipiēt donū impassibilitatis: ⁊ erūt īmunes ab omni amaritudine: quā gustamus in presenti vita. Nō dormiāt igitur mortales miseri: sed festinanter currant ad xp̄m. Ipse nāq; est qui peccatores venit saluare. Ipse pro eis sanguinis proprij p̄cium exposuit. Ipse ad eos clamitat Matth.xj.c. Venite ad me oēs qui laboratis et onerati estis. Venite.s. vos peccatrices anime aggrauate pondere peccatorū vestroꝝ: ad me dilectorem vestrū: ad me amatorem vestruz. Et ego ex charitate mea et amore intimo: quo vos diligo reficiam vos: gratiā restituēdo: exonerando vos ab omni pena quā deberetis p̄soluere. O reprehēsibilis multorū pigritia: qui proprie salute cōsulere negligūt. Apta est vena clemētie xp̄i iesu: ⁊ peccatores non curant. Heu inquam. Heu multa milia animarū descendunt ad infernū: que si vellent merito xp̄i possent saluari. Nihil deest ex parte ipsius: ipsarum tamē tarditas est manifesta. Nolūt currere ad fontem aque viue: qui vt prediximus plenissime ꝑ omnibus satisfecit: offerens redeuntibus a peccato in presenti gratiam: et in futuro gloriā: quam nobis ille concedat qui est benedictus in secula. Amen.

¶ Feria tertia post tertiam dñicā aduētus de penalitatib⁹ ⁊ defectibus assumptis a christo. Sermo.xvij.

¶ Jesus defect⁹ sustinēs. Fruct⁹.xvij.

Medius aūt vestrū stetit quē vos nescitis. vbi.s̄. Oēs cōditiones assumpte nature in dño iesu xp̄o p̄dicāt suā ardētissimā charitatē. Admirādū profecto est eum suscepisse naturā nostram cum penalitatibus ⁊ angustijs: quibus propter pctā subijcitur hoīm debilis vita. Passus est nāq; xp̄s famē: sitim: labores ⁊ erūnas: sicut ⁊ ceteri homines. Qd̄ nos cōsiderātes: animi vires debemus restringere ad cogitandū q̄ vehemēs fuit charitas filij dei. Ob quod in presenti sermone de penalitatib⁹ ⁊ defectibus assumptis a xp̄o dicturi sum⁹: sub vno fructu q̄ est. Jesus defect⁹ sustinens. Pro cuius declaratione tres cōclusiones notande erunt.

Prima d̄r qualitatis.
Secūda d̄r equitatis.
Tertia d̄r causalitatis.

¶ Qr xp̄s illos defect⁹ assumpsit quos assumere debuit. Capl'm.j.

Prima cōclusio d̄r qualitatis In qua videre debem⁹ quales defect⁹ sustinuit seu assūpsit. Ad quod dicit magister sententiarū.dist.xv.c.j. ⁊.iij. tertij li. q̄ illos defect⁹ assumpsit quos illū assumere decuit: ⁊ nobis expediens fuit. Qd̄ declarat dñs Boñ.in eadē dis. ar.j.q.j. ⁊ Alexan. in.iij. summe dicit q̄ quidā sunt defect⁹ ex culpa et ad culpā: sicut pronitas ad malū: ⁊ difficultas ad bonū. Et tales nō decuit xp̄m assumere: qr fuit magister iusticie: oīno segregat⁹ a pctō. Quidā v̄o sunt defect⁹ ex culpa: sed nō ad culpā: quoꝝ quidā sunt personales: quidā v̄o sunt naturales. Naturales sunt illi qui respiciunt totā humanam naturā: sicut famescere: sitire: egere: ⁊ hmōi. Personales v̄o defectus sunt illi q̄ respiciūt aliquas p̄sonas specialr: sicut diuerse egritudinū species. Qm̄ ergo xp̄s venerat naturā humanam redimere cōiter sine personaꝝ distinctione: iō defectus penales tm̄ habuit: ⁊ nō vitiosos: et defectus naturales ⁊ nō defectus p̄sonales. Naturales defectus voluit assumere: quia in assumptione defectuū apparet humiliatio. Sed si arguitur cōtra: qr ꝟm Bern̄. descēdit quātum descēdere potuit. Si ergo maior est humiliatio in assumptiōe pluriū defectuū q̄ paucoꝝ: videtur q̄ assumere debuit

oēs defectus? Respōdet Boñ. ꝙ ois humiliatio bona ⁊ laudabilis ortuꝫ habet ex discretione rōnis. Nō essi debet ꝓcedere ex impetu: sed ex cā rōnabili. Et qꝛ de aliquib⁹ defectibus rōnabile nō erat vt xp̄s se per eoꝝ assumptionem humiliaret: qꝛ potius ex illa humiliatione se inutilē q̄z vtilē reddidisset: sicut si fuisset cecus vel gibbosus ⁊ hmōi: iō tales defectus nullo modo voluit assumere. ¶ Qꝛ equū fuit defectus penalitatis in xp̄o reperiri. Eap̄m.ij.

Ecūda cōclusio dicitur equitatis. Equum etē ⁊ rōnabile fuit: suprādictos defectꝰ et penalitates in xp̄o reperiri propter tria.

Primo ꝓpter preciuꝫ nostre salutis.

Scō ꝓpter exemplū virtutis.

Tertio propter fulcimentum nostre fragilitatis.

¶ Primo propter preciū nostre salutis: qꝛ ꝓposuerat non corruptibilibus auro ⁊ argēto redimere: sed precioso sanguine suo: vt ōz. ſ. Pet. ſ. ⁊ aīam suā ponere pro aīabus nostris. Ad hoc aūt nō fuisset idoneus nisi naturā deficientem ⁊ passibilē assumpsisset. Et si cōtra hoc obijcitur. Sicut summe iusticie repugnat defectus culpe: sic summe potētie repugnat defectus fragilitatis ⁊ impotētie. Sed deū summe iustū non decuit habere defectū culpe nec in se nec in natura assumpta. Ergo pari rōne nec defectum penalitatis ⁊ impotētie. Respondere possumus ꝫm Boñ. vbi. ō. q. ſ. ad. ſ. ar. ꝙ hec similitudo tenet si cōpareꝫ infirmitas ⁊ culpa ad naturaꝫ diuinam. Jn natura enim diuina sicut nulla pōt esse iniusticia: sic nulla pōt esse impotentia. Si aūt cōpareꝫ ad naturā assumptam: sic non ꝫz veritatē pro eo ꝙ ipsa infirmitas pōt esse materia exercēde virtutis. Virtus eñ fortitudinis exercetur potissime in perpessione terribiliū: eoꝝ maxime que mortē inducūt. Culpa vo ⁊ iniq̄tas oīno aduersaꝫ iusticie: ⁊ vituperabile reddit subiectum in quo est. Jnfirmitas vo reddit magis laudabile qñ est cōiuncta interiori virtuti animi ꝫm meriti statū. ¶ Scō fuit rōnabile xp̄m p̄fatos defectus assumere ꝓpter exēplū virtutis specialiter humilitatis ⁊ patientie: q̄bus mediātibus peruenit ad celū: ⁊ in q̄bus xp̄s nos ipsuꝫ voluit imitari: vt ōz. xciij. di. c. dñs noster iesus xp̄s. ¶ Tertio fuit conueniēs ꝓpter fulcimentū nostre fragilitatis: vt. ſ. fragilitati nostre succurreret manifestādo nobis veritatē assumpte nature. Hanc rationem tangit magister sententiarū in littera. Sed contra ipsam possum⁹ arguere: qꝛ in resurrectione glorioſa non erunt hmōi defectus: ergo p̄hos defectus nō p̄bat veritas humane nature. Ad hoc respōdet Alex. in. iij. qꝛ vt scribitur. ſ. Coꝝ. xv. c. Seminatur corpus aīale: surget corpus spūale: ⁊ prius est qō aīale: deinde qō spūale. Jō aliud est oñdere veritatē corporis: vt est spūale: aliud vt est aīale. Nā vt corpus est aīale indiget alimento: vt spūale nō. Similiter aliud est ostendere veritatem anime: vt est vnita corpori aīali: aliud vt est vnita corpori spūali.

¶ Qꝛ isti defectus ex alia causa sunt in nobis ⁊ ex alia in xp̄o. Eap̄.iij.

Ertia conclusio dicitur causalitatis. Nam vt dicit magister sen. in. iij. dist. xv. c. iij. ex alia causa sunt isti defectus in nobis: ⁊ ex alia in xp̄o. Jn nobis enim sunt ex necessitate cōtracti: sed in xp̄o sunt ex voluntate assumpti. Ait eñ ter. fic. Ex sola voluntate miserationis de nr̄o in se trāstulit verā infirmitatem: sicut accepit verā carnē. Qō declarat dñs Boñ. in. iij. di. xv. ar. ſ. q. iij. di. ꝙ nos defectus a parentibus trahimus ꝓpter legem propagationis ⁊ legem cōcupiscentie: que militat in istis membris. Naz passibilis generat passibilem: ⁊ habens legem concupiscentie in membris generat filium subiectū cōcupiscentie: ⁊ ex reatu illius concupiscētie insunt proli omnes penalitates. Et

propterea dicūtur oēs iste penalitates in nobis ꝯtracte quasi ex cōcursu duoꝝ tracte.s.propagatoris nature: ⁊ corruptoris cōcupiscētie. In xp̄o aūt secus. Ipse em̄ neutro modo fuit ꝓpagatus: nec ꝟm propagationē legis naturalis: nec ꝟm corruptionē libidinis: sꝫ spūssanctus aduenies in ipsa virgine ⁊ ipsam fecūdans: carnē eius ab oī feditate corruptionis purificauit: passibilitatem aūt reliquit. Ex illa aūt carne ipse filius dei edificauit sibi corpus īmaculatū: ⁊ illud corpꝰ vniuit ⁊ sibi ⁊ anime rōnali: que quidē īmunitatez habuit a culpa: ⁊ in se ⁊ in carne cōiuncta. Et sicut īmunitatē habuit a reatu culpe: sic ꝟm ordinē diuine iusticie īmunitatem habere debuisset a passibilitate miserie Qꝛ ergo in carne illa remāsit penalitas hoc fuit ex dispēsatione ipsius assumentis: ꝯcurrēte simul acceptiōe illiꝰ aīe rationalis: q̄ in primo instāti sue creationis habuit vsum cognitiōis: ⁊ placuit sibi tali corpori vniri propter salutē generis humani. Et sic ptꝫ ꝙ tales effectꝰ in xp̄o fuerūt nō necessitate gn̄ationis: sꝫ volūtate dispēsatiōis. volūtate īquā dīna p̄ueniēte: sed volūtate creata comitante. Dicimꝰ aūt fuisse a volūtate dīna nō tanq̄ infligēte de nouo: sꝫ tāq̄ a relinquēte in acceptione aīe xp̄i: cū in eiꝰ arbitrio esset ⁊ ptāte defectus illos excludere. hec Bonauē. in.iij. dist.xv.ar. j.q.iij. Cōsideremus ergo nos q̄ saluari cupimus: qualr aīa eius bn̄dicta ab instanti sue creatiōis p̄uidit oēs labores quos ipse passurus erat in.xxxiij. ānis in huius vite peregrinatiōe. Preuidit ꝙ in p̄sepio frigore ⁊ pauptate cruciari debebat: ꝙ in desertis egypti cū matre paupcula esset peregrinꝰ futurꝰ: ꝙ in terra aliena penuriā sustineret: ꝙ in ieiunijs: orationibꝰ: ⁊ vigilijs: ⁊ sui corporis vulneribus a iudeis illatis esset fatigandus. Et tn̄ prompte benigne et liberaliter dixit: Magis contētor naturā humanā assumere cū penalitatibus vt saluet̄ mūdus: q̄ sine penalitatibus vt dānetur mūdus. O pelagus amoris iesu xp̄i. O fornax succēsa nimis illius aīe bn̄dicte. Quō poterimus nos ꝟmiculi condignas ⁊ debitas gratias ꝑsoluere tāto redēptori: q̄ nō nisi ex amore tā stupenda facere dignatꝰ est in assumpta carne. Amor fecit eum lachrymari. Amor fecit eum peregrinari. Amor fecit eum vulnerari. Amor fecit eum verberari. Amor fecit eum in cruce mori. O anima insignita imagine dei dilige xp̄m. Dilige inquā illū qui est totꝰ legitimꝰ spōsus: quē vides amore tuo nūc vagientē in presepio: nūc fatigatum in itinere: nūc orātē in solitudine: nūc flētē in cruce: vt te ducat ad regnū eterne btītudinis: in q̄ ipse xp̄s regnat. Amen.

¶ Feria quarta post tertiā dn̄icā aduētus de moribus iesu xp̄i: ⁊ qualiter animam suā benedictaꝫ cū passionibus regulauit. Sermo.xviij.

¶ Jesus rectus moribꝰ. Fructus.xviij.

Medius aūt vestrū ⁊c̄.vbi.s̄. Qm̄ in precedenti fructu de defectibus a xp̄o assumptis aliqua diximus in generali: cōueniēs est vt in presenti sermone aliquid dicamꝰ in speciali de ipsis defectibus: ꝟm ꝙ respiciūt aīam rationalē: qꝛ ipse dei filiꝰ ⁊ verbū caro factus tam ex parte corporis q̄ ex parte aīe ordinatissimus adeo fuit: vt nihil supfluū aut diminutum in assumptione nostre nature valeat in ipso reperiri. Et quoniā in aīa est potētia irascibilis: iccirco videbimus quēadmodum christus quātum ad ista tria animā suā benedictam cum passionibus regulauit. Erit autez fructus huius sermonis Jesus rectus moribus. Pro cuius declaratione tres conclusiones sunt notande.

Prima dr̄ exclusionis.
Scda dr̄ cōtristationis.
Tertia dr̄ cōturbationis.

¶ Qꝛ christus nō habuit defectus ignorantie.

Prima ꝯclusio d̄r exclusionis Nā dn̄s noster iesus xp̄s quātum ad potentiā rationalez voluit a se excludere defectū ignorātie: vt docet magister sentētiarū di. xv. c. ij. tertij libri. Et rō est ꝑm Bon̄. dist. predicta. ar. ij. q. j. qr nec xp̄m decebat nec nobis expediebat. Xp̄m nō decebat: qr aīa ei⁹ debuit esse deiformis ac ꝑ hoc repleta luce sapientie ⁊ rectitudine iusticie. Ignorātia aūt priuatio est sciētie: ⁊ pōt esse via in errorē ⁊ obliquationē a rectitudine iusticie: ac ꝑ hoc xp̄o nō cōpetebat. Nobis etiam nō expediebat quos venerat redimere dirigere ⁊ docere. Qd̄ facere non potuisset si habuisset defectū ignorātie. Inde est ꝙ Anselm⁹ ait in libro. Cur de⁹ hō. Illa assumptio in vnitatē ꝑsone filij dei nō nisi sapienter a summa sapientia fiet: ⁊ iō nō assumet in hoīe qd̄ nullo mō est vtile. Et iterum idē. Qūo tot ⁊ tanta faceret opera sine immēsa sapiētia? Et iterū. Qūo illi crederent hoīes: si illū scirēt nescientez? Si autē nescieret ad quid erit vtilis ei ignorātia. ¶ Sed circa hoc cōtingit dubitare: primo qr Johānes damascenus loquēs de verbo incarnato ait: Oportet scire ꝙ seruilē ⁊ ignorantez naturā xp̄s assumpsit. ¶ Scdo qr Leo papa in sermone de epiphania ait: Adorauerūt infantē in nullo ab aliorum generalitate discretū. Sed generaliter alij infantes sunt ignorātes: ergo ⁊ xp̄s in sua infantia habuit ignorantiā. ¶ Tertio arguit̄ qr scīa inflat. Sed xp̄s summe se humiliauit ⁊ defectus nostros assumpsit: qui faciūt ad humilitatē: ergo debuit habere defectū scie. ¶ Ad hoc respōdet̄: ⁊ primo quantū ad primū ꝑm dn̄m Bon̄. ꝙ Damascenus nō attribuit ignorantiā ⁊ seruilitatē nature assumpte rōne istius singularis nature que fuit verbo copulata in vnitatem persone: sed quantum ad alias naturas cōsimiles in specie: q̄si diceret. Assumpsit naturā nostrā que est ignorās nō in xp̄o: sed in nobis. Aliud dictū Leonis pape est, Ad qd̄ respōdetur ꝙ loquit̄ de xp̄o quantū ad ea q̄ exterius apparebant. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ dupliciter est loqui de scīa. Aut ꝓut est absq̄ charitate: aut ꝓut est charitati ꝯiuncta. Si loquamur de ipsa ꝓut est a charitate diuisa: sic dicit apl̄us ꝙ inflat. Si aūt accipit̄ ꝓut est charitati ꝯiuncta: sic nō est via ad inflationē sed potius ad rectitudinē ⁊ edificationē. Et hoc mōi fuit in xp̄o. De cuius scīa in sequētibus plenius loco suo dicem⁹: Nunc aūt quantū ad presens ꝓpositū nobis sufficiat ītelligere ꝙ xp̄s ignorātiam nullo mō secū habere voluit. Exq̄ colligimus ꝙ grauiter errāt qui ignorātiam studēt magnificare: quasi in ea aliquid ꝑfectionis inueniāt. Quos q̄d aliud dixerim q̄ꝫ bestiales ⁊ brutales? Naz vt scribit̄. xxxviij. di. c. ignorantia. Ignorantia est mater cunctorum erroruz. Et de qua Aug. in li. de verbis apostoli dicit: Pessime matris ignorantie: pessime inde filie due sunt falsitas ⁊ dubietas. Illa miserior: ista miserabilior: illa pernicior: ista molestior. Quare christus in exemplum debet esse omnibus vt ignorantiam fugiam.

¶ Qr christus habuit potentiam concupiscibilem. Cap̄. ij.

Secunda conclusio dicit̄ contristationis. Voluit nanq̄ deus quantum ad potentiā concupiscibilem contristari ꝑm illud Mat. xxvj. Tristis est aīa mea vsq̄ ad mortem. Et iterum ibidē. Et cepit contristari ⁊ mestus esse Hoc idem patet: quia fleuit super hierusalem: vt scribitur Luc̄. xix. Et ratio est ꝑm Richardum distin. xv. iij. li. arti. iij. q. j. quia sicut ex coniunctione rei amate cum apprehensione eiusdem causatur in appetitu passio delectationis: sic ex coniunctione rei odite cum apprehensione eiusdem causatur in appetitu passio tristicie. Et quia res de ꝓximo ⁊ certitudinaliter futura consideratur quasi iam presens: propter instantem ꝓpinquitatē ⁊ infallibilitatē: ideo nō solum

reſpectu rei odite cū eſt p̄ſens: ſed etiaꝫ reſpectu rei odite infallibiliter ⁊ de p̄ximo future eſt paſſio triſticie. Ūñ p̄m p̄m in.ij. rhetorice. illi q̄ iā decapitanꝺ nō timēt videtes ſibi neceſſitatē immi-nere: ſed triſtātur. Et tō q̄ ſenſualitas aie xp̄i mortē recuſabat cū apprehendit ipſam vt de p̄ximo ⁊ infallibiliter ven-turā fuit in eius appetitu ſenſitiuo paſ-ſio triſticie. ¶ Sed contra hoc arguere poſſumus: q̄ vt dicit p̄bs. iij. Ethi. Ea-deꝫ magis eligēda ſunt ſine triſticia q̄ cū triſticia. Sed xp̄s optime ſciuit elige-re: ergo magis debuit redimere genus humanū ſine triſticia q̄ cuꝫ triſticia. vt p̄ꝫ Eſa. xlij. c. vbi de xp̄o d̄r: Non erit tri-ſtis neq; turbulētus. ⁊ P̄ouer. xij. Non cōtriſtabit iuſtū quicquid ei acciderit. ⁊ Bene. p̄bat multiplici rōne q̄ triſti-cia nō cadit in ſapientē. Et fundamen-tum ſue rōnis eſt: q̄ virtutē nihil lede-re p̄ōt: ſicut nihil p̄ōt eaꝫ auferre. Ergo ſi xp̄s fuit ſapiēs fuit: ⁊ virtutē incōcuſ-ſam habuit: paſſionē triſticie nō ſenſit. Amplius. Nullus triſtaꝺ niſi de eo q̄ō fit cōtra voluntatē ſuā. Sed cōtra volū-tatē xp̄i nihil fieri potuit: ergo nō vide-tur q̄ in ſe triſticiā habuerit. ¶ Reſpō-detur ad hoc p̄m dominum Bona. diſt. xv. ar. ij. q. ſ. iij. li. ⁊ Richā. ibidē q̄ poteſt eſſe triplex triſticia.

P̄rima eſt p̄ter rōnis imperiū.
Sēda eſt ℨ rōnis iudiciū.
Tertia eſt ſubiecta rōnis imperio.

¶ P̄rima triſticia eſt q̄ conſurgit ex qua-dam neceſſitate ⁊ ſurreptione: ſicut mo-tus primi. Et hec quidē cōis eſt ſapien-tibus ⁊ inſipientibus: bonis ⁊ malis. ¶ Sēda triſticia eſt in qua rō ſubijciꝺ ſenſualitati: nec tm̄ turbaꝺ: ſed etiā per-turbaꝺ. ¶ Tertia triſticia eſt q̄m q̄s tri-ſtatur rōne dictāte ⁊ ſuadēte ipſum tā-tuꝫ ⁊ taliter ſup aliquo debere triſtari. Et iſto tertio mō fuit ꝺe in xp̄o. Duob⁹ aūt p̄mis modis nō fuit in eo triſticia Et p̄m hoc ſoluunꝺ autoritates in cōtra-riū adducte. Ad illud ꝺo q̄ō vltimo ad-ducebaꝺ: q̄ nihil cōtra voluntatem xp̄i euenit: dicēdū q̄ hoc eſt verū de volūta-te rōnis abſoluta: nō aūt eſt verū de vo-luntate ſenſualitatis: vel de volūtate cō-ditionata. Cōtriſtatus eſt ergo xp̄s cuꝫ videret ſuos labores ⁊ hoīm ingratitu-dinē: ac multoꝝ p̄tā ⁊ dānationem. Et q̄ oīa tā p̄terita q̄ p̄ſentia q̄ etiā futu-ra clare videbat ab inſtanti ſue p̄ceptio-nis: iccirco ſepius contriſtabaꝺ ⁊ afficie-baꝺ meroꝛe: adeo vt de ipſo legaꝺ i qua-dam epla q̄ viſus eſt fiere: ridere: aut nunq̄. O q̄pie mens humana moueri debet cū xp̄m dei filiū. xxxij. annis ſem-per in amaritudine cōtēplaꝺ. Vide quō vide queſo o aīa mea: ⁊ inſpice diligen-ter qualiter b̄ñdictus ieſus ſemp triſtaꝺ ſiue ſit puerulus in cuna vagiēs: ſiue ſit in maternis brachys ſemp geſtatus: ſi-ue ſit in medio doctoꝝ: ſiue ſit in conui-uijs: ſiue p̄uerſet cū diſcipulis: ſiue do-ceat in tēplo: ſiue mirāda operet. Inter roga ipſum ⁊ dic ei. O leticia angeloꝝ. O gaudiū aīarū ſanctarū. Cur nō leta-ris inter honores? Et ſtatim dicet tibi: O aīa mea: ego cōtriſtor p̄pter te. Ego cōtriſtor p̄pter p̄tā tua: p̄propter q̄ ego nō niſi dolere debeo. Ego cōtriſtor q̄ vi-deo quot anguſtijs: quot cruciatibus: quot laboribus: te aīa mea exāro. Et tm̄ ob ingratitudinē ⁊ ignorātiā de me nō curāt: me fugiūt: me ſpernūt: ⁊ diabolō ſequētes me abominanꝺ. Contriſtabaꝺ ergo xp̄s ob multas hmōi cās: ⁊ quāto plura videbat ⁊ cognoſcebat volunta-ti ſue contrariari: tanto vehementio⁹ in eo erat triſticia.

¶ Q̄r chriſtus potentiam iraſcibilez ha-buit. Cap. iij.

Tertia cōcluſio ꝺ: cōturbatio-nis. Sēm em̄ catholicā veri-tatē in xp̄o fuit cōturbatio ⁊ ira quātū ad potentiā iraſci-bilem: ſicut p̄ꝫ Job. ij. q̄m eiecit venden-tes ⁊ ementes de templo. ¶ Sed cōtra hoc obijciꝺ primo p̄m Augu. de ciui. dei. Perturbatio paſſionū a ſapientibus et bonis ita regitur: vt malint eā nō habe-re q̄ vincere. Sꝫ dicit Greg. li. v. moral.

q̄ ira per zelū sapiētes turbat: ergo cuz xp̄s fuerit sapiētissim⁹ ⁊ optimus: maluit eā habere q̄ vincere. Itē sup illud Job.v. Uirū stultū interficit iracūdia: Grego. dicit: Ira sicut per vitium oculū mentis excecat: ita per zelū turbat. Sz oculos mētis in xp̄o nec excecare potuit nec turbare: cū ipse esset in cotinuo vsu cōtēplationis: ergo nō videt q̄ aliqua affectio ire in eo fuerit. ¶ Respōdet ad hoc ꝟm Rich.in.iij.dist.xij.ar.iij.q.iiij. q̄ ira tripliciter pōt accipi. Uno mō ꝓ superabūdantia que ꝟm pb̄m.iiij.Eth. xij.c.d̄r iracundia. ⁊ sic ira nō fuit ī xp̄o. Alio mō accipit ira ꝓ volūtate iudicādi aliqd̄ male factū: ⁊ sic ira est in apetitu intellectiuo: ⁊ hoc mō fuit in christo. Tertio mō accipit ira ꝓ quadā passione appetitus sensitiui insurgente ex apprehensione illate iniurie: vt possibilis vindicari q̄uis cū difficultate. Si em̄ app̄hendat iniuria vt nō possibilis vindicari: nō insurgit nisi passio tristicie. Si vero apprehendatur vt possibilis vindicare absq̄ omni difficultate: tūc nō insurgit passio ire: qr tunc talis vindicta nō apprehenditur sub rōne ardui. Hoc tertio mō fuit passio ire in appetitu sensitiuo aīe xp̄i: ex hoc q̄ apprehendebat, inferri deo iniuriā a pctōribus quantum in eis erat: que iniuria possibilis erat vindicari cū difficultate: tñ nō ex parte dei: sed ex parte pctōꝝ rebelliū ⁊ difficiliū ad penitētie susceptionem ⁊ ex parte nature humane si suis naturalibus relinqueretur. Hec tñ passio in xp̄o nō fuit contra imperiū rōnis: nec preter imperiuz: nec de necessitate: sed ad imperium voluntatis: ⁊ ꝟm rectum ordinez rōnis. ¶ Ad primum ergo dicit Rich. q̄ q̄uis ira ꝑ zelū turbet hoīes sapiētes alios a xp̄o: tñ xp̄m nunq̄ turbauit: qr sicut dispensatiue factū fuit q̄ gloria aīe xp̄i in corpus ⁊ sensualitatē nō redūdaret: ita dispēsatiue factū fuit vt passio partis sensitiue in nullo rōnem turbaret. ¶ Ad secundum d̄r q̄ ira per zelum in alijs hoībus turbat in aliquo rationem ad tempus propter debilitatē intellectus eoꝝ. In xp̄o aūt fuit semper intellectus fortissimus ⁊ clarissim⁹: ideo nullo modo turbari potuit. Quare si recte sapere voluerimus atq̄ sentire: dicemus q̄ xp̄s passionē ire in se suscepit contra duriciē pctōꝝ impenitentiū: nō solū eoꝝ q̄ tūc erant: sed oīm quotūcūq̄ taz presentiū q̄ futuroꝝ: ex quo mēs eius iusticie zelo succensa commouebat cōtra pctōres obstinatos ⁊ duros. Non enim sine causa allocutus est blande peccatricem penitentem deprehensam in adulterio: latronem pendentem in cruce: ⁊ reliquos de quibus legitur in euangelijs. Phariseos vero dura increpatione asprimis verbis ⁊ facie tremebunda reprehendit et increpauit: qm̄ sicut ex rōne mitis eē debebat ⁊ pius peccatoribus penitentib⁹ ita econuerso seuerum ⁊ durū debebat se ostendere impenitentibus ⁊ obstinatis: sicut etiam in die iudicij manifestabitur qñ congregabuntur ante ipsum omnes gentes. Tunc videbunt qui duri sunt qui conuerti nolunt: qui penitētiam negligūt: q̄ grauis erit ira filij dei qñ sine vlla compassione proferet furibundam ⁊ tremebundam sententiam: Ite maledicti in ignem eternum ⁊c. O q̄ iracūda erit tūc reprobis facies sua. O q̄ terribilis erit tunc eius aspectus. Non est presentis disputationis in talibus dilatari. Sed hec pauca diximus ad ostendendū q̄ rōnabiliter ira fuit in xp̄o: q̄ est bñdictus in scl̄a. Amen.

¶ Feria quinta post tertiam dominicaz aduentus de gratia capitis nostri qualiter iesus gratia est ⁊ caput omniū nostrum. Sermo.xix.

¶ Iesus caput ꝓponit. Fructus.xix.



Edius autez. Iterū vbi.s. Congregauit in vnum electos suos dñs iesus christus: q̄bus eandem dedit regulam charitatis: qua fit vt ꝟm sententiā apostoli multa membra vnum corpus

constituant: vnamq; faciant ecclesiam in spiritusancto adunatam: ex qua ordinatur ⁊ colligitur exercitus celestiū ciuium in superna hierusalem. Et qm̄ nō expedit sine capite esse corpus ꝑ consolatione omniuꝫ dilectoꝝ iesus christus dei filius ipsorum caput meruit esse: cui oēs quantum possumus inherere debemus. Iccirco pro nostra instructione in presenti sermone dicemus de gratia capitis nostri: ⁊ de his qui sunt membra eius sub vno fructu q̄ est. Iesus caput ꝓponit̄. Pro cuius declaratiōe tres cōclusiones erūt notāde.

Prima d̄r conueniētie.
Scd̄a d̄r dependētie.
Tertia d̄r influētie.

¶ Qꝛ christo conuenit esse caput.

Capitulum.j.

Prima conclusio dicitur conuenientie. In qua scire debemus ꝙ xp̄o conuenit esse caput ecclesie: ꝓut testat̄ apl̄s ad Ephe.j.di. Ipsum dedit caput supra oēm ecclesiam q̄ est corpus ipsius. ⁊ ad Col.j. Ipse est caput corporis eccl̄ie. Qd̄ sic esse intelligendum declarat Alexā. in iij.q.xij.mē.ij.art̄.j.§.j. vt metaphorice intelligat̄ esse caput: qd̄ de xp̄o d̄r quadruplici ratione.

Primo rōne supioritatis.
Scd̄o rōne dignitatis.
Tertio rōne ꝓuidētie.
Quarto rōne gr̄e.

¶ Primo dicitur esse caput ratione superioritatis. Quia sicut rex dicitur esse caput regni: eo ꝙ per suum imperiū mouet regnum: ita christus qꝛ ꝑm ꝙ homo est rex regum: ⁊ habet regnū supra oēm creaturam: ꝑm ꝙ habetur Apoca.xix. Et erat scriptum in femore suo. Rex regum ⁊ dn̄s dn̄antium. ¶ Scd̄o d̄r esse caput rōne dignitatis: qꝛ meliꝰ ⁊ dignius in quolibet genere: caput d̄r esse in illo genere: sicut leo d̄r esse caput aīaliuꝫ: qꝛ est dignius ⁊ nobilissimū oīm aīaliū ita xp̄us qꝛ dignissimus ⁊ nobilissimus est caput oīm creaturarum rōnabiliuꝫ.

¶ Tertio d̄r esse caput rōne ꝓuidentie. Nam paterfamilias dicitur esse caput sue familie: qꝛ oībus ꝓuidet. Cum ergo christus se habeat per hunc modum ad ecclesiam: qꝛ pastor est ⁊ ep̄s animarum ⁊ prouidet ⁊ regit ecclesiā. Unde.j.Pe.ij. Eratis enim sicut oues errantes: sed conuersi estis nunc ad pastorem ⁊ ep̄m animarum vestrarum: ideo merito dicitur caput. ¶ Quarto dicitur esse caput ratione gratie. Nam ipsuꝫ caput ita ab anima perficitur per sensum ꝙ in capite sunt omnes sensus: nō aūt ī corpore. Ita christus a spiritusancto accipit oēs modos gratie sicut caput ab aīa. Nos aūt sicut membra: qꝛ nos oēs sensus gr̄e ab ipso recipimꝰ. Et hoc est qd̄ dicit Augu. ad Dardanum. In capite qd̄ est christus sunt oēs sensus gratie: in alijs v̄o est solus tactus: quibus datus est spiritussanctus ad mensuram. Dicitur ergo christus caput ꝑm has proprietates: qꝛ est velut rex: ⁊ qꝛ est dignissimus rationabilium creaturarum: ⁊ qꝛ est in ratione prouidentie: ⁊ qꝛ habet plenitudinē gratie quantum ad omnes sensum gratie. Et lꝫ sic dicatur esse caput metaphorice: tamen proprie dicitur caput ex influentia: vt sicut caput influit sensus ⁊ motus ꝑm diuersas partes eius: qꝛ ab anteriori parte capitis fluunt nerui per quos fluunt sensus ad membra: a posteriori v̄o parte fluūt nerui per quos fluit motus ab anima ad singula mēbra. Similiter christus in ecclesia influit sensuꝫ ⁊ motum spiritualiter. Sensum influit per fidem: motum v̄o per amorem. Uerūtamen est aduertendum ꝙ caput ecclesie dicitur dupliciter: scꝫ communiter ⁊ ꝓprie. Communiter tota trinitas est caput ecclesie. Tota enim mouet ⁊ regit ecclesiam: ⁊ infundit ei gratiaꝫ: qua sentiat per fidem ⁊ moueatur per charitatem. Unde in ratione regentis ⁊ influētis se habet ad ipsam. Proprie v̄o dicit̄ caput christus homo siue deꝰ homo ꝑm humanitatem: qꝛ hoc modo se habet ad ecclesiam ꝑm rationem conformitatis

ad ipsam per gratiam ⁊ naturam.

¶ Qꝛ multi habent dependẽtiam a xp̄o capite. Cap̄.ij.

Secũda ꝯclusio d̄r dependẽtie. In qua videre debem⁹ q̄ sunt illi qui tanq̄ mẽbra a xp̄o capite habent dependentiam: siue illi inhereãt ⁊ vniantur: ⁊ specialiter quantum ad quattuor.

Primo quãtũ ad angelos.

Scd̄o quantũ ad electos.

Tertio quãtũ ad reprobos.

Quarto quantum ad vtrumq̄ compositum.

¶ Primo cõsideremus quantum ad angelos si ipsorum est caput xp̄us. Ad qd̄ dicendum videt̄ ꝙ non: qꝛ vnius nature sunt caput ⁊ corpus. Sed christus inquantuꝫ homo ⁊ angeli: non sunt eiusdem nature: ergo christus ꝑm ꝙ homo non est caput angeloꝝ. Sed contrariũ dicitur ab ap̄lo ad Col̄.ij. vbi loquitur de xp̄o cum ait: Qui est caput oĩs principatus ⁊ potestatis. Insuper oĩa subiecit deus sub pedibus eius: vt dicitur ad Heb.ij. autoritate psalmiste. Ubi loquit̄ glo. Sicut pes est infima pars corporis: sic in xp̄o infima pars est humanitas quam angeli adorant. Exquo relinquitur ꝙ angeli sunt subiecti ip̄i humanitati xp̄i. Uñ si christus dicitur caput ecclesie: vt dicebatur pauloante: eo ꝙ regit ecclesiam sibi subiectam: similiter debet dici caput angelorũ: eo ꝙ imperat ipsis sibi subiectis. Exquo respõdere possumus ad illud quod adducebat̄ in cõtrariũ: ꝙ si dicatur caput per metaphoram qua rex dicitur caput regni vt mouens ⁊ imperans ipsi: sic ipse christus inquantum homo est caput angelorum: qꝛ est rex cõstitutus super eos. Si aũt dicatur caput ꝑm conformitatẽ nature: sic christus inquantũ homo nõ est caput angelorum simpliciter: sed ꝑm quid: qꝛ non est conformis angelis ĩ natura simpliciter: sed ꝑm qd̄ dicit̄ ꝙ aĩa rõnalis quantum ad partem superiorẽ intellectiuam habet conformitatem cũ angelis. Est ergo caput ipsis inquantũ conformatur ipsis in natura per partes rõnis intellectiuaꝫ: hoĩm aũt est caput simpliciter: qꝛ habet plenam conformitatem cum illis. ¶ Secundo consideremus quantum ad electos: sic omniũ electorum vel aliquorũ christus est caput. Et ꝙ nõ sit omnium caput probat̄. Nã christus proprie est caput ꝑm ꝙ homo. Sed nõ fuit homo ante incarnationẽ. Ergo nõ fuit caput sanctoꝝ patruꝫ. Ad hoc respõdet glo. super.c.j. ad Col̄. querens. Cum ecclesia ab Abel ceperit: quõ xp̄s caput eoꝝ est qui tunc fuerunt. Et dicit ꝙ xp̄s d̄r caput ꝑm diuinitatem ⁊ ꝑm humanitatẽ. Scd̄m diuinitatẽ fuit principium ⁊ fundamentum ecclesie: qꝛ oẽs iustos qui ab Abel vsq̄ ad vltimuꝫ iustum fuerũt ⁊ futuri sunt generaliter virtute diuinitatis illuminauit. Scd̄m humanitatem põt dici caput vel principiũ eccl̄ie: qꝛ sup̄ fidẽ humanitatis eius fundata est. Ex hoc exp̄sse relinquit̄ ꝙ si eccl̄ia fuit fundata sup̄ fidẽ humanitatis sue ante incarnationẽ: ⁊ ex eo dicitur caput quo est fides de sua humanitate: ergo est caput eoꝝ q̄ fuerũt ante incarnationẽ fideliũ sicut eoꝝ q̄ sunt post incarnationẽ. Nam si diceret̄ caput solum: qꝛ habet humanitatẽ: tunc esset caput fideliũ ⁊ infideliũ equaliter: cũ ꝑm humanitatẽ equaliter cõueniat cũ hoĩbus fidelibus ⁊ infidelib⁹: qd̄ maximuꝫ esset inconueniẽs. Ideo caput d̄r nõ qꝛ est homo in re: sed qꝛ est homo in fide: ⁊ creditus est esse homo ab omnibus electis: lꝫ tempore variato: quia patres antiqui fidem habuerunt de ipso iam venturo: ⁊ nos fidem habemus: qꝛ iam venit. Uñ oĩum electoꝝ est caput. Et de h̄ Aug. ponit exemplum in lib̄. de cathezizandis rudibus: qd̄ habet̄ Gen̄.xxxviij. c. de filijs iude ⁊ Thamar vidue: in quorum natiuitate zarã prior eduxit manũ in qua obstetrix ligauit coccinũ dicens: Iste egredietur prior. Illo v̄o retrahente manum: egressus est alter. Vic dicit

Aug. ꝙ sicut zaram dū nasceretur pri⁹ emisit manuz: postmodū caput secutū: est: deinde cetera mēbra. Sed tñ caput dignitate ⁊ potestate p̄cessit: licz tp̄e sequeret. Ita xp̄s mediator dei ⁊ hoīum in patriarchis ⁊ ꝓphetis premisit manum anteq̄ appareret in carne: vinculis legis superbū populū astringētē siue cōprimentē: tp̄e aūt nascēdi secutuz est caput corporis ecclesie: cui adheserunt oēs fideles credendo. ¶ Tertio cōsideremus quātū ad reprobos qui sunt in fide ⁊ charitate: non tñ perseuerantes: vtrū xp̄s sit caput ipsorū. Et videt ꝙ non: qr corpus xp̄i verū qd̄ traxit de virgine est figura ⁊ sacramentū corpis mystici qd̄ est eccl'ia: qr sicut corpus xp̄i cōpactū est ex purissimis sanguinibus virginis ⁊ pertinētib⁹ ad gloriā resurrectionis: ita a sil'i corpus mysticuz qd̄ est ī eccl'ia cōpaginatū debet esse ex purissimis ⁊ fidelissimis animabus ꝑtinētibus ad gloriā resurrectionis: ergo nō sunt mēbra ecclesie nisi ꝑtinētes ad gloriam resurrectionis. Sed reprobi in fide existētes ⁊ charitate: qui tñ non ꝑseuerabunt: ⁊ infideles: nō pertinent ad gloriā resurrectionis: licz ꝑtineāt ad resurrectionē: ergo nullus reprob⁹ est mēbrum ecclesie. Et sic xp̄us non est caput reproboꝝ etiam existentiū in charitate. ¶ Ad hoc respōdet Alex. vbi. s̄. §. iij. ꝙ esse membra xp̄i vel ecclesie non ponit nisi sensum gratie per fidem ⁊ motuz ꝑ amorem ⁊ charitatem ⁊ cōformitatē cū xp̄o in natura. Et quia ista sunt ī reprobis existentibus in fide ⁊ in charitate: licz non cum perseuerantia: ideo q̄diu sunt ista in illis concedendū est ꝙ sunt membra xp̄i ⁊ ecclesie: ⁊ comparant̄ ad xp̄m: tanq̄ ad caput: quantū ad presentem statum in quo sunt in fide ⁊ in charitate. Quando aūt postea discedēt ab istis: tunc erunt membra abscisa a corpore ecclesie. ¶ Ad rationem in ꝯtrariū est dicendū ꝙ corpus xp̄i verum figura est ⁊ sacr̄m corporis mystici quantū ad presentē statū; sed nō quātū ad futuꝝ. Ratio aūt ꝓcedit: ac si respiceret statū futurum: cuz obijcit pertinentibus ad gloriā resurrectiōis. Et qd̄ de reprobis diximus qui tamen sunt in fide ⁊ charitate: de malis intelligere debem⁹: lz ad vnionē corpis mystici siue eccl'ie nunq̄ proprie pertineāt existentes in peccato mortali. Verūtñ differt dicere vnitatez eccl'ie ⁊ corporis eccl'ie. In vnitate nāqz ecclesie sunt boni ⁊ mali dummodo habeāt fidē rectā. Et hoc est qd̄ hr̄ Mat. xiij. ꝙ ipsi tritico adiuncta est zizania. Ubi dicit Aug. ꝙ eccl'ia est ager in quo radicantur triticū. i. boni ⁊ zizania hoc est mali. Et tñ in fine separabunt̄. Unitas v̄o corporis eccl'ie non est nisi ꝑ fidē formatā charitate: sicut dicit Hugo li. de sacramentis. Ideo mali non sunt de corpore ecclesie: q̄uis sint de ecclesia. ¶ Quarto cōsideremꝰ quātū ad vtrūqz cōpositū. s. corpus ⁊ animā: si xp̄s est caput animarū tm̄: aut corpoꝝ ⁊ animaꝝ simul. Ad quod respondet v̄m glo. j. ad Coꝝ. vj. Nescitis qr corpora vestra mēbra sunt xp̄i: ꝙ caput est non solum animarum: sed etiā corporū q̄ in gl'iosa resurrectione suam perfectionē habebūt. Tunc nanqz electi oēs erunt cū p̄ncipe xp̄o: quem dilexerunt: in cuius aspectu placido hilari ⁊ iocūdo letabunt̄ ⁊ reficientur interius ⁊ exterius. Sed q̄ nūc nolunt esse membra illius nō poterunt tunc regnare cū illo. O infelix mūdanorum conditio. Uolunt homines membra potius fieri diaboli q̄ xp̄i. Illū sequūtur: a xp̄o fugiūt: virtutes spernūt: amplectuntur vitia: et de futuro nihil premeditantur. Nunc nūc tp̄s est in ecclesia militanti xp̄m patronum accipere: vt in ecclesia triumphanti valeamus cum xp̄o gloriari. O q̄ beata gens: o q̄ beatus populus cuius ꝑius iesus xp̄s domin⁹ ⁊ caput est. O q̄ miserabilis ⁊ lachrymosa societas cui diabolus preest: nō in ordine sz in errore: nō in gaudio sed in merore: non in bono sz in oī malo. Studeam⁹ itaqz quātū possum⁹ vt xp̄i mēbra ⁊ nō diaboli inueniamur.

¶ Qꝛ influentiā gratie a xp̄o capite accipimus. Capl'm.iij.

Tertia ꝯclusio d̄r influētie. In qua ꝑscrutari debem⁹ de influētia gratie a xp̄o capite: ex eo ꝙ Joh̄.j.d̄r: De plenitudine ei⁹ oēs accepim⁹ gr̄am. Pro cui⁹ declaratione occurrūt quattuor dubia aperienda.

Primū vtrum possit esse influētia a xp̄o homine in corpus ecclesie.

Secundum vtrū possit esse influentia in angelis.

Tertiū vtrum maior fuerit influētia hoīs post īcarnationē q̄ añ vel eq̄lis.

Quartū vtrū vnio capitis ad corp⁹ sit vnio simpliciter.

¶ Circa primum est sciendū ꝙ christus homo influit gratiā corpori eccl'ie ⁊ mēbris eius tribus modis.

Primo per modū meriti.

Scd̄o per modū exēplaris.

Tertio per modum capitis.

¶ Primo modo nobis est gr̄a a xp̄o homine ꝑ modū meriti: qꝛ ipe est q̄ nobis meruit gr̄am ꝑ quā remittunt̄ pctā nostra: ⁊ gratiā ꝑ quā cognoscerem⁹ ⁊ diligeremus ipm: ⁊ oībus credētibus in ipm ⁊ diligentibus hoc meruit. Uñ ad Roma.v.d̄r: Sicut ꝑ vni⁹ hoīs inobedientiā pctōres ꝯstituti sunt multi: ita per vni⁹ hoīs obedientiā iusti ꝯstituūtur multi. ¶ Scd̄o mō īfluit nobis gratiā ꝑ modū exēplaris. Sicut em̄ videmus ꝙ sic se habet exēplar ad exemplū ꝙ quodāmodo exēplū educit̄ ab exemplari: ita in ipo xp̄o hoīe est exēplar ꝓpositū gratie cui debem⁹ coaptare nos ⁊ conformare. Nā ipse est liber vite iuxta quē scribi debent libri nr̄i: idest conscientie que sunt libri vt hr̄ Apoc̄. xx.c. Vinc et apostolus.j. ad Coꝝ. xv.c. ait: Prim⁹ hō de terra terren⁹: secūdus homo de celo celestis. Qualis terrenus tales ⁊ terreni: qualis celestis tales ⁊ celestes. Ergo sicut portauimus imaginem terreni: portemus ⁊ imaginem celestis.

¶ Tertio modo influit xp̄s nobis gr̄am per modū capitis. Est em̄ q̄dā amor capitis ad mēbra: vt ipm caput quodam naturali amore diligat mēbra. Uñ spirit⁹ animales qui sunt in capite ex hoc amore decurrunt a capite in membris. Unde si aliquod mēbrū leditur: concurrunt spūs a capite ad partē illā dolentem: ⁊ ibi colliguntur. Influentia ergo capitis ad mēbra vt sensificent̄ ⁊ moueātur est per naturalē amorē. Et hunc appetitū implet spūs animalis influēs a capite ad mēbra. Secūdū hoc ergo dicendū ꝙ spiritus increatus per quem est nobis cōmunio totius trinitatis scꝫ spiritussanctus abundat in nostro capite: scilꝫ in christo: ⁊ ipsi⁹ christi ⁊ sue beate anime est desideriū vt participemus suū spiritū. Ipse v̄o spirit⁹ explet desideriuꝫ quod habet christus ad nos ex suo ardentissimo amore.

¶ Circa scd̄m dubiū est notādū ꝙ a capite xp̄o homine recipiūt angeli singulariter tria.

Primo cognitionē v̄itatis.

Secundo honorem.

Tertio dulcedinē siue iocūditatē.

¶ Primo cognitionē veritatis: qꝛ erudiuntur ab ipso: īmo etiā per ecclesiam que est corpus eius innotuit eis mysteriū incarnationis. Nec erubescūt erudiri per ipsam. Uñ apostolus ad Eph̄. iij.c. Mihi em̄ omniū sanctorum minimo data est gratia hec in gentib⁹ euangelizare inuestigabiles diuitias christi: illuminare omnes: que sit dispensatio sacramenti abscōditi a seculis in deo: qui omnia creauit: vt innotescat principibus ⁊ potestatibus in celestibus per ecclesiam multiformis sapiētia dei: ꝟm prefinitionē seculoꝝ: quam fecit in christo iesu domino nostro. Super que verba dicit Nicolaus de lyra. ꝙ redēptio christi dispensabilis tā gentib⁹ q̄ etiaꝫ iudeis non fuit ante reuelata nisi paucis ⁊ obscure. Et mysteriū christi de vocatione gētiliū non solū hominib⁹ fuit absconditum: sed etiam angelis. Qui etiam predicantibus apostolis hāc no-

ticiā intuitiuā habuerūt per ecclesiam idest per apostolorꝫ predicationes: videntes actu conuersionē gentilium ad fidē. Quod factū fuit ꝟm prefinitionē seculorꝫ.i.eternā dispositionē tpe plenitudinis adimpletā: quā fecit in xpo iesu adīpleri. Cui dicto cōcordat Diony. di.angelicas dignitates supra memoratū mysteriū xpi ad plenū nō intellexisse: donec cōpleta est passio xpi: ⁊ apl'orꝫ predicatio ꝑ gentes dilatata. Aug. etiā vij.sup Gen. ad lr̄am ait: Sic fuit mysteriū incarnatiōis xpi a seculis abscōditum in deo: vt tn̄ innotesceret principibus ⁊ potestatibus in celestib⁹. Ubi dicit sanct⁹ Tho.in.j. parte.q.lvij. ar. v.ad.ij.ar. ꝙ de mysterio incarnatiōis xpi ꝯtingit loqui dupliciter. Uno modo in generali. Et sic oībus reuelatum est a principio sue beatitudinis. Cuius ratio est: qꝛ hoc est quoddā gn̄ale principiū ad quod oīa eorꝫ officia ordinantur. Oēs em̄ sunt administratorij spiritus. Heb.j. in ministeriū missi propter eos qui hereditatē capiūt salutis. Qd̄ quidē fit per incarnationis mysteriuꝫ. Unde oportuit de hoc mysterio oēs a principio cōiter edoceri. Alio mō possumus loqui quātū ad speciales cōditiones. Et sic nō oēs angeli a principio de omnibus sunt edocti: īmo quidā etiam superiores angeli postmodū didicerūt: sicut dic Diony.vij.c.cele.hierar. ¶ Secūdo accipiūt honorē qui attēdit quātum ad reparationē siue restaurationē ruine angelice. Non em̄ paruꝫ erat eis detractū honoris ex ruina apostataruꝫ angelorū. Sed per incarnationē ⁊ passionē fit restauratio ruine āgelice ꝑ homines īplentes numerū ipsorꝫ angelorū. Unde in ps̄.cix.dꝛ: Judicabit in nationibus implebit ruinas. Et glosa ad Ephe.j.dicit: Proposuit restaurare.i. ad primū statū reducere omnia ꝑ peccatum destructa: angelos ⁊ homines: qꝛ per hominis restaurationem ruina angelorum reparatur. ¶ Tertio recipiunt dulcedinem ⁊ iocunditatem ab ipsa humanitate xpi. Nam magnam recipiunt dulcedinem ⁊ contēplationē diuinitatis. Sed cū vident diuinitatem in humanitate: est eis alius modus dulcedinis. Propter quod Petr⁹.j. Pe.j. ait: In quem desiderant angeli prospicere. Et Johel'.iij. dicitur: Colles fluent lac et mel. Colles enim angeli sunt: q̄ ante incarnationem fluebāt mel in dulcedine cōtēplationis diuinitatis in se. Sꝫ ex eius incarnatione fluunt dulcedinē contemplationis diuinitatis ⁊ humanitatis que humanitas significatur ꝑ lac. ¶ Et si dicatur ꝙ angeli erāt beati ante incarnationē christi. Sed beatitudo est status omniū bonorꝫ aggregatione perfectus: erga ipsi erant in statu omniū bonorum congregatione perfecto: ergo nihil deficiebat eis de aliq̄ bono. Respōdet Alexander in.iij.ꝙ q̄uis in bono essentiali essent ꝑfecti ex visione dei: tamen eis accrescere potuit bonum ⁊ gaudiū accidentale. ¶ Circa tertium dubium est dicendum ꝙ ecclesia post incarnationem et passionem christi maiorē recepit gratiam q̄ ante. Qd̄ patet: quia ante incarnationē per fidē christi erat remissio peccatorū quātum ad culpam ⁊ non quantū ad omnē penā: quia remanebat pena carentie visionis dei. Post incarnationē v̄o est remissio peccatorū quantum ad culpā ⁊ oēm penā. Unde lꝫ fides ecclesie ante incarnationē ⁊ post fit eq̄lis: virtuosior tn̄ est post q̄ ante: quia habet meritū passionis christi sibi coniunctum: hec habentur ab Alexandro. ¶ Circa quartum dubium dicendū ꝟm Hugonem de sancto victore: ꝙ vnū dꝛ multipliciter. Primo modo est vnuꝫ in natura. Et hoc modo pater filius ⁊ spūssanctus sunt vnum. Scd̄o modo est vnuꝫ in persona. Et sic humanitas et diuinitas sunt vnum in persona filij. Tertio mō est vnū ꝑ iusticiā presentē: ⁊ futurā gl'iam. Et illud est vnū qd̄ attēdit in ꝯformitate volūtatꝫ. Et sic dicim⁹ ꝙ est vnio mēbrorꝫ cū capite in corpe eccl'ie: ⁊ est vera vnio in qua

beati sunt qui vniuntur: et miseri q̄ ab ea separātur: qm̄ omne bonuz felicitās animaz in xp̄o est: in ipso sunt thesauri incōparabiles: t ineſtimabiles diuitie dei. Ergo ipsum queramus vt ab ipo recipiamus gratiam: quam nobis ipe cōcedat tc. Amen.

¶ Feria sexta post tertiā dn̄icā aduent⁹ de scientia xp̄i. Sermo.xx.

¶ Jesus est sciens oīa. Fructus.xx.

QUidius autem vestrū. Jterū vbi.s. Doctores iudeoz audiebāt xp̄m sepenūero scripturas pphetarū pdicantē t mirabant quō lr̄as sciret: cū eas non didicisset. Nec soluz eo pfectionis tpe: quo maturū ingeniū litterarū pingue dine solet esse delibutum hoc viderunt verū etiā in infantili etate anno videlz xij. in medio eoz sedentem sapiētissime audientem t interrogantē illū cōspexerunt. Quo spectaculo potuissent si voluissent cognoscere ip̄m esse filiū dei in quo relucebat splendor tante scientie t sapiētie. Sed volūtate sua peruersa in eū credere noluerunt: spreuerūt sciētiā eius t ip̄m persecuti sunt vsqz ad mortē. Et qm̄ singulare est hoc p̄uilegium in dn̄o iesu xp̄o scz ꝑm assumptā naturam omni sciētia erat decoratus: ideo in p̄senti sermone de scientia anime xp̄i dicturi sumus. De qua fructum vnū proponim⁹ cōtēplandū q̄ est. Jesus est sciēs oīa. P̄o cuius declaratione tres conclusiones erunt notande.

Prima dr̄: multiplicatiōis.
Secunda dr̄: acquisitionis.
Tertia dr̄: conditionis.

¶ Dr̄ multiplex fuit scientia in ch̄risto. Capitulum.s.

PRima conclusio dr̄: multiplicationis. In qua scire debemus q̄ ꝑm multiplicationē naturarū in xp̄o multiplicatur eius scientia: ꝓut declarāt magister sentētiarū in.iij. t catholici doctores. Cuius rōnē assignat Alexā. in.iij. summe.q.xiij. membr.s. dicens: vt dicit Jobes Damas. Quoz sunt diuerse nature: eoz sunt diuerse opatiōes. Opationib⁹ aūt ꝓportionatur habit⁹: ergo cū in ipo sint diuerse opatiōes ꝓpter diuersas naturas: erunt in ipso diuersi habitus. Et cū sciētia dicat habitū ꝑm diuinā naturā t hūanā: in ipo xp̄o erūt diuerse sciētie. Insup ꝓut dicit Boeti⁹ in lib. de diuersis naturis t vna pſona: xp̄s accepit aliq̄d a triplici statu humani generis siue Ade. Un⁹ stat⁹ fuit qui debebat ei si stetisset stat⁹. s. beatitudinis in p̄miū. Ali⁹ fuit stat⁹ in q̄ erat scz stat⁹ innocētie. Et tertij stat⁹ fuit post lapsum. Un⁹ xp̄s triplicē ꝑm hos stat⁹ cognitionem decuit habere: videlz

Primo cognitionē gl̄ie.
Scdo cognitione nature integre.
Tertio cognitione penalis expiētie.

¶ Et hoc ꝓpter pfectionē aīe xp̄i: q̄ nō tm̄ dz esse perfecta ꝑm superiorē portionē: verū etiā ꝑm inferiorē: etiā ꝑm partē sensualē: nō tantū quātū ad statū patrie: sz etiā quātū ad statum vie. Addit dn̄s Bon̄. dist. xiij. iij. libri. ar. iij. q. s. q̄ q: perfecta fuit aīa xp̄i quātū ad cognitionē nō solū respectu cognoscibilium: sed etiā respectu modoz cognoscēdi: iō cū res tripliciter sint cognoscibiles ꝑm q̄ tripl'r habēt esse. Habent em̄ esse in verbo in ītellectu creato: t ī ꝓp̄o gn̄e. Ad hoc q̄ intellect⁹ aīe xp̄i plenā de rebus h̄ret cognitionē: res cognouit ista triplici cognitōe. Et sic pz q̄ xp̄i aīa nō tm̄ habuit cognitionem rerū in verbo: sed etiā rerū a verbo. Cognitionem inquā nō tm̄ simplicis notic̄ie: sed etiam experiētie. Possumus tamē cōtra hoc arguere sic. Uni⁹ persone vna est perfectio: ch̄ristus est vna persona: t sciētia est perfectio: ergo ipsius erit vna scientia. ¶ Secundo sic: ch̄ristus est sciens scientia increata: t hec est certissima perfectissima et nobilissima: ergo superfluum est ponere in ipso aliā sciētiā: q: frustra fit per plura quod potest

fieri per pauciora. ¶ Tertio sic: scientia xp̄i que est per gratiam vnionis est ꝑm maius lumē q̄ sint alie tres sequentes: de quib⁹ dictū est. Sed sicut est in lumine corporali q̄ maius lumē absorbet minus: ergo similiter est in lumine spūali: ergo nō manēt in xp̄o alt̄ modi sciēdi nisi duo. s. vnus q̄ est scientie increate: alius qui est per lumen gratie vnionis. ¶ Ad primū hor̄ argumētor̄ respondet ꝑm voluntatē dn̄i Bon. di. xiij. in. li. t Aler. in. iij. q̄ habit⁹ nō diuersificat ꝑm personā sed ꝑm naturam. Vñ dicit Johan. Damasce. q̄ in xp̄o sunt diuerse voluntates ꝓpter diuersas naturas: t similr debēt esse diuerse scientie. ¶ Ad sc̄m dicēdum q̄ cuius xp̄s sit vna persona cū filio dei: t per personalē vnionē ꝑm hoc est sciens scientia increata: sicut filius dei. vñ ratione persone nō indiget alia scientia: tñ rōne persone in humana natura indiget alia sciētia: scz creata. Non em̄ dz esse humana natura i xp̄o imperfecta: qđ sequeret si careret sciētia creata. Sed perfectior debet esse in ipso natura oībus alijs. Ideo omni genere sciendi scientia creata oportet q̄ sit perfecta illa aia. ¶ Ad tertiū dicendū est q̄ in corporalibus minus lumē offuscatur et absorbet a maiori. Et rō huius est: qm̄ oia lumina corporalia sunt ad vnū actū scilz manifestationis: qui quidē actus p se et perfectissime est a lumine maiori. Sed in spūalibus nō est sic. Nō em̄ oia lumina spiritualia sunt ad vnū actum. Distinguendum tñ est ꝑm statū comprehensoris et viatoris. Nam viatoris non est vnus actus sed plures. Unde lumina plura virtutum seu donor̄ in viatore non sunt ad vnū actum. Cōprehensoris vō non est nisi vnus actus q̄ determinatur ꝑm summū luminis t totalitatem virtutis eius lumē: scz diuine visionis in gloria: xp̄s aūt erat in statu simul viatoris et comprehensoris ꝑm partes anime differentes superiorē t inferiorē: t ideo scientia comprehensoris non absorbebat alias sciētias.

¶ Q. sciētia xp̄i nō fuit per successionē tēporis acquisita. Capm. ij.

Secūda cōclusio dr acq̄sitionis In qua notare debem⁹ q̄ scientia xp̄i nō fuit p successionē tēporis acq̄sita: sed ab initio sue cōceptionis sibi indita. Qđ sentire videt Aler. in. iij. vbi. s. mem. ij. Et ad hoc facit illud Greg. sup illo vbo Luce. ij. Proficiebat etate t sapiētia. Proficiebat nō q̄ ipse sapiētior fieret ex parte: sed paulatim demōstrabat sapiētiā. ¶ Sed circa hoc notādū est ꝑm Aler. in iij. vbi. s. q̄ in christo fuit multiplex modus sciēdi. Primus fuit ꝑm diuinam naturā. Et ibi sciētia idē est qđ idipsuz. Et iste modus fuit in filio dei ab eterno. Sc̄us est ꝑm gratiā vnionis: q̄ modus distinguit ab oīi alio sciēte incōicabilis cuicunq; alteri creature. Tertius est ꝑm gratiā cōprehensoris: in quo cōicāt angeli t aie sancte. Quartus ꝑm naturā integrā aie ꝑm q̄ habuit Adam sciētiam in statu innocentie. Quintus ꝑm penalē naturā assumptam. Sextus est quedā gratia data xp̄o ad cognoscēdum res ꝑm numerū et p ꝓgressum tēporis. ¶ Quantū ad primū sciendi modum silr se habet xp̄s ante incarnationē t post. Sc̄us vō modus non fuit ab eterno. Et ꝑm istū habuit cognitionē omniū eorū que pertinebāt ad mysteriū incarnationis: passionis: t redēptionis. Sc̄m vō tertiū modū habuit cognitionē omniū eorū que pertinebant ad gloriā suam et suorū: idest eor̄ que ordinantur ad illā. Sc̄m vō quartū modū habuit noticiā eorū que cognouit Adam in statu nature integre. Sc̄m quintum modum dicit multas penalitates ꝑm experientiā in affectiua: quas tñ cognouit ꝑm aliū modū: scilz ꝑm gratiā cognitionis: que data est sibi per gratiam vnionis. Unde presciuit illas per istā gratiam. Sextus modus cognitionis est ad cognoscendū per experientiam: non vt prior qui fuit affectiue sed cognitiue et sensu. ¶ Secūdum notandum est q̄ cognitio in sensu

per experientiaꝫ est duplex. Una cũ res est in sensu ꝟm similitudinem. Alia cum res est in sensu ꝟm formam. Aliter eniꝫ est similitudo coloris in oculo: aliter dolor. Ita duplex est cognitio in christo ꝟm experientiã. Prima quãtum ad naturam penalem. Secũda quãtũ ad specialem gratiã cognoscẽdi res ꝟm naturam per processum tẽporis.

¶ Qꝛ aĩa xp̃i eque erat sapiens vt deus.

Capitulum.iij.

Tertia cõclusio ꝺr cõditionis. Fuit nãq; sciẽtia xp̃i magna ⁊ admirabilis. Circa quã contingit dubitare: si fuit equalis sciẽtie dei ex eo ꝙ Hugo de sctõ Victo. ait: Aĩa xp̃i eque sapiẽs est vt deus. Ad qꝺ dicit Alex. in.iij. vbi.s̃.mem.vij. ꝙ est cõsiderare diuinã sciẽtiã ꝟm ꝙ ꝺr respectu sui. Et sic sciẽtia illa est ꝟtutis infinite. Et ꝟm hunc modum nihil est ei equabile. Scꝺo est cõsiderare diuinã scientiã respectu creatoꝝ: ⁊ hoc tripliciter.

Primo respectu ad illud qꝺ scitur.

Scꝺo respectu ad mediũ ꝑ qꝺ scitur.

Tertio respectu ad modũ quo scitur.

¶ Et ad hoc ꝙ aliquid dicatur equale scientie dei oportet ꝙ equetur ꝟm hec tria: qꝺ nõ est possibile creature aliquo modo. Dicendũ ergo ꝙ cõparatio scientie anime xp̃i habita ad diuinã scientiã: ꝟm illud qꝺ scitur est dicere animaꝫ xp̃i eque scire sicut deus: qꝛ scit oĩa que scit deus. Cõparatione ꝟo habita quãtum ad mediũ per qꝺ scitur: vel quãtum ad modum quo scitur: nõ erit dicere equalitatem: qꝛ deus scit omnia per seipsum sicut causa omniũ. Aĩa ꝟo xp̃i nõ per seipsum causam: immo per causam deum. Ecce inequalitas quãtũ ad mediũ. Luculẽtior est etiã cognitio dei ꝙ̃ cognitio anime xp̃i de rebus oĩbus: qꝛ deus ipse oẽs res videt vt in se: anima ꝟo xp̃i non vt in se sed vt in deo. Ex quo patet equalitas quãtũ ad modũ. Non est ergo absurdum dicere dñm nostruꝫ iesum xp̃m noticiam habuisse ex lumine sciẽtie sue presentiũ preteritorũ ⁊ futuroꝝ: qua scientia ⁊ cognitiõe fiebat: vt dolor inestimabilis semꝑ cruciaret animam illius Et vllo vnq̃ tẽpore inueniri nõ potuit sine merore: q̃ nũq̃ caruit clarissima cognitione. Cogita aĩa mea quẽadmoduꝫ ante oculos xp̃i semꝑ erant pctã totius mũdi. Videbat ipse quoscũq; deũ offendẽtes: qui fuerunt a principio mundi: ⁊ sunt atq; erũt vsq; ad finẽ seculi. Videbat ipse pctã oĩa offendere deũ summũ bonũ ⁊ infinitũ. Videbat ipse multitudinẽ eoꝝ qui ingrati erãt sibi de beneficio incarnationis. Videbat numerũ dãnãdorũ. Videbat singulas penas: quas sustinuerũt quilibet sancti cõfessores et martyres: ⁊ ceteri quiq; ob suũ amoreꝫ. Videbat quecunq; tormenta passionis sue tẽpore per ipsum sustinẽda. O quot suspiria ex fornaceo illo corde sepissime prorumpebant. O quot lachryme mitis iesu faciẽ rigabant: qñ hec omnia simul cõtemplans in semetipso dicebat: Ego carnẽ assumpsi vt peccatũ destruerẽ: et ecce tot peccata multiplicãtur. Ego carnem assumpsi vt spoliarẽ infernũ: ⁊ ecce grandis est numerus illorũ qui in illuꝫ sunt adiudicandi. Ecce carnem assumpsi vt ad paradisum omnes reducerem cruciatibus meis. Passurus sum nãq; opprobria: infamiã: flagella: liuores: vulnera: et morteꝫ amaram. Et ecce quot a regno celoꝝ expellentur. O ingratissimi hoĩes: o infideles de vobis doleo: qꝛ ad paradisum nõ venitis. O iudei pro vobis affligor: quos infernus suscipiet. O xp̃iani falsi pro vobis contristor quos ignis gehẽne indefinẽter exuret. O mẽs mea in profundo amaritudinis posita. O mens mea angustijs vndiq; vexata. Si inimicos meos ꝯsidero: ꝑ illis affligor. Si amicos inspicio: ⁊ illis ex pietate cõpatior. O stephane in amore meo eris lapidatꝰ. Et tu laurẽti amore meo eris combustus. Et tu Sebastiane eris sagittatꝰ. Et sic de alijs dicere poterat: quos in sua mẽte lucida colligebat. Cõpatere ergo anima dño nostro iesu xp̃o: quem cũ audis in assumpta natura oĩa

scientem: scias etiam ꝫ crebro dolētem: merentem: ingentem: suspirantem: et lachrymantem. Infige cordi tuo illius lachrymas ⁊ suspiria: vt sic valeas ab ipo suscipere gratiaz: qui est benedictus in secula. Amen.

¶ Sabbato post dñicam tertiā aduentus de potētia christi. Sermo. xxj.

¶ Jesus potēter operās. Fructus. xxj.

MEdius aūt ve strum ⁊c. iterum vbi. s. Dñi nostri iesu xpi maiestatē diuinitatis declarāt nobis opa illa miraculosa: que non nisi supernaturali potētia fieri potuerunt: vt dictū est in precedētibus. Et qm̄ possunt nōnulli eā potentiam xpo tribuere in assumpta natura: qō erroneum est dicere: iccirco in presenti sermone de potētia xpi dicturi sumus: vt ita credamus de ipso mirabilia facta: ꝙ semp cōditiones et ꝓprietates seruemus vtriusq; nature. Nā certissimum est ꝙ sicut scientia in christo fuit admirabilis: ita ⁊ potētia. Verum scientia fuit in eo ꝑm humanitatē et diuinitatez: vt diximus in anteriori sermone. potentia vo in ipso est ꝑm diuinitatez. Ad qō plenius intelligendum proponemus in medio fructū qui est. Jesus potenter operās. Pro cuius intelligentia tres cōclusiones erunt notande.

Prima ōr determinationis.
Secūda ōr negationis.
Tertia ōr impressionis.

¶ Quasa xpi nō est oipotēs. Capm. s.

PRima cōclusio dicitur determinatiōis. In qua scire debemus de potentia xpi ꝑm doctores catholicos ꝙ anima xpi nō est omnipotēs: sicut notatur in. iij. senten. dist. xiij. Et ratio huius est ꝑm Rich. ibidē. arti. v. q. s. qz omnipotētia includit actuam potentiam infinitā intēsiue: qz cū vnūquodq; agat ꝑm ꝙ est in actu: et patiatur quātum est in potētia: quātuz res habet de actiua potētia: tantū habet de actualitate: ergo potētia actiua infinita includit actualitatē infinitā in habente illaz potentiam. Actualitas autē infinita in nulla creatura eē pōt: qz ois actualitas creature cū possibilitate ꝓmixta est. Ñ omnis potētia actiua que anime christi dari potuit sibi data est. Dis autē Bona. dist. xl. ij. arti. iij. q. iij. ait: ꝙ omnipotentia cōicari non potuit alicui creature: qz omnis creatura eo ipso ꝙ ex nihilo est deficit a summa stabilitate. Vñ qz non existit per seipsam deficit a summa simplicitate vnde qz non agit per se totā deficit a summa maiestate: vnde distare potest in ipsa virtus a substantia. Et qm̄ per se non subsistit: nec in se nisi sustēteretur a diuina potentia: qz nō pōt seipsam sustentare: ideo impossibile est ipsam esse omnipotentē. Rursus qm̄ ex seipsa tota nō agit: nō pōt in totam rei substantiā: ⁊ ideo nō potest esse omps: cum non possit totū producere. Postremo quia virtus eius distat a substātia tātum pōt elongari ꝙ deficit omnino: vñ non pōt in omnia. Sicut igitur soli deo cōuenit summa stabilitas: summa simplicitas: summa immēsitas: sic etiaz omnipotētia: que necessario requirit ista tria. Unde nec aie xpi: nec alicui creature pōt omnipotentia cōicari: nisi diceriz mus de aia xpi ꝙ ei omnipotētia communicatur eo modo: quo cōicatur ei nomen excellētie diuinitatis: hoc est ꝑ cōicationez idiomatū: que ortum habet ex personali vnione. Sicut etiā possumus dicere ꝙ hō est omps. Sed contra hoc obijcitur: qz ōr Matth. vlti. c. Data est mihi omnis potestas in celo ⁊ in terra. Ubi glo. inquit: Nō de coeterna patris diuinitate: sed de assumpta humanitate dicit. Et iterū glo. super illud Luc. j. hic erit magnus. dicit: Nō ꝙ ante virginis partū magnus nō fuerit: sed quia potentiā quā dei filius naturaliter habet: hō ex tempore erat accepturus. Ad hoc dicit Rich. ꝙ iste glose intelligunt ꝑm illū modum loquēdi quo idiomata

cōicantur. Vñ post ꝟba glo. scdo allegate statim subiūgitur: vt vna sit persona hō et deus: in quo satis datur intelligi ꝙ ille hō ideo dicit omps qꝛ est deus.

¶ Qꝛ in christo nō est potentia peccandi. Capm. ij.

Secūda cōclusio dꝛ negationis Nam negamus in xpo potentiam peccādi: sicut vult Anselmus lib. Cur deꝰ homo. ⁊ oēs docto. in. iij. dist. xij. Qd declarās Rich. ij. q. j. ait: ꝙ xps peccare non potuit: nec inquātū deus: vt per se patet: nec inquātū homo: qꝛ erat cōprehēsor. Et sicut angeli boni peccare nequeūt: ita etiam nec ipe. Nō potuit etiā peccare inquātū hō viator: qꝛ qñ materia est sub aliqua forma: cuius actualitas equat ⁊ implet totam capacitatem ⁊ possibilitatē totius materie: nō est possibilis ad cōtrariam priuationē: vt ptꝫ in materia cuiuscūqꝫ corporis celestis: sed xps etiā inquātum viator tantā habuit gratie plenitudinē ꝙ equabat ⁊ implebat totā capacitatez aīe sue. Et iō non fuit possibilis ad contrariā priuationē: que est per pctm̄ sicut per simile est declaratū. ¶ Sed notādū ꝟm Boñ. vbi. s. ar. ij. q. ij. ⁊ Alexan. in. iij. q. xiiij. mem. j. ꝙ potētia peccandi dicit dupliciter. Uno modo potētia qua peccatur. Et sic noīat ipsum liberū arbitriū creatū: qd quidez pōt in bonū adiutum gratia. Et qꝛ per sui naturam est defectiuum: hinc est ꝙ illa potentia siue facultas dici pōt potētia benefaciendi et potentia peccādi. Nullus em̄ peccat nisi ꝑ illā. Alio modo potētia peccādi dicitur potentia ordinata ad peccanduz: vt illa potētia nominat medium inter substantiam ⁊ peccati actū per qd substātia illa possit exire in peccati perpetrationem. Primo modo potentia peccandi fuit in xpo: qꝛ vt dicit Damascenus: oīa que in nostra natura plātauit deus assumpsit dei verbū. Si ꝟo potētia peccandi dicit potētia ordinata ad pctm̄ perpetrāduz: sic nō est concedendum ꝙ xps habuerit potentiā peccādi ꝑ eo ꝙ peccare nō potuit. Talis em̄ ordinatio: immo deordinatio diminuit de plenitudine libertatis. Qd vt clarius vno ꝟbo intelligamꝰ dicimus ꝙ xps habuit potentiā peccandi ex eo ꝙ habuit liberū arbitriū: qd tñ ꝓpter plenitudinē gratie nō poterat a bono deficere: ⁊ ita nec peccare. Et si dicatur ꝙ si xps nō pōt peccare: ex necessitate cōseruat iusticiā: ergo nō est laudādus de iusticia: qꝛ vt inqt Lact. vj. diui. institutionum aduersus gentes. Nulla laus est nō facere qd facere non possis. Ad hoc rñdet Alexan. vbi. s. ad. iij. ar. ꝙ est quedā necessitas coactiōis ⁊ ꝓhibitionis. Et cū aliquod bonū fit ex huiusmodi necessitate nō debet laus facienti illud qꝛ ista tollit volūtatē. Et est necessitas immutabilitatis. Et ista nō tollit volūtatē nec laudē: sed ponit immutabilitatē volūtatis in bono: ⁊ hoc mō dꝛ deus ex necessitate esse bonus et bona queqꝫ facere: sicut scribit Hierony. ad Paulinū dicēs: Bonus est deꝰ ⁊ omnia quecūqꝫ facit bona sint necesse est. Tali ergo necessitate secūdo modo dicta xps seruauit iusticiā. De qua dicit Ansel. ꝙ improprie dicit necessitas: eo ꝙ non est ibi coactio nec ꝓhibitio. Et sic ptꝫ ꝙ sicut deus maxime laudandus est de bonis que habet ⁊ seruat: ita ⁊ dñs Jesus xps: qꝛ peccare nō potuit.

¶ Qꝛ aīa xpi diuina virtute poterat in istis inferioribus vltra opera nature. Capitulum. iij.

Tertia cōclusio dꝛ impressiōis. In qua plerique querere solēt si aīa xpi posset facere mediāte opere nature impressiones: que per naturā fiūt in istis inferioribꝰ: qꝛ ex quibusdā sanctorū dictis ⁊ rationibus videtur ꝙ sic. Nam dicit Johā. Damasce. lib. iij. c. xv. loquens de xpo. Supra hominē que hominuz sunt agebat. Et ponit exemplum de ambulatione super aquas: ergo videtur ꝙ hoc fecerit ꝑ naturā humanā supernaturaliter sublimatam. Ergo pari ratione aīa xpi posset facere nō mediāte natura impssiōes

quas fecit natura. ¶ Ad hāc questionē direrunt aliqui: q̄ q̄uis anima humana per suā naturalē virtutē non posset facere tales impressiōes: tñ anima btā t maxime aīa xpi propter excellētiā sue beatitudinis et propter excellētiam sue actualis existentie posset facere tales impressiones nō mediante opere nature. Unde isti plene cōcedūt q̄ ipa posset hanc materiā transmutare ad formā substantialē t accidētalē modo sublimi ori q̄ trāsmutetur opere nature. ¶ Sz cōtra videtur posse argui per euāgeliū et per sanctos: q; per miracula q̄ faciebat xps ostēdit se deū esse. Que ꝓbatio nō fuit efficax: si illa fieri potuissent creata virtute: q̄uis autē p beatitudinem anime xpi t suam existentiam in verbo sit in ea supnaturalis virtus: tñ nō trāscendit terminos virtutis create. Ideo dicēdū q̄ q̄uis xps: q; est deꝰ t homo: possit rōne diuine potētie ꝑdictas impressiones facere nō mediāte opere nature: t quecūq; alia q̄ cōtradictionē non includūt: tñ eiꝰ anima hoc non pōt. Unñ Ricḃ. s. li. de trini. ait: Illa signa t prodigia q̄ facta fuerūt ad cōfirmationem fidei nostre: nō nisi diuina virtute fieri potuerūt. Unñ itelligēdū est verbū Damasceni: q; in illo vult dicere q̄ christꝰ q̄uis esset homo faciebat p diuinā virtutē opera excedētia virtutē humanā. Et q̄ iste fuerit intellectus eius patet: quia post illa verba: paucis interpositꝫ sic dicit: Non enim homo erat sed deus homo. Ista ergo q̄ supradicta sunt de potentia christi catholice tenere debemus: quem cū deū verū t hominē profiteamur: nō irrationabiliter dicimus q̄ potestatem habet saluandi et damnandi: mortificare t viuificare: deducere ad inferos t reducere: Cui oēs debemus gloriam t honorem per infinita secula seculoꝝ. Amen.

¶ Dominica quarta aduentus de clamore Johannis qualiter cōgruo tempore christū clamitat. Ser. xxij.

¶ Jesum Jobes clamitat. Fructꝰ. xxij.

Factum est verbū dñi super Johānem zacharie filium in deserto. Scribuntur hec verba Lu. iij. c. t in euangelio presentis dominice. Exiuit p̄cursor dñi dilectus Johānes baptista in solitudinē deserti a teneris annis: ibiq; cōuersatꝰ est vsq; ad etatē maturā. Quare factū est vt xp̄m quē in vtero matris existēs exultando salutauerat: toto illo tpe nunq̄ viderit: sicut patere potest ex illo verbo Job. j. Et ego nesciebā eum. Spūsancto in eū vemente xp̄m publice diuulgare cepit: ip̄m p̄dicabat t demōstrabat saluatorē seculi: prout testatur lectio euāgelica hodierna: que non immerito a nobis diligenter est ponderanda t eraminānda. Pro cuius declaratione occurrit nobis cōsuetus fructus qui est: Jesum Johānes clamitat. Pro quo tres cōclusiones ponemus.

Prima ꝺr tēporis opportunitas.
S. ꝺa ꝺr persone dignitas.
Tertia ꝺr clamoris qualitas.

¶ Qr tps in quo Johānes xp̄m clamitabat fuit opportunū. Lap̄m. j.

Prima cōclusio ꝺr tpis opportunitas. Notat em̄ in prima parte euāgelij opportunitas temporis in quo xps in mundum venies a Johāne baptista est predicatus. Dicit nāq; euangeliū Anno. xv. imperij Tiberij cesaris: procurante pontio pilato iudeam: terrarcha autem galilee Herode. In quibus verbis tria tēpora designātur.

Primū vnionis romani imperij.
Scm̄ partitionis regni iudaici.
Tertiū diuisionis sacerdotij.

¶ Primū tēpus qō hic designat ꝺr vnionis romani imperij. Nam vt colligit ex dictis Tiuij Orosij Eutropij et aliorū q̄ romane reipublice gesta cōscripsere: romani orbis dñium appetentes vsq; ad Octauiani tēpora bellis prouincias varias edomādo: regimē in vbe p reipu.

statu sepenumero mutauerunt. Nā primo regnauerūt ibi reges: videlz Romulus: deinde Numa Pōpilius: qui leges romanis instituit. post hūc Tullus Hostilius: qui albanos vicit: veientes et fidennates: cui successit Ancus martius: qui dimicauit cōtra latinos ⁊ montē ianiculū ciuitati adiecit: post ipsum Tarquinus Priscus: qui ludos romanis instituit: vicit sabinos: primusq; triūphās romā intrauit. Post cuius obitū secut⁹ est Seruius Tullus. Tandem fuit Lucius Tarquinus superbus: qui primus excogitauit vincula carceres ⁊ fasces: et propter stuprū Lucretie vxoris collatini. xxxv. anno regni sui cum vxore ⁊ liberis expulsus est. Et per hos reges regnatum fuit annis. ccxliij. Cū adhuc Roma vix vsq; ad. xvij. miliarium possideret. Post reges consules regnare ceperunt: duo hac de causa creati: vt si vnus malus esse voluisset: alter habēs potestatē potuisset eū ꝓhibere. Et placuit ne imperium longius q̄ꝫ per annū haberent: ne propter diuturnā ptātem insolentiores redderētur: sed annales semp essent qui se post annum scirēt esse priuādos. Habuerunt ergo romani prīo anno Luciū Juniū Brutū ⁊ Tarquinū collatinū cōsules. Et cū amoueret tarquinus collatinus eodē anno factus est cōsul Lucius Ualeri⁹ publicola. Et vsq; ad annum trecētesimū ⁊ vltra ab vrbe cōdita durauit imperiū cōsulare. Post qđ pro duobus cōsulibus facti sunt decē: q̄ sententiā ⁊ potestatē haberēt. A q̄bus scđo anno b̄ ptās sublata est: ex eo ꝙ Appi⁹ Claudius vnus ex decē filiā cuiusdā virginē voluit corrūpere. Restitutū est igitur imperiū consulare: ⁊ vsq; ad ambo bella inter Cesarē ⁊ Pōpeiū gesta nullus vnq̄ꝫ fuit: q̄ nec vrbi nec orbi per se imperaret. Sed Julio cesare interfecto Octauianus imperiū sumpsit: qr vt dicit Sene. in. j. li. de q̄stionibus naturalibus: ⁊ Plutarchus de vita ⁊ obitu Ciceronis: nepos erat Julij cesaris: eiusq; filius adoptiuus: quez cesar heredē in testamento reliq̄t. Hic Octauianus: vt dicit Suetonius regnauit annis. lvj. Duodecim cū Marco Antonio. ⁊. xliiij. ꝑ se. Qui sedatis oībus bellis: orbē totū suo subiecit imperio: cūctis inimicis ⁊ turbationibus romanorum deuictis. Huic successit in imperio Tiberius: cui⁹ tpe romanoꝝ imperiū solidū erat ⁊ vnitum: cui⁹ anno. xv. imperij Jobes xp̄m incepit p̄dicare. Qđ quidē tp̄s merito b̄ assignat vt notaret ꝙ gētiles erant ad fidē xp̄i reuocādi. Vn̄ Grego. in homel. ait: Redēptoris p̄cursor q̄ tpe verbum p̄dicationis acceperit memorato romane reipublice principe: ⁊ iudee regibus designat: cū d̄r anno. xv. ⁊c. Quia enim illuz p̄dicare venerat: q̄ ex iudeis quosdaz: ⁊ multos ex gentibus redēpturus erat ꝑ reges gentiū: ⁊ principes iudeorum p̄dicationis eius tpa designātur. Quia aūt gētilitas colligēda erat: ⁊ iudea ꝓ culpa ꝑfidie dispergēda: ipsa q̄z descriptio terreni principatus ostendit qm̄ ⁊ in romana repu. vnus p̄fuisse describit: ⁊ in iudee regno ꝑ quartā partē plurimi principabant. Ad hoc etiaz inquit Origenes. In ꝓphetico q̄dē sermone solis iudeis p̄dicato solū iudeoꝝ regnū describit. Uisio inq̄t Esaie in dieb⁹ Ozie: Joathan: Achaz: ⁊ Ezechie reguz iuda. Et in euāgelio qđ erat predicāduz in vniuerso mūdo dn̄ium describit Tiberij cesaris: qui totius orbis dn̄s videbatur. hec Origenes. ¶ Scđm tp̄s qđ hic designat d̄r partitionis regni iudeorum: cum sequit in euāgelio. Procurante pontio pilato iudeam ⁊c. Ubi Beda ait: Pilatus equidē. xij. anno Tiberij cesaris in iudeā missus ꝓcurationē gētis iudaice suscepit: atq; ibi per decem annos continue vsq; ad ipsum pene finez Tiberij perdurauit. Herodes aūt ⁊ philippus ⁊ Lisanias filij sunt herodis illius sub quo dn̄s natus est. Inter quos ⁊ ipsum Herodem ⁊ Archelaus frater eorum decem annis regnauit. Quia v̄o a iudeis apud Augustum criminatus est: apud Uiennaz exilio perijt. Regnū

aũt iudee quo minus validũ fieret. idẽ Aug. per tetrarchas diuidere curauit. Hec Beda. Uerũtñ de Lisania dicunt aliqui ip̃m non fuisse filiũ herodis: sed magis ptolomei qui sub monte libano habitabat: ⁊ alexãdre filie Aristoboli q̃ de Machabeis descẽderat. Tetrarcha aute idẽ est quod princeps quarte partis. Nã regnũ ip̃oꝝ iudeoꝝ in quattuor partes erat diuisum: scz iudee: galilee: ituree: ⁊ abiline. Quib⁹ p̃fuerũt q̃ttuor scilz Pilatus tenẽs locũ imp̃atoris sup̃ iudeaz: ⁊ herodes qui erat tetrarcha. i. p̃nceps galilee: ⁊ philipp⁹ q̃ erat tetrarcha ituree ⁊ traconitidis regiõis. ⁊ Lisanias q̃ tetrarcha abiline. Abilina est nomẽ regiõis. Nõ aũt sine causa factũ est ꝙ tot p̃ncipes imperarẽt iudeis eo tempore quo xp̃s venit in mundũ. Ait nanqꝫ Greg. in homel. Quia em̃ iudea erat ꝑ culpa perfidie dispergẽda: in iudee regno per quartã partẽ plurimi p̃ncipabant. ꝟm illud Luc. xi. Oẽ regnuz in seipsum diuisum desolabit ⁊c. ¶ Tertium tempus qd̃ hic designatur d̃r diuisiõis sacerdotij: cũ subditur. Sub principibus sacerdotum Anna et Caypha. Super quo verbo ait Beda. Ambo incipiente predicatione Johannis: idest Anna ⁊ Cayphas principes fuerunt sacerdotũ: sed Anna in illum annũ. Cayphas ꝟo eũ quo dominus ascendit crucem administrabat: tribus alijs in medio pontificatu perfunctis. Uerum hi maxime qui ad domini passionem pertinent ab euangelista cõmemorantur. Legalibus nanqꝫ tunc preceptis vi et ambitione cessantibus: nulli pontificatus honor vite vel generis merito reddebatur: sed romana potestate summa sacerdotij p̃stabatur. Hec Beda. Quare autem tale tempus in euangelio notatur: rationem assignat Gregorius in homelia: dicens: Et quia Johannes illum predicauit qui simul rex et sacerdos extitit: Lucas euangelista predicationis eius tempora non solum per regnũ; sz etiã per sacerdotiũ designauit.

¶ Qꝛ persona Johannes erat dignissima. Capl'm. ij.

Secunda cõclusio d̃r p̃sone dignitas. Que notat̃ in verbis euãgelij: cũ d̃r: Factũ est verbuz dñi sup̃ iohãnẽ zacharie filiuz in deserto. In quibus tria notari possunt.

Primũ est diuina inspiratio.
Scd̃m est iohãnis cõmẽdatio.
Tertium est loci deputatio.

¶ Primũ est diuina inspiratio: qꝛ factũ est verbũ dñi. Nã Johãnes baptista nõ cepit predicatiõis officiũ presumptuose: sed a spiritusancto celitus inspirat⁹. Unde Chryb. sup̃ hoc passu ait: Uerbũ dei hic mãdatũ d̃r: qꝛ nõ a se venit zacharie filius: sed deo ipsum monente. ¶ Scd̃m qd̃ notatur hic d̃r iohãnis cõmendatio: qꝛ dicit̃ sup̃ iohannẽ zacharie filiũ. Ubi nobilitas designat̃: qꝛ erat ex genere sacerdotali ⁊c. ¶ Tertiuz qd̃ hic notat̃ est loci deputatio: qꝛ subiũgitur: In deserto. Ubi Theophilus ait: Per totũ tempus preteritus occultus fuit iohãnes in deserto: vt nulla suspitio nascatur i hominibus ꝙ gratia affinitatis ad christũ vel cõuersationis a teneris annis diuina de xp̃o testaretur. Ex quibus verbis nos moraliter instruimur: ꝙ si verbum dñi. i. inspirationẽ diuinã super nos fieri volumus: tria debemus habere. Primo humilitatez cũ qua habitat gratia. iuxta illud Jaco. v. Superbis de⁹ resistit: humilibus aũt dat gratiã. Nã Johannes interpretatur vas gratie. i. ille in quo est gratia. Scd̃o debemus habere memorie viuacitatẽ. Zacharias nãqꝫ memorans dñm interpretatur. Tertio debemus habere penitẽtie rigiditatem: vt scz simus in deserto p̃nie. Nã Mat. iij. ⁊. iiij. dicit̃: P̃niam agite: appropinquabit em̃ regnũ celoꝝ. Non equidem erat iohãnes in voluptatibus seculi: nõ in delitijs mũdi: non in gaudijs huius tẽporis: sed in solitudine deserti. Nam quanto quisqꝫ magis se elongat a dele-

ctatione sensuū exteriorum: tanto plus attingit ad intelligentiā ⁊ lumē secretorum dei. Non miremur inquā nō miremur: si falsi xp̄iani de deo non bene sentiāt: qr inebriauit eos fallax gr̄a tēporalium bonoruz: quibus nō sapiūt ea que dei sunt.

¶ Qr iohānes venit predicare in omnē regionē iordanis. Cap̄m. iij.

Tertia conclusio d̄r clamoris qualitas. In qua notare debemus ꝟm euangelij seriē ꝙ iohānes venit in oēm regionem iordanis: vt dicit Nico. de lyra. Exiuit in deserto vbi pauci habitabāt: ⁊ venit ad loca magis habitata: vt plures possent ad ei⁹ predicationē venire ⁊ ab eo baptizari. Ibiq̄ clamando tria singulariter predicabat,

Primo baptismi efficaciā,
Scd̄o vie mūdiciā.
Tertio salutis noticiā.

¶ Primo predicabat baptismi efficaciā. Dicitur em̄ in textu euāgelij. Predicās baptismū penitētie in remissionē peccatorū. Que verba ꝟm ꝙ Nicolaus de lyra sup. c. j. Luce videtur dicere: possunt dupliciter intelligi. Uno modo pro baptismo Johānis quo lz non dimitterētur peccata: tamen susceptio illus baptismi erat quedam protestatio agendi veram penitētiam: per quā ipsa peccata dimittuntur. Alio modo potest intelligi de baptismo christi cuius virtute peccata dimittūtur. Et quia tale baptisma Johānes dare nō poterat: ideo predicabat dandū per christum in proximo vēturum. ¶ Secundo predicabat vie mūdiciam dicēs: Scriptū est in libro sermonum Esaie prophete. Vox clamantis in deserto. Parate viam domini: rectas facite semitas eius. Omnis vallis exaltabitur: ⁊ oīs mons ⁊ collis humiliabit̄: ⁊ erunt praua indirecta ⁊ aspera in vias planas. Hec aūt habentur Esaie. xl. et Matth̄. iij. Marci. j. ⁊ Johā. j. c. que ad litterā xp̄o p̄dicāti cōueniūt. Nā Amb̄. dicit: Bene vox d̄r iohannes verbi nuncius: ex eo ꝙ ip̄e manifestauit v̄bum incarnatū: cui dicebat viā esse parandam Nam si bene cōsideremus: ipse erat orbis conditor totiusq̄ vniuersi gubernator ⁊ rector: quem suscipere oēs debent cū diligēti p̄paratione. Vinc ē ꝙ Amb̄: in sermone tertie dn̄ice de aduētu dicit: Oportet nos esse omni sanctitate puros: mūdos pudicitia: nitidos honestate. Et Origenes super his v̄bis ait: In corde nostro via paranda est dn̄o. Magnum em̄ est cor hominis ⁊ spaciosum si tamen fuerit mundū. Nec in corporis quantitate: sed in v̄tute sensuū magnitudinē eius intellige que tm̄ scientiam capiat veritatis. Prepara ergo in corde tuo viam dn̄o per cōuersationem bonā ⁊ egregijs vel perfectis operib⁹ dirige semitā: vt in te sermo dei absq̄ offensa perambulet. hec ille. Et certe ꝙ iohannes predicabat populis circa iordanez: ecclesia hoc tēpore sacratissimo fidelib⁹ suis cōmemorat: vt omnes se preparēt pro futura solennitate domini nostri iesu christi. Cui grati sunt illi qui sibi nascenti seipsos presentant penitentia cādidatos: decoratos virtutibus: et deuotione feruētes. O temeraria christianorum corruptela: o rep̄hensibilis ꝯsuetudo: o detestabiles mores. Tunc nāq̄ magis offendit̄ xp̄s cū magis est honorandus. In sequēti em̄ festiuitate multiplicant̄ vanitates: pōpe: solacia: īepte leticie: ioculationes: lenocinia: comesationes: ebrietates: vaniloq̄a: vsure: periuria: mendacia: prohibiti ludi: ⁊ quod horrendum est: impudenter: inuerecunde: publice impia blasphemia dei audietur in nocte natiuitatis domini. Nā pastores erunt laudantes ⁊ glorificantes deum: sed tot ⁊ tanti viri mulieres iuuenes ⁊ senes: deuz celi erūt maledicētes. O celi quō non absconditis faciem vestram a nobis? O sol quomodo non abscōdis lumen tuum? O planete quō nō retrahitis lumen vestrū? O terra quomodo non contremiscis? O hoīes iusti ⁊ pij quomodo non fletis in tā execran-

da iniuria creatoris? Nascit xps paruulus: humilis: pauper: lugēs in presepio p salute hoim: ⁊ ecce blasphemat. Nō est hec via vt eius gra nos dignos reddamus. Inquit em aplus ad Roma. xiij. Abiciamus opera tenebrarum ⁊ induamur arma lucis: vt ī die honeste ambulemus. Nō in comessationibus ⁊ ebrietatibus: nō in cubilibus ⁊ impudicicijs nō in cōtentiōe ⁊ emulatione: sed induimini dñm nostrum ihesum xpm. Videm? nāq; in xpo factū esse: qō in pphetia p Johannē allegata cōtinebat. Humiles em qui p valles itelligunt impleti sunt donis spūalibus. Mōtes qui sunt superbi tyranni: sicut fuit Herodes: Nero: Domitianus: Diocletianus: ⁊ alij xpm persequētes humiliati sunt. Curua pua directa sunt: sicut fuit in Maria magdalena peccatrice. in Matthēo publicano: ⁊ ceteris ad xpm cōuersis. Aspera ⁊ contra christum indurata mollificata sunt ⁊ deducta in vias planas: sicut patet in Paulo. Si ergo christus est qui grām donat: rebelles reprimit: petā dimittit: ⁊ duros sua pietate mollificat: ipsum amare: ipsum timere tenemur: ⁊ dignū sibi habitaculū in nostra mente preparare. ¶ Tertio pdicabat Johānes salutis noticiā qñ dicebat: Videbit omnis caro salutare dei. Lu. iij. Ubi Chrys. ait: Ostenditur hic qm ad fines mūdi diffundet euangelij virtus atq; cognitio. Greg. in homel. ait: Ois caro: idest ois hō salutare dei. i. xpm in hac vita videre nō potuit. Propha ergo oculum ad extremum iudicij diē tēdit: quādo hūc oēs ⁊ electi ⁊ reprobi pariter videbūt. hec Greg. Nos itaq; qui xpm per fidem videmus conemur ita seruire vt mereamur ipm aspicere gliosum cū plenitudine oīm nrōr. desideriorū in felici illo regno: in quo ipse viuit p infinita secula seculoz. Amen.

¶ In natiuitate dñi nri iesu xpi: de possibilitate qualitate ⁊ iocunditate incarnationis verbi dei. Sermo. xxiij.

¶ Jesus letāter nascit. Fructus. xxiij.

Euāgelizo vobis gaudium magnū qō erit oi pplo: qr natus est vobis hodie saluator mūdi: q̄ est xpus dñs: in ciuitate dauid. Scribunt hec verba Lu. ij. ⁊ in euāgelio prime misse huius sacratissime solennitatis. Dies hic celeberrimus dilectissimi in xpo iesu summa cuz deuotione est excolēdus: in quo scta mr ecclia recolit mysteria iocūdissima natiuitatz saluatoris nostri iesu xpi. Quid nanq; dulcius pōt audiri: q̄d suauius: q̄ve mirabilius: q̄z q̄ iesus xps filius dei in bethleē nascit? Currite gētes ⁊ venite oēs cū pastoribus ad videdū dei filiū p nobis pctōibus in psepe natum. Doc fit nobis hodierna die studiū ⁊ magnificētia vt natiuitatē iesu xpi pie ardenter atq; affectuose contēplari velimus. Inuigilēt sensus nri: ⁊ puerulum xpm iesum suscipiamus reuerēter. De q̄ in pñti sermone dicere volētes fructum pponimus: qui est. Jesus letāter nascitur. Qō angelus testificatus est in verbis ppositis in themate: in q̄bus nascētis xpi gaudiū exprimit. Ubi ⁊ nos tria mysteria cōtemplabimur.

Primum dicitur incarnationis possibilitas.

Scōm ōr natiuitatis qualitas.

Tertiū ōr natiuitatis iocūditas.

¶ Qr icarnatio xpi est possibilis. Cap. j.

Primū mysteriū ōr incarnationis possibilitas. In quo explicemus ptra nōnullos impie sentiētes q̄ deū icarnari fuit ipossibile. Qō aūt hoc sit falsum p̄z: qr suū oppositū est verū. Et hoc tangit a doctoribus. videlz sctō Tho. ⁊ beato Bona. in. iij. sen. di. j. ar. j. q. j. ⁊ pbat ipsuz possibile esse icarnari tribus rōnibus.

Primo rōne oipotētie.

Scōo rōne excellētie.

Tertio rōne pueniētie.

¶ Primo pbāt rōne oipotētie. Naz de-

cū sit oīpotēs: pōt oē illud qđ nec ꝯtradictionē includit: nec aliquē defectū in deo ponit. ꝟm illud Lu. j. Nō erit īpossibile apud deū oē verbū. Sed deuꝫ humanā naturā assumere nec includit contradictionē: nec in deo aliquē defectum ponit. Nā diuinā naturā vniri humane in vnitate ꝑsone nō est aliud q̄ꝫ diuinā ꝑsonā q̄ ab eterno fuit hypostasis respectu diuine nature: esse hypostasim respectu humane nature in tꝑe. Hoc aūt non dicit aliquā impfectionē: sed potius dignitatē ⁊ nobilitatē. Sicut em̄ cū deus sit ens ab eterno: in nullo fit derogatio bonitati sue: dū est causa bonitatis creature create in tꝑe: q̄uis bonitas creata lōge sit inferior bonitate increata. Sic etiā ꝑsona filij dei cū sit hypostasis ītellectualis ⁊ spūalis ⁊ increata ab eterno in nullo derogat si sit hypostasis rōnalis nature create ī tꝑe. Et quēadmoduꝫ deus de nō creāte fit creās ī actu absq̄ꝫ aliq̄ sui mutatiōe vel innouatiōe: sed solū facta mutatiōe ex parte nature create: sic ꝑsona filij dei q̄ nō erat hypostasis humane nature in actu: hꝫ esse eius hypostasis absq̄ꝫ aliqua sui mutabilitate solū facta mutatione ex parte nature assumpte. Et quēadmodum deus est in creatura ꝑ essentiā ⁊ ꝑ pn̄tiā ⁊ ꝑ potentiā ⁊ in nullo depēdet ab illa: sed potiꝰ depēdet creatura ab ipso tāq̄ꝫ a cā ꝯseruāte ⁊ sustētāte: sic ⁊ deꝰ cū est ī creatura rōnali ꝑ vnionē nō depēdet ab ipsa: sed potius ecōuerso: qꝛ hꝫ sustētari in illo: sicut natura hꝫ substantificari in persona. ¶ Scđa rō đꝛ excellētie. Nam vt ait Hilarius. Plus pōt deus facere q̄ꝫ homo dicere vel intelligere. Sꝫ hō pōt dicere vel intelligere rōnabiliter deū humanā naturā assumere: ergo multo magis deꝰ pōt hoc facere. Intelligat nāq̄ꝫ hō congruū fuisse deū incarnari. Tum ꝓpter sue potētie sapiētie ⁊ bonitatis eminentē manifestationē: que quidē facta est in humani generis susceptione. Tum ꝓpter operū diuinoꝝ excellentez ꝯsummationē que est facta cū vltimuꝫ coniunctū est primo. Tū ꝓpter humilē pctī solutionē ad liberationem hoīs captiui: qꝛ sola ꝑsona diuīa erat q̄ ꝑpōderabat toti humano generi. ¶ Tertia rō đꝛ conueniētie. Nā eoꝝ est facilis vnio: que adinuicē similitudinē habēt. Sed hō est creatus ad similitudinē ⁊ imaginē dei. vt đꝛ Gen̄. j. ergo humana natura diuine aliquo mō est vnibilis in ꝑsona. Et si đꝛ ꝙ nulla pōt esse vnio inter illa inter que nulla est ꝓportio: sed dei q̄ est infinitus ad creaturā q̄ est finita nulla est proportio: ergo nulla potest esse vnio. Ad hoc dicendum ꝙ duplex est proportio. Una que attenditur in conuenientia ordinis. Alia que attenditur in cōmēsuratione quantitatis. Cū ergo đꝛ ꝙ om̄e vnibile est ꝓportionabile ⁊c. dicendū ꝙ verū est si intelligat̄ de proportione q̄ attendit̄ in cōueniētia ordinis. Si autē intelligat̄ de ꝓportione q̄ est in cōmensuratione quātitatis: non habet veritatē ꝓ eo ꝙ si aqua maris infinita esset: adhuc posset spōgia immergi: sicut nunc immergeret̄. Et ideo sufficit ad vnionē ꝓportio que ꝯsurgit ex cōuenientia ordinis. Et talis est cōuenientia que est inter creaturam rationalem ⁊ deum: ꝓ eo ꝙ creatura rōnalis eo ipso ꝙ est imago dei: nata est ordinari in ipsa. Diximus qualiter doctores theologici possibilitatem incarnationis ostendunt: qđ a nobis nō est curiose inuestigandum: sed mēte potius affectuose recolendum.

¶ Quo tꝑe ⁊ loco ⁊ qua pauꝑtate xp̄s natus sit. Cap. ij.

Secundum mysterium dicitur natiuitatꝫ qualitas. In quo considerare debemus qualiter christus natus describitur ab euāgelista. Ex cuius consideratione tres conditiones xp̄i nascētis colligimus.

Prima đꝛ tēporalitas.
Scđa đꝛ localitas.
Tertia đꝛ paupertas.

¶ Prima cōditio dicitur temporalitas.

Designatur nanq; in euangelio q̄ christus natus est Octauiani imperatoris tempore. Qui vt scribit Suetonius et Eutropius nat⁹ est in veletrano oppido. viij. kal. septēbris ex p̄re Octauiano senatore et matre Accia nepte Julij cesaris genita ex Julia sorore: q̄ nupserat L. Balbo. De quo refert plinius in. vij. historie naturalis: q̄ cū vrbez intraret apparuerūt stelle circa solē in modū corone posite. Hic sedatis oībus bellis orbē totū suo subiecit imperio: cūctis inimicis et turbationib⁹ romanoz deuictis. Regnauit nāq; annis. lvj. duodecim cum M. Antonio. t. M. Lepido. t. xliij. per se. Et vt dicit Solinus de mirabilibus mūdi tp̄s Augusti solū reptū est q̄ plurimū arma cessauerūt t ingenia floruerūt fuerūt em̄ tūc Horati⁹ flaccus. Vergili⁹: Ouidius: Macer: Catullus veronēsis: Terēti⁹: Varro. M. T. C. Apollodor⁹. Valerius: Messala. Valerius maxim⁹: et ꝯplures alij. Ut autē dicit Orosius. Octauianus victor rediēs ab oriēte cuz triplici triūpho vrbem ingressus: tunc primū⁹ qz rēpublicā aurerat: August⁹ est salutatus. Et cū pacificū possideret imperiū edictū fecit vt describerēt vniuersus orbis vt sciret q̄t ꝓuincie: q̄t hoīes essent in toto orbe. Et dicebatur descriptio: qz nūerus eoz qui censum ferebāt redigebatur in scriptis. vt refert magr̄ in hysto. schola. Dicebat etiā p̄fessio: qz quilibet offerens denarium suum presidi ponebat illum super caput suum: et ꝓpio ore p̄fitebatur se esse subditū romano imperio. Regnāte hoc imperatore pissimo rp̄s deus filius nasci voluit. Vñ Beda ait: Nasciturꝰ in carne dei filius sicut de virgine natꝰ virginitatis sibi decus ostendit esse gratissimum: sic pacatissimo seculi tempore procreatur: quia pacem querere docuit: et pacis sectatores inuisere dignatur. Nullus aūt maius potuit esse pacis indicium: q̄z totum orbem vna descriptione concludi: cum Octauianus augustus tanta. xij. annis circa tempus dominice natiuitatis pace regnauit. Theophil⁹ so ait: Cōueniens erat vt per christū cultus multorū deoz deficeret: t vnus deus colerētur: vñ vnus rex orbi imperasse describitur. Nec existimare debemus regem regū iesum xp̄m sub descriptione mundi natū absq; mystica t rōnabili cā. Dicit Origenes. Diligentius aūt intuenti sacramētū quoddā videtur significari: qz in toti⁹ orbis p̄fessione describi oportuit xp̄m: vt cum oībus scriptis sctificaret oēs. Grego. in homel. inquit: Mystice aūt nasciturꝰ dño mundus describitur: qz ille apparebat in carne q̄ electos suos ascriberet in eternitate. ¶ Secūda conditio dr̄ xp̄i nascentis localitas. Nasci em̄ voluit in bethleem iude: ad quaz iuerat ioseph cū maria: eo q̄ esset de domo et familia dauid ꝺm Nico. de lyra: qz inde oriundus fuit. vt hr̄. j. Reg. xvj. et ioseph erat de genere dauid: sicut dr̄ Mat. j. Et non est alienū a ꝓposito: qz iesus xp̄s natus est in tā humili loco: et non in hierlm nec in maxima roma: qz in oībus suis actibus se humilem exhibere voluit. Vñ bethleem elegit sue natiuitati: hierlm sue passioni: vt per hoc gliam hoīm confunderet: qui in ciuitate ignobili nascens: in ciuitate nobili est passus opprobriū. Et vt dicitur in quodam sermone ephesini cōcilij. Si maximā romā elegisset ciuitatē: propter potentiā ciuiū mutationē orbis terrarum putarēt: si filius fuisset imperatoris potestatis autoritatez imperatori ascriberent. Sed vt humilitas xp̄i ostenderet: et diuinitas cognosceretur orbē terrarū transformasse: pauperculā elegit matrem: pauperiorē et ignobiliorē patriā. tñ in signū perfecte victorie et vt suam potestatem ostenderet: in ipsa roma q̄ caput erat orbis statuit caput eccl'e sue. ꝺm illud Esa. xxvj. Ciuitatem sublimez humiliabit: et cōculcabit eam pes pauperis. i. christi. gressus egenoz um. i. petri et pauli apostoloz eius. ¶ Tertia cōditio dicitur christi nascētis paupertas De q̄ ait Lucas. ij. c. Impleti sunt dies

marie vt pareret: et peperit filiuz suum primogenitū: et pannis eū inuoluit: et reclinauit eū in presepio: quia non erat ei locus in diuersorio. Diuersoriū nāqz ꝟm magistrū in historia scholastica dicitur operimentuz quod est inter duas domos: sub quo ciues ad colloquendū: vel propter aeris intēperiē diuertebāt. vbi Joseph boui ⁊ asino presepe fecerat Mirare modo aīa mea q̄z extrema fuit paupertas regis celoꝝ et oīm creaturarū nascentis. Audi Hieronymū ad marcellā de vrbe secedenda dicentem: Quo sermone: qua voce speluncā tibi saluatoris exponā? Et illud presepe in quo infantulus vagijt: silentio magis q̄z infimo sermone honorādū est. Ubi sunt late porticꝰ? Ubi aureata laquearia? Ubi domus miserorum penis et dānatoruz labore vestite? Ubi adinstar palatij priuatoꝝ extructe basilice: vt vile corpusculū hominis preciosius inambulet et q̄si mundo quicq̄ non possit esse ornatius tecta sua magis velit aspicere q̄z celuz? Bethleē. Ecce ī hoc paruo terre foramine celoruz cōditor natꝰ est: hic inuolutꝰ pannis hic visus a pastoribꝰ: hic demōstratus a stella: hic adoratus a magis. hec ille. Et idē ad Eustochiū. Ille cuius pugillo mūdus cōcludit: presepis continetur angustia. O q̄d erat videre filiuz dei inuolutū pannis vagientē: lachrymantē: pre frigore tabescentez? Eamus oēs queso cū pastoribus et dicamꝰ sibi. O angeloꝝ rex dignissime: qui ꝓ nobis ad hanc necessitatem venisti: vt ex paupercula matre ī tuguriolo vilissimo nō habes vbi caput reclines: quid vis a nobis? Quid tibi persoluere possumꝰ? Vis aurū? vis argentū? Placēt tibi vel gemme vel iocalia vel preciosa queqz diuertibilia? Et si forte ista spreueris que faciunt tantū ad ornatū pro tua necessitate domū acciperes ad habitandum: ligna et pannos ad calefaciendum. Et mox infantulus iste clamabit ardenter. O rationales creature nolo mundi diuitias: nolo delitias: nolo magnificētias. Ecce vestram carnem assumpsi. Puerulus sum et pro vobis trigintatribꝰ annis laborabo indesinēter in fame ⁊ siti: in vigilijs et peregrinationbus: in angustijs et persecutionibus: in plagis et vulneribus: in sanguinis effusione vsqz ad mortez. Si mihi placere cupitis qui vos ita diligo: peccata vestra mihi donata. Ille super humeros meos ponite dolentes in corde vestro de quibuscūqz cōmissis: et ego pro vobis satisfaciam. Ego oīm penitentiā portabo. O humani cordis duricia cur nō mollit: cur nō flectit: cur nō mouet ad vocē oīm saluatoris. Sunt nēpe hūane mētes gelate ⁊ ferro duriores: qm̄ xp̄m paruulū clamātem et dicentē: pctā deponite pctā deponite: quia propter peccata incipio peregrinari ad mortē non audiunt. Sed q̄d tu faciebas o virgo pijssima: quando videbas in assumpta carne facto rem oīm tam infimo loco natū? Flebāt oculi tui. Que tantomagis eras pietate deuicta: quanto certior eras de altitudine secreti. Nempe humanus intellectus excogitare non posset qualiter virgo sacratissima puella ⁊ plena gratia: sui filij ardētissimā paupertatē defleuit.

¶ Q̄ omnes creature in christi natiuitate signum iocunditatis ostenderunt.

Capitulum.iij.

Tertium mysteriū dicitur natiuitatis iocunditas. Nam natiuitas presentium letissima debet esse animis q̄buscūqz bene depositis. De qua et nos triplicem iocunditatem inferemus.

Prima dicitur supernaturalis.
Secunda dicitur virginalis.
Tertia dicitur generalis.

¶ Prima dicitur supernaturalis: que facta fuit in angelicis choris. Et quidē angelus vnus letus ad pastores descēdit: qui vigilias noctis custodiebant super gregem suum: annūcians eis ꝙ natus esset Jesus: cū quo facta est multitudo magna celestis exercitus cātātiuz

gloria in altissimis deo ⁊c. Et vt inquit Beda in homel'. nunq̄ in tota veteris testamēti serie reperiemus angelos: q̄ tam sedulo apparuerūt patrib⁹: q̄ cum luce apparuerint. Sed hoc priuilegiuz recte huic tp̄i est reseruatū: qñ exortum est in tenebris lumen: ⁊ rectis corde leticia. hec ille. ¶ Secūda iocūditas dicitur virginalis. Suscepit equidē virgo gloriosa inestimabile gaudiuz: cū vidit se peperisse sine corruptione: ⁊ sine dolore. Nec vt quidā fatue arbitrantur iacens peperit filiū suū nec obstetricū habuit adiutoriū. Unde Hierony. aduersus Heluidiū. Nulla ibi obstetrix fuit: nulla muliercularū sedulitas ītercessit. Ipsa pānis inuoluit infantē: ipa ⁊ mater ⁊ virgo. Puto em̄ q̄ appropinquante hora partus sensit v̄go purissima tātam intellectus leticiā quantā nō senserat vnq̄ omnibus diebus vite sue: et oēs sensus eius spirituales ⁊ corporales quadā inenarrabili suauitate replebantur. Et eleuata super humanas vires in abyssum diuine contemplationis: ita cū immenso dulcore peperit filium suū. Quemvt vidit natū: mox adorauit vt verū deū: et deinde illum ad se suscipiēs suo pectori strinxit: et pannis inuoluendo lacte suo purissimo pascebat. Audiuit ⁊ angelos cantātes: vidit pastores cū admiratione venientes ad inquirēdū de saluatore nato: quem ipa parturierat: ipa tenebat: ipa tractabat. O gaudiū vere incognoscibile: cū v̄go gloriosa videbat oculis corporeis: quē sancti patres ceteriq̄ electi desideraue runt inspicere: nec solū filiū suū sentiebat: sed suijpsius ⁊ etiam dei filiuz esse intelligebat. ¶ Tertia iocūditas d̄r generalis. Naz dño nascente oēs quodāmodo creature vise sunt suo modo letari. Creatura nāq̄ pure corporea letata est: qr vt testatur Jnno. iij. Tp̄e illo quo rome longo tp̄e pax fuit: romani templū pacis pulcherrimū construxerunt: ⁊ ibi statuā Romuli posuerunt. Consulentes v̄o Apollinē quātū duraret acceperūt respōsuz quousq̄ virgo pareret. Qd̄ ipsi audiētes dixerūt: in eternū durabit: qr virgo nunq̄ pariet. Uñ ⁊ in foribus templi titulū hūc scripserūt. Tēplū pacis in eternuz. Sed in ipa nocte qua virgo peperit tēplū fundit⁹ corruit Ubi mō est eccl'ia: q̄ sctē marie noue d̄r. ¶ Scd̄o letata est creatura corporea et lucida vt p̄dictus Jnnocē. papa dicit: Jn ipsa enim nocte natiuitatis obscuritas aeris in claritatem diei versa est: et in die natiuitatis domini tres soles in oriente apparuerūt: qui paulatim in vnū corpus solare redacti sunt: lz in historijs scholasticis dicat̄ q̄ hoc non fuit in die natiuitatis: sed ante p̄ aliqd̄ tp̄s. s. post mortē Julij cesaris: qd̄ etiā eusebi⁹ in chronica asserit. Orosius v̄o dicit verba hec. Hora circiter tertia tp̄e liq̄do ac puro ⁊ sereno: circulus ad speciem celestis arcus orbē solis ambiuit: quasi venturus esset q̄ ip̄m solem solus mundūq̄ totū effecisset et regeret. Addit et Jnnocentius rē dignā miratu q̄ Octauianus imperator in tantū senatui placuit: vt ip̄m p̄ deo colere vellēt. Qui se mortalē intelliges: īmortalitatz sibi nomen noluit vsurpare. Ad illoruz v̄o īportunā īstātiā Sibyllā p̄phetissaz aduocat: scire volens p̄ eius oracula: si in mundo aliqñ eo maior nasceret̄. Et cū in die natiuitatis dñi cōciliū super hac re cōuocasset: ⁊ Sibylla in camera imp̄atoris oraculis īsisteret: in die media circul⁹ nitens apparuit circa solē: ⁊ in medio circuli v̄go pulcherrima filiū gestās in gremio. Tūc sibylla hoc cesari oñdit. Cū aūt imp̄ator ad p̄dictā visionē pl'imū admiraret̄: audiuit vocē dicētē: Hec est ara celi. Dixitq̄ ei Sibylla. Hic puer maior te est: ip̄m adora. Et in camera in q̄ hec celebrata sunt: ī honore sctē marie dedicata est eccl'ia: q̄ vsq̄ hodie d̄r ara celi. Octauianus v̄o puero sibi monstrato myrrham dedit: et deus de cetero vocari recusauit. ¶ Tertio letati sunt pastores inuenientes sicut dixerat eis angelus. Unde et nos

De templo pacis rome

omnes letari debemus ⁊ spūaliter iocundari: qꝛ ait Leo papa in sermone. Saluator noster hodie dilectissimi natus est: gaudeamꝰ. Neqꝫ enim locū fas est esse tristicie: vbi natalis est vite: que consumpto mortalitatis timore ingerit nobis de ꝓmissa eternitate leticiā. Nemo ab huius alacritatis participatione secernit. Una cūctis leticie communis est ratio: qꝛ dn̄s noster mortis peccatiqꝫ destructor: sicut nullū a reatu liberū repperit: ita liberandis oībꝰ venit. Exultet sanctus: qꝛ appropinq̄t ad palmā. Gaudeat peccator: qꝛ inuitatur ad veniā. Animet gētilis: qꝛ vocatur ad vitam. hec ille. Igitur leti facti sunt celi ⁊ ciues celorum ⁊c. Sic ⁊ nos gaudētes referamus gr̄as deo: qui se ipsum dedit paruulū: vt nos magnos faceret in regno celoꝝ: in quo viuit et regnat ꝑ infinita secula sclōꝝ. Amen.

¶ In festo sancti Stephani ꝓthomartyris de eodem. Sermo.xxiiij.

¶ Stephanꝰ Jesuꝫ vidēs. Fructꝰ.xxiiij

Video celos apertos ⁊ Jesum stantē a dextris v̄tutꝫ dei. Act. vij. In tribulatiōe positis ac laborantibus dilectissimi in xp̄o Jesu pro diuino amore non deest auxiliū sue gratie: qua fit vt quecunqꝫ ardua ⁊ difficillima nō solū moleste: sed iocunde ⁊ equo aīo ferāt. Nihil em̄ morte terribilius. Hāc tamē amici dei cū opꝰ fuit passi sunt ꝑ xp̄o gaudentes. Et ne multoꝝ exēpla referamus: proponitur exēplū de ꝓthomartyre: qui ī etate floridissima lapidationis martyriū patientissime tolerauit. Cui cū ex debito cogamur honorez deuotum exhibere: vt possimꝰ suffragio ipsius sue sanctissime vite esse imitatores: de ipso in presenti sermone dicturi sumus sub vno fructu: qui est Stephanꝰ iesum videns: sicut dicit in themate. Video celos apertos ⁊c. In q̄bꝰ sanctissimis v̄bis tria principalia priuilegia beati Stephani notabimus.

Primum dicitur gratie.
Secundū victorie.
Tertium glorie.

¶ Quod in Stephano fuit gratia. Cap. j.

perfectionis vitam non obseruarent. Verūtamen aduertendū est ꝙ ly actus perfectionis qui fuere in christo videre tur imperfecti quantū ad apparentiaz erant tñ perfecti perfectiōis actus quā tum ad existentiam: qñ ficut bonū dici tur tripliciter: ⁊ malū tripliciter: ⁊ per fectū tripliciter: ita ⁊ imperfectū ꝺ tri pliciter. Primo bonum ꝺ tripliciter: qz est bonū ex genere: sicut actus transiēs super debitam materiā vt ire ad eccle siam: ieiunare: orare: ⁊ similia. Et bonū ex circūstantia: sicut actus circūstātijs debitis informatus: vt occidere hoīez: qz lex ita iubet. Est ⁊ bonum ꝑm se: qō nullo mō pōt fieri male: sicut diligere deū ex charitate. Scō malus ꝺ tripli citer. Primo est aliquid malū ex genere vt actus transiens super materiam in debitam: vt occidere hoīem. Est ⁊ ma lum ex circunstantia: sicut dare elemo synā diuiti: pauperibus fame perire p missis: ⁊ ieiunare ꝓpter inanez gloriā. Est etiā malum ꝑm se: qō nullo mō pōt fieri bene: sicut obedire deuz: ⁊ de facto mortaliter peccare. Tertio perfectū di citur tripliciter. Est enim quoddam p fectuz ex genere: vt actus difficilis ⁊ ex cellens: sicut oīa relinquere ⁊ religionē intrare. Est quoddam perfectum ex cir cūstantia ficut est actus debitis circun stantijs perfectionis informatus sicut fugere mortē nō ex infirmitate ⁊ timo re: sed pro meliori bono siue quantū ad deū: siue quantū ad ꝓximuz. Est quod dam perfectū ꝑm se: sicut inter blandi tias ⁊ vana ꝓmissa: acerbitatēq; pena rū forti ⁊ leto aīo mortez subire ꝓ xp̄o. Quarto imperfectuz ꝺ tripliciter. Est quoddā impfectuz ex genere: vt est act facilis ad quē humana infirmitas cōi ter inclinat: vt possidere pecuniā habe re vrorē ꝑm suū statū: vti vestibus deli catis ⁊ similia. Est quoddā imperfectū ex circūstantia ficut dimittere vestem il lam violenter accipienti ꝓpter fugam maioris iniurie. Est ⁊ quoddam imper fectum ꝑm se: qō nullo mō pōt stare cū euangelica perfectiōe ficut fugere pau pertatem. Bonuz ergo ꝑm se nullo mo do potest esse malum ⁊ econuerso: neq; perfectuz ꝑm se potest esse imperfectū ⁊ econuerso. Sed bene bonum ex gene re pōt esse malum ex circūstantia: ficut si aliquis iret ad ecclīam vel faceret ele mosynam vt placeret hoībus ⁊ nō deo Et malum ex genere pōt esse bonum ex circūstantia sicut si iudex maleficos iu xta legū sanctiones occideret. Ita etiā perfectum ex genere pōt esse imperfe ctum ex circunstantia: sicut intrare reli gionem causa alicuius commodi tēpo ralis consequēdi. Imperfectum adhuc ex genere potest perfectum fieri ex cir cunstātia sicut facere aliquod opus ad debitum finem charitatis ordinatum ex radice intime charitatis procedens: sicut declinare mortem non propter ti morem: sed propter maius bonuz ⁊ ma gis necessarium: quemadmodum Pau lus fecit quādo euitauit etiam fugiēs furorem iudeorum: ⁊ a fratribus p mu rum submissus fuit in sporta. Hoc mo do christus benedictus omnia perfectis sime fecit ⁊ omnes actus illius in qui bus apparet aliqua imperfectio perfe ctissimi erant ex circunstantia charita tis sue. Quo fit vt maioris perfectiōis fuerit in ipso cibus ⁊ potus q̄m in ioh̄ā ne baptista illorum abstinētia maioris perfectionis in eo conuersatio cum ho minibus q̄m solitudo iohannis in here mo: quoniaz hec ⁊ similia prouenieb̄at ex fonte sue ardentissime charitatz. Nā sicut humanam assumendo naturaz in nostris quidem factus est humilis: sed in proprijs remāsit excelsus: sic ex sum me charitatz dignatiōe ad actus quos dā nře imbecillitati ⁊ impfectioni ꝓxi mes deprimitur ⁊ a summe perfectio nis rectitudine non curatur: ⁊ ideo ta lia opera in ipso perfecta fuerunt: neq; acceptanda est sentētia falsa illoꝝ q̄ di cūt ꝙ pfectio ⁊ impfectio differūt sicut duo contraria: vt rectitudo ⁊ distorsio iusticia ⁊ peccatuz: gloria ⁊ ignominia:

vita ⁊ mors. Sed bene veruz est ꝙ magis differunt sicut magis bonū ⁊ min⁹ bonum: magis meritoriuz ⁊ minus meritorium: ideo nullo modo valet consequentia: virginitas est cōmendabilis: ergo matrimoniuz est vituperabile: virginitas est bona: ergo matrimoniū est malum: qꝛ hec duo nō differūt sicut bonum ⁊ malum: sed sicut bonum ⁊ melius. Ideo Aug. in li. de bono coniugali ait. Bonum erat qđ Martha faciebat occupata circa ministerium sanctoruz: sed melius qđ Maria eius soror. Bonū Susanne in coniugali castitate laudamus: sed tamen ei bonum vidue anne: ac multo magis Marie virginis anteponimus. Bonum erat qđ faciebant q̄ de substantia sua christo ⁊ eius discipulis ministrabāt: sed melius qđ faciebāt qui oēm substantiā dimiserunt vt christum expeditius sequerentur. hec ille. Tertij actus in christo respiciunt informationem vite perfecte: sicut virginitatem ⁊ paupertatem extremam seruare ⁊ similia. In his operibus nō tenemur christum sequi: nisi vel inquantū volumus: sicut si voto nos astringerem⁹ ad obseruantiam diuinorum consilioruz: vel in casu quo extrema necessitas expostularet: velut si aliquis mortem pateretur: vt nō negaret christum: iccirco mali iudices sunt qui ex operibus perfectionis in christo aut sanctis eius consideratis: eos lacerant in quibus talia opera non relucent. Si enim vident sacerdotem aut clericum vestes sibi conuenientes ferentem: protinus susurrātes illum redarguunt ⁊ dicunt: non sic fecit christus. Si vident prelatum ꝟm sui gradus dignitatem honorata familia associatum: protinus asserunt: nō fecit sicut christus nec petrus. Si vident religiosum apposita sibi cibaria: lz quādoqꝫ delicata: nec cōtra sue regule aut statutorum suorum prohibitionē comedentem seu vestimenta sibi cōcessa habentem aut equitantem interueniente legitima causa: statim clamant. Nō sic fecit Dominicus: non Benedictus: non deniqꝫ ipse Frāciscus. Reputāt ex his malos ⁊ damnandos prelatos clericos religiosos temporales dn̄os ciues nobiles ⁊ artifices omnes qui nō faciunt que christus fecit ⁊ sancti. O rudes intellectus: o arida ingenia: o temerariū damnabileqꝫ iudicium qđ diui Hieronymi verbis confunditur. Inquit enim ipse ad demet. scribens. Prohibent mala: precipiuntur bona: conceduntur media: suadentur perfecta. In duobus primis omne peccatum concluditur: reliqua v̄o in nostra posita sunt potestate: vt aut vtamur concessis ac licitis: aut ob maius premium ea que nobis permissa sunt respuamus. hec ille. Dicēdū igitur ꝙ tenemur sequi christum in generali nō in particulari. i. vt bene faciamus seruantes mādata dei qđ ipse docuit qn̄ adolescētulo eū īterrogāti ⁊ dicēti Mar. x. Magister bone q̄d boni faciā vt habeā vitam eternaz. Rn̄dit. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Mat. xix. Iō in quolibet statu volētes seruare dei mandata poterunt obtinere vitam eternam. Hoc dico de regib⁹: hoc de principibus: hoc de militibus: hoc de mercatoribus: hoc de religiosis: hoc de secularibus: hoc de virginibus: hoc de coniugatis: hoc de omnibus deniqꝫ mundi hominibus.

Qꝛ semper hō debet benefacere etiaz si sit extra charitatem ⁊ de vtilitatibus bonorum que fiunt in peccato mortali. Capitulum. iij.

Tertium cōsiderandū circa regulam necessariū ⁊ qualitatem bonorum operū dicitur charitatiua informatio. Solent enim quidam trepidare ⁊ in seipsis nō confidentes: qꝛ faciles se cognoscunt ad ruēdum in peccata: ne benefaciendo laborem ⁊ tempus amittāt. Pro quibus in hac vltima parte disputandū est. Utrū bona facta in mortali peccato sit alicuius valoris. Et argui posset ꝙ nō. Primo ex verbo Greg. in homel. Nec habet

aliquid viriditatis ramus boni opis si nō māserit in radice charitatis. Scdo qꝛ apl's ait. j. Coꝝ. xiij. Si linguis hominū loquar ⁊ angeloꝝ: charitatē aūt nō habeā factus sum velut es sonans aut cymbalum tinniēs. Et si habuero ꝓphetiā ⁊ nouerim mysteria oīa ⁊ oēm scientiā: ⁊ si habuero oēm fidem ita vt mōtes trāsferam: charitatē aūt nō habuero nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperū oēs facultates meas: ⁊ si tradidero corp⁹ meū ita vt ardeā: charitatē aūt nō habuero nihil mihi prodest. Et ad idē est tex. j. q. j. c. vide. ⁊ in c. teneam⁹. ⁊ est trituꝫ vsitatūqꝫ dictū. Opa in pctō mortali facta ad nihilum esse ꝓficua. Sed in oppositū est autoritas Aug. in li. de libe. arb. di. Nullū malū impunitū: ⁊ nullū bonū irremuneratū. ¶ Pro hui⁹ dubij declaratione tria sunt vidēda. Primū q̄diu d̄r quis extra charitatē esse ⁊ in statu pctī. Secundū q̄d est bonū in charitate factuꝫ esse meritoriū vite eterne. Tertiū an illi q̄ sunt in statu pctī adhortādi sint vt bn̄ faciāt. Primū videndū q̄diu dicat̄ quis esse in statu pctī ⁊ extra charitatē. Et in hoc nō pauci solent grauiter errare tenētes ꝙ post pctm̄ mortale cōmissum vsqꝫ ad ꝯfessionē sequētē semp hō pctōr sit extra charitatē. Sꝫ ego dico ꝙ post peccatū mortale vsqꝫ ad ꝯtritionē sequentē homo est in statu pctī. ita ꝙ si vn⁹ nunc peccet: ⁊ hinc ad vnā horā: vel ad vnā diē: vel ad vnū annū: vel ad plures nō ꝯterat̄: q̄diu nō conterit̄ semp est extra gr̄am et charitatē: ⁊ bona p eū facta in pctō fieri dicunt̄. Si q̄s v̄o post mortale cōmissuꝫ statim aut paululū post esset ꝯtritus ⁊ a ꝯtritione vsqꝫ ad ꝯfessionē sequētē vel vsqꝫ ad aliqd̄ aliud pctm̄ mortale per eum nouiter perpetratū bona aliqua faceret: illa essent facta in charitate. Qualiter aūt p ꝯtritionē anima iustificet̄: ⁊ quare confessio vltra illam sit necessaria plenius dicetur in sequentibus. ¶ Scdm̄ videndū est q̄d est bonum in charitate factum esse meritoriū eterne vite. Et dico ꝙ cum in beatitudine sanctoꝝ detur gradus: qꝛ non oēs equaliter illaꝫ percipiūt quāto plura quis in charitate operatur bona tanto plures illius beatitudinis gradus meretur: vtputa si aliquis operat̄ decē in bona charitate possibile est ip̄m in beatitudine sublimari ad equalitatē āgeloꝝ. Si idē supadderet aliā decē bona: posset equari glorie archangeloꝝ: ⁊ quāto magis in bono ꝓficeret et bonis bona adderet: tanto altius conscenderet ad altiorē beatitudinis statū. De illo ergo qui in pctō mortali operat̄ bonū: dico ꝙ nihil meretur de ꝯdigno quātuꝫ ad meritū vite eterne. Unde posito ꝙ aliquis in statu peccati operat⁹ esset tot bona quot oēs sancti simul. si ad penitētiam rediens ꝓpter illa moriatur in statu salutis: nihilominus ex operib⁹ illis nullū gradū beatitudinis obtinebit: ⁊ licꝫ in statu peccati fecerit illa bona que fecerunt illi qui meruerunt esse cū angelis: aut illi qui meruerunt esse cū archangelis: aut illi qui meruerunt esse cū virtutibus: dn̄ationibus: principatibus: potestatibus: thronis: cherubin: ⁊ seraphin: tamen propter illa talis non merebitur esse etiaꝫ in infimo angeloꝝ loco ⁊ ordine. Et hoc mō bonum in peccato mortali factuꝫ dicitur nihil esse nihilqꝫ ꝓdesse. s. quoad meritum eterne vite. Tertiū videnduꝫ est an illi qui sunt in statu peccati mortalis monendi sint et adhortandi vt bn̄ operentur et bn̄ faciant. Et dico ꝙ sic dūmodo operentur bono aīo ⁊ intentione honorādi deū: eiqꝫ ac eius ecclesie obediēdi: qꝛ talia bona semper vtilia sunt sempqꝫ fructuosa: nec patitur deus liberalissimus inanē esse laboreꝫ quorūcūqꝫ operantiū bene. quinimmo vt ptꝫ in sermone p̄cedenti. c. ij. ip̄e est qui obstinatos ⁊ duros sua gratia gratis data monet vt velint et operentur bonū. A deo est a deo o peccatores nequissimi. Si qn̄ vobis firmantib⁹ mētē

in aliquo vestro delicto: de quo emendari nō vultis: veniat in corde vt faciatis aliquod bonū: vt ieiunetis: vt oretis: vt visitetis ecclesias: vel elemosynas pauperib⁹ erogetis ⁊ filia. Audite vocē dei ⁊ facite qō īmittit in aīo vr̄o: nō laborabitis etiā in pctō būfaciēdo absq; mercede. Et vt id clarius videat oīb⁹ assignabo nouē vtilitates q̄ puenīunt ex bone facto in mortali pctō q̄ ponunt ab Alexā. de al'. in. iiij. volumine summe. q. lxxv. mē. iij. ar. f. ij. et. iij. Prima ō: delectatiōis: scōa satisfactionis: tertia diminutiōis: quarta augmētationis: quinta liberationis: sexta dispositionis: septima ꝓtinuatiōis: octaua alleuiatiōis: nona glorificationis. ¶ Prima vtilitas q̄ puenit ex bono facto ī pctō mortali ō: delectatiōis. Valet nāq; tale bonū ad delectationē ⁊ iocunditatē mentis. Vnde pbs ait in. iij. etb. Nullus est qui nō gaudeat bonis operationib⁹. Et in. ij. rheto. Būfacere ⁊ bū pati delectabilissimū est ꝑm naturā. Et. ix. etb. Boni opatio studiosa delectabilis est ꝑm seipaz. Et Tullius in lib. de senectute. Cōsciētia bū acte vite multorūq; būfactoꝝ recordatio iocundissima est. ¶ Scōa vtilitas puenīēs ex bono qō fit ī pctō mortali ō: satisfactio. Per illud qđ satisfit ꝓceptis dei ⁊ eccl'ie: ⁊ inobediētie pctī vitaf. nā si qs in pctō mortali existēs tenet officiū diuinū dicere: si illud omittit mortal'r peccat: si vo illud psoluit: satisfacit ꝓcepto. Sicut etiā si laicus obligat die⁹ festiuis audire missaz: licz in pctō mortali sit. si illam ex ꝓtēptu omittat aliud pctm̄ mortale īcurrit. si vo audiat: ꝓceptū impleuit. ¶ Tertia vtilitas ō: diminutio. Valet bonū in pctm̄ mortali factū ad diminutionē tpalis pene. Alioquin hereticos qđq; nō solū puniri eternal'r: sed tpaliter flagellari. Sed ꝓpter bona que faciūt: de⁹ tpalis pene mitigat seueritatē. Quot putam⁹ esse sodomitas: vsurarios: ⁊ sacrilegos: homicidas: periuros: blasphemos; ⁊ sceleratissimos hoīes quos nisi seruarent bona que faciūt: exterminaret terra potētissimus de⁹: sz eos suffert: eos tolerat: eisq; que mala in p̄senti vita merētur suspendit. ideo quāto magis quis voluntatē suā sentit ad pnīam minus dispositā: tanto magis conari dz facere aliqō bonū: vt sic saltē vitare possit terribilia iudicia dei. ¶ Quarta vtilitas dr̄ augmētationis. Adauget siqdē de⁹ his qui in peccato mortali aliqua sua ꝓcepta seruare contēdūt tpalia bona: quibus dat salubrē aerem: fertiles agros: armēta fecūda: vberes fructus: letā familiā: amicoꝝ copiā: sanitatis leticiam: honoris excellētiā: ⁊ alia filia. Propterea dicit de⁹ peccatoribus oīb⁹ illud Esa. j. Si volueritis scilz adhuc in pctō existētes būfacere ⁊ audieritis me bona terre comedetis. ¶ Quīta vtilitas ō: liberationis. Liberat profecto bonū a peccatoribus operatū a potestate diabolica: quāto em̄ qs magis abūdat pctīs: tanto maior: ē autoritatē sumit diabolus ꝓtra eū. ⁊ ꝑm multitudinē pctōrū ita iusto dei iudicio ꝓmittit̄ vexare ⁊ molestare malos animā ⁊ corpus simul q̄nq; ledendo: sed cum inter tot pctā interseritur aliqō opus bonū: pijssimus de⁹ restringit audaciā eius. Tāq; magna est opis boni vis etiā in pctoribus vt nō solū diabolo resistere: sed etiā illū vincere valeat ⁊ expugnare. Est de hoc exēplū Greg. in dial'. li. iij. c. vij. de iudeo illo non baptizato q̄ nocturno tpe existens sub quodā antiquo tecto: ⁊ in heremo sito idolis ꝓfecrato: signo crucis tm̄ cōmunitus demones oēs qui ibidē ꝓuenerāt terruit atq; fugauit: cui demones ipsi ꝓpter signū crucis tātū nullam molestiā inferre potuerūt. ¶ Sexta vtilitas ō: dispositio. Valet adhuc bonū factū a peccatoribus vt magis dispositi sint ad susciptiēdā gr̄am dei vocantis ⁊ eos illustrantis ad pnīam. vñ de eo qui non est paratus pctā dimittere Greg. ait: de pe. di. v. i. c. falsas, Nec tm̄ desperet

et interim quicq̄d poterit boni facere hortamur vt faciat: vt omnipotens deꝰ cor illustret ad penitentiā. Hic Alexā. in.iiij.volumīe summe.q.lxx. mē.j.ar. iiij.cōsulit his qui non sunt parati sua pctā relinq̄re vt semel in anno ꝟm ecclesie statutū sacerdoti se repꝛesentent: eiq̄ dicāt ora ꝓ me ad deū pater: qꝛ tale pctm̄ habeo quod dimittere nō pꝛopono. Et hoc inquit ipe possibile esset vt qui credebat pꝛopositū malū mutare nō posse: tantā a deo assequat̄ gr̄am vt mutetur in alterū virū: ⁊ de nō ꝯtrito fiat ꝯtritus. Sic ⁊ Rich.in.iiij.dis. xx.ar.iiij.q.j.cū querit an valeant existentibus in mortali indulgētie sacre⁊ relaxationis quas facit ecclesia. Rn̄dit ꝙ q̄uis non possit fieri remissio pene manēte culpa: ⁊ ex consequenti existentes in mortali indulgētiā non ꝯsequātur: tn̄ si faciunt illud quod cōtinetur in forma indulgentie prudēter faciūt: quia bona facta in mortali pctō peccatorē de congruo disponunt ad pn̄iam: ⁊ illa mediāte ad susceptionē gr̄e et remissionis pctōrū per diuinam mīam. Hec Rich. Et qd̄ ipse doctissime loquitur marie egyptiace peccatricis exemplum roborat ⁊ cōfirmat: que ex alexādria vbi.xvij.ānis libidini publice deseruierat discessit vt iret hierosolymam cū his qui ibant ad adorandū crucem xp̄i: nō eo ꝓposito vt a turpitudine sua desisteret: sꝫ tm̄ vt modicū illud bonuꝫ ipsa cū alijs operaret̄. In itinere nauigādo nautis suū corpus ꝓstituit: cum tandē hierosolymā aduenisset terq̄ tētans ingredi templū ⁊ tanq̄ meretrix repulsam passa a dn̄o tacta se conuertit ad lachꝛymas: pctā deflere cepit: q̄ iam cognoscebat: illa abhorrebat: illa detestabatur: illa amplius non ꝓsequi cōfirmabat: clamabat ad dn̄m. Miserere mei; qꝛ peccaui nimis. Clamabat ad virginē matrē. Succurre ⁊ tu mihi clemētissima genitrix dei. Ecce iam tertio ingredi volui ecclesiam vt adorarē crucē filij tui in qua pependit pro me peccatrice ⁊ vilit̄ vt mereor eiecta sum. Succurre tu mihi o fons pietatꝫ o misericordie speculū. Et audiuit vocē de celo dicentem sibi. Si trāsieris iordanē salua eris. Qua voce confortata iterū ad eccl̄iaꝫ accessit ac eā libere intrauit absq̄ ꝯdictione: ⁊ cū lachꝛymis et cōpūctione cordis deosculata cruce: foras ꝓdijt affuitq̄ illi ꝑsona quedā venerabilis tot nūmos illi afferēs quot ad tres panes emēdos sufficere potuere. Quibus emptis trans iordanē petijt. ibi.xvij. annos oroni ꝯtēplationi et deuotioni insistēs: tres tm̄ illos panes consumpsit. Multiplicabant̄ siq̄dē ex miracl'o dei: ita ꝙ toto illo tpe illam cibarūt. Ibi etiaꝫ.xvij.alijs annis supuixit sine cibo ⁊ potu: gr̄a dei et cibo celesti recreata. Ibi abbatē zosimaꝫ deserta ꝑcurrētē spū ꝓphetico nouit: noīe ꝓprio eū vocauit: benedictionem ab eo petijt ⁊ vitā suā illi reuelauit postulauitq̄ vt sancto dn̄ice resurrectionis die ad ripā iordanis sanctissimum sacramētū dn̄i ferret ibiq̄ illū expectaret. Distabat locus ille a iordanis flumine ꝑ dietas.xxx. Recessit zosimas fecitq̄ q̄ maria hūiliter petierat et ipsa die pasche stās ī ripa iordanis vidit eā venientē ⁊ facto crucis signo sup aquā siccis pedibus ambulantē. Et cuꝫ peruenisset ad eū reuerēdissime cōione suscepta ꝑ eandē viā redijt ad locū vnde recesserat. Eadeꝫ em̄ die ꝑ angelos deportata fuit ꝑ oē spaciū illud quo distabat locus ad queꝫ redijt a iordane. Sequēti v̄o anno ad locū illū zosimas peruenit viditq̄ in terra mariā iacētē corpusq̄ eiꝰ exanime: ad caput v̄o scripturā quādā dicētē: Sepeli zosima marie corpusculuꝫ q̄ die pasche qua ad te sacr̄m venerabile suscepit migrauit ad dn̄m: intellexitq̄ ꝙ nō nisi angeli portauerant eā qn̄ per.xxx. dietas vna die iter perfecit. Et cum de sepultura eius sollicitus zosimas cogitaret: nec haberet modum effodiendi terram vidit leonem ferocissimum ad se gradientem

qui fortiter cepit fodere sepultureq; lo cum cōueniētissime preparauit in qua recōdito corpore sanct⁹ leo viā suam tenuit et zosimas ad suam cellā redijt in dño consolatus. O admirabilis bonitas patris nostri dei qui nō respicit peccata hominū cū redeūt ad penitentiaz: non negligit etiā peccatores ad pnīam illustrare si et ipsi bonis operib⁹ se adiuuare voluerint. ¶ Septima vtilitas dicit cōtinuatio. Ualet bonū in mortali peccato factū ad cōtinuandū ⁊ perseuerandū in bona vita. Facilius em̄ pōt perseuerare in bono q̄ benefacere cōsueuit q̄ qui benefacere nūq̄ didicit sicut diffusius dixi in tractatu de virtutibus sermone.j.c.ij. Hinc sapiēs Ecc̄i.xij.ait. Non est ei bene qui assiduus est in malis. ¶ Octaua vtilitas dicitur alleuiatio. Posito em̄ q̄ q̄s in pctō mortali faciens bonū ꝓpter suā impenitentiam esset dānatus virtute illius boni penā fortius sustineret: leuiorq; ei fieret. Vñ Augu.in Enchi. ait. Tale bonum facit vt tolerabilior fiat damnatio. ¶ Nona vtilitas dicit glorificatio. Nam si peccator per penitentiā moriat in statu salutis ⁊ per illū obtineat vnū gradū beatitudinis: in eo gradu erit cum ampliori gaudio accidētali ꝓpter bonum qd̄ in pctō mortali fecit q̄ si illud omisisset. Animētur ergo oēs ⁊ iusti ⁊ pctōres ad bona opera ꝓpter que pijssimus deus prouocat ⁊ ipse etiā pctōres equanimiter ferre eisq; sua beneficia innumera impartiri largiens hic gratiā et in futuro gloriā in qua viuit ⁊ regnat per infinita secula seculorum. Amen.

¶ Feria.iij.post dominicā in.lxx.de his q̄ mouere habēt penitentes ad obediēdū deo: ⁊ q̄liter oēs hoīes studere debēt ad seruādū p̄cepta altissimi. Ser.iij.



Ulti sunt vocati: pauci v̄o electi. Iterum vbi.s̄. Data est ab omnipotenti deo suo digito cōscripta lex mādatorū ad que obseruāda oēs hoīes cōuocauit: sed paucissimi reperiunt q̄ vt decet tam excelso ⁊ gloriosissimo dño obedire velint: nec recte excusare se possunt diuinorum preceptoruz transgressores: quos oēs voces scripturarū excitant ⁊ inuitant ad obedientiā dei. Et quia vt premissuz est in sermone precedēti: merces eterne vite non datur nisi seruantibus dei mādata: iccirco in hoc sermone de his que merito inducūt nos ad ferēdum iugū obedientie diuine ero dicturus: vt sichi qui ad penitentiam redire se disponūt magis animētur ad exequēda opera bona vt esse valeāt de numero illorum paucorum qui electi erunt. Notabimus ergo tria esse illa que nos ad dei obedientiam precipue et principaliter debent animare.

Primum est legis excellentia.
Secundum dei reuerentia.
Tertium obedientie efficacia.

¶ De excellētia moysaice legis: ⁊ quare non seruatur a nobis nisi quoad precepta moralia. Capitulū.j.



Primū qd̄ nos aīare ⁊ inducere dz ad obedientiā dei d̄t legis excellētia. Mandatur quidē nobis ⁊ iniungit seruare legē excellētissimā cōtinentē precepta virtutum: vt dicit Alex.de ales. in iij. volumine summe. Sed pro clariori intelligentia huius partis tria erūt dubia declaranda.

¶ Primū vtrum lex diuinorum preceptorum sit a bono deo data.

¶ Secundū vtruz lex moysi sit a nobis conuenienter obseruata.

¶ Tertiū vtrū in preceptis decalogi sit regula salutis sufficienter assignata.

¶ Primū dubiū declarādū vtrū lex diuinoꝝ preceptoruz sit a bono deo data: qr lex illa est ea quā moyses dux populi hebreoꝝ tulit et ꝓmulgauit. Et statim offerūt se heretici asserētes illā legē esse non a deo: sed a principe tenebrarū. Et arguebāt ꝑm q̄ Aug. dicit in li. contra aduesariū legis ⁊ ꝓphetarum dicētes:

Dei perfecta sunt opera: sed lex moysi erat impfecta. Heb. vij. Nihil ad perfectū adducit lex: ergo nō erat opus dei. Sed sanctus Tho. j. ij. q. xcviij. ar. ij. ad j. ar. rñdit ꝙ lex illa pro illo tēpore bona erat ⁊ optima: lz imperfecta sit respectu tēporis euāgelij et legis gratie. Qr aūt fuerit a bono deo: ꝓbatur tripliciter. Primo ex moysi sanctitate. Scdo ex xp̄i autoritate. Tertio ex legis bonitate Primo ꝓbat̄ ex moysi sanctitate. Ipse eq̄dem legislator sctissimus ⁊ amicꝰ dei fuit amator v̄itatis et iusticie: sanctior numa pōpilio q̄ ꝟm Isido. vj. Etymol. leges dedit romanis ⁊ phoroneo q̄ grecis: ⁊ mercurio trimegisto q̄ egyptijs: ⁊ ipso lycurgo qui leges tulit Lacedemonijs. de q̄bꝰ oībꝰ est. c. moyses. di. vij. decretoꝝ. De sctitate v̄o moysi loquit̄ sapiēs Ecc̄i. xlv. cū de eo dicit: Dilectꝰ deo ⁊ hoībus moyses cuiꝰ memoria in benedictione est. Similez illū fecit in gloria sanctoꝝ: ⁊ magnificauit eum in timore inimicoꝝ: ⁊ in v̄bis suis monstra placauit. Glorificauit illū in cōspectu regū: ⁊ vnxit illū corā populo suo ⁊ ostēdit illi gloriā suā. In fide ⁊ lenitate ipsius sanctū fecit illū: ⁊ elegit eum ex om̄i carne. Audiuit em̄ eū ⁊ vocē ipsius: ⁊ induxit illū in nubē: ⁊ dedit illa cor ad p̄cepta ⁊ legē vite ⁊ disciplīe. Et Nūeri. xij. de eo d̄r: Erat moyses vir mitissimꝰ sup oēs hoīes qui morabātur in terra. Et Exodi. xxxiiij. recitat̄ hystoria qualiter moyses ieiunādo quadraginta dies ⁊ quadraginta noctes legem accepit a dño. Et Act̄. vij. Stephanus leuita accusantibus eū quasi male sensisse de lege ⁊ de moyse respōdebat di. Moyses fuit gratus deo: ⁊ eruditꝰ om̄i sapiētia egyptiorum: ⁊ erat potēs in v̄bo ⁊ in operibus suis. ⁊ infra. Hic est moyses de quo dixit deꝰ filijs israel. Prophetā vobis suscitabit deꝰ de fratribꝰ vestris tāq̄ me ipsum audietis. Et infra. Accepistis legē in dispositione angeloꝝ. Et Gal̄. iij. apl̄s inq̄t: Lex data est per angelos in manu mediatoris. ¶ Scdo ꝓbat̄ ꝙ lex moysi a bono deo fuerit data ex xp̄i autoritate. natura Matth̄. v. dixit. Non veni soluere legē sed adimplere. Si igitur fuisset lex a principe tenebrarū non impleuisset eā. Et Luc̄. ij. d̄r: Postq̄ impleti sunt dies purgationis marie ꝟm legē moysi: tulerūt illū in hierusalez vt sisterēt eū dño. sicut scriptuz est in lege dñi. Et Luce. xvj. Habēt moysen ⁊ prophetas audiāt illos. Et Luce. vlti. Necesse est impleri oīa que scripta sunt in lege moysi ⁊ ꝓphetis ⁊ psalmis de me. Et apl̄i scientes volūtatem xp̄i de lege moysi eis predicata illam cōmēdarūt. Unde Paulus ad Roma. vij. ait: Lex quidē sancta ⁊ mandatū sanctū est. Et j. Timo. j. Scimus autē qr bona est lex si quis ea legitime vtatur. ¶ Tertio probatur ꝙ lex fuerat bona ex legis bonitate: qr lex illa hoīes ordinabat ad bonum illud precipiendo ⁊ malum prohibendo. Non enim diabolus legem tulisset per quam homines fierent boni ⁊ diabolus ipse esset cōfundēdus. ¶ Secundum dubiū declarandū erat vtrum lex moysi sit a nobis conuenienter obseruata. Et videtur ꝙ nō: qr nos illius legis sumus manifestissimi violatores nam in lege illa multa dantur precepta que nō obseruātur a nobis: vtputa preceptū de sanctificatione sabbati. Exodi xx. de celebratione scenophegie pasche: pētecostes: de esu agni paschalis: de lapidatione filij inobedientis: mulieris adultere ⁊ violātis sabbatū: ac de alijs oībus: de quibꝰ habet̄ in libro Leuitici Numeroꝝ ⁊ Exodi in pluribus capl̄is. Si lex illa bona erat et christus illā impleuit ea faciēs que ⁊ iudei faciūt perseuerāter: quomodo possunt xp̄iani ea dimittere absq̄ peccato? Ad hanc difficultatem ego respondeo ꝟm Alexandrum de ales in. iij. volumīe summe. q. xxviij. membro. ij. arti. j. §. j. Et Tho. in. ij. ij. q. xcix. arti. iiij. ꝙ in lege moysi tria erant genera preceptorū. Judicialiū: cerimonialiū: ⁊ moraliū. ¶ Primo in lege illa erāt precepta iudicialia quibus plecte-

bātur delinquētes et puniebantur rei. Sed seueritas taliū preceptoꝝ finē habuit in aduētu ihesu xpi redēptoris per quē facta est pax inter deū ⁊ homines peccatores. Et hoc inqt Piero. ad Damasum papaz de filio ꝓdigo. Ler quippe iusticie tenar clementiam nō habebat: sed quicūqz adulter: fraudator: homicida: et vt breuiter dicaz mortali crimine detinebaf: nulla venia penitētie lauabatur a crimine: oculū ꝓ oculo: dentem ꝓ dente: aiam ꝓ aīa iubebatur exoluere. Sed misit deus filiū suū natū ex muliere factuz sub lege ꝙ austeritatē legis euangelij gra tēperauit. Ūñ apls ecclesiis scribēs Rom. ſ. Gratia inqt vobis ⁊ pax a deo patre et dño ihesu xpo. Gratia que non ex merito retributa est: sed ex donāte concessa. Pax vo qua deo reconciliati sumus habētes propiciatorē dominum nostrum ihesum xpm: et ipse est ꝓpiciatio pro peccatis nostris. hec ille. Ideo dicendū ꝙ per xpm dñm liberati sumus ab onere iudicialiū preceptoꝝ ⁊ a timore penarum legis que nō obligabant quātū ad hoc nisi vsqz quo xps venisset ꝙ adultere dixit Joh. viij. c. Nec ego te cōdemnabo: vade et iā amplius noli peccare. ¶ Scdo in lege erāt precepta cerimonialia: de quibus scribitur Exod. xvij. Esto tu populo in his que ad deū sunt: ostēdasqz ei cerimonias et ritū colendi deū. Hec precepta continebant oīa ad dei cultū pertinētia. de quibus in tractatu de legib⁹ deo dāte tractabo distincte. Jō nūc sufficit declarare quare illa obseruare pretermittim⁹. Et dico qz id facimus rationabiliter et absqz pctō: qm oēs cerimonie veteris legis vmbra erāt ⁊ figura eoꝝ que ꝓ xpm erant gerēda. Ideo aduenīēte veritate cessat figura. Ūñ apls ad Heb. x. dicebat. Umbrā habēs lex futuroꝝ bonorum non ipsam imaginē reruz. Umbra si quidē minus est ꝙ imago: tanꝙ imago pertineat ad nouam legē: vmbra ad veterem. Et iterū Col. ij. Nemo vos iudicet in cibo: nec in potu: aut in parte diei festi: aut neomenie: aut sabbatoruz que sunt vmbra futuroꝝ. Et Augu. in vij. li. de ciui. dei. c. xxxij. de hac re sic pulchre loquit: Oēs em̄ non solū ꝓphetie que in verbis sunt: nec tm̄ precepta vite que mores hominū impietatēqz confortant: atqz illis litteris cōtinentur: verumetiā sacra sacerdotia tabernaculuz siue templum cerimonie ⁊ dies festi: et quicqd aliud ad eam seruitutē pertinet que deo debetur. ⁊ grece proprie latria dicit: ea significarunt ⁊ pronunciarunt que propter eternā vitā fideliū impleta in xpo credimus: impleri cernimus: ⁊ implēda confidimus. hec ille. ¶ Sed cōtra arguere possumus: qz cerimonie veteris legis nō cessauerūt in xpi aduētu. Primo qz Baruch. iij. dicit: Hic est liber mandatoruz dei et lex que est in eternū: sed ad legē pertinebant cerimonie: ergo durature erāt in eternum. Secūdo obiicitur: qz oblatio leprosi mūdati ad legis cerimonia pertinet: sed etiā in euāgelio precipitur leproso mūdato: vt huiusmodi oblationes offerat: ergo cerimonie legis veteris non cessauerūt xpo veniēte. Tertio obiicatur ex eo ꝙ circuncisio erat instituta in signum fidei abrae. Obseruatio aūt sabbati ad recolēdum beneficiū creationis: ⁊ alie solēnitates legis ad recolēdū alia dei beneficia: sed fides abrae est semper imitanda etiam a nobis: et beneficiuz creationis ⁊ alia dei beneficia semper sunt recolēda: ergo ad minus circūcisio et solēnitates legis cessare nō debuerunt. Respōsio ad hec oīa ſm Tho. ſ. ij. q. ciij. ar. iij. ad ar. Ad primū ꝙ lex vet⁹ dicit esse in eternum: ſm mortalia quidē simpliciter ⁊ absolute: ſm cerimonialia vo quātum ad veritatē per ea figuratam. Ad scōm dicēdum ꝙ mysterū redēptionis humani generis cōpletum fuit in passione christi. vnde tunc dñs dixit: Consummatum est: Johan. xix. ideo tunc totaliter debuere cessare legalia iam veritate eoꝝ consummata. In cuius signū in passione christi velum templi scissuz

est. Luc.xxiij. ⁊ ideo ante passionez chri
sto predicante ⁊ miracula faciente cur-
rebat lex ⁊ euangeliū: qꝛ iam mysteriuz
xp̄i erat inchoatū: sed nondū cōsumma
tum: ⁊ propter hoc mandauit dn̄s ante
passionē suā leproso vt legales cerimo-
nias obseruaret. Post passionez ꝟo xp̄i
vsqꝫ ad tēpus euāgelij diuulgati lega-
lia cū euāgelio currebāt nō de necessita
te sed ex quadā cōgruitate ne scādaliza
rētur iudei. Ideo Paulus circūcidit Ti
motheū: qui ex matre iudea erat. Tituz
ꝟo qꝛ simpliciter erat gētilis circūcide-
re noluit: vt ī circūcisiōe Timothei ostē
deret sacramēta legalia nō debere dam
nari: ⁊ in hoc ꝙ titū circūcidere noluit
ostēderet ea non esse necessaria. Post di
uulgatum aūt euangeliū sunt oīa pro-
hibita ⁊ mortifera. Concordat his Ale-
xā. in. iiij. volumine summe. q. vj. mem.
v. ar. iij. ⁊. iiij. ⁊ Rich. in. iiij. dist. j. ar.
vj. q. iiij. ad. ij. ar. Ad tertiū obiectuz sic
respōdit Tho. vbi. s̄. ꝙ fides abrae fuit
cōmēdata in hoc ꝙ credidit diuine pro
missioni de futuro semine in quo bene-
dicētur omnes gētes: et ideo q̄diu hoc
erat futurum oportebat ꝓtestari fidem
Abrae in circūcisione: sed postq̄ iā hoc
est perfectum oportet alio signo decla-
rari: scz baptismo qui in hoc circūcisioni
succedit: ſm illud apl̄i Col. c. ij. Circūcisi
estis circuncisione non manufacta: sed
in circuncisione christi consepulti ei in
baptismo in quo et resurrexistis per fi-
dem operationis dei. hec ille. De sabba
to autē qd̄ significabat primam creatio
nem dicimus: qꝛ mutatum est in diem
dominicum in quo commemoratur no-
ua creatura inchoata in resurrectione
christi. Similiter alijs solēnitatibus ve
teris legis noue solēnitates succedunt:
quia bn̄ficia illi populo exhibita signi-
ficant beneficia nobis per christum con
cessa. Unde festo pasche succedit festum
passionis christi et resurrectionis. Fe-
sto pentecostes in quo data fuit vetus
lex successit festum pentecostes in quo
data fuit lex spiritus vite. Festo neome
nie succedit festū beate virginis in qua
primo apparuit illuminatio solis: idest
christi per copiam gratie. Festo tubarū
succedunt festa apostolorum. Festo ex-
piationis succedunt festa martyrum et
confessorum. Festo tabernaculorū succe
dit festum consecrationis ecclesie. ¶ Ter
tio in lege moysi erāt precepta moralia.
de quibus dicitur Ecc̄i. xvij. Addidit il-
lis disciplinā: ⁊ legē vite hereditauit il
lis. Ubi glo. ait. Disciplina est eruditio
morum. Talia ergo precepta moralia a
nobis obseruari debent. que Exodi. xx.
commemorantur. Et hec duratura erūt
vsqꝫ ad completum numerū electoruz.
¶ Tertium dubium declarandum erat
vtrū in preceptis decalogi sit regula sa-
lutis sufficienter assignata. Nā ex. xx. c.
Exodi colligunt̄ tm̄ decē mādata: vide
licz Primū. Nō habebis deos alienos.
Secundū. Nō assumes nomē dei tui in
vanū. Tertium. Memēto vt diem sab-
bati sanctifices. Quartum. Honora pa
trem tuum ⁊ matrem tuā vt sis longe-
uus super terrā. Quintū. Non occides.
Sextū. Non mechaberis. Septimum.
Non furtum facies. Octauum. Non lo
queris contra proximum tuum falsum
testimoniū. Nonum. Non concupisces
domū proximi tui. Decimum. Non desi
derabis vxorē ei⁹. In quibus preceptis
plene cōtinent̄ oīa ꝑ que possit hō eter-
nā salutez accipere. Qm̄ vt inq̄t Bona.
in. iij. dist. xxxvij. Oīs lex mandat iusti-
ciam: que communiter dicta nil aliud
est nisi vt homo sit ad deum et ad proxi
mum ordinatus. Unde Luc. x. ⁊ Mat.
xxij. christus dixit. Diliges dominū deū
tuum ⁊ proximum tuum sicut teipsum.
In his duobus preceptis tota lex pen-
det et prophete. Et hoc: moysi date fue
runt due tabule lapidee in quarum pri
ma cōtinent̄ mandata ad deū nos ordi
nātia. In scd̄a mādata nos ad proximū
ordinantia. ¶ Sufficiētia ꝟo mandato
rum prime tabule sumi potest tripli-
citer ex parte obiecti: ex parte subiecti:
et ex parte actus medij. Primo sumi-

tur ex parte obiecti sic. Nam cū in deo
sint tres persone: ⁊ tria appropriata: ⁊
triplex genus cause ꝟm ꝙ cōparat̄ ad
creaturam: triplex est preceptū ꝟm ꝙ
creatura rationalis ordinari habet ad
deū. Nā ꝟm rōnē maiestatis q̄ appro-
priatur pr̄i ⁊ conuenit deo ꝟm ꝙ est cā
efficiēs creature ordinatur ꝑ illud p̄ce-
ptū. Nō habebis deos aliēos. Exo.xx.
cundū rationē veritatis q̄ appropriat̄
filio ⁊ cōuenit deo. ꝟm ꝙ est cā forma-
lis ⁊ exēplaris creature ordinatur per
illud. Nō assumēs nomē dei tui in va-
num. Scd̄m rationē bonitatis que ap
propriat̄ spūisancto: ⁊ cōuenit deo ꝟm
ꝙ est causa finalis ordinat̄ hō ꝑ illud
preceptū. Memēto vt diē sabbati san
ctifices. Ita vt per hec tria subiaceat
summe maiestati: credat summe verita
ti ⁊ adhereat summe bonitati. Scd̄o
sumit̄ sufficientia ex parte subiecti or-
dinabilis: qd̄ est aīa rationalis in qua
est triplex vis motiua ꝟm quā hz ī deū
ordinari: videlz rōnalis ꝯcupiscibilis:
⁊ irascibilis. Mandatū de adoratione
respicit ip̄am irascibilē: mādatū ꝟo se-
cundū ip̄am rationalē ⁊ mādatū tertiū
de sanctificatiōe sabbati respicit ip̄am
cōcupiscibilē. ¶ Tertio sumit̄ sufficien
tia ex parte actus medij. Triplex enim
est act⁹ ꝟm quē hz hō in deū ordinari.
videlz cordis: oris: ⁊ opis. Penes actū
operis attēdit̄ primū mādatū de ado-
ratione. Penes actū oris attendit̄ secū
dū mandatū quo ꝓhibet̄ falsa inuoca
tio noīs diuini. Scd̄m actū cordis at-
tenditur tertiū mādatū in quo p̄cipit̄
sanctificatio mentis. ⁊ sic mandata ad
deū nos dirigētia sufficiētissime tradi
ta esse ꝯstat. Sufficiētia aūt mādatoꝝ
scd̄e tabule hr̄i pōt ex parte actus me-
dij. Nam ad ꝓximū ordinari habem⁹
ꝟm beneficētiā ⁊ ꝟm innocētiā. i. vt ei
benefaciam⁹ ⁊ illi nō noceamus q̄ sunt
duo precepta iuris nature. de q̄bus d̄r
dis. j. decretoꝝ. c. j. Jus naturale est qd̄
in lege ⁊ in euangelio continetur quo
quisq̄ iubet̄ alij facere qd̄ sibi vult fie
ri: ⁊ ꝓhibet̄ alij inferre qd̄ sibi nō vult
fieri. vñ xp̄s in euangelio. Omnia que-
cūq̄ vultis vt faciāt vobis homīes: ⁊
vos facite illis. hoc est em̄ lex ⁊ ꝓphe.
Scd̄m bn̄ficētiā igitur ordinat̄ hō ad
proximū ꝑ illud p̄ceptū. Honora p̄rem
tuū ⁊ matrē tuā. Scd̄m innocētiā ꝟo
necesse est triplicē ordinē obseruare. s.
operis: oris: cordis. i. vt ꝓximo nō no-
ceamus nō ope: nō ore: non corde. No
cere aūt q̄s pōt ꝓximo suo tripl'r ope.
Aut in ꝑsona ꝓpria. ⁊ hoc ꝓhibetur ꝑ
illud p̄ceptū. Non occides. Aut in ꝑso
na cōiuncta. ⁊ ꝓ hoc est illud p̄ceptuꝫ.
Nō mechaberis. Aut in possessiōe ter-
rena ⁊ pro hoc est aliud preceptū. Non
furtū facies. Secundo pōt ꝓximo no
cumentū inferri ore: ⁊ ad id reprimēdū
datur illud preceptū. Non loqueris cō
tra proximum ⁊c̄. Tertio ꝟm actum cor
dis ꝓximus ledi potest. Aut cōcupiscē-
do eius vxorem: ⁊ sic est illud preceptū.
Nō concupisces vxorem eius. Aut inor
dinate desiderādo eius bona tēporalia.
⁊ de hoc datur vltimum preceptū. Nō
concupisces rem ꝓximi tui. et sic patet
sufficiētia mādatorum. Sed statim est
qui obijciat et dicat: ꝙ cum septem sint
capitalia peccata ⁊ non nisi de duobus
fiat prohibitio: scilz luxuria et auaricia:
nihilq̄ dicatur de superbia: de accidia:
de gula: de inuidia: et de iracūdia. Aut
ergo ista non sunt peccata: aut regula
preceptorum deficiet: qr illa non prohi
bet. Respondet dn̄s Bona. in. iij. dist.
xxxvij. ar. ij. q. j. ad. iij. ar. contra. ꝙ oīa
hec peccata prohibētur in preceptis de
calogi implicite. Nam superbia prohi-
betur in adoratione dei. Inuidia et ira
in fuga homicidij. Accidia in sanctifica
tione sabbati: et gula in detestatione lu
xurie. Luxuria autem et auaricia prohi-
bentur explicite propter maiorem pro-
nitatem quā ad illaz oēs vniuersaliter
habent. Et propter dicta asserit Bona.
ꝙ in oībus preceptis quādo deus expli
cite aliquid prohibet: implicite preci-
pit: eius ꝯtrariū: ⁊ qñ aliquid explicite

precipit explicite ꝓhibet eiꝰ cōtrariuꝫ. Est igit̄ preceptoꝝ decalogi regula cōpēdiosa breuis ⁊ suauissima continēsq; omnia ad salutem spectantia. Ab eius obligatione nullus excipitur sed oēs illam seruare tenentur. Verūtamen dolendum puto de christianorum ignauia ignorantiaq; multorum qui non solum precepta dei transgrediūtur: verūetiam illa scire non curant. Hi sunt qui interrogantur que et quot legis precepta: respondere minime scient. O vere detestabilis cecitas: o reprehēsibile maluꝫ: o dānabilis deniq; negligētia. Verificatur certe in talibus illud Osee. iiij. dicens: Audite verbū dn̄i filij israel: quia iudicium dn̄i cum habitatoribus terre. Nō est enim veritas: non est misericordia: et non est sciētia dei in terra. Maledictū enim et mendacium: homicidium ⁊ furtum: ⁊ adulterium inundauerunt: sanguis sanguinem tetigit. Propter hec lugebit terra et infirmabitur omnis qui habitat in ea. hec ille. Que enim confusio que verecundia inesse debet ignorātibus salutis sue regulam: cum sciant tot cantilenas vanas: tot inutilia et curiosa: et illō qd̄ dei seruitiū respicit dei honorē deiq; obediētiā addiscere nolūt ¶ Qꝛ oēs debēt prompto animo seruare precepta dei ad reuerentiam diuine maiestatis: ⁊ quare deus hominē obligauit ad illa. Capl̄m. ij.

Secūdū qd̄ nos animat ⁊ inducit ad obediētiā dei d̄r dei reuerētia. Dictat equidē ipa natura reuerētiā exhibēdam fore summo imperatori celi terre angeloꝝ ⁊ hoīm: oīmq; creaturarū. Hoc aūt maxime fit cū eius mādata seruant̄: ad que ipse hoīes obligauit rōnabiliter maxime ꝓpter tria.

Primo ꝓpter auxiliationē.
Scd̄o ꝓpter iustificationē.
Tertio ꝓpter humiliationē.

¶ Primo deus rōnabiliter obligauit hoīes ad obseruantiā mandatoꝝ propter auxiliationē vt sic auxiliū haberet liberū arbitriū qd̄ poterat a bono deficere: ⁊ in maluꝫ declinare. Qm̄ vt inq̄t Hero. ad Demet̄. Utrūq; nos posse voluit optimus creator: sed facere tm̄ qd̄ imperauit. Et si obijceret̄ ꝙ obligatio repugnat libertati: vt ⁊ Aug̃. dicit supra Gen̄. ad lr̄am. Meliores iudicauit hoīes qui ei liberaliter deseruirēt. Si ergo a principio deus reliq̄t hoīem in manu cōsilij sui: dādo ei libertatē arbitrij: videt̄ ꝙ nullo mō debuerit addere obligationē p̄cepti. Respōderi pōt ꝟm Bon̄. vbi. s̄. ar. j. q. j. ad. iij. ar. ꝙ obligatio ad bonū nō repugnat libertati simpliciter: sed repugnat libertati peccādi. Quāto aūt qui magis inheret virtutibus ⁊ euitat pctā tāto liberior esse censet̄: qd̄ plene ostēdit̄ in sermone primo de virtutibus. Et hoc expresse asseruit Tullius ī paradoxis. Dictū inq̄t est ab eruditissimis neminē nisi sapientē liberum esse. Nā cū seruitus sit obediētiaꝫ fracti animi atq; abiecti ⁊ arbitrio suo carētis: quis neget oēs leues: oēs cupidos: oēs deniq; improbos esse seruos. hec ille. ¶ Scd̄o deus rōnabiliter obligauit hoīes ad obseruantiā p̄ceptoruꝫ ꝓpter iustificationē. Decēs nāq; est iustū iudicē ꝟm merita retribuere: sed meritū ⁊ demeritū nō habet locū vbi nulla cadit obligatio legis: quare conueniens fuit vt deus hoīem cui cōtulerat liberū arbitriū ꝟm iusticiā remuneraret. Qꝛ si obijceret̄ ꝙ maioris liberalitatis est dare aliquid sine merito q̄ cū merito: ⁊ deus est liberalissimus: ergo videt̄ ꝙ debuit hoī dare beatitudinē sine merito: ⁊ ꝑ ꝯn̄s sine mādatoꝝ obligatiōe. Dici pōt ꝙ lꝫ hoc veruꝫ sit ex parte dei dātis beatitudinē sine merito: nō tn̄ est tāte glorie ⁊ excellētie ex parte suscipiētis. Et qm̄ dn̄s in cōferēdo p̄miū nō tm̄ attēdit sue liberalitatis manifestationē: immo etiā ⁊ glorie nr̄e ꝓmotioneꝫ hinc est ꝙ maluit nobis dare eternam beatitudinem per impletioneꝫ mandatorum ⁊ meritum obedientie: q̄ nullo merito precedente: neq; propterea me-

rita nra derogant diuine liberalitati: q; deus remunerat vltra cōdignū. Ob qđ Piero. in q̄stionib⁹ ad helbidiā exclamat di. O quāta beatitudo p;o pauris magna recipe: eterna p breuib⁹: p morituris semp̄ viuētia: ⁊ habere deū debitorē. Et idem ad Celan. iā inquit: Quid tam ingratū: quid tā superbū videri pōt: q̄ aduersus eius viuere volūtatē qui ideo aliq̄d impatyt causas habeat remunerādi. Neq; enim obsequij nr̄i deus indiget: sz nos illi⁹ indigem⁹ impio. ħ ille. ¶ Tertio rōnabiliter deꝰ obligauit hoīes ad obseruāda mādata ꝓpter humiliationē. Decēs nāq; erat vt hō deū cognosceret superiorē ⁊ dīm suū: se autē seruū ⁊ inferiorem. Et si ad eius famulatū cūcta mouent eiq; obediūt: vt insensibilia elemēta: terra: aq̄: aer: ⁊ ignis: planete: herbe: arbores: ⁊ pecora cāpi: fontes: flumina: maria: volucres celi: pisces maris: sol: luna: stelle: ⁊ celestia corpora, quanto magis hō sui creatoris imperio parere debet. Sz heu heu q; in ordine creaturarū nulla est tā pertinax tā p̄sumptuosa tāq; temeraria ad ꝓtēnēdū deū q̄ ingratissimus hō. Quia vt ait Aug. ad heremitas. Ad nutum dei sol a sua via nō deuiat: nō luna: non stelle: cāpi decorant floribus: frōdib⁹ crispatur silua: in nemore citharicat auicula. Insensibilia ⁊ irrationabilia obediūt deo: solus hō dei volūtate resistit. hec ille. Expgiscimini itaq; o pctōres ⁊ audite loquētē deum Deut. iiij. dicentēq;: Custodite mandata dñi dei vestri que ego precipio vobis et de hoc christus deus noster Job. xiiij. dicebat. Si diligitis me mandata mea seruate.

¶ Qz deo est obediēdū: q; p obediētiā assequitur homo bona temporalia: spiritualia: et eterna. Capitulū. iij.

Tertiū qđ nos inducere dz ad obediendū deo est obedientie efficacia. Est enim obedientia efficacissima ad impetrādum maxime tria bona.

Primum temporale.
Secundum spirituale.
Tertium eternale.

¶ Primo obediētia est efficax ad impetrandū bonū tpale. s. prosperitatē ⁊ rerū tēporalium abundantiā. Qđ mostralis deus Deut. xxvj. c. sic declarauit di. Si in preceptis meis ambulaueritis ⁊ mandata mea custodieritis ⁊ feceritis ea: dabo vobis pluuias tēpor⁹ suis. Terra gignet germen suū et pomis arbores replebūtur. Apprehendet messium tritura vindemiam: et vindemia occupabit sementem: ⁊ comedetis panem vestrū in saturitate: ⁊ absq; pauore habitabitis in terra vr̄a. Dabo pacē in finibus vestris: dormietis ⁊ non erit qui exterreat. Auferam malas bestias ⁊ gladius non transibit terminos vestros. Persequimini inimicos vestros: ⁊ corruent coram vobis. Persequentur q̄nq; de vestris centū alienos: et cētum de vobis decē milia. Cadēt inimici vestri gladio in cōspectu vestro. Respiciā vos et crescere faciam et multiplicabo: ⁊ firmabo pactuz meum vobiscum. Comedetis vetustissima veterū: ⁊ vetera nouis superueniētibus prosciētes. Ponā tabernaculum meū in medio vestri: ⁊ nō abijciet vos aīa mea. Ambulabo inter vos: ⁊ ero deus vester: vosq; eritis populus meus. hec ibi. Ve sunt ꝓmissiones quas audiuimus a deo factas in q̄b⁹ tpalia bona offerunt possidēda obseruatibus dei mandata. Sed ecōtra inobediētib⁹ in dicto. c. sic deus oꝑs comminatur di. Si spreueritis leges meas et iudicia mea contēpseritis et nō faciatis ea q̄ a me ꝓstituta sunt ⁊ ad irritū perducatis pactū meū: ego q̄z hec faciā vobis. Uisitabo vos velociter in egestate ⁊ ardore qui cōficiat oculos vestros ⁊ cōsumat aīas vestras: frustra seretis semētē: q̄ ab hostib⁹ deuorabit. Ponā faciē meaz cōtra vos ⁊ corruetis coram hostibus vr̄is: ⁊ subijciemini his q̄ oderūt vos: fugietis nemine psequēte. Sinautē nec sic obedieritis mihi adhuc

ad corruptiones vestras septulū ꝓpter
pctā vr̄a: ⁊ cōteram suꝑbiā diuitie vr̄e:
daboq; vobis celū desuꝑ sicut ferruz et
terrā eneā. Cōsumet̄ incassum labor ve-
ster: nō ꝓferet terra germē suum: nec ar
bores poma prebebūt. Si ambulaueri-
tis ex aduerso mihi: nec volueritis audi
re me addā ad plagas vestras vsq; in
septuplū ꝓpter pctā vestra. Emittāq;
in vobis bestias agri q̄ consumāt vos ⁊
pecora vestra: ⁊ ad paucitatē cūcta redi
gāt: deserteq; fiant vie vr̄e. Q̄ si nec sic
volueritis recipe disciplinā: sed ambu-
laueritis ex aduerso mihi: ego q̄z ꝯ vos
aduersus incedā: ⁊ ꝑcutiaz vos septies
ꝓpter pctā vr̄a: inducāq; suꝑ vos gla-
diū vltorē federis mei. Cūq; ꝯfugeritis
in vrbes mittā pestilentiā in medio ve-
stri ⁊c. ¶ Scd̄o obediētia est efficax ad
impetrādū bonū spūale dei. s. gratiam:
amicitiā: ⁊ beniuolētiā. Hec fuit illa de
cora v̄tus: ꝓpter quā abraā meruit au-
dire angelū sibi di. Per memetip̄m iu-
raui dicit dn̄s: qr fecisti rem hāc ⁊ nō pe
percisti filio tuo vnigenito ꝓpter me:
benedicā tibi ⁊ multiplicabo semē tuū
sicut stellas celi: ⁊ velut arena que est in
littore maris. Possidebit semē tuū por-
tas inimicoꝝ suoꝝ: ⁊ bn̄dicent̄ in semi-
ne tuo oēs gētes terre: qr obedisti voci
mee. Grāde admirādūq; obsequiū deo
prestitit abraā vt ei obediret: sed maio-
ra consecutus est diuine liberalitatis
beneficia. Tentauit siquidem deus illū
sicut scribitur Gen̄. xxij. idest experien-
tiam fecit ꝑm Nico. de ly. nō propter se:
sed propter aliorum exemplum vt filiū
suum dilectum ⁊ vnigenitum immola
ret in monte. Qd̄ vtiq; grauissimū erat
imperium. Primo qr iniūgebatur ei vt
re sibi charissima se priuaret. Secundo
ꝙ filium suum occidi ⁊ mori violenta
morte pateret̄. Tertio qr ad hoc exequē
dum ⁊ cōmittendum suis ꝓprijs mani
bus astringebatur. Quarto qr filius il
le vnigenitus erat neq; alium ex libera
vxore filium habebat. Quinto qr mira-
culose illum genuerat senex iam centū
annoruz cum vxore vetula ⁊ sterili. Se
xto qr magna ꝓmissio facta erat abrae
de ipso. Septimo qr ipse isaac solaciuz
erat matri sue ⁊ baculus senectutis pa
tris. Octauo qr debebat eum nō solum
occidere: sed etiam in igne vrere. Nono
qr noluit deus eum statim audito pre-
cepto illud perficere: sed triduo perseue
rare quousq; venirent ad montem: ad
quem potuissent citius properare. Sed
ideo deo volente vsq; in tertium diem
ibidem non peruenerūt vt sic magis lu
cesceret firmitas voluntatis Abrae ꝑm
Nico. de ly. Unde ⁊ glo. Gen̄. xxij. c. ait:
Non est iussus abraam statim occidere
filium: sed per triduuz ducere ad immo
lationis locum: vt longitudine tempo-
ris tentatio augeretur: ⁊ crescentibus
curis paterna viscera cruciarentur. Ac
cepto itaq; precepto tam difficili abraā
non excusauit: nec p̄cepti causam inter
rogauit: neq; in eius executiōe filij blā-
dientis dulci p̄sentia mutatus est a ꝓ-
posito. Ibant simul erantq; cū eis duo
famuli domus qui ligna inciderant ꝓ
holocausto ⁊ die tertio remanētibus il
lis cum asino: tulit abraam ligna ⁊ im-
posuit super isaac filiū suū: qui ꝑm Jo
sephum agebat tunc annum. xxv. Ipse
v̄o Abraam portabat in manibus suis
ignem ⁊ gladium. O q̄reuerenter cum
pergerent duo simul dicebat Isaac pr̄i
suo: ecce ignis ⁊ ligna vbi ē victima ho
locausti? O q̄ardenter respondebat ei
pater seipsum superans: seip̄m vincēs.
Dominus prouidebit sibi victimaz ho-
locausti fili mi: volūtate sensualitatis
forte secum tacite colloquente atq; di-
cente: Tu es victima quez ego proprijs
manibus interficiam: quem aduram su
per altare vt satisfaciam deo nostro. O
quale spectaculuz: o quale virtutis exē
plum: mente inspicere illos postq̄ vene
runt in montem: postq̄ ibi cōstruxerūt
altare: postq̄ deniq; super illud ligna
composuere. Inquit enim Josephus in
primo antiq̄tatū li. ꝙ abraā añq̄ filiū
ligasset aduocauit illū ad se: dixitq; illi

Primū mysterium cōtemplādum de potentia dei d̄r vniuersalitas. In quo disputādum est: vtrū deus sit oīpotens. Et ꝓ parte vera ⁊ affirmatiua est cōfessio fidei. Nā in vtroqꝫ symbolo patrū. s. ⁊ apl̄oꝝ deū oīpotētē decantam⁹. Et hoc colligit̄ ex vtriusqꝫ testamēti pagina. Vñ Gen̄. xvij. dixit deus ad abraā Ego dñs oīpotēs: ambula coraꝫ me. Et Gen̄. xxxv. dixit deus ad iacob. Ego deus omnipotēs: cresce ⁊ multiplicare. ⁊ Gen̄. xliij. qꝛ iacob remisit filios in egyptū. ait: Deus meus op̄s faciat eū vobis placabilē. ⁊ Exod̄. xv. Op̄s nomē eius. ⁊ Tobie. xiij. Nō est alius deus oīpotēs preter euꝫ. ⁊ Judith. xvj. Deus omnipotens tradidit holofernem in manus femine ⁊ confudit eum. ⁊ Job. xiij. Ad oīpotentem loquar ⁊ disputare cum deo cupio. ⁊. xxiij. Deus emolliuit cor meuꝫ ⁊ omnipotens conturbauit me. Et Hester. xiij. Mardocheus orans dixit ad deum. Dñe rex oīpotēs in dictione tua cuncta sunt posita: ⁊ nō est qui tue possit resistere voluntati. ⁊ sapiens Ecc̄i. j. Vnus est altissimus creator omnium oīpotēs ⁊ rex potēs metuēdus nimis. ⁊ Apoc̄. j. Ego sum alpha ⁊ o mega principium ⁊ finis: dicit dñs deus qui est ⁊ qui erat: ⁊ qui vēturus est omnipotēs. Et Apoca. iiij. Clamabāt quattuor ani-

malia. Sctūs sctūs sctūs dñs de⁹ op̄s. Et Apoc. xv. Magna ⁊ mirabilia sunt opa tua deus omp̄s. Et. xvj. Audiui alterū angelū dicētē: Etiā dñe deus op̄s vera ⁊ iusta sunt iudicia tua. Sz ꝯtra hanc veritatem instari pōt tripliciter.

Primo qꝛ de⁹ nō pōt oē possibile.
Scdo qꝛ nō pōt qdlibet īpossibile.
Tertio qꝛ ī deo nihil est defectibile.

¶ Primo instat ꝙ de⁹ non sit omp̄s ex eo qꝛ nō pōt oē possibile. Nam multa sūt possibilia agēti creato vt posse pati posse currere: posse peccare: posse mori: posse mētiri: que tñ nullo modo pōt deus: ergo non est omp̄s. ¶ Ad hoc respōdet sctūs Boñ. dist. xlij. p̄mi. ꝙ ꝟm phi sentētiā quedā sunt q̄ dicūt potentiā quātū ad modū dicēdi: dicūt tamē impotētiā a ꝑte rei. vt posse mori: posse corrūpi. Nā si interrogarē aliquē q̄d magis eligeret: an potētiā habere moriēdi aut illa priuari: rñdet ꝓtin⁹ magis velle potentia illa carere. Propter hoc intelligēdū notādū est ꝙ quedam sunt que posse est potētia simplr ⁊ ꝑfecte: vt posse intelligere: ⁊ opari. Quedā sunt q̄ posse est potētie: tñ impfecte vt currere ⁊ ambulare. Isti em̄ act⁹ dicunt simul actionē ⁊ passionē siue defectū in agēte. Quedā q̄ posse est impotētie simplr: vt priuationes: vt posse peccare: posse mori: ⁊ hmōi. Scdm hoc intelligēdū ꝙ cū potētia dei sit potentia perfectissima: illa pōt de⁹ per se ⁊ in se que sunt potentie simpliciter: vt intelligere ⁊ operari. Illa v̄o q̄ sunt impfecte potentie pōt quidē non in se: sz per se pōt. Et hoc qd̄ est ibi ꝑfectionis in se nō pōt ꝓpter illud qd̄ est ibi impotentie ⁊ impfectionis q̄ in eo nō cadunt. Illa aūt que sunt simpliciter impotentie nec pōt in se nec ꝑ se. Per se nō pōt qꝛ nihil est a deo qd̄ nō sit a deo per se ⁊ īmediate. Hoc aūt qd̄ est defect⁹ non pōt esse in deo nec a deo: qꝛ de⁹ nō deficit in essendo nec in agendo. Iō Aug. vt recitat magister in textu: remouet a deo quattuor. s. mori: falli: miserū esse: ⁊ mentiri: qꝛ ista dicūt defectum ipsius hominis. Nam quadruplex est actus ⁊ quadruplex est potētia. Prima est potentia viuificatiua: et huius actus est viuere: ⁊ cōtra hunc est defectus mori. Secūda est cognitiua: cuius act⁹ est noscere: ⁊ ꝯtra hunc est defect⁹ falli. Tertia est potentia affectiua: ⁊ huius act⁹ est velle siue amare ⁊ delectari: ⁊ cōtra hunc est miserū esse. Quarta est potentia operatiua: ⁊ huius actus est agere: ⁊ ꝯtra hunc est vinci ⁊ superari. Ex his aūt quattuor genera actuū remouētur a deo: scilz corporales siue instrumētales vt currere ⁊ ambulare: actus culpabiles vt peccare ⁊ mentiri: actus passiui vt vinci ⁊ supari: actus defectiui vt mori ⁊ falli. Et tales act⁹ habēt potentiā ꝯiūctā defectui. Et sic pz solutio obiectionis prime. Scdo instat ⁊ obijcit ꝙ deus nō sit omp̄s: qꝛ nō pōt oē impossibile. Nā īpossibile d̄r triplr vel ꝟm naturā vt de ceco fieri videntē: vel ꝟm tp̄s: vt te nō fuisse exquo fuisti: vel ꝟm disciplinā: vt idem esse nigrū ⁊ albū: qꝛ oīs sciētia supponit illud principiū ꝙ duo opposita nō possunt esse simul vera. Sz deus nō pōt impossibile ꝟm naturā: qꝛ vt dicit Aug. in lib. de vera innocentia. Deus ita est omp̄s vt nunq̄ rōni sue instituta euellat. Et idē Aug. sup Geñ. ad litterā. Tā nō pōt de⁹ facere ꝯtra naturam quā bonā instituit: q̄ non pōt facere ꝯtra volūtatē suā. Non potētiā deus facere īpossibile ꝟm tp̄s qꝛ vt inquit Hiero. ad Eustochiū. Cuz cetera possit deus nō pōt de corrupta facere virginē. Quod dictū non est intelligenduz quin deus possit reparare claustra: sed quia que corrupta est impossibile est non fuisse corruptam. Itē non potest deus impossibile ꝟm disciplinā. scilicz vt duo opposita sint simul in eodem subiecto: vt ptz oībus sapiētib⁹: ergo sequit ꝙ deus nō sit omp̄s. ¶ Rñdet sctūs Boñ. ꝙ nos iudicamus aliq̄d īpossibile quadrupliciter. Uno mō ꝑlimitationem naturalis potētie:

vt virginē parere. Alio modo p limitationē nature intellectiue: vt duo corpora esse simul in eodē loco: vel idē corp esse in diuersis: vel maius corpus esse in minori loco: q̄ nullo modo possum⁹ capere: cuz nr̄a imaginatio semp dicat oppositū. Uñ etiā qñ deus sic facit in sacramento altaris: necesse est vt ratio sup̄a se eleuetur ⁊ credat. Tertio modo iudicamus aliq̄d impossibile ꝓpter proportionē oīs entitatis ꝑm oēm comparationē. s. principij medij et vltimi: vt preteritū non fuisse preteritum. Oīs enim potētia q̄ intelligitur aliq̄d facere respicit ens vel in rōne principij vel termini vel vtroq̄ modo. Uñ deus potest facere de ente non ens: ⁊ de nihilo aliquid: ⁊ de vno aliud. Sed non pōt de vno ente facere nō ens: q: ꝑ nullius est potētie. Quarto modo iudicamus aliquid impossibile ꝑm illustrationem veritatis eterne ⁊ ordinē diuine sapiētie. Nā q̄ duo opposita insint eidem ⁊ ꝑm idē: hoc ipsa veritas eterna eoipo q̄ veritas est indicat ⁊ illustrat vt iudicetur impossibile: sicut duo ⁊ tria nō esse quinq̄. Quando ergo ꝺr q̄ de⁹ nō potest quodlibet impossibile: q: nō potest impossibile p limitationē naturalis potētie. Rñdemus q̄ hoc est falsuz sicut experiētia docet in operibus miraculosis. Et ad illud q̄ obijcit̄ ex dictis Aug̃. dicēdū q̄ est tripler ordo nature. s. specialis ⁊ gñalis. Ordo nature spālis trāsmutari pōt ⁊ destrui: q: pōt in alterā differentiā res relabi. Sed generalis nō sic. Specialis ordo attenditur ꝑm potentiā nature spālis. Generalis ordo ꝑm potentiam obediētie q̄ est generalis. Contra hunc ordinē non facit deus sed contra aliū. Q: vt Aug̃. xix. li. de ciuitate dei. ait: Illud est vnicuiq̄ rei naturale: quod de ipsa facere dispoſuerit oīpotētis voluntas. Et de hoc diffusius dicti in sermone de miraculis in qōne. Utrū potētia dei in miracula faciēdo sit ꝓtraria nature. Ideo sufficit nūc cōcludere q̄ de⁹ pōt omne impossibile ꝑm limitationē nature: q: potētia dei nō est limitata sz infinita: ⁊ ideo sup̄a naturā. ¶ Scō pōt deus quodlibet impossibile p limitationem nostre intelligētie: q: potētia ei⁹ superat nostrā intelligētiā. Ideo Basiliꝰ dicit ⁊ Hilarius. Plura pōt de⁹ facere q̄ intellectus possit intelligere. Qō Paulus etiā ad Epheſ. iij. cōfirmat dicēs: Potēs est oīa facere supabūdanter q̄ petim⁹ aut intelligim⁹ ⁊c. Impossibile ꝺo tertio modo nō pōt de⁹: q: illud facere est nihil facere. Et ideo cū ꝓteritū nihil sit: deus nō pōt facere ꝓteritū nō fuisse ꝓteritum. Impossibile etiam quarto modo nō pōt de⁹: q: illud esset posse inordinata cōtra ordinē sapiētie sue. Et q̄m deus sic est omps vt nihil possit nisi qđ suā potentiā decet: ⁊ non deordinat sapientiā: ideo hec ipossibilia nō pōt. ¶ Tertio instat̄ q̄ deus non sit omps: quia in eo nihil est defectibile. Si potētia esset in deo: tūc esset aliquod imperfectū: q: ꝑm Aristotelē. ix. Meta. Qualibet potētia melior est ei⁹ actus. Nā forma melior est materia: et actio q̄ potētia actiua. est em̄ finis ei⁹ Sed nihil est melius eo qđ est in deo: ergo nulla potētia sibi erit attribuenda. ¶ Ad hoc rñdet Tho. ꝓte. j. q. xxv. q̄ duplex est potētia actiua scilz ⁊ passiua. Prima est p̄ncipiū agēdi in aliud. Secūda est principiū patiēdi ab alio. vt ptz. v. Meta. Potētia passiua non est in deo sed actiua tm̄: eo q̄ sibi maxime cōpetit esse principiū actiuum: et nullo modo pati. Ideo ad auctoritatez Aris. dicēdū est q̄ qñ actus aliud est a potētia opz q̄ actus sit nobilior potētia. Sed actio dei nō est aliud a potentia eius: sed est vtrūq̄ essentia diuina: q: ꝑm Aug̃. li. de fide ad Petrū. qcqd est ī deo est ipe deus. Cōuenit igit̄ omnipotentia ipsi deo ꝑm fidei scte ⁊ scripturaz sacraz dogmata. Et istātie pretacte cum iam sint solute ei preiudicare non possunt.

¶ Qualiter oīpotētia dei est incōicabi

lis: ⁊ tñ ab illa depēdet oīs alia potentia: et ip̄a nunq̄ deficiet sed durabit in eternum. Capitulum.ij.

Secūdū mysteriū declarandū de potētia dei d̄r q̄litas. In quo notabunt̄ tres ei⁹ qualitates seu conditiones.

Prima d̄r incōicabilitas.
Secūda principalitas.
Tertia d̄r durabilitas.

¶ Prima q̄litas seu ꝯditio potētie dei d̄r incōicabilitas. Nā licz de⁹ multa dederit tā angelis q̄ hoīb⁹: tñ nūq̄ cōicauit oīpotētiā suā. Nam vt dicit dñs Boñ. dist. xiiij. ij. li. Oīpotētia cōicari nō pōt alicui creature: q̄ oīs creatura eoip̄o q̄ ex nihilo est deficit a summa stabilitate. vñ q̄ nō existit p seip̄am deficit a summa simplicitate. vnde q̄ nō agit p se totā deficit a summa īmēsitate. vñ distare pōt in ip̄a virt⁹ a sub̄a: ⁊ qm̄ p se nō subsistit nec in se nisi sustentet̄ a diuina potētia: qm̄ nō pōt seip̄az sustinere: iō īpossibile est ip̄am esse omnipotētiā. Rursus qm̄ ex seip̄a tota nō agit: nō pōt in totā rei sub̄am. ⁊ iō nō pōt esse omp̄s cū nō possit totū producere. ¶ Postremo q̄ virt⁹ eius distat a substātia tātū pōt elōgari q̄ oīno deficiet: vñ nō pōt in oīa. Sicut ergo soli deo cōuenit summa stabilitas summa simplicitas summa immēsitas: sic etiā oīpotētia: q̄ necessario req̄rit hec tria. Sz dubiuz est de aīa xp̄i: an ei cōicata fuerit oīpotētia: qm̄ vr̄ q̄ sit ex v̄bis ei⁹ Mat. vlt. Data est mihi inq̄t oīs ptās in celo ⁊ in terra. Ubi glo. hoc nō de coeterna p̄ris deitate: sz de assumpta d̄r hūanitate. Et iterū glo. sup illud Lu. j. Hic erit magn⁹. di. Nō q̄ ante partum virginis magn⁹ nō fuerit: sz q̄ potētiā quā dei fili⁹ natural̄r hz: hō ex tp̄e erat accepturus. Uerūtñ Richar. de media villa in. iij. di. xiiij. ꝯcordās cū Boñ. ceterisq̄z theologis dicit q̄ aīa xp̄i nō est op̄s: q̄ omnipotētia includit actiuam potentiā infinitā extēsiue. In aīa autē xp̄i cū sit creatura nō est nec esse potest actiua potētia infinita intensiue: quia cū vnūq̄dq̄z agat s̄m q̄ est in actu: ⁊ patiatur inquātū est in potētia: quātum res habet de actiua potētia tantum hz de actualitate. Ergo potētia actiua infinita includit actualitatē infinitā in habēte illā potētiā. Actualis aūt infinita in nulla creatura esse pōt: q̄ oīs actualitas creature cū passibilitate p̄mixta est. Possum⁹ tñ dicere q̄ aīe xp̄i cōicata sit oīpotētia: eo mō quo cōicat̄ ei nomē ⁊ existētia deitatis hoc est per cōicationē idiomatū: q̄ ortū hz ex p̄sonali vnione. Sicut em̄ possum⁹ dicere q̄ hō est deus: ita possumus dicere q̄ homo est omp̄s. Et sic intelligunt̄ glose supius allegate: s̄m. s. illū modū loquēdi quo idiomata cōicant̄. ¶ Scd̄s cōditio seu q̄litas potētie dei d̄r p̄ncipalitas. Ip̄a enim vna sola p̄ncipalis ⁊ singularis est potētia q̄ a nullo depēdet a qua sunt oēs alie. Uñ xp̄s in euāgelio Job. xix. dixit Pylato. Non h̄res in me ptātē nisi tibi datuz esset desup. Et Paulus Rom̄. xiij. Nō est inq̄t potestas nisi a deo. Que verba ponuntur xxiij. q. j. c. Quid culpat̄. Jō nihil pōt creatura nisi q̄ deus iubet vel finit. Et tādiu potuerunt homines dominari q̄diu sibi placuerit. ¶ Tertia ꝯditio diuine potentie d̄r durabilitas. Ip̄a q̄dē est q̄ semp durabit ⁊ nō deficiet. Unde Daniel̄. vij. Ptās ei⁹ ptās eterna q̄ nō auferet̄: ⁊ regnū ei⁹ qd̄ nō corrūpet̄. Et reuera ita est qñ oīa regna mūdi q̄ potentissima olim fuere ad nihilū deuenere: de quibus latius dicem⁹ cū tractabimus de contemptu mundi.

¶ Q̄ potētia dei cognosci pōt p creationē ⁊ cōseruationē rer̄ ac p punitionē oīm malor̄ tā āgelor̄ q̄ hoīz. Cap. iij.

Tertiū mysteriū cōtēplādum de potentia dei d̄r claritas. Nam licz sit infinita: tñ magnitudo eius in triplici effectu nobis declaratur.

Primus dicit̄ creationis.
Scd̄s cōseruationis.

Tertius punitionis.

¶ Primꝰ effectꝰ in quo declaratꝫ nobis potentie dei magnitudo dicitur creationis. Nam totuꝫ hũc mundũ constat eius virtute esse factũ. Ipe em̃ deꝰ potẽtia sua cũcta creauit de nihilo: ĩ quo admirari cogimur ineffabilẽ potẽtiam eius. Nã si oẽs phi: oẽs viri docti: oẽs huiꝰ seculi sapiẽtes: oẽs deniq; reges ⁊ principes terre: quotquot fueruntvsq; in hanc horã: ⁊ quot sunt etiam ⁊ quot erunt vsq; ad ꝯsummationẽ mũdi congregarentꝫ insimul et deliberarent siue cõtẽderẽt de nouo in esse ꝓducere vnũ minimũ flosculũ cãpi: aut minimũ vermiculũ terre: aut pisciculũ aq̃: aut auiculam celi: ꝓfecto laborarẽt in vanuꝫ. Et q̃s est q̃ creauit oĩa: q̃ fundauit terrã: qui mari eã circũdedit: q̃ cõdidit celos: solẽ ⁊ lunã: ⁊ cuncta sydera q̃ sunt in eis: q̃ angelos ⁊ hoĩes fecit ad beatitudinẽ ordinatos. Nẽpe dei potẽtia. O magne deus tibi nõ ĩmerito loquitꝫ Dauid in ps̃. lxxxviij. dicẽs: Potẽs es tu ⁊ veritas tua in circũitu tuo. Tu dominaris ptãti maris: motũ aũt fluctuũ eius tu mitigas. Tui sunt celi: ⁊ tua est terra: orbẽ terre ⁊ plenitudinem eiꝰ tu fundasti: aquilonem ⁊ mare tu creasti.

¶ Secũdus effectus in quo relucet potentia dei d̃r conseruatio. Nãvt inquit Greg̃. Cũcta in nihilũ tẽderẽt nisi manus cõditoris ꝯseruare. Que verba ponuntur in tex. a magistro dist. xxxvij. ij. li. Et sicut creaturas in esse conseruat: ita cũ vult illarũ proprietates ĩmutat. Ipsa equidẽ potentia dei diuisit mare rubrũ in diuisiones. Exod̃. xiiij. c. Ipsa fuit q̃ tot signa ostẽdit populo iudaico in deserto. vt ptꝫ Exod̃. in capitulis sequẽtibus. Ipa tẽperauit ignẽ vt non vreret pueros positos in fornace babylonis. Dañ. iij. c. Ipsa deniq; superna potentia dei quoscũq; miraculosos effectus supernaturaliter est operata.

¶ Tertius effectus in quo declaratꝫ nobis magnitudo diuine potẽtie dicitur punitio. Puniuit semp̃ equidẽ q̃n voluit deus oẽs inimicos suos: ⁊ nullus vnq̃ inuentus est q̃ valuerit se ab illo defendere. Nõ angeli: nõ hoĩes q̃ confidebãt ⁊ gloriabantꝫ in virtute sua. Et quis angelos malos de celo empyreo: ⁊ de illa delitiosa habitatiõe priuatos oĩ beatitudine exire fecit? Potẽtia dei. Quis a terrestri paradiso primos homines q̃ imperabãt auibꝰ celi: piscibꝰ maris: ⁊ bestijs terre ad hãcvallem lachrymaꝝ eiecit? Potẽtia dei. Quis gigãtes potẽtissimos ⁊ robustos submersit in aquis diluuij? Potẽtia dei. Quis tot reges ⁊ tyrãnos: tot malos homĩes crudeles ⁊ ĩpios: quot in mũdo sepius fuereyt Sẽnacherib. pharao. Holofernes. Antiochꝰ. Nero. Domicianꝰ. Julianꝰ. Antoniꝰ. Seuerꝰ. Cesar. Põpeiꝰ Hãnibal. ⁊ reliq̃s extermĩauit de terra Potẽtia dei. Quis oẽs hoĩes mũdi stare coget añ tribunal iudicãtis rõnẽ de suis opibꝰ reddituros? Potẽtia dei. O miseri mortales: o v̄miculi: o p̃sũptuosi pctõres an ꝯfiditꝫ ĩviribꝰ vr̃is At ignoratꝫ q̃magna sit potẽtia dei nr̃i: et cur illũ ꝯtẽnitꝫ. Cur eiꝰ p̃ceptꝫ nõ obeditꝫ: cur eiꝰ monitꝫ nõ acq̃escitis. Cur a peccatis q̃ sibi displicẽt nõ abstinetꝫ. Humiliamini (ĩq̃t Pe. j. epl̃a. v. c) sub potenti manu dei vt vos exaltet: qm̃ q̃ se hũiliat exaltabitꝫ: ⁊ q̃ se exaltat hũiliabitꝫ. Ergovt finis sit huiꝰ ꝑmõis id agere vnusq̃sq; dꝫ vt ꝯsiderata potẽtia dei reuertatꝫ ad pnĩaꝫ ⁊ cũ plebe collaudet illũ q̃ patꝰ ẽ penitẽtibꝰ liberal'r ĩdulgere: ꝯcedẽs hic gr̃am: ⁊ ĩ futuro gl'iaꝫ ĩ q̃ viuit ⁊ regnat deꝰ: p̃ ĩfinita scl'a scl'oꝝ.

¶ Feria secũda post dominicã in quinquagesima de timore dei qui est efficacissima medicina ad conuertendũ peccatores ad penitentiam. Sermo. xvj.

Omnis plebs vt vidit dedit laudẽ deo Luc̃. xviij. hec verba scribuntur. Que dicta sunt in precedentibus mouere debent omnium hominuꝫ corda ad

deū oīpotētē vt illū timeāt ⁊ vereātur. Qm̄ aūt paucissimi sunt q̄ eius timorē hūc sanctū habeāt: iccirco in hoc sermone de ipso erim⁹ tractaturi. Ipse etem̄ deū optime laudat q̄ eū vt decet timet ac colit. Nā vbi timor est ibi ⁊ fuga mali siue pctī: qr vt dicit Augu. sup Job.x. c. Timor est fuga mali spūalis ne pdat homo qd̄ amat. Ut igitur plenā de ipo habeamus noticiā tria principalia mysteria proponimus declaranda,

Primum dicitur ratio.
Secundū distinctio.
Tertium duratio.

¶ Cur deus qui summe bonus est ac totus suauis et dulcis timeri debeat et possit a nobis. Capitulum.j.

Primū mysteriū declarandū dicit̄ ratio. In quo disputādum est cur deus timeri debeat. Nā videt̄ quibusdaz id nullo pacto conuenire: eo ꝙ obiectū timoris est malū. Vñ Aristo.ij. Rheto. Illa inq̄t timemus ex q̄bus nobis mala ꝓueniunt. Sed deus est summū bonū a quo nō egrediunt̄ nisi bona ꝟm Dionysiū in li. de diui. no. ergo de⁹ nō pōt esse timoris obiectū: ⁊ per consequēs nō erit timēdus. Sed in cōtrariū est oīs scriptura que vt deū timeamus amplissime cōmendat ⁊ clamat. Unde Deut. xiiij. dei viuentis hec sunt verba ad Moysen. Cōgrega ad me populum vt audiāt sermones meos: ⁊ discant me timere om̄i tēpore. Et ibidē. vj. c. Dñm deū tuum timebis: ⁊ illi soli seruies. Et Josue. xxiiij. Timete deum ⁊ seruite illi corde perfecto. Et.j. Reg. xij. Timete dñm ⁊ seruite ei soli in veritate. Et Tobie. iiij. Multa bona habebimus si timuerimus deū. Et Judith. xvj. Qui timent te magni erūt apud te per oīa. Et Dauid ps̄. ij. Seruite dño in timore. Et ps̄. v. Adorabo ad templū sanctū tuum in timore tuo. Et ps̄. cxviij. Confige timore tuo carnes meas. Et sapiens Ecc̄i j. Timor dñi gloria et gloriatio ⁊ leticia et corona exultationis. Et ibidē. Timēti deum bene erit in extremis: ⁊ in die defunctionis sue benedicet̄. Et iteruz ibi. Initium sapiētie timor dñi. Et.ij.c. Fili accedens ad seruitutē dei sta in iusticia ⁊ timore. Et.c.x. Gloria diuitum honoratorū et pauperū timor dei est. Et.xix. Da locum timori altissimi: qr omnis sapientia timor dei. Et.xxiij. Nihil meli⁹ q̄ timor dei. Et.xxv. Beatus homo cui donatuz est habere timorē dñi. Et Prouerb. xiiij. Timor dñi fons vite vt declinet q̄s a ruina mortis. Et. xxiiij. Time deuz fili mi ⁊ regem. Et Malach. j. Si ego dñs vbi est timor me⁹. Et Neemie v. Quare non in timore dñi dei nostri ambulatis. Et Hiere. x. Non est similis tui dñe: magnus es tu et magnū nomē tuū in fortitudine: quis nō timebit te o rex gentiū. Et Michee. vj. Salus erit timentibus nomen eius. Et.ij. Cor. v. Scientes timorem dñi hoībus suademus. Et xp̄s Matth. x. Eum timete qui habet potestatē animā ⁊ corpus perdere in gehennā. Et ꝓpter hec omnia Johan. Apoca. xiiij. ait: Uidi alterū angelum volantē per mediū celū habentem euāgeliū eternū vt euāgelizaret sedentibus sup terrā ⁊ super oēm gentē et tribum: ⁊ linguā ⁊ populū: dicens magna voce. Timete dñm et date illi honorem. Ex his autoritatibus apparet ꝙ deus est timēdus. ¶ Et ꝓ solutione obiectionis facte notādū est ꝟm Tho. ij. ij. q. xix. ꝙ timor duplex obiectū habere potest. Quoꝝ vnū est ipsum malū qd̄ homo refugit. Aliud aūt est illud a quo malum prouenire pōt. Primo modo deus qui est ipsa bonitas obiectū timoris esse nō potest. Scd̄o aūt modo potest esse obiectum timoris inquātum ab ipso vel ꝑ cōparationē ad ipsum nobis potest aliquod malū imminere. Ab ipso quidem pōt imminere malū pene: qd̄ nō est simpliciter malū sed ꝟm quid. Bonū autez simplr̄ cū bonū dicat̄ in ordine ad finē. Malū aūt importat huius ordinis priuationē. Illud autē est malū simplr̄ qd̄ excludit ordinē a fine vltimo: qd̄ est ma

lum culpe. malū aūt pene est quidē malum inquātū priuat aliquod particulariter: est tñ bonū simplr̄ inquātū dependet ab ordine vltimi finis. per comparationē aūt ad deū pōt nobis malū culpe ꝓuenire si ab eo separemur. Jō dicere possumus ꝙ triplici rōne deꝰ merito sit timēdus a nobis ⁊ ab oībus hoībus.

Primo ratione separationis.
Secūdo ratione flagellationis.
Tertio ratione dānationis.

¶ Primo timēdus est deꝰ rōne separationis: qꝛ lꝫ ipse sit bonꝰ: grāde tñ malū est ipsi aīe cū ꝓpter suā culpā ab illo separat̄: maius etem̄ malū est ꝑ culpā separari a deo q̄ꝫ sine illa omnes atrocissimas penas sustinere. Vñ Ansel. in li. de sil̄itudinibus ait: Si hic cernerem pcti pudorē ⁊ ibi inferni horrorem ⁊ necessario vni eoꝝ haberē immergi: priꝰ me in infernū mergerē q̄ꝫ in me pctm̄ dimitterē: mallē em̄ purus ⁊ innocēs gehennā intrare q̄ꝫ corde pollutꝰ et sorde indutꝰ celestia regna tenere. hec ille. Et nimirū ita est ꝙ om̄e dānū incōparabile est separationi ab ipso deo. Qd̄ cōsiderans Dauid post cōmissionē pcti dicebat ps̄. xlj. Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte: dū d̄r mihi quotidie vbi est deꝰ tuus. Cognoscebat se q̄ppe a deo separatū ⁊ dolebat: cōsiderabat dānum ⁊ tristabat̄: audiebat suā cōsciam sibi dicentē: Vbi est deus? Vbi fons oīs boni? Vbi qui te creauit vt sui participem in eterna gloria faceret. Et tūc amarissime flebat. Heu me qꝛ ꝑdidi illū? perdidi inquā qñ ꝑ pctm̄ ab illo discessi ⁊ me spōte sua priuaui. O flendū malū: o dolendū dānum perdidisse deū. O peccatrix: o vana creatura cur peccare non times qñ certissima esse potes per peccatū priuari deo. Times perdere tꝑalia hec et caduca bona: cur nō times perdere deū celi. Timendus est itaq̄ꝫ vt dictū est deꝰ ne ꝑ pctm̄ aīa separetur ab illo. ¶ Secūdo timēdus est deus rōne flagellationis. Ipse equidē est qui ⁊ sepe ⁊ multipliciter propter pctā pctōres flagellat, multa īq̄t ps̄. xxxj. Flagella pctōris. Ab illis autē nullus vt in superiori sermone tractatū est se defendere valet. Non valuit se defendere Sennacherib cum centū. lxxxv. milibus armatoꝝ quando vna nocte angelus dñi oēs illos interemit: ⁊ filij ipsius Sennacherib iudicio dei ꝑcusserūt eū gladio ⁊ interfecerunt in teplo: vt d̄r. iiij. Regū. xix. Nō valuit se defendere Antiochus cū om̄i potētatu suo: quē suꝑbia repletū ignē spirātez in iudeos manꝰ dei horribili plaga percussit ⁊ de curru cecidit. Isq̄ꝫ qui sibi videbatur etiā fluctibus maris imperare supra humanū modū suꝑbia repletus: ⁊ montiū altitudines in statera appendere humiliatus ad terrā in gestatorio portabat̄ manifestā dei v̄tutē in semetipso contestās ita vt de corꝑe impij vermes scaturirēt ac viuētes in doloribus carnes eiꝰ effluerēt: odore etiā illiꝰ ⁊ fetore exercitus grauaret̄: ⁊ qui pauloante sidera celi cōtingere se arbitrabat̄ eū nemo poterat ꝓpter intolerantiā fetoris portare. In doloribus etiā suis dicebat. ij. Machab. ix. Justū est subditum esse deo: ⁊ mortalem nō paria deo sentire. Igit̄ homicida ⁊ blasphemꝰ pessime ꝑcussus: ⁊ vt ipse alios tractauerat peregre in mōtibus miserabili obitu vita functus est. vt habet̄. ij. Mach. ix. Non valuit se defendere cōtra deū Herodes agrippa cuꝫ suis delitijs. de quo refert Eusebius in. ij. Eccle. historie li. ⁊ Josephus. ix. li. antiq̄tatū. ꝙ cū regnasset tribus annis in imperio iudeoꝝ venit Cesareā ciuitatē que priꝰ Turris stratiōis appellabat̄: vbi in honorē Cesaris spectacula oībus edidit. Ad quā ciuitatem maxima nobiliū ciuiūq̄ꝫ multitudo cōuenerat. Scd̄a v̄o spectaculoꝝ die indutus veste fulgēti mirabil̄r auro ⁊ argēto cōtexta: incipiēte die ꝓcedit ad theatrum: vbi cū primos solis radios argētee vestis gremio suscepisset: reꝑcussio splēdoris duplicatā spectātibus lucem fulgor metalli vibrātis effudit: ita vt intuētibus ꝑstringeret aciē terroris aspe-

ctus: ⁊ ꝑ hoc plus aliq̄d de eo q̄ huma
na natura est artifex arrogātia mētire-
tur. Illico ergo adulātis vulgi cōcrepāt
voces honorem sonātes hinc atq; illinc
deū acclamāt. Post paululū ꝟo mortife
rā corde passionē suscipiēs ⁊ vehemen-
ter vteri dolore ꝑcussus cū festinatione
a suis ad regalia portat: quos ipe respi
ciēs dicebat: Heu ego vester deꝰ ducor
ad mortē. Post q̄nq; ꝟo dies nimio vē-
tris dolore confectus vita priuatus est.
Quid dicā de herode ascalonita? Quid
de diocletiano ⁊ maximiano? Quid de
domiciano? Quid de herode? Quid de-
niq; de oībus p̄sumptuosis ⁊ arrogāti-
bus pctōribus quos dei manus humi-
liauit? Longū certe esset singulorꝫ exem
pla recēsere. Iccirco nullus in seipso cō
fidere dz: nō in delitijs: nō in pulchritu
dine: nō in fortitudine: nō in dn̄io: non
vtiq; in quocūq; tēporali presidio. Ab
oībus timēdus est deꝰ: q̄ pōt oēs etiaz
tēporaliter aspera disciplina castigare.
¶ Tertia rō quare timēdus est deus d̄r
dānationis. Ipse nāq; vt diximꝰ in su-
perioribꝰ dānabit iniquos eternis igni
bus cruciādos. Et lz dānatio iniquorū
mala sit eis quos affligit: veruntn̄ bo-
na est inquātum prouenit a iusticia dei
ordinata ad malos puniēdos. Ideo vt
rationes pretacte bene cōcludunt deus
merito est a nobis timēdus.

¶ De multiplici timore ⁊ sufficiētia eiꝰ
⁊ qualiter pōt hō in timore deficere aut
ꝓficere peccare vel mereri. Cap̄m.ij.

Secundū mysteriū declarādū
dicit distinctio. Ut em̄ colli-
gitur ex dictis magistri i.iij.
dist. xxxiiij. triplex timor po-
test distingui.

Primus dicitur naturalis.
Secūdus dicit vitiosus.
Tertius dicitur virtuosus.

¶ Primus timor d̄r naturalis q̄ oritur
ab ipsa natura: quo q̄libet timet natu-
raliter quelibet contraria atq; nociua:
qui timor nō est meritorius nec demeri
torius. Hic timor fuit in xp̄o. de quo d̄r
Matth.xxvj. Cepit iesus pauere ⁊ tede
re ⁊ mestus esse. ¶ Scd̄s timor d̄r vitio
sus: qui nascit a cōcupiscētia: ⁊ hoc du-
pliciter: q̄ aut a cōcupiscētia sui: aut a
cōcupiscētia suoꝝ. Si a cōcupiscētia sui
d̄r timor humanus. Si a cōcupiscentia
suoꝝ vocat timor mūdanus. Timor hu-
manus est cuz aliq̄s timet plus debito
corpori suo. Hoc ꝓhibet Mat.x.ex ꝟbo
xp̄i di. Nolite timere eos qui occidunt
corpus. Et Job.xij. Qui amat aīam suā
perdet eā. Et sumit ibi aīa ꝓ vita: sicut
etiā sumit Matth.ij. ⁊ Job.x. ⁊ in ple-
risq; scripture sacre locis. Pro hoc timo
re cohibēdo dicit Job. Chryb.xj.q.iij.c.
nolite timere. Nolite timere eos q̄ occi-
dūt corpus: ne forte ꝓpter timorē mor-
tis nō libere dicatis q̄ audistis. Jō non
excusantur qui veritatez quā predicare
tenentur tacēt timore deuicti. Nō excu
satur Petrus qui tali timore negauit
dn̄m xp̄m. Nō excusant deniq; qui pec-
cāt ꝓpter timorē alicuius ꝑsonalis no-
cumēti: q̄ vt dicit Augu. libro de ciuita
te dei. ⁊ ponit.xxxij.q.v.c. ita ne. Potiꝰ
debet q̄s quelibet mala tolerare q̄ ma-
lo cōsentire. Et de hoc d̄r.xxxj.q.ij.c. lo-
thariꝰ. Nec etiā occisores corporis sunt
timēdi cōtra iusticiā hoīes impellētes.
Sunt de hoc exēpla martyrū ⁊ virginū
aliorūq; amicorum dei qui potius mori
elegerūt q̄ negare christū aut facere cō-
tra bonos mores. Sic susanna passa est
potius falso crimine accusari cōdemna-
riq; ad mortem q̄ libidinosis senibꝰ in
adulterio cōsentire. vt habet Dan̄. xiij.
Sic sancta illa vidua tp̄e Antiochi pre-
elegit cū septē filijs quos ipsa ad mar-
tyrium monuit ⁊ induxit crudeliter vi-
tam finire q̄ cōtra legē carnes mandu-
care porcinas: sic Katharina: sic Lucia:
sic Cecilia: sic Agnes: sic relique tandem
ꝟgines magis elegerūt ad mortē tēde-
re q̄ a suo spōso xp̄o viuētes discedere.
O nequā ⁊ subdola excusatio eorum qui
mortaliter peccāt asserētes id facere ꝓ-
pter humanū timorē. Nunq̄d cum dei
adiutorio nō pōt a volētibus superari.

Eiusdem quippe nature cuius ⁊ nos sumus fuerūt sancti ⁊ sancte in quib⁹ humanus timor locū nō habuit. Est alius timor qui d̄r mūdanus q̄ nascit̄ a cōcupiscentia suoꝝ. Et est qñ aliquis nimis timet de reb⁹ suis quo fit vt magis q̄s velit perdere deū q̄ꝫ hec mundialia bona. Iste timor fuit in iudeis cū occiderūt xp̄m. Dicebāt em̄ vt scribit̄ Iob. xj. Si dimittimus eū sic oēs credēt in euꝫ ⁊ veniēt romani ⁊ tollēt locū nostruꝫ et gentem. ¶ Tertius timor d̄r virtuosus qui nascit̄ a gratia. Et si a gratia gratis data d̄r timor seruilis. Si a gratia inchoata dicitur timor initialis. Si a gr̄a cōsummata dicit̄ timor filialis. Timor seruilis est: vt ait Augusti. cū propter timorē gehēne homo abstinet a peccato. Et de hoc timore dicit dñs Bona. dist. xxxiiij. iij. libri. ꝙ est donum spiritussancti: qꝛ vt dicit Augu. quē allegat magister in littera. Bonus est timor seruilis ⁊ vtilis per quem fit paulatim consuetudo iusticie. Insuper sicut donum dei est nosce siue credere penas futuras ꝑ eo ꝙ est sibi quedā cordis illuminatio ⁊ directio sic donum dei est illas penas eternas refugere ⁊ timere ꝑ eo ꝙ ex tali dono est quedā cordis illuminatio et fluxus concupiscentialis restrictio: et in hoc quedam rectificatio. Sed posset aliquis cōtra hoc obijcere sic. Omne donū spūssancti potest stare cū spiritusancto: qꝛ spūssanctus nō repugnat suis donis sed quādo spūssanctus infundit̄: tūc timor seruilis expellit̄: sicut dicit Augu. quē allegat magr̄ in textu. Ergo timor seruilis nō est donū spūssancti. Rñdet dñs Bona. ꝙ dona spūssancti sunt in multiplici differētia. Quoddā nāqꝫ donum est a spiritusancto: sed nō cum spiritusancto: qꝛ preparat ad spiritū salutis ⁊ tale donū ē timor seruilis. Quoddam donū est a spiritusancto ⁊ cum spiritusancto: qꝛ per ipsum cōsecratur habitaculū spūssctī: sicut est donū charitatis. Quoddā v̄o est donum qd̄ a spiritusancto: ⁊ aliqñ cū spiritusancto: ⁊ aliqñ sine spiritusancto: sicut donuꝫ qd̄ est ad spiritussancti manifestationem: ⁊ est ordinatum non soluꝫ ad propriā: sed etiā ad alienam vtilitatem sicut donū prophetie ⁊ donum sciētie que aliquando in bonis: aliqñ in malis reperiri habēt. Cum ergo dicitur ꝙ donū spiritussancti cōpatitur secū spiritūsanctū: dicēdū ꝙ istud habet instantiam in secūdo dono: qd̄ ordinatur ad habitationem spiritusancto preparandaꝫ. Est alius timor ꝓueniēs a gratia inchoata qui dicitur initialis: qui est cū perfecta charitate: qꝛ per hūc timorē timet puniri aliquis: et timet a deo separari quē iam amat: sed timor separationis principalior est. Alius est timor filialis qui est cum charitate perfecta quo quis cauet offensaꝫ patris celestis: sicut bonus filius etiam si sciret ex illa offensa nihil mali sibi accidere. Sed vtinā hoīes mūdano ⁊ humano timore postposito modicū de illo filiali timore tenerēt. Sed vhe mūdo a scandalis: qꝛ nō est timor dei ante oculos hominū. pš. xiij. Nō filialis: nō initialis: non vtiqꝫ seruilis. Perpetrant quippe mala letātes ⁊ gloriātes: ridentes: ⁊ paruipēdentes terribilia iudicia dei. Quis (aiūt) hodie populi peccatores poterit nos offendere. Quid nobis mali aut nocumēti potest euenire. Et si quādo audiunt peccatores cōminantes iram et indignationem dei videtur eis audire in somnium aut fabulā. O fatuitas reprehensibilis: o presumptio detestabilis non timere deum. Nam in diluuio periere gigātes eo ꝙ deum timere noluerunt.

¶ De vsu timoris qui est in patria: qui dicit̄ timor reuerētialis. Cap̄m. iij.



Tertiū mysteriū declarandus d̄r duratio. Uidēdū nāqꝫ est si in patria vbi sancti viuūt in perpetua pace: quiete: securitate et leticia erit aliq̄s timor dei. Et b̄ ꝓpter verba ꝓphete di. pš. xviij. Timor dñi sctūs ꝑmanet ī sclꝫ seculi. Et omissis obiectiōib⁹ audiēda ē

sentētia dī. Boñ, q̄ ꝑfata. xxiij. di. iij. li. dicit: ꝙ timoris est facere tria. videlicꝫ

Penam vt fugiat.

Offensionem vt ipam caueat.

Maiestatē summā vt illi subiaceat: exhibeat debitā reuerentiam.

¶ Et ꝑm b̄ tripler est doni timoris differētia. Unus timor est q̄ ꝓncipal'r respicit penā: ⁊ iste est seruilis vt superi⁹ dictū est. ¶ Alius ꝙ qui vnū oculū hꝫ ad penā sꝫ tñ ꝓncipalior hꝫ ad offensam vitādā: ⁊ hic est initialis. ¶ Tertiꝰ aūt qui vnuꝫ oculū hꝫ respectu offense vitande: aliū respectu reuerētie exhibē de: et hic est filialis. Cuius etsi vsus sit in refugiēdo vt separet a deo: excellentior tñ ⁊ magis ꝓpiuus vsus est in reuertēdo deū ⁊ in refliēdo a summa maiestate ꝙ ꝑpriā paruitatē. Et hic quidē vsus fuit in xp̄o de quo dr Esa. xj. Requiescet sup eū spūs timoris dñi. Et est in sanctis angelis: ⁊ erit in oībus beatis: qui etiā nominari potest timor reuerētialis. Et quātū ad istū oculum et vsum manet domū timoris in patria. Quantū ꝙ ad alios inferiores tollit: q: isti cōpetunt ei ꝑm statū impfectionis. Quia ꝙ remanet ei vsus principalis: hinc est ꝙ non dicitur euacuari: sꝫ magis perfici ⁊ saluari. hec Boñ. Ergo vt inquit ps. cxj. Beatus vir qui timet dñm. Qr timor dñi expellit peccatum. Eccli. j. Et qui timent dñm pparabunt corda sua: ⁊ in ꝓspectu illius sanctificabunt animas suas. Eccli. ij. Et q̄ timet deum faciet bona. Eccli. xv. Et vt Iero. inquit in epistolis. Timor virtutuꝫ custos est securitas ad lapsum facilis. Ergo procuret vnusquisq̄ timere deū vt sic illum collaudet et benedicat qui timentibus se largiter in presenti gratiam: ⁊ in futuro gloriam: in qua omnes sancti exhibebunt ei cum gaudio timorem ⁊ reuerentiam per infinita secula seculorum. Amen.

¶ Feria tertia post dñicā in q̄nquagesima de ieiunio: ad quod penitētes debent animari. Sermo. xvij.

CONuertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio ⁊ fletu ⁊ planctu. Dei viuētis ad peccatores verba sunt ista originaliter Johel'. ij. Propterā est sancte quadragesime deuotissimū tempus in quo sancta mater eccl'ia cūctos fideles inducit ad penitentiam hortaturq̄ maxime vt cōmissas culpas ieiunando abluant ⁊ expurgent. Ueruntū vt Iero. dicit ad Palmachiū ⁊ Occeanum. Quoꝝ deus venter est cultū nolunt amare ieiunium. Sunt nōnulli q̄ ieiunia spernūt: ieiunare nolūt: irridēt ieiunātes: ⁊ qō his deterius est de ieiunio falsa predicāt ⁊ loquunt: Aiunt enī ad nihil fore vtile ieiuniū neq̄ deo gratum stomachū affligere fame abstinereq̄ a cibis quos deꝰ creauit ad vtēdū: neq̄ sapientis est: aut boni viri esse dicūt vt se fame macerando corpus velit perimere ante tempus. Quapropter in hoc sermone de ieiunij laudibus verba facere arbitratus sum perutile ac necessariū. Nā ad illud per os ꝓphete Johelis inuitat nos spiritussanctus: vt ꝓz in verbis premissis in themate. In quibus de ieiunio tria mysteria proponimus contemplanda.

Primum dicitur distinctio.

Secundū institutio.

Tertium cōmendatio.

¶ De multiplici ieiunio: ⁊ quid est ieiunium prout est pars penitētie siue ad⁹ satisfactionis. Capm. j.

PRimū mysteriū cōtēplandū de ieiunio dicitur distinctio Ut enīꝫ pōt colligi ex dictis Alex. in. iiij. volumine sum. ⁊ Rich. in. iij. di. xv. triplex est ieiunū.

Primū dicit naturale.

Scōm generale.

Tertium speciale.

¶ Primū est ieiunū naturale cū q̄s nō comedit de nocte nec mane cum statim surgit de lecto: nec in loco aut ꝛpe quo

edere nō licet nisi vrgēte necessitate. Tale ieiuniū nō est meritoriū: qr in his que insunt a natura nec laudamur nec vituperamur: vt pz ex. ij. Ethi. ¶ Scdm est ieiuniū generale: qñ scilz abstinemus a pctis ⁊ ab offensione dei. Et de h̄ inquit Aug. sup Job. ⁊ ponit̄ de cōse. di. v. c. ieiuniū. Jeiuniū magnum ⁊ generale est abstinere ab iniq̄tatib⁹ ⁊ ab illicitis voluptatib⁹ seculi. Et de hoc loquit̄ Pius papa. de cōse. di. v. c. nihil. di. Nihil prodest hoī ieiunare ⁊ orare ⁊ alia bona religionis agere: nisi mēs ab iniquitate ⁊ ab obtrectationib⁹ lingua cohibeatur. Glo. v̄o sup dicto. c. in v̄bo pdest. dicit ad vitā eternā. vt de peni. di. ij. c. vt cognouerūt. §. opponit̄. ⁊ di. iij. c. si q̄s autem. Tñ ⁊ nos declarauim⁹ ad quid valēt bona opa in pctō mortali facta. De ieiunio etiā isto gñali Amb. in homel. di. lxxxvj. c. q̄d prodest. sic loquit̄: Quid pdest ieiunare visceribꝰ et luxuriari venatibꝰ: abstinere a cibis ⁊ errare pctis? An putatis illū ieiunare fratres q̄ primo diluculo nō ad ecclesiā vigilat: non beatoꝝ martyrū sctā loca perquirit: sed surgēs cōuocat seruulos: disponit rhetia: canes pducit: salt⁹ siluasq̄ plustrat De hoc siquidē si loquit̄ Greg. ī homel. quadragesime. Jncassum caro atterit̄ si a prauis voluptatib⁹ animus nō refrenatur. Hiero. etiā de hoc sic scribit: Tūc preclara est apud deū abstinētia corporis cū anim⁹ ieiunat a vitijs. ¶ Tertiū est ieiuniū speciale. Qd̄ sic Alex. diffinit in. iiij. summe. Jeiuniū est abstinentia a cibo ⁊ potu s̄m formam eccl̄ie intuitu satisfaciendi vel vitandi pctm̄: vel acq̄rendi vitā eternā. Ex qua diffinitiōe habet̄ ꝙ materiale ī ieiunio ē abstinere a cibo ⁊ potu: s̄m formā ecclesie: formale v̄o vt id bono aīo ⁊ recta intentione fiat. Propterea ieiunātes cū intēsiōe corrupta ⁊ vitiosa ⁊ deprauata dānant̄ a xp̄o: qui ait Mat. vj. Cū ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes: exterminant enim facies suas vt appareāt hominibus ieiunātes. Amē dico vobis qr receperunt mercedē suā. Tu aūt cū ieiunas vnge caput tuū ⁊ faciē tuā laua ne videaris hoībus ieiunās sed patri tuo qui est in abscōdito: ⁊ pater tuus q̄ videt in abscōdito reddet tibi. Jeiunium ergo hypocritarū infructuosum est: qr deficit in eo rō formalis virtuosi ieiunij Jeiunātes v̄o cū intētione recta ad reprimēda vitia carnis: ⁊ ad satisfaciēdū deo virtuose facere cōprobātur: qm̄ s̄m Tho. ij. ij. q. cxlvij. Abstinentia hoc modo cōsiderata est pars subiectiua temperantie: ⁊ habet rōnem timoris.

¶ De institutione ieiunij quadragesimalis ⁊ quattuor temporum: aliorūq̄ ieiuniorum. Cap. ij.



Secūdū mysterium principale dicitur institutio. Possumus enim distinguere triplex ieiunium ab ecclesia institutum.

Primū d̄r quadragesimale.
Scdm temporale.
Tertium particulare.

¶ Primum est ieiuniuz quadragesimale: qd̄ congrue institutum est adhuc triplici ratione.

Primo rōne tēporis.
Scdo numeri.
Tertio termini.

¶ Primo q̄dē rōne tp̄is quadragesimale ieiuniū est cōueniēter tp̄e veris institutū. Primo ratione trāsgressiōis primoꝝ parētum q̄ peccauerūt in vere s̄m Alex. ij. volumine summe. Et si diceret̄ vñ pbari posset ꝙ tp̄s veris fuit illud in quo peccauit Adā: ego rñdeo ꝙ hoc colligi pōt ex quadā historia quā memini me legisse rome in quodā Jsidori etymo. li. viij. existēte in bibliotheca de araceli. Qd̄ iō dico qr in alijs libris eiusdē Jsidori hoc non viderim: d̄r ergo ibi ꝙ post ascēsionē dñi saluatoris apl̄i occupati in p̄dicatione euāgelij nihil de obseruantia pasche: qua. s. die celebrari deberet tradere potuerūt. Cū v̄o ipsi ex h̄ mūdo trāsissent p vniuersuz orbē diuersa introducta fuere ieiunia: ⁊ oīs gallia

vnū diē anni.i.octauo Kal'.aprilis pascha tenebat. Oriētales v̄o sicut historia Eusebij cesariēsis narrat.quocunq; die mēsis martij luna.xiiij.venisset pascha celebrabāt. In italia aūt alijs plenos quadraginta dies ieiunabāt. Alij dicebāt octo dies in q̄bus mūdus concludit sibi sufficere ieiunare. Alij quia dn̄s quadraginta dies ieiunasset: alij quadraginta horas abstinere deberēt. Cū he tales obseruationes ꝑ singulas prouincias tenerent: rome meror erat sacerdotibus vt vbi erat vna fides dissonarent ieiunia. Tūc papa victor romane vrbis ep̄s direxit vt daret autoritatē ad Theophilū Cesaree Palestine ep̄m: q; tūc in hierosolyma ecclesia metropolis dicebatur: vt inde paschalis ordinatio ꝓueniret: vbi xp̄s in carne fuisset versatus. Accepta itaq; autoritate Theophilus tantū opus sibi iniunctū ꝯsiderans nō solū sue patrie: sz ⁊ aliarū ꝓuinciarū: q̄plures ep̄os ⁊ viros sapiētes ad consiliuz conuocauit. Cūq; grandis illa multitudo erudissimoꝝ viroꝝ fuisset in vnū collecta. ꝓtulit Theophilus ep̄s autoritatē ad se directā: ⁊ qd̄ erat sibi iunctum patefecit. Tunc pariter oēs illi viri docti dixerūt Primuz nobis dic quid a nobis petis. Theophilus dixit eis. Quem diē p̄mū creditis in mundo creatū? Et cōcordarūt oēs diē dn̄icum. Theophil⁹ ep̄s dixit? Quomodo hoc probare potestis? Responderunt illi. Ex autoritate diuine scripture que ait: Factum est vespere ⁊ mane dies prim⁹. deinde secūdus: deinde tertius: quartus: quint⁹: sext⁹: ⁊ septimus. in quo quieuit deus ab oī opere suo quē diē sabbatū appellauit. Cū ergo sabbatū dies sit nouissim⁹ q̄s potest esse p̄or nisi dominicus? At theophilus acceptauit. Sed iterū interrogauit de tp̄e quid vobis videt. Quattuor enī tp̄a in anno accipiūtur. Ver: estas: autūnus: et hyems. qd̄ ergo tp̄s creditis: primū factū? Ep̄i respōderūt. Ver. Theophilus dixit: Probate qd̄ dicitis: Et illi. Habemus scripturā q̄ ait: Germinet terra herbā virētē ⁊ afferētē semen ꝟm genus suū: lignūq; pomiferū faciens fructū: ⁊ hoc tp̄e veris videmus fieri. Theophilus dixit: Verū est tn̄ qm̄ tribus mēsibus veris tp̄s accipitur: quo loco mūdus cepit esse: in p̄ncipio medio vel in fine? Ep̄i rn̄derūt. In eq̄noctio.i.octauo Kal'.aprilis. Theophilus dixit: ꝓbate qd̄ dicitis: At illi. Ex scriptura dicēte Gen̄.j. Fecit de⁹ lucē ⁊ vocauit diē: fecit tenebras ⁊ vocauit noctē: ⁊ diuisit de⁹ lucē a tenebris. Theophilus dixit: Ecce de die ⁊ tp̄e ꝓbastis: de luna q̄d vobis videtur? Quō dicitis fuisse creatā crescentē: an plenā an minuentē? Ep̄i rn̄derūt. plenā dicēte scriptura Gen̄.j. Fecit de⁹ duo luminaria magna ⁊ posuit ea ī firmamēto celi: vt lucerēt sup̄ terrā. Lumīare maius vt p̄esset diei: et luminare min⁹ vt preesset nocti. Et cū tali inuestigatiōe ī illo cōcilio statuerūt pascha nō debere celebrari ante.xj. Kal'. April'. Multaq; alia ordinauerūt ad pasche celebritatē ꝑtinētia. Quare clare pz q̄ p̄mi parētes tp̄e veris ī principio mūdi q̄ in paradiso terrestri fuerāt collocati diuinū ꝯtēpserūt p̄ceptū. Et iō tali tp̄e xp̄s mortuus est ⁊ in carne cū hoīb⁹ ꝯuersat⁹. Scd̄o tēpus veris ꝯueniēs fuit quadragesimali ieiunio: q; tūc maxīe insurgūt ⁊ inualescūt motus carnales. Tertia ratio est ꝓpter memoriā dn̄ice passionis q̄ celebrat in vere. Nā vt inquit Aug̃.xviij.li. de ciui. dei.c.liiij.mortu⁹ est xp̄s.viij. Kal'. Aprilis. Scd̄o ieiunium quadragesimale est ꝯueniēter institutū rōne numeri dierū. Nā numero quadragenario institutuz est: q; deo tenemur reddere decimas: ⁊ decima pars dieꝝ anni sunt.xxxvj.dies. ⁊ q; tenemur satisfacere ꝓ trāsgressione decalogi ꝟm inordinationem q̄ttuor affectionū: superaddunt quattuor dies ad designādum ieiuniū purgatiuū esse inordinationis quattuor affectionum. Et oīa hec colligunt ex dictis Grego. in c.q̄dragesima.de cōse.di.v. Propterea

numerus ille quadragenarij est penalitatis ⁊ afflictionis. Quadraginta enim dieb⁹ ⁊ quadraginta noctib⁹ pluit deꝰ aquas diluuij in penam mūdane corruptionis: vt pꝛz Gen.vij. Quadraginta annis per desertū vagauerūt filij ysrael vbi mali afflicti sunt et mortui: ⁊ alij p illā peregrinationē meruerūt: vt patet lib. Numeroꝝ.xiiij.c. Quadraginta diebus ieiunauit moyses vt legē dñi mereretur accipere. sicut scribit Exodi.xxiiij. Quadraginta dies dati sunt niniuitis ad penitēdū. sicut notat Jone.iij. Quadraginta dieb⁹ helias peregrinatus est vsq; ad montem dei oreb.iij. Reg.xix. Quadraginta diebus xp̄s ieiunauit in deserto. Matth.iiij. Quadraginta diebus stetit post resurrectionē anteq̄ celos ascēderet. Act.j. Jō ꝑm hūc numerū quadragenariū dierū quadragesimale ieiuniū est institutū. De q̄ sic cātat ecclesia. Lex ⁊ pphete primitus hoc ꝓtulerūt: postmodū xp̄s sacrauit omniū rerū atq; factoꝝ tēpoꝝ. Tertio ieiuniū quadragesimale fuit ꝓuenienter institutū ratione termini q⁹ interpolatim nō continuū: determinatū ad tp̄s nō perpetuū. Qđ factū est ꝑm Alexā. in.iiij.tū ꝓpter hūane infirmitatis debilitationē: tū ꝓpter fastidiū cōtinue afflictiōis: tū ꝓpter annihilationē deuotiōis. Nā cōtinuū ieiuniū et perpetuū debilitas hoīs sustinere nō posset: sed illum discrimini disponeret. Fastidiū afflictionis nimis fatigaret ⁊ impatiētiā induceret: ⁊ deuotio ieiunādi periret. Si aūt quereretur quare die dñica nō ieiunamus. Respōdet Alex. ꝙ hoc fit in memoriā letitie dñice resurrectionis. Dr̄ em̄ in decreto. c. Jeiuniū. de ꝯse. di. iij. Jeiuniū dñice diei ⁊ quinte ferie nemo celebrare debet: vt inter ieiunium xp̄ianoꝝ ⁊ gentilium: ⁊ veraciter credentiū ⁊ infideliuꝫ atq; hereticoꝝ vera ⁊ nō falsa discretio habeat. hec ibi. Ꝛpe tñ quadragesimali diebus dñicis abstinemus a carnib⁹ ⁊ lacticinijs vt ieiunium nostrū conformꝫ sit ieiunio xp̄i quātū cōgruit. ¶ Secundo principaliter institutum fuit ieiuniū tpale. s. quattuoꝝ tēpoꝝ ab ecclia de quo sic dicit Calixtus papa. lxxv j. di stin. c. j. Jeiunium q̄ ter in anno apud nos celebrare didicisti conuenientius nūc per quattuoꝝ tpa fieri decernimus vt sicut annus ꝑ quattuoꝝ voluit̄ tpa: sic nos quaternū solenne agamus ieiuniuꝫ per quattuoꝝ anni tēpora. Assignaturꝝ a doctoribus ratio quare in istis quattuoꝝ tēporibus ieiunamus: videlꝫ vt emēdemus q̄ in istis quattuoꝝ tēporibus pcā cōmisimus. Et fiūt ꝑ tres dies vt satisfaciamus in die: qđ delinquimus in mēse: ⁊ fiunt in feria quarta: q⁹ tunc dñs a iuda traditus fuit. Jn sexta q⁹ crucifixus. Jn sabbato q⁹ iacuit in sepulcro: ⁊ tristes fuerūt apli de nece dñi. ¶ Tertio institutū est ab ecclia ieiuniuꝫ particulare. s. in vigilijs quarundā festiuitatū. Nā vt scribit Johānes beleth. Mos fuit antiq̄tus vt in ꝑcipuis festiuitatibus sctoꝝ hoies cū vxoribus ⁊ filiabus ad eccliam venirēt: ⁊ ibi cū luminaribus pnoctarent: sed q⁹ multa adulteria in his vigilijs fiebāt: statutū fuit vt vigilie in ieiunia ꝙuerterent. Nomē tñ antiquū retentū est: q⁹ nō ieiunia sꝫ vigilie appellantur.

¶ De laudib⁹ ieiunij: qđ verbis ⁊ exemplis cōmēdat ab oibus sctis tā veteris ꝙ noui testamēti. Cap. iij.

Tertium mysteriū contēplandum de ieiunio ꝛ cōmendatio. Nā lꝫ multa sint q̄bus ieiunium ⁊ abstinētia cōmendari posset: tamen laudes eius accipiemus a tribus.

Primo a gētibus ⁊ pbis.
Scđo a patribus ⁊ pphetis.
Tertio a doctoribus ⁊ sanctis.

¶ Primo accipim⁹ laudes ieiunij ⁊ abstinentie a gētilibus ⁊ pbis. Ipsi em̄ suo mō abstinentiam magnificare studuerunt. Unde Valerius maximus cōmēdat mulieres romanas que abstinebāt a vino. Jnq̄t em̄ li. ij. Fuit antiquorum illa simplicitas i cibo capiēdo hu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

manitatis simul ⁊ cōtinētie iudex certissima. Nā maximis viris prādere ⁊ cenare in ꝓpatulo nō erat verecūdie: qz nec illas epulas habebāt quas oculis ppli subiacere erubescerent. Vini vsus olim romanis feminis ignotus fuit ne scz in aliqō dedecus ꝓlaberent: qz primus a libero pre intēperantie gradus ad incōcessam venerē esse cōsueuit. Dicearchus vt ait Viero. contra Jouinianū in li. antiquitatū laudat aurea secula saturni: qm cū tūc oia humus funderet nullus comedebat carnes: sed vniuersi viuebant pomis ⁊ herbis q̄ terra spōte gignebat Xenocrates phs de triptolemi legibus tria tm̄ pcepta in templo Eleusine residere scribit: Venerandos deos: honorādos parētes: ⁊ carnibus nō vtēdū. Tullius i li. q. tus. cōmemorat: ꝙ Lacedemonij magis parsimonia delectantur. Huius rei Xenophon Theophrast⁹: ⁊ pene oēs greci scriptores testes sunt Cherimō hist⁹icus vir eloquētissimus narrat de vita antiquorum egypti sacerdotū q̄ oibus mūdi curis postpositis semp dū in tēplo fuerūt ⁊ rerū naturas causasq; ac rōnes syderū cōtēplati sunt: nunq̄ se mulieribus miscuerunt: nunq̄ cognatos seu ꝓpinquos ac liberos quidē viderūt ex eo tē pore quo cepissent diuino cultui deseruire: ⁊ carnibus ⁊ vino semp abstinuerunt. Pane raroveſcebant ne onerarēt stomachū: ⁊ si qñ comedebāt tonsuz pariter ysopum sumebāt in cibo: vt escaz grauiorē illius calore decoquerent. Eubolus quoq; qui hist⁹iā Mithridatis multis voluminibus explicauit: narrat apud persas tria esse magorū genera: quoz primi q̄ sunt doctissimi ⁊ eloquētissimi excepta farina ⁊ holere nihil amplius in cibo sumebāt. Euripides i creta iouis ꝓphetas nō solū carnibus: sz coctis cibis abstinuisse refert Barzafrines vir babylonic⁹ in duo genera apud indos gymnosophistas diuidit: quorū vnum appellat Brachmanas: alterum Samaneos: qui tante continentie sunt vt pomis arborum iuxta gangē fluuiū alantur. De brachmanis etiam scribit Didymus in epla ad Alexādrū: ꝙ pura ⁊ simplici vita viuūt: nullis rerū capiūtur illecebris: nihil appetūt amplius q̄ nature ratio flagitat. Nulla apud eos mo: boz genera: nullus medicine vsus qz pfimonia est illis medicina. Si ergo tm̄ gētiles hoies abstinebāt vt munda nā sapiētiā acq̄rerent: q̄d nos agere debemus vt in vera sapiētia ꝓficiamus. Audiuimus em̄ quāta apud illos habita sit abstinentia. Scō accipimus laudes ieiunij a pribus ⁊ ꝓphetis veteris testamenti apud quos nō parū celebre est reputatū. Vñ ps. xxxiij. Dauid ait: Humiliabā in ieiunio aiam meā. ⁊ Joel. j. Sctificate ieiuniū. ⁊ Tob. xij. Bona est oratio cuz ieiunio, ⁊ Judith. iij. dr de filijs israel qñ timebant impetuz Holoferni. Humiliauerunt animas suas in ieiunijs ipsi ⁊ mulieres eoz. ⁊ de Judith. viij. c. dr: Jeiunabat oibus diebꝰ vite sue ꝓter sabbata ⁊ Neomenias: et festa domus israel. Et. j. Reg. vij. qñ filij isrl̄ ꝓliaturi erāt cū philisteis ieiunauerūt inquit scriptura in die illa ⁊ dixerūt: Tibi peccauimus dñe. ¶ Tertio accipimus laudes ieiunij ⁊ abstinentie a doctoribus ⁊ sctis. Oēs nāq; doctores ecclesie abstinentiā ⁊ ieiunia miris efferūt laudibus: quoz dicta elegātissima adducent in sequēti sermone cuz dicet de fructibus ieiunij. Nūc ho tm̄ cōtemplari sufficiāt sctōz exēpla q̄ ieiunādo ⁊ orādo carnē suā crucifixerūt cū vitijs ⁊ cōcupiscētijs. Refert Eusebius i. iij. li. Eccl. hist⁹ie: ꝙ inter sctos egyptios quos euangelista Marcus instituit vinum aut carnes nemo gustat: tm̄ aqua est eis potus: ⁊ panis cū sale ⁊ ysopo cibus. Itē Viero. ad Eusebiū cū vitā cōmendasset cenobitarū ꝙ apud eos vsitur pane leguminibus ⁊ holeribus: subiunxit. Ad tertiū genus venīt quos anachoritas vocāt q̄ de cenobijs exeuntes: excepto pane ⁊ sale amplius ad deserta nihil p;oferunt. Huius vite auto:

Paulus: illustrator Antonius: ⁊ vt ad superiora coscendā pūceps Johānes baptista fuit. Et idē scribēs vitā Pauli p̄mi heremite sic inq̄t de illo. Oēm in oronibus in solitudine durit etatē. Cibum ⁊ vestimētū ei palma p̄bebat. Qz ne cui impossibile videaf: iesum testor ⁊ sctōs angelos vidisse me monachos: e q̄bus vn⁹p triginta annos pane hordeaceo: ⁊ aqua lutulenta virit. Quid dicemus de abstinentia oīm cōfessoꝝ xp̄i hilarionis: Agatonis: Amonis: Serapionis: Basilij: Benedicti: Frāciſci: omniūq̄ alioꝝ. Nullus etenī inuentus est q̄ in delitijs seruierit deo. Jō ptz p oīa exēpla tā xp̄ianoꝝ q̄m iudeoꝝ: siue etiaz gentiliū q̄ abstinētia sublimanda est ⁊ nō spernēda. Habemus exēpla auium que fame ⁊ abstinētia amicabiles fiūt hoibus ⁊ familiares: ergo p̄m intentionem spūſſcti ſctā ecclesia dirigentis disponamus mētē ⁊ aīum vt inchoemus hoc sacratissimū quadragesimale ieiunū: quo mediāte obtinebimus hic gratiā: ⁊ in futuro gloriā: quā nobis largiatur clemētissimus deus: cui est honor ⁊ gloria p̄ infinita secula seculoꝝ. Amen.

¶ Feria quarta cinerū: de ieiunio ad q̄ō maxime tali die ecclia conuocat ⁊ inuitat fideles. Sermo. xviij.

inflammandū fideliū corda que rerum varietate satis mouent sancta ecclesia vltra orationē dñicā hymnos: psalmos ⁊ alias diuinas laudes ī officijs in quibus oratur deus statuit decātari. Sed cōtra hoc argui pōt ꝙ oratio nō debet esse verbo aut voce expressa. Sunt ad hoc autoritates sanctoꝝ doctoꝝ. Unde Amb. lib. de sacr̄is. Qñ oras inquit noli verbis clamare. Et glo. Matth. vj. In fide interiori oratur deus: non strepitu labioꝝ: sed deuotione virtutuꝫ. Et Isidorus lib. de summo bono. Oratio cordis est: nō labioꝝ. Nō em̄ v̄ba depcātis deꝰ attendit: sed orantis cor inspicit. Et Aug. in li. de sermone dñi in mōte. Uos aūt cum oratis introite in tabernacula vestra: que sunt ipsa corda. Et iterū ibidem ait. Claudendū est ostiū. i. corporali sensu: resistendū: vt oratio spiritualis dirigatur ad patrem que fit in hymnis cordis vbi pater orat in abscondito. Et iterū ibi. Agere debemus apud deū: nō verbis sed rebus quas aīo gerimus cuꝫ deuotione pura et simplici affectu. Et Aug. ad Probū. Multū loqui in orando est rem necessariā supfluis agere verbis. Et Grego. Ueraciter orare est amaros in cōpūctione gemitus nō cōposita v̄ba resonare. Ergo s̄m tantorū doctoꝝ documēta nō videt in oratione vox fore necessaria. Respōdēt ad hāc difficultatem tollendam. Alexā. de ales in. iiij. volumine summe. q. xl. mē. ij. in diuersis ar. ⁊ Rich. in. iiij. di. xv. ar. iiij. q. v. ⁊ Tho. ij. ij. q. lxxxiij. arti. xij. ꝙ duplex est oratio. ¶ Prima est cōis que. s. fieri habet per ministros ecclesie in persona totius populi qui ad horas dicendas obligantur: vt in. c. p̄sbyter. ex̄ de cele. mis. Et talis oratio debet innotescere populo pro quo offert vt excitet ad deuotionē. Ideo clerici qui obligant ex statuto ecclesie ⁊ religiosi qui tenent ex voto regule aut statutoꝝ vigore dicere horas: debēt illas voce exprimere etsi qñ cōtingat vt extra choꝝ p se illas psoluāt taꝫ alte debēt verba proferre: vt ipsi saltez intelligant qd̄ loquunt ⁊ vbi prius cōdolentes. reprehendunt illi qui sincopizando ⁊ sine deuotione diuinuꝫ officiū celebrant. ¶ Secunda est oratio singularis. s. que offertur ab hoīe inquantuꝫ est singularis persona: siue oret p se: siue p alio. Et q̄uis nō sit necessariū talem or̄onem esse sensibili voce: tñ vox ei adiungitur triplici ratione.

Primo rōne deuotionis excitāde,
Scd̄o rōne reuerētie exhibēde.
Tertio rōne affectionis explicāde.

¶ Primo rōne deuotionis excitāde: vt scꝫ per vocē ⁊ verboꝝ sonum cor excitet ad deum magis timendum: colendum: diligendum: siue desiderandum. Ex quadam em̄ naturali vnione anime ad corpus motus corporis diuersimode anime affectiones excitant et affectiones aīe maxime si sint fortes diuersas mutationes faciunt in corpore. Ideo cum qñq̄ ⁊ quasi sepius contingat ꝙ orare volentes: ⁊ ꝓpter pōdus carnis ⁊ propter occupationes seculi: ⁊ ꝓpter diaboli tentamēta: mētem habeāt aridā: insipidā debilē: ⁊ de deo parū cogitantem: aut certe nihil adiungenda est talium or̄oni vox viua: in qua nominatur magnus ⁊ excelsus bonus: pius: clemens: misericors: ⁊ hmōi. vt p talē ꝓlationes euigilent quasi sensus interiores. Idez dico de genuflexionibus: de ꝓstratiōe ad terrā: de tōsionibus pectoris ⁊ silib⁹ Nō indiget his q̄ oīm corda scrutat et videt: sed ide fiūt vt p tales motus gestusq̄ corporis: torpor mētis excitet: et mēs magis inflāmata efficacius p or̄onē vniat deo. ¶ Scd̄o adiūgit vox or̄oni rōne reuerētie exhibende. vt scꝫ deo reuerentiaꝫ impendamus nō tm̄ corde: sed etiā lingua: qm̄ vt ait Job. Damas. in. iiij. li. qꝛ ex duplici natura compositi sumus intellectuali: scilꝫ ⁊ sensuali duplicem honorem debemus deo offerre: scꝫ spiritualem ⁊ corporalem. Si tamē in casu adeo quis esset in contemplatione pfectus ꝙ vocalis or̄o remitteret interiorē feruorem: tūc nō esset vocaliter

orandum oratione singulari. Tertio ad iungit vox oroni rone affectionis explicande. Nā ex abūdātia cordis os loquitur: vt dr Mat.xij. Qñqz ita feruet interius aīa itaqz inflāmat in dei amore: aut humiliat i eius timore: aut obligatur in eius recordatione beneficiorum: ꝙ quasi vim patiens in verba prorumpere cogitur. Sicut legit de btō Frācisco: quē semel audiuit btūs frater Leo eius socius ⁊ cōfessor ꝑ lōgū spaciū in orone eleuatū a terra clamantē ⁊ dicētem: Quis es tu ⁊ q̄ sum ego. Et dum hec eadē verba sepius replicaret suspirabat: lugebat: ⁊ totus videbat liq̄factus amore. Naz vt ipse postea interrogāti eū fratri Leōi p̄dicto q̄ cū explorauerat retulit p̄dicta verba: iō sic dixisse qm̄ in corde suo tā ꝓfunda versabatur sui cognitio sue. s. paruitatis ⁊ dei magnitudinis a quo ipse paruulus ⁊ minimus tā copiosa beneficia susceperat: sperabatqz se vberiora suscepturū ꝙ ex vehemētia animi cū admiratione deuz cōpellebat laudare ⁊ bn̄dicere dicēdo sibi. Quis es tu deus meus q̄ nullo indiges in quo est oē bonū: ⁊ q̄ suz ego ꝙ nihil boni habeo nec habere possum nisi tu deus me⁹ dederis: q̄s es tu qui te ipsum etiā mihi dare ꝓmittis. Et multa alia bulliebāt in corde eius ꝓpter q̄ verba predicta ingeminabat. Silr dn̄s Ber. miles ⁊ doctor de assisio q̄ fuit primus quē sctūs Frā. traxit ad xp̄m anteq̄ mūdū reliquisset inuitassetqz quodā sero in domo sua pauperē Frāciscū. Cū in prima vigilia noctis obseruasset cū quid faciebat: audiuit eū i orone positū cuz suspiriis ⁊ lachrymis sepius replicantē. Deus meus ⁊ oīa: deus meus ⁊ oīa. In q̄bus verbis vt ipse postea declarauit dn̄o Ber. ꝓfundissime cōtēplabat excessum maiestatis diuine ⁊ infinitam bonitatē summi dei.

¶ Qr in oratione necessaria est attentio ꝟm vim prime intentionis: ⁊ qualiter h̄ modo oratio est fructuosa licz nō sit per omnia attenta.

Cap.ij.

Secūdus modus q̄ seruādus est in orone dr attentionis. Debet nāqz oro quātū fieri pōt esse attenta: qm̄ vt dicit Hiero. ⁊ ponit de cōse. di. v. c. Nō mediocriter. Non verbis tm̄: sed corde orādus est deus. Quapropter melior est quinqz psalmoꝝ decātatio cum cordis puritate ac serenitate ⁊ spirituali hylaritate q̄ psalterij modulatio cū anxietate cordis atqz tristicia. Et ad h̄ facit. c. nunqz. de cōse. dist. v. ⁊. c. qñ. de cōse. di. j. Et ad idem sunt apli verba. j. Coꝝ. xiiij. dicētis: Nā si orē lingua spūs meus orat: mēs aūt mea sine fructu est: quid ergo est. Orabo spū orabo ⁊ mēte. Sed satis durū hoc videt qñ etiā ⁊ scti viri orātes mētis euagationē patiunt: ꝟm illud ps̄. xxxix. Cor meuz dereliquit me. Quō ergo q̄ impfecti sunt poterūt orando semp esse attēti. Et si oro sine attentione infructuosa est: q̄s poterit orādo mereri. Iccirco ad hoc clare intelligendū tria sunt notāda ꝟm Rich. q. vj. Tho. ar. iij. ⁊ Alex. ar. v. vbi. s̄. ¶ Primo notādū ꝙ si adsit ītētio debita ⁊ actualis ī pricipio oronis vocalis q̄uis postea nō ꝯcomitet: tñ oro vocalis est meritoria ⁊ īpetratiua ꝑ v̄tutē p̄me ītētiōis nisi interrūpat postea ꝑ intētionē contrariā: sicut cū aliq̄s ex bona intētione incipit peregrinari vel elemosynā dare totus actus sequens meritorius est virtute prime intentionis q̄uis cesset sua intētio actualis ¶ Scdm notādū ꝙ triplex est oronis effectus. Primus merendi: ⁊ ad hūc effectū nō ex necessitate requirit ꝙ attētio adsit oroni ꝑ totū: sed vis prime intētionis sufficit vt dictum est. ¶ Scds effectus est impetrandi: et ad hunc etiam sufficit intentio vt in p̄mo. ¶ Tertius effectus est spiritualiter delectandi inquantum orans spūali delectatur cōtemplatione dei ⁊ ad talem effectum necessaria est attentio. ⁊ quanto maior est tanto maiorem delectationem ⁊ spiritualem gustum sentit ille q̄ orat. Si tñ aliquis hoc gustu bona in-

tentione orans eo ꝙ nō esset attentus etiā cōtra volūtatē suā gauderet. nam ꝓpterea tāꝯ infructuosaz oꝝonē relinquere debet: qñ rarissimi sunt q̄ orādo semp possint mentē attentā habere. Jō dr in legēda scti Ber. ꝙ quadā vice cuz ipse equitās in itinere cuidā rustico obuiasset: materia sic se offerēte de cordis instabilitate in oꝝone Bern. cōquestus est. Qō rusticus audiens mor eū despexit: ⁊ in oꝝonibus suis cor firū ⁊ stabile dixit se habere. Uolēs aūt Ber. eū ꝓuincere ⁊ a sua temeritate coercere dixit: Seqstrare parūper a nobis ⁊ tota qua poteris attētione oꝝonē dñicā inchoa te: quā si fine aliq̄ cordis euagatione finiri poteris equū cui insedeo ꝓculdubio tibi dabo. Tu aūt mihi in fide tua spōdeas ꝙ si aliq̄d ibidē cogitaueris: hoc aliquatenus nō mihi celabis. Letatur ille ⁊ tāꝯ se lucratū iā reputās audacter secedit. Et seipsum recolligens oꝝonē dñicā dicere inchoauit: vix autez oꝝonis expleuit dimidiū: ⁊ ecce importuna cogitatio de sella cordi suo se ingerit vtrū habere eā debeat cum iumēto. Qō ille aduertēs ꝓtus ad Bernardū redijt: ⁊ q̄d i ipsa oꝝone sollicite cogitauerit indicauit: ⁊ de se vt ꝓius temere nō ꝓsumpsit. ¶ Tertiū notandū ꝙ triꝑler est attētio que oꝝoni vocali pōt adhiberi. Una quidē qua attendit ad verba ne quis in eis erret. Scōa q̄ attenditur ad sensum verboꝝ. Tertia qua attendit ad finē oꝝonis. s. ad deū ⁊ ad rē ꝓpter quā orat que est maxime necessaria: ⁊ hāc habere possunt etiam idiote. Quicūqz ergo ad oꝝonē accedit ea intētione vt honoret deum seqz orando sibi subijciat ⁊ cōmēdet si dolēs ⁊ male contentus mētis patit vagationē nō pdit oꝝonis fructū quantū ad affectū meriti impetrationis: lz ꝓuek effectu delectationis. Jcirco deponēdi sunt scrupuli ⁊ extremitates cōsciētie quibus nōnulli diabolo instigante deuicti ab oꝝone desistunt existimātes eo ꝙ attenti non sunt in vanū orationi vacare.

¶ De ordine in oratione seruando: ⁊ q̄liter possumus rogare sanctos tāꝯ intercessores ⁊ aduocatos nr̄os. Cap. iij.

Tertius modus in oꝝone seruādus dr ordinationis. Debet oratio esse ordinata: vt orans intēdat impetrare a deo oē donū qō postulat: qz vt inq̄t pō. lxxxiij. Gratiā ⁊ gloriā dabit dñs. Sanctis ño ꝑces sunt porrigēde tāꝯ intercessorib⁹ ⁊ aduocatis nostris apud deū. Nā vt inq̄t Boē. di. xlv. quarti libri. Deus instituit ⁊ voluit ꝙ sctōs rogaremus triplici ex causa.

Prima ꝓpter nostrā inopiam.

Scōa ꝓpter dei reuerentiā.

Tertia ꝓpter sctōz gloriam.

¶ Prima ꝓpter nostrā inopiam siue in contēplando siue in amādo: siue in merendo. Sumus inopes in cōtemplādo summā lucē que ipse deus est. Sumus inopes in amando: qz miser hō magis q̄ncz sentit se affectū ad vnū sanctū ꝙ ad ipsum deū. Sumus inopes in merēdo: eo ꝙ exigua sunt ⁊ ꝓua merita nostra. Jō deus voluit nos rogare sctōs: vt in ipsis eū cōtēplemur: vt ꝑ ipsos fiduciaz habeamus: ⁊ ꝑ eoꝝ merita indigētiā nostrā suppleamus. ¶ Scōa causa est ꝓpter dei reuerentiā: vt hō pctōr ad deū quasi ꝑ reuerentia nō audēs cōfugere imploret auxiliuz amicoꝝ eius. ¶ Tertia causa est ꝓpter sctōz gloriaz: vt ipse deus glificet in sctis suis: quoꝝ amore deuotis eoꝝ gratias: dona ⁊ bñficia plurima dignat cōferre. Necz audiendi sunt illi qui dicūt superfluū esse ad sctōs per oꝝones cōfugere: qñ ecclesia sctā orationes porrigere consueuit. Quinimmo quotidie experimur quātū prodest nobis deuotionē sctis dei exhibere: de q̄bus dr in pō. cxx. Leuaui oculos meos in mōtes vnde veniet auxiliū mihi. Pus nāqz sanctoꝝ precibus ⁊ precipue virginis gl̄iose liberati sunt multi a periculis maris. Alij ab vlceribus ⁊ egritudinibus desperatissimis sanati. Alij a diaboli tentationib⁹ penitus mū

dati. Alij ab infamijs ⁊ criminibus fal
sis plene purgati. Alij a varijs: diuer-
sisq; tribulationib⁹ ⁊ angustijs ad q̄e-
tē ⁊ trāquillitatē ꝑducti. Narrēt ista q̄
expti sunt. Dicāt deuoti scti Nicolai: san
cti Frācisci: scti Antonij: scti Bernardi-
ni: scti Petri martyris: ⁊ alioꝝ sctōrum
q̄d acceperūt: q̄d obtinuerūt illos inuo
cando. Clament pijssime virginis fide-
les deuoti quot munera dei ad inuoca-
tionē noīs marie abūdāter impetraue
runt. De qua Bern. ait: In periculis: in
angustijs mariā cogita mariaꝫ inuoca.
Ergo simus prōpti ⁊ fiducialiter orādo
inuocemus sctōs: quoꝝ patrocinio ob-
tinere poterimus hic gratiā ⁊ in futu-
ro gl̄iam in q̄ viuit deus trinus ⁊ vnus
ꝑ infinita secula seculoꝝ. Amen.

¶ Sabbato post diē cinerū de impedi-
mētis cōtrarijs orationi: propter que
orantes non exaudiuntur.

Sermo. xxj.



Erat enim ven
tus cōtrarius eis. Scri
buntur hec verba Mar
ci. vj. ⁊ in euāgelio hodi
erno. Cōquerūtur pluri
mi ⁊ quidē absq; vlla ratiōe ꝙ in suis
oronibus nō exaudiunt a deo: nec im-
petrāt orādo qd̄ volunt. Sed nō intel-
ligūt ꝙ vt Aug. inq̄t. xvj. q. j. c. decime.
Benefacere semꝑ deus paratus est: sed
hoīm malicia prohibet. Cessante ergo
ex ꝑte hominū defectu nō est correpta
ad dādū manus oīpotētis dei liberalis
sima. Querit nāq; ipe vt sua beneficia
eroget mētes nostras bene dispositas.
Unde naufragiū timētibus discipulis
in nauicula cōstitutis: sicut in euāgelio
hodierno legit xp̄s dixit: Cōfidite. Nā
ꝓpterea imminebat eis periculū ⁊ con
trariebant vēti: qr erat cor eoꝝ obceca-
tum: nec vt decebat cōfidebāt in virtu-
te magistri sui. Sic ⁊ orantibus eueni-
re solet ꝙ q̄nq; nō exaudiunt: qm̄ non
orant cum ea spe ⁊ fiducia quam habe-
re debent in benignissimo deo. Uerūtm̄
vt magis quietet aīus eoꝝ qui dolēt ꝙ
eoꝝ preces deus nō implet: in presenti
sermone de impedimētis oronis erim⁹
tractaturi: videbimusq; qualia sint im
pedimenta que cōtrariant orātibus ne
exaudiant: sicut venti cōtrariebant in
mari discipulis. Et notabimus tria pn
cipalia impedimenta.

Primū dr̄ iniusticia.
Scd̄m dr̄ iniquitas.
Tertiū dr̄ impatientia.

¶ Qr ꝓpter iniusticiā vel orātis vel ora
tionis vel eoꝝ ꝑ q̄bus orat q̄nq; deus
orones nō exaudit. Cap. j.



Primū impedimentū quare
multotiens deus non exau-
dit orātes dicitur iniusticia
que triplex esse pōt.

Prima est ex parte orātis.
Scd̄a ex parte oronis:
Tertia ex parte eius ꝑ quo orat.

¶ Prima iniusticia est ex parte orātis:
qn̄ orans adeo est iniustus vt exauditi
nō mereat. Sed ꝑ clariori noticia que
ritur vtrū pctōres impetrēt aliq̄d a deo
suis oronibus? Et arguit ꝙ non ex ver
bis scripture. Scribit nāq; Esa. j. Cum
extēderitis manus vestras auertā ocu-
los meos a vobis: ⁊ cū multiplicaueri-
tis orationē nō exaudiā: manus em̄ ve-
stre sanguine plene sunt. ⁊ Esa. lix. Ecce
nō est abbreuiata manus dn̄i vt salua-
re neq̄at: neq; aggrauata est auris eius
vt nō exaudiat: sed iniq̄tates vestre di-
uiserunt inter vos ⁊ deū vestrū: ⁊ pctā
vestra abscōderūt faciē eius a vobis ne
exaudiret. Manus em̄ vestre sanguine
pollute sunt: ⁊ digiti vestri iniquitate
Labia vestra locuta sunt mendacium:
⁊ lingua vestra iniquitatem fatur. Et
Hiere. Threnorum. iij. Nos inique egi
mus ⁊ ad iracundiam prouocamus te:
iccirco tu es inexorabilis. Et Dauid in
ps̄. lxv. Iniq̄tatē si aspexi in corde meo
nō exaudiet dn̄s. Et Prouer. xxviij. Qui
declinat aures suas ne audiat legem:
oratio eius erit execrabilis. ⁊ Johā. ix.
Scimus qr pctōres deus non exaudit.

ꝛ Chrys. sup Mat. Qui orat ꝛ peccat: nō orat deū sed deludit. ꝛ Prouer. xv. Lōge est dñs ab impijs ꝛ orones iustorum exaudiet. At contra est autoritas Chrys. qui sic glosat dictū xpi Luce. xj. Omis qui petit accipit: siue iustus: siue pctōr. Et ad idē Augu. sup Jobem ait: Si pctōres nō exaudiret deus: frustra publicanus diuisset: Deus ppitius esto mihi pctōri. Lu. xviij. Respōdeo p huius dubij solutione sequēdo Alex. ī. iij. volumine summe. vbi. ō. q. xcj. mē. iij. q orantes hoīes in triplici varietate pñt inueniri. Nā aliqui ꝫ valde pauci iusti sunt. i. sine pctō mortali: ꝛ oro eox potētissima est vt ostēdemus in sermone de vsu orōnis in ipso Moyse. ꝛ iō Jaco. v. ō:: Multū em̄ valet depcatio iusti assidua. Aliqui sunt pctōres obstinati qui diutius ī malo perseuerātes nō se voluerūt corrigere: a deo vocati non se voluerūt emēdare: obdurauerūt corda sua spernentes dei iudicia. Vi cum qñq; ppter suā duriciē dei manus eos castigantē sentiāt in tribulatione positi clamāt. Dñe dñe. Matth. xxv. ꝛ dñs auertit faciē suā ab eis quibus dicit illud Prouer. j. Vocaui ꝛ renuistis: extēdi manū meā ꝛ non fuit qui aspiceret: despexistis omne cōsiliū meū: ꝛ increpationes meas neglexistis. Ego quoq; in interitu vestro ridebo: et subsannabo vos cū vobis qō timebatis aduenerit: cū irruerit repētina calamitas: ꝛ interitus quasi tēpestas ingruerit: qñ venerit super vos tribulatio ꝛ angustia: tunc inuocabūt me: ꝛ nō exaudiā: mane consurgent ꝛ non inuenient me: eo q exosam habuerint disciplinā. Aliq; orantes sunt pctōres humiliati: q: ꝫ qñq; peccent: nō tñ semp retinēt ppositū male volūtatis: humiliant deo: timēt illum ob eiusq; reuerētiā aliqua bona opera faciunt. Vi in suis necessitatibus orāt deū: suāq; implorant clementiam. Confortandi sunt certe tales vt sperent in dño qui ex misericordia sua eos audit: nec in vanū orare permittit: quoniaz vt Aug. inquit in. c. adhuc instāt. de peni. di. iij. Cur docuisset dñs orantes dicere Dimitte nobis debita nostra: nisi ipse misericors persuaderet qui nos ab hac petitione nō vult deficere. hec ille. Peccator erat publicanus: ꝛ humiliatus exauditus est. Lu. xviij. Pctōr Ezechias ꝛ orationem eius ppter humilitatem exaudiuit deus. Peccatores niniuite: ꝛ orantes ꝛ ieiunantes dei iudicium euasserunt. Jdeo qui peccatores sunt dummodo non sint obstinati ꝛ obdurati in malicia sua fiducialiter orent ad deum. Autoritates aūt in ꝛrariū allegate intelligende sunt de peccatoribus obstinatis: aut de illis qui petunt aliquid a deo ꝑm desiderium peccati: quos deus aliqñ ex misericordia non audit: qñq; ꝫo ex vindicta exaudit permittens eos amplius ruere in pctā: q; vt dicit Aug. Deus quedā negat ppitius que concedit iratus. ¶ Secunda iniusticia est ex parte orationis. quando. ſ. oratio nō habet rationē virtutis. Nam vt dicit Bona. di. xvij. tertij libri. ar. ij. q. iij. Jn qlibet orone duo sunt consideranda: materia. ſ. ꝛ forma. Materia orationis respicit desiderium petentis. Forma ꝫo respicit discretionem proponentis. qñ. ſ. ille qui orat cōmittit ora voluntati diuine: sicut faciebat xpus qñ orans dicebat ad patrē. Pr̄ si possibile est trāseat a me calix iste: verūtamen non mea voluntas fiat: sed tua. Mat. xxvj. Marci xiij. ꝛ Lu. xxij. Qui sic orat etsi nō semp impetret qō petit ꝛ desiderat: nūq; tñ orat sine merito: qm̄ sic orando deū honorat: qui quandoq; denegat temporalia ista bona petentib⁹: q: videt illa ani me saluti esse contraria. Et hoc legitur in vita sctē Petronille: quā sctus Marcellus scripsit: q cum ipsa filia esset Petri apli ꝛ speciosa nimis: deo volente febribus laborare cepit. Discipuli aūt petri direrūt ad eū. Cū oēs a te sanent infirmi: cur Petronillā iacere permittis. Quib⁹ petr⁹ rñdit: Q: sic expedit ei: verū tñ ne putet ipossibilitas sanitatis eius

in nomine iesu xp̄i illā sanabo. Dixitq; ei. Surge petronilla velocius ⁊ ministra nobis. Que statim sanata surrexit ⁊ ministrauit eis. Cōpleto aūt ministerio: Petr⁹ dixit ei. Petronilla redi ad lectum tuū. Que statim redijt ⁊ vt p̄us febribus laborare cepit. At vbi in dei amore cepit esse perfecta: eā ꝑfecte sanauit. Simile est quod legitur in vita sancti Thome cantuarien̄. Cū em̄ q̄dā quē sanctus Thomas dū viuebat valde dilexerat grauiter īfirmaret: iuit ad eius tumbā ⁊ pro sanitate rogauit impetrauitq; illaꝫ ad libitum. Sed dum sanatus rediret cogitare cepit ꝙ illa sanitas forsan aīe sue non expediret. Un̄ iterū ad sepulcruꝫ rediens orauit: vt si non esset vtile anime sue cōtinuo ipsa infirmitas rediret: statimq; redijt sicut prius. Propterea dicimus ꝙ qui bene orare volunt: oīa tandē cōmittere debent voluntati diuine. ¶ Tertia iniusticia est ex parte eius pro quo oratur. Fiunt em̄ q̄nq; orationes ꝑ aliquib⁹ qui non merentur beneficia q̄ postulātur ꝑ ip̄is. Un̄ deus dixit ad Hiere. de populo iudaico pessimo ⁊ īdurato. Tu noli orare ꝑ populo hoc: nec assumes pro eis laudem ⁊ orationē vt non obsistas mihi: q̄ ego non exaudiā te. Hiere. xj. c. Sed ad hoc facit exemplū sancti Bartholomei de quo in sua legēda sic habet: Qd̄ anno dn̄i. cccj. sarraceni Siciliā inuadentes: Liparitanā insulam vbi corpus sctī Bartholomei q̄escebat vastauerunt: ac eius sepulcrum confringentes: ossa ipsius disperserūt. Apparuit autē sanctus cuidā deuotissimo dicēs: Surge collige ossa mea que dispersa sunt. Cui ille. Qua rōne colligere aut aliquē tibi honorem exhibere debemus cum deleri permiseris: nec auxilium nobis impenderis. Cui ille. Per multum tēpus meritis meis dn̄s huic populo pepercit: sed eoꝝ peccatis nimium inualescentibus ⁊ ad celū clamātibus iam ꝑ eis nō valui veniā impetrare. Sed ex his dubitari solet an pro omnibus in hac vita existentibus sit orandum. Et rn̄det Tho. vbi. s̄. ar. vij. in rn̄sione ad tertium argumentuꝫ. Q̄ pro pctōribus orandū est vt ꝯuertātur: quia sicut nulli q̄diu hic viuit subtrahendū est correptionis beneficiuꝫ: q̄ non possumus distinguere predestinatos a reprobatis. vt Aug. dicit li. de correptione et gratie: ita etiā nulli est denegandū orationis suffragium. Pro iustis etiam est orandū vt perseuerent ⁊ ꝓficiant ⁊ vt non superbiam dū cōsiderant se alioꝝ suffragijs indigere.

¶ Q̄ sepe deus non exaudit orantes: quia ipsi veniam petentibus dare nolunt: aut crudeles sunt pauperib⁹: aut diffidentes deo. Capitulum. ij.

Secundum impedimētū contrarium orantibus ne exaudiantur dicitur iniq̄tas q̄n̄ inueniuntur in eis potissime tres iniquitates: videlꝫ

Prima d̄r irremissibilitas.
Secūda d̄r crudelitas.
Tertia d̄r infidelitas.

¶ Prima d̄r iniq̄tas et irremissibilitas q̄n̄ orantes nolunt ꝓximis suis q̄ eos leserunt veniam petentibus indulgere ⁊ offensas remittere. Jō d̄r Ecc̄i. xxviij. Relinque ꝓximo tuo nocenti te ⁊ tunc deprecanti tibi peccata soluētur. Xp̄s autē in euangel'. Mat. v. orari iussit ꝑ persequentibus et calumniātibus.

¶ Sed circa hoc satis in dubio versat animus. Primo quia in sacra scriptura inducuntur multe imprecatiōes cōtra inimicos. Dicitur em̄ in ps̄. vj. Erubescant ⁊ conturbentur omnes inimici mei. Et alibi ps̄. xxx. Erubescant impij ⁊ deducantur in infernū: muta fiāt labia dolosa. ⁊ . vj. Confundantur ⁊ reuereantur inimici mei ⁊c. ¶ Secundo q̄ vindicari de inimicis in malū inimicorum cedit: sed sancti vindictā de inimicis petunt. sicut patet Apoc̄. vj. vbi martyres xp̄i inducuntur di. Usq; quo nō vindicas sanguinem nostrū de his qui habitant in terra. Et Helias roga-

uit vt ignis descenderet de celo q̃ cõsumeret duos principes quinquagenarios: ⁊ exauditus est. iiij. Reg. j. ¶ Tertio q̃ operatio hominis et eius oratio nõ deberẽt esse ꝓtraria. sed hoĩes qñq̃ licite impugnãt inimicos: alioq̃n oĩa bella essent illicita: ergo videtur ꝙ non sit ꝑ inimicis orandũ. Respõdet Tho. vbi. s. eo modo quo tenemur diligere inimicos tenemur ⁊ pro eis orare. Diligimus eñ in eis naturam nõ culpã. Diligere etiaz inimicos in generali est in precepto: nõ aũt in speciali. vt scilz homo vm ꝓparationẽ animi sit paratus etiã specialiter inimicũ diligere et eũ iuuare in necessitatis articulo vel si veniã peteret. Sed ī speciali inimicos diligere absolute ⁊ eos iuuare pfectionis est. Similiter ⁊ necessitatis est vt a cõibus nostris orationibus quas ꝑ alijs facim⁹ inimicos nõ excludamus. Quod aũt specialiter oremus pfectionis est nõ necessitatis nisi in aliquo casu speciali. ¶ Ad primũ ergo dicendũz ꝙ imprecationes que in sacra scriptura ponũtur quadrupliciter possunt intelligi. Uno modo vm ꝙ ꝓphete solẽt figura imprecantis futura predicere. vt Aug⁹. dicit in li. de sermone domini in monte. Secũdo modo ꝓut quedam temporalia mala peccatoribus qñq̃ a deo ad correptionẽ mittunt. ¶ Tertio modo intelliguntur petere nõ ꝑ ipsos hoĩes: sed ꝓtra regnũ peccati: vt scilicz correptione hominũ peccatũ destruat. ¶ Quarto modo cõformando volũtatẽ suã diuine iusticie circa dãnationem perseverantiũ in peccato. ¶ Ad secũdũ dicendum ꝙ sicut in eodem lib. Aug⁹. ait; Vindicta sanctoz est propter diuinam iusticiã q̃ vt inquit pſ. lvij. Letabitur iustus cuz viderit vindictã. ¶ Ad tertiũ dicendum ꝙ licitũ est impugnare inimicos vt compescantur a peccatis eo ꝙ cedit in bonũ eorũ. Et sic licet orando petere aliqua temporalia mala inimicorum vt corrigãtur. Et sic oratio ⁊ opatio erũt ꝑuia. ¶ Scõa iniq̃tas dicitur crudelitatis qñ orantes deum liberalem inuenire volunt: ⁊ ipi prioribus suis auari sunt ⁊ crudeles. Jõ Tobie. xij. dicitur: Bona est oratio cum ieiunio ⁊ elemosyna. ¶ Tertia iniq̃tas dicitur infidelitatis. Orant multi sine fide: sumendo fidem ꝑ fiducia siue confidentia. Jdeo dicitur Jacobi. j. Si qs indiget sapiẽtia postulet a deo. postulet autẽ in fide nihil hesitans. Nam vt in quit psalmista pſ. xxxij. Oculi domini super metuẽtes eum: ⁊ in eis qui sperant super mia eius. Et Prouerb. xxx. Clypeus est dñs omnibus sperãtibus in se. Et Eccli. ij. Respice filij nationes hoĩm: ⁊ scitote quia nullus sperauit in domino et confusus est.

¶ Qr deus qñq̃ nõ exaudit orãtes ꝓpter illorum impatiẽtiã: ⁊ qualiter orãdum est perseveranter. Caplm. iij.

Tertiũ impedimentuz cõtrarium orantibus ne exaudiãtur dicitur impatiẽtis. Sũt eñ multi qui si statim nõ exaudientur cum orãt efficiunt impatiẽtes murmurãt de deo ⁊ ad deũ amplius redire nolunt: deum esse durum tenacem ⁊ auarũ di. Quibus sonare debet: vox euangelica xpi di. Lu. xj. Quis vestrum habebit amicum ⁊ ibit ad illum media nocte dicens: Amice accõmoda mihi tres panes: qñ amicus meus venit de via ad me ⁊ nõ habeo quod ponam ante illum. Et ille deintus respondẽs dicat: Noli mihi molestus esse. Jã clausum est ostium: ⁊ pueri mei mecuz sunt in cubili non possum surgere ⁊ dare tibi. Et ille perseuerauerit pulsans. Dico vobis. Et si non dabit illi surgẽs eo ꝙ amicus eius sit propter importunitatem tamen eius surget: ⁊ dabit illi quotquot habet necessarios. Et ideo dico vobis. Petite ⁊ dabit vobis. Ubi xps docet nos pseueranter orare: quia perseuerantia continua in quodlibet opere arduo satis ꝑdest. Jdeo ait Ouidius lib. ij. de ponto. Percussu crebro saxa cauantur aquis. Et lib. iiij. dicit:

i

Gutta cauat lapidem non vi sed sepe cadendo. Et lib. j. de arte amādi. Quid magis est durum saxo quid molli⁹ vnde? Dura tñ molli saxa cauantur aqua. Et Job. xiiij. Lapides excauent aque: ⁊ alluuione paulatim terra consumit. Nec propterea quia replicatis vicibus deus vult exorari: illiberalis ⁊ inurbanus est censendus: qui ideo quandoq; sua beneficia rogatus differt conferre vt nos humilietvt corda nostra magis inflāmet ⁊ beneficia sua sapidiora reddat. Amoueātur ergo impedimēta predicta ⁊ erit tranquillitas in animo orātis. Cui christus hic dabit gratiam: et postea gloriam. Amen.

¶ Dominica Jnuocauit in mane de tēpore bene dispensando. Sermo. xxij.



Ece nunc tempus acceptabile. Doctoris gentium verba sunt ista. ij. Cor. vj. c. ⁊ in epistola presentis dominice Ponderanda sunt verba apostoli que de tempore dicit in lectione occurrentis epistole: qm̄ nulla grauior periculosiorq; iactura q̄ perditio tēporis. Illud nāq; datum est nobis a deo vt possimus mereri regnum eternum. Si tamen defecerit sine merito deficiet etiaz spes nostre salutis. Diximus enim in precedentibus sermonibus de iusticia dei qualiter hi qui in īferno sunt extra omnē statū omneq; tempus merendi dolent se esse positos. Solerter itaq; vnusquisq; studere debet vt temp⁹ sibi concessum fructuose dispenset: quod quia pleriq; negligunt iccirco in p̄senti sermone de tempore erimus locuturi: de quo p̄ncipaliter tria mysteria p̄ponimus contemplanda.

Primum d̄r conditio.
Scd̄m d̄r nominatio.
Tertium d̄r obseruatio.

¶ De tribus conditionibus temporis scilicz breuitate: mobilitate: ⁊ irreuocabilitate. Capitulum. j.



Primum mysteriū ꝯtēplandum de tēpore dicitur conditio. In quo attente considerare debemus quot sunt principales tēporis ꝯditiones. Et reducimus illas ad tres: videlz

Prima d̄r breuitatis.
Scd̄a mobilitatis.
Tertia irreuocabilitatis.

¶ Prima conditio tēporis d̄r breuitas q̄r vt inq̄t Paul⁹. j. Cor. vij. Tēpus breue est. Et hoc tripliciter.

Primo respectu sui.
Secundo respectu dei.
Tertio respectu nostri.

¶ Primo tp̄s est breue respectu sui: q̄r incepit esse ⁊ desinet esse. Q̄r tēpus incepit esse patz p̄ dicta doctor. Vñ Cassiodorus sup. ps. liiij. ait: Tēpus tunc cepit qd̄ mūdus sumpsit initiū. Et origenes lib. j. sup Gen̄: Tēpus non erat anteq̄ mūdus nō esset: sz esse cepit. Et Jsid̄. lib. j. de summo bono. Nulla aūt p̄ricipiū mūdi fuerūt tp̄a q̄r cū ip̄m sit creatura in p̄ncipiū mūdi factum esse credēdū est. Et Aug. li. v. de trini. Tp̄s non cepit in tp̄e. Nō em̄ erat tp̄s ante q̄ esset tp̄s. Et si diceret q̄ oē qd̄ cepit esse aut cepit esse in tp̄e aut in eternitate. Si ergo tp̄s cepit esse ⁊ nō cepit eē in eternitate: ergo cepit esse ī tp̄e. Rn̄det, d. Bon̄. ij. di. scd̄i li. in declaratione lr̄e. Q̄r s̄m Aug. differt dicere aliq̄d fieri, ex tp̄e ⁊ in tp̄e ⁊ cū tp̄e. Ex em̄ importat ordinē: in īportat cōtinētiā: cū importat simultatē. ⁊ iō nihil factū est in tp̄e: nec ex tp̄e nisi qd̄ excedit a tp̄e. Q̄r ergo tp̄s ⁊ ea q̄ in primordio tp̄is creata sunt a tp̄e nō excedunt. iō di. Aug. ea esse creata cū tp̄e: non in tp̄e: nec ex tēpore. ¶ Scd̄m autē Bedam quē magister inducit in textu quattuor fuerūt a p̄ricipio creata: scilicz materia p̄ma: angelica natura: celū empyreuz ⁊ tp̄s. Dicit tñ. d. Bon̄. vbi. s̄. ar. ij. q. j. q̄ tempus accipi cōsueuit in scripturis sctōr q̄druplr̄. scilicz cōissime: cōiter: proprie ⁊ magis proprie. Cōmunissime tp̄s di-

cit mēsurā cuiuslibet durationis crea-
te: ⁊ sic accipi illud Beda. Cōiter dicit
mensurā cuiuscūq; mutationis siue il-
lius q̄ est de nō esse in esse siue alteri⁹:
q̄ est de vno esse in aliud esse. Et sic acci
pit Ric. de sctō Victore in glo. super. c.
j. Gen. vbi dicit: Omne qd̄ cepit ex tpe
cepit. Tertio mō accipit ꝓprie. ⁊ sic di
cit mensurā variationis successiue: siue
sit successiua successione regulari ⁊ cō-
tinua siue nō. Et sic di. Aug. ad Orosiū
ꝙ affectiones varie angeloꝝ mēsurant̄
tpe ⁊ oīs variatio rerū. Quarto mō ac
cipit̄ magis ꝓprie: ⁊ sic d̄r mēsura mo-
tus siue variationis successiue cōtinue
⁊ regulate ꝑm regulā mot⁹ octaue sphe
re. Et sic cōsueuit accipi ab Aristo. ⁊ cō
mētatore. iiij. physicoꝝ. Et ista est coar
tata tpis acceptio. Et sicut tēpus cepit
eē ita desinet eē. Un̄ Apo Joh. x. ⁊ Da
niel. xij. ait: Angel⁹ quē vidi stantē su-
pra mare ⁊ supra terrā leuauit manum
suā ad celū ⁊ iurauit ꝑ viuentē in secu-
la scl'oꝝ: q̄ creauit celū ⁊ ea q̄ ī eo sunt.
ꝙ tp̄s amplius non erit. Quēadmodū
aūt cessante motu celi cessabit etiā ⁊ tē
pus: pleni⁹ dicā in ꝑmone de cōtēptu
mundi. Scd̄o tp̄us est breue respectu
dei. nā de⁹ est eternus sine tpe sine suc-
cessionis mensura. qm̄ vt inq̄t Aristo.
iiij. Physicoꝝ. Ea dicunt̄ tpe mēsurari
que p̄ncipiū ⁊ finē habent. Est aūt re-
perire p̄ncipiū ⁊ finē in omni eo quod
mouet̄: qd̄ v̄o est oīno īmutabile: sicut
nec successionez ita nec p̄ncipiū nec fi-
nē habere pōt. Ideo cū de⁹ sit maxime
īmutabilis sibi maxīe cōpetit vt sit eter
nus: q̄ deus est suū esse vniforme. Un̄
sicut est sua essentia ita est ⁊ sua eterni-
tas. Et hoc exp̄ssit Aug. di. ad Marcel
linū. De⁹ solus est q̄ exordiū non habz.
Sed ꝙ soli deo non cōpetat eternitas
probare posset aliq̄s ꝑ dicta scripture.
Un̄ Dan̄. xij. d̄r: Qui ad iusticiaz erudi-
unt mlt̄os fulgebūt q̄si stelle ī ꝑpetuas
eternitates. Sed si solus de⁹ esset eter
nus non essent plures eternitates. Et
dd̄ in p̄s. lxxv. montes vocat eternos.
Illuminās (inq̄t) mirabiliter a monti
bus eternis. Et Deut̄. xxxiiij. colles vo
cant̄ eterni. ⁊ Mat. xxv. Ignis inferni
adhuc noīatur eternus: ergo non est
solus deus etern⁹. Rn̄det Tho. parte
j. summe. q. x. ar. iij. ꝙ eternitas vere ⁊
ꝓprie in solo deo est: eo ꝙ cōseq̄tur im
mutabilitatē vt dictū est. Solus autē
deus est oīno īmutabilis. Scd̄m tn̄ ꝙ
aliqua ab ip̄o īmutabilitatez recipiūt:
ꝑm hoc aliq̄d eternitatis ei⁹ ꝑticipāt.
Quedam v̄o quantū ad hoc īmutabili
tatē sortiunt̄ a deo: q̄ nunq̄ desinunt
esse. Et sic d̄r Eccl's. j. Terra v̄o in eter-
nū stat. Quedā etiaz eterna in scriptu-
ris dicuntur propter diuturnitatē du-
rationis: licz corruptibilia sint: sicut in
verbis allegatis dicuntur eterni mon-
tes et colles. Quedam amplius parti-
cipant de ratione eternitatis inquan-
tum habent intransmutabilitatem vel
ꝑm esse vt ignis inferni: vel ꝑm suam
operationem: sicut angeli et beati vi-
dentes deum in quibus non erūt quā-
tum ad visionem beatificam volubi-
les cogitationes vt docet Augustinus
iiij. de trinita. Unde dicuntur habere
vitam eternam: ꝑm illud Johan. xvij.
Hec est vita eterna vt cognoscant te so
lum verum deum. Multe ergo eterni-
tates sunt quia multi sunt participan
tes eternitatem ex ip̄a dei contempla-
tione. Dicimus ergo ꝙ sicut solus de⁹
est bonus per suam essentiam. vt dicit
Boetius in lib. de hebdomadib⁹. om-
nia autem alia sunt bona per partici-
pationem: ita solus deus est eternus
per suam essentiam: alia v̄o dicuntur
eterna per participationē. Tertio tp̄s
est breue respectu nr̄i. Quid em̄ de tpe
dicā ad vitā presentē nobis concesso:
Audiamus sapiētū sanctorūq; voces.
Inq̄t em̄ Job. viij. Sicut vmbra sunt
dies nostri super terrā. et. xiiij. Homo
nat⁹ de muliere breui viuēs tpe replet̄
multꝫ miserijs. Qui q̄si flos egre. ⁊ cōte.
⁊ fu. ve. vm. Et. xiiij. Breues dies hoīs
sunt. Et Gre. xv. li. moral'. Oīs lōgitu-

do vite ꝑsentis ꝑctus esse cognoscitur cū fine terminetur. Et Jsido. li. j. solilo-quiorū. Quotidie dies vltimus appro-pinquat. Quotidie ad finem tēdimus: quotidie ad mortē properamus. Et Ja cobi. iiij. Que est vita vestra? Vapor est ad modicū parēs: ꝛ deinceps exterminabitur. Et Seneca ad Lucillū. Punctus est oīe qđ viuimus: ꝛ adhuc ꝑcto minus. Et iterū ad eūdem. Quotidie morimur: quotidie demit aliqua pars vite: et tūc quoq; cū crescim⁹ vita decrescit. Et idē de cōsolatione ad Martiā. Oia humana breuia ꝛ caduca sunt ꝛ infiniti tpis nullā partē occupantia. Et idez in tragedijs. Etate fruere mobili cursu fugit. Et idē in questionibus naturalib⁹. Fugit tempus ꝛ auidissimos suos deserit pereūdo. Elegāter Iulio cuidā dicēte: septuaginta annos habeo. Vos inquit septuaginta dicis quos non habes. ꝛ Ouidius lib. iij. de fastis. Tempora labūtur tacitisq; senescimus annis. Et celer admissis labit annus equis. ꝛ in. x. Mete mor. Labitur occulte fallitq; volatilis etas. Et nihil est annis velocius. Hinc sapiēter ꝓbs quidā quasdam sibi questiones ꝓpositas soluit. Interrogatus etem cū quib⁹ socijs est hō? rñdit. Cum septē qui eū assidue molestant. Vi sunt fames: sitis: calor: frigus: lassitudo: infirmitas: ꝛ mors. Interrogat⁹ vbi est hō? Rñdit. In bello mltiplici ꝛ diuerso. Intra se habet bellū mordētis conscie. In ꝓprio corpore hz bellū quattuor elemētorū que secū pugnāt adinuicē per contrarias qualitates. Extra se habet bellum rerū cōcupiscibiliū ꝛ diabolice tēptationis. Interrogat⁹ tertio qūo se hz hō? Rñdit. Ut lucerna ad vētū que cito extinguit: vt scintilla in mari que cito ab vndis absorbet: vt spuma gracilis que cito a ꝓcella dispergitur: vt fumus que cito diffundit. Interrogat⁹ quarto cui sīlis est hō? Rñdit. Aceruo niuis: qr aceru⁹ niuis modico calore cito in aquā de qua fuerat resoluit. Sic hō genitus de putredine modica infirmitate in eā reuertit. Silis est etiā hō rose matutine: que dum colligitur mane pulchra videtur: in sero ño marcida inuenit. Sic homo in iuuētute apparet floridus: in senectute ño marcescit. Silis est etiam pomo nouo: qđ dū in arbore pendēs ad incrementū debitū peruenire creditur: modico tñ verme interius exorto corrodit⁹: ꝛ subito corruēs efficitur inutile. Sic hō in puericia sua aut in adolescētia sepius subita infirmitate preuētus moritur et inutilis efficit. Interrogat⁹ quinto qđ est hō? Rñdit. Mācipiū mortis: hospes loci: viator: tranſiēs. Mancipiū dicit: qr manum mortis nequit euadere. Hospes loci: qr recipit cū gaudio: sed cito obliuioni traditur. Viator ño tranſiēs vocat: qr dormiēs aut vigilās: sedēs aut ambulās: vel quicqđ aliud faciēs semp ad mortē properat. Absolut ergo ꝓbs optime dicta sua ostendēs vite humane dolendā breuitatē. Et quid ꝓdest esse in delitijs: possidere diuitias sedere in throno regni: florere in iuuentute: letari pulchritudine: ꝛ quibuscūq; tēporalibus bonis perfrui: qñ tam cito vita cessabit? Aut qūo nō erūt irrisione digni qui deū derelinquētes in illa cōfidūt? Hinc Augu. in lib. de miseria hui⁹ mūdi exclamans ait: O vita ꝑsens q̄ multos decipis: que dum cognosceris nihil es: dū exaltaris fumus es. Sapiētibus amara es: insipiētibus dulcis es. Qui te querūt nō te cognoscunt: qui te cognoscūt ipsi te fugiūt. Jdeo Paulus hāc breuitatē vite cōsiderās. j. Cor. vij. dicebat: Qui habēt vxores tanq̄ nō habētes sint: ꝛ qui flent tanq̄ nō flentes: ꝛ qui gaudēt tanq̄ nō gaudētes: ꝛ qui emunt tanq̄ nō possidētes: ꝛ qui vtuntur hoc mūdo tāq̄ nō vtūtur. Preterit etē figura huius mūdi. ¶ Scēa cōditio tēporis ōz mobilitas. Semp etē tēpus est mobile ꝛ nunq̄ quiescit. Sic ꝛ cōditio nostra mutabilis est et mouet semp cū tēpore. Jdeo Job dicebat. xiiij. c. loquēs de hoīe. Nunq̄ in eodē statu permanet. ꝛ Ouidi⁹ lib. xv. Mete. inquit:

Nec species cuiq; manet rerūq; nouatrix. Et alijs alias reparat natura figuras. Nil equidē cōstare diu sub imagine eadē crediderim. ⁊ in aut. de nō alie. §. vt aūt. dr: Quid est stabile inter homines ⁊ ita immobile vt nullā patiat immutationē: cū oīs noster status sub perpetuo motu ꝯsistat. ⁊. C. de vete. iu. enucle. l. ij. §. sed qr diē. Humani iuris cōditio semp in infinitū decurrit: ⁊ nihil est in ea qd stare perpetuo possit. ⁊ Cassiodorus lib. iij. epl'arū. Humane res mutabilitatē patiūtur. Jō Seneca ad Lucillū perpulchre sic loquitur: Noli huic trāquillitati cōfidere. Memento mare euertit ⁊ eodez die vbi luserūt nauigia sorbent. Uidemus oīa ista quotidie p experientiam deficere: experimurq; oīa vanitati fore subiecta: ⁊ tñ omnē operā adhibemus ad hec tēporalia bona assequēda. Pro celesti autē mercede que in eternū est duratura: nec in minimo labore sumus parati. ¶ Tertia cōditio tēporis dr irreuocabilitas. Perditū nāq; tempus adeo irreuocabiliter euolat vt amplius recuperari nō possit. Unde Ouidius in. iij. de arte amādi. Nec que preterijt hora redire pōt. O q̄ preciosuz est tēpus cū quo lucrari possimus eternitatem. Jō Seneca ad Lucillum dicebat: Oīa mi Lucille aliena sunt: tēpus tātū nostrum est. Et hoc Hiero. sic scribit ad Eustochiū. Omne tēpus in quo te meliorem nō senseris existima perdidisse. Et Bern. vides ociosorum incredibilez numeruz in libro de contemptu mundi sic loquitur: Heu heu nihil preciosius tempore: nihil hodie vilius reputatur. hec ille.

¶ De triplici vocabulo expressiuo tēporis: scz nunc: tūc: ⁊ olim. Capm. ij.

Secundū mysteriuz contemplanduz de tēpore dicit nominatio seu expressio. Naz ꝟm Tho. in scripto sup. iij. Ethi. ⁊ sup. v. Physicorum. Tēpus triplici vocabulo exprimi ⁊ nominari solet.

Primū vocabulū est nūc.
Secundum vocabulū est tunc.
Tertium vocabulū est olim.

¶ Primū vocabulū quo tēpus exprimitur dicitur nūc: in quo signatur tēpus presens seu p̄sentis vite: qñ possumus dūtaxat operari bonum. Nā in inferno opatio bona nulla erit vbi anime sunt irreuocabiliter cōdemnate. In paradiso nulla erit operatio laboriosa necessaria: vbi aīe sunt beatificate. In purgatorio etiaz nulla pōt esse operatio meritoria: sed tm̄ pena satisfactoria. Jō cum audiuim⁹ nūc euigilare debem⁹ ⁊ intelligere q̄ tm̄ p̄sens tēp⁹ est opportunuz ad agēdā pnīam. Et q̄ futurū expectat mūdi allect⁹ dulcedīe grādi se exponit periculo. Jō dixit sctūs Barlaā: q̄ q̄ delectationes corporales desiderant: ⁊ in presenti dissimulāt agere pnīam ⁊ ꝓuidere sibi de futura vita: sīles sunt cuidā homini qui dū a facie vnicornis ne ab eo deuoraret veloci⁹ fugeret in quoddā baratrū magnū cecidit: dū autē caderet manibus arbusculā quandā apprehendit: ⁊ base quadā lubrica ⁊ instabili fixit pedes. Respiciēs v̄o vidit duos mures: vnū albū ⁊ alium nigrum incessanter radicē arbuscule quā apprehēderat corrodētes: ⁊ iam ꝓpe erāt vt ipsam abscinderet. In fundo autē baratri vidit draconē terribilē spirātē ignē: ⁊ aperto ore ipsuz deuorare cupientē. Super basem v̄o vbi pedes tenebat vidit quattuor aspidū capita inde prodeūtia. Eleuans aūt oculos vidit exiguum mellis in ramis illius arbuscule oblitusq; periculi in quo positus erat seipsum totū ad mel comedendū cōuertit. Unicornis mortis tenet figurā que hoīem semper persequitur. Baratrū v̄o mūdus est omnib⁹ periculis plen⁹. Arbuscula vniuscuiusq; est vita que per horas diei ⁊ noctis quasi per murē albū ⁊ nigrū incessanter cōsumitur: et incisioni appropinquat. Basis quattuor aspidū corpus est ex quattuor elemētis cōpositū: quibus inordinatis corporis cōpago dissoluit.

Draco terribilis est os inferni cunctos deuorare cupiēs. Dulcedo ramusculi delectatio fallax mūdi qua multi decipiūtur detinēturq; in presenti dū tempus adest ⁊ facultas datur clament ad dn̄m ⁊ toto corde conuertantur ad dominū. ¶ Scd̄m vocabulū quo tēpus exprimit̄ dicitur tunc: ⁊ significat illud qd̄ est remotū a presenti ⁊ precipue futuruz. In scripturis v̄o diuinis septē tunc nobis se ingerunt iugiter meditāda. Primum tunc est horribilis visionis: qn̄ scilz dānati miseri iudicē omniū in sua maiestate videbūt. Et de hoc sic dicit̄ Luce. xxj. Tūc videbūt filiū hoīs veniētē in nube cū ptāte magna ⁊ maiestate. Scd̄m tūc est generalis lamētationis: qn̄ cōis erit ⁊ infructuosa lamētatio dānandoꝝ. Et de hoc dicit̄ Matth. xxiiij. Tunc plangent se oēs tribus terre. Tertiū tunc est iocūde associationis. de quo dicit̄ Sapiētie. v. Tūc stabunt iusti in magna cōstantia aduersus eos qui se angustiauerunt: ⁊ qui abstulerūt labores eorum. Quartū tūc est timende locutionis. de quo Dauid in pš. ij ait: Tunc loquetur ad eos in ira sua: ⁊ in furore suo conturbabit eos. Qnintū tunc est dulce vocationis qn̄ vocabunt̄ electi ad possidendum gloriosissimū regnū dei. Et de hoc Mat. xxv. Tunc dicet his qui a dextris eius erunt. Uenite bn̄dicti patris mei possidete paratū vobis regnū a cōstitutione mūdi. Sextū tūc est eterne dānationis. de quo Matth. xxv. Tunc dicet rex ⁊ his qui a sinistris erunt. Discedite a me maledicti in ignē eternū qui paratus est diabolo ⁊ angelis eiꝰ. Septimū tunc est plene beatificationis. de quo Esa. lx. Tūc videbis ⁊ afflues ⁊ mirabit̄ ⁊ dilatabit̄ cor tuū. Si q̄s igit̄ hec septē tūc sepiꝰ mēte reuolueret: huius mundi fallacijs ꝓfecto nō deciperet̄. ¶ Tertiū vocabulū quo tempus exprimit̄ dicitur olim: qd̄ presertim preterita nobis habet denotare. Inter oīa aūt significare nobis debet beneficia dei que suscepimus ex quibꝰ ad pn̄iam inducimur in p̄senti. Jō xp̄s dicebat Matth. xj. Uhe tibi corozaim: vhe tibi bethsaida: qr si i tyro et sidone facte essent virtutes que facte sunt in vobis olim in cinere ⁊ cilicio penitentiā egissent.

¶ De triplici obseruatione tēporis: scz naturali: sup̄stitiosa: ⁊ v̄tuosa. Cap. iij.

Tertiū mysteriū contemplandū de tēpore dicit̄ obseruatio. Nā a multis diuersimode tēpus obseruatur. Ideo triplex eius obseruatio notari potest.

Prima d̄r naturalis.
Scd̄a superstitiosa.
Tertia virtuosa.

¶ Prima est obseruatio naturalis qn̄ q̄s comedit bibit dormit suaq; negocia facit tēpore debito. Sic agricole seruat tēpus frumēta ferēdo tēpore autūnali nō estiuo. Naute seruāt tēpus nauigādo cum vēti adsunt secūdi. Medici seruant tēpus egrotis medicinas tēpore opportuno ministrando. qr Eccs. iij. d̄r: Omnia tēpus habēt. Et Ouidius lib. j. de remedio amoris. Tēporibus medicina valet data tempore ꝓsunt. Et data nō apto tp̄e vina nocēt. ¶ Scd̄a tēporis obseruatio d̄r sup̄stitiosa. de qua loquitur Augu. in Ench. ⁊ ponit̄. xxvij. q. vij. c. quis existimaret. Quis existimaret inq̄t q̄m magnuz peccatū sit dies obseruare ⁊ mēses ⁊ annos ⁊ tēpora: sicut obseruāt q̄ certis diebus: siue mēsibus: siue annis: volunt vel nolūt aliquid inchoare eo q̄ s̄m vanas doctrinas hominū fausta vel infausta existimēt tp̄a. Sil'r reprehenditur obseruatio tēporis superstitiosa eadē cā ⁊. q. in. c. nō licet. in. c. si q̄s. ⁊ in. c. nō obseruetis. Qr inq̄t apl's. j. Coꝝ. x. Siue māducatis: siue bibitis: siue aliquid aliud facitis in noīe dn̄i nostri iesu xp̄i facite: in quo viuimꝰ mouemur ⁊ sumus. Modernis v̄o tēporibus exasperādi maxime sunt astrologi quidā qui omniū hominum facta s̄m astrorū regulā iudicant esse regulāda. Quos Augu. lib. v. de ciui. dei. c. vij

beridet sic exclamando. O stulticiā singularez. Eligitur dies vt ducatur vxor. Credo ꝓpterea qꝛ pōt in diē nō bonuz nisi eligat̄ incurri ⁊ infeliciter duci. Ubi est ergo ꝙ nascenti iam sidera decreuerūt. An pōt homo qđ ei iam cōstitutum est diei electione mutare. Et qđ ipse in eligēdo die constituerit non poterit ab alia potestate mutari. Et paulo inferiꝰ sequitur Augusti. Si aūt propterea valent ad has res dies electi: qꝛ terrenis oībus corporibus siue animātibus: siue nō animātibus: ꝟm diuersitates temporaliū momētorum ⁊ siderum positio dominatur: considerent q̄innumerabilia sub vno tēporis pūcto vel nascātur vel oriātur. vel inchoantur: ⁊ tam diuersos exitus habeant vt istas obseruationes cuiuis puero ridēdas esse persuadeant. hec ille. Et reuera qui omnia inchoanda aut agēda persuadēt ꝟm mathematicorum dogmata nō solum peccāt: verūetiam ⁊ sepius inueniunt se delusos. Nā ⁊ egoipse noui astrologū quēdā in ciuitate Camerini: qui vix domū exire volebat absqꝫ annotatione cursus siderum ⁊ planetarū. Dic vt a fidedignis in prefata ciuitate mihi relatum est: oblatas sibi vxores ꝑ plures annos respuit: qm̄ ꝟm suā astrologiā nō videbatur sibi tempus salubre: tandem vt ipse dicebat ꝟm astrorum fauorē vnam accepit: illāqꝫ duxit: cui predicabat diu secuz in leticia victurū. Sed vix per hebdomadam steterūt simul ⁊ statim rixe: discordieqꝫ pestilentissime exorte sunt inter ipsum ⁊ vxorem: et modico post tēpore elapso vxor in infirmitatē cecidit ⁊ mortua est. Astrologo v̄o mentita est vis siderum. Idem etiā societatē quādam cū mercatoribus quibusdā fecit: et septingentos florenos ad negociandū ꝓ parte sua deputauit. Emerūt aūt mercatores maximā quātitatē croci. Qđ cū vellent venetias destinare noluit astrologus mulos onerare: donec vidit per suā artē sibi astra blādiri. Fatebaturqꝫ copiosum lucruz ex croco illo sibi a socijs ꝓuenturū. Uerūtn̄ cū ex ancona nauis quedaz croco predicto alijsqꝫ mercibus onusta discessisset flantibus contrarijs vētis: tempestateqꝫ inualescēte naufragium passa est. Qđ cū audisset astrologus nūqꝫ deinceps astris cedere voluit. Iō abstinēdū est a talibus obseruātijs: ⁊ in om̄i tēpore nostro diuinū est implorandū auxiliū ⁊ inuocādū nomē dn̄i nostri iesu xp̄i: qm̄ vt dicit̄. xxvj. q. ij. Qui sine saluatore salutē vult habere: ⁊ sine vera prudētia existimat se prudentē fieri posse: nō sanus sed eger: nō prudens sed stultus: in egritudīe assidua laborabit: ⁊ in cecitatis noxia ⁊ demētia ꝑmanebit. ¶ Tertia obseruātia tēporis dicit̄ virtuosa eoꝝ: scz q̄ cōsiderātes ea que diximus cognoscūt tēpus visitatiōis sue. Hi siquidē dū illud habēt conātur operari bonum audientes vocē dei. de qua Paulus in epl̄a dicit: Tempore accepto exaudiui te: ⁊ in die salutis adiuui te. ij. Coꝝ. vj. Ecce nūc. s. in p̄senti vita tempus acceptabile orādi: ieiunādi: peregrinādi: plāgēdi: ⁊ lachrymādi ꝓ delictis: aliena restituēdi: cōfitendi pctā: satisfaciēdi deo ⁊ ꝓximo: virtutūqꝫ actꝰ aggrediēdi: ꝓpter que cōsequi valebimus et in hoc seculo dei gratiaz: ⁊ in futuro eiꝰ leticiaz in qua cū xp̄o regnabimus per oīa secula seculoꝝ. Amen.

¶ Dn̄ica Inuocauit infra diem de vita hominis ꝟm triplicis status considerationem. Sermo. xxiij.



Non in solo pane viuit hō. Uerba sunt redemptoris nostri originaliter Matth. iiij. et in enangelio hodierno. Naturale est animātibus cunctis vt super oīa se vitāqꝫ suā tueātur. Ideo Boetius in. iij. de ꝯsolatione ait: Om̄e nāqꝫ aīal tueri salutem laborat: mortē perniciemqꝫ deuitat. Habet̄ quippe vita ab hoībus rationabilibus charior ac preciosior cūctis rebꝰ. Pro illa etem̄ cōseruāda nulluz laborē refugiūt q̄libet alia

mala patienter tolerant: et sollicitissime oia opportuna remedia ipam vitā adiuuantia excogitant: et inueniūt. Verūtamē nullo ingenio nulla vi: nullaq; arte fieri pōt vt nō finiatur: et termine tur. Eapropter elaborandus est vt illa acquiratur vita: que in eternū erit duratura: qm̄ vt dicit saluator nr̄ in ÿbis premissis Luce. iiij. Non in solo pane viuit homo: q: nō hec sola vita est que sustentatur materiali pane: sed et alia longe felicior: longe melior: lōgeq; diuturnior: q̄ reficit beata visione dei. Cū ergo paucissimi reperiant q̄ ad illā desiderādā suā mentē inflāmēt: ꝓpterea in hoc sermone de vita hoīs erim̄ ÿba facturi: quam cōsiderandā ꝓponim̄. ꝑm triplicem statum: videlz

Primo ꝑm statū nature cōdite.
Scō ꝑm statū nature lapse.
Tertio ꝑm statū nature beate.

¶ De vita hoīs ꝑm statū ante ei⁹pctm̄ q̄ erat sine passione sine labore: et sine moriēdi necessitate et obligatiōe. La. j.

PRimo ꝓsideranda ꝓponitur hominis vita ꝑm statū nature condite siue innocētie vel originalis iusticie ante scilz q̄ primi parētes peccassent. Et in tali statu reperimus triplicez cōditionem humane vite.

Prima ꝓditio ꝺr impossibilitatis.
Secunda tranquillitatis.
Tertia immortalitatis.

¶ Prima illius vite ꝓditio ꝺr impossibilitatis. Quia viuebat tūc homo sine passione: nullūq; contrariū eum ledere poterat. Unde Jſiō. in li. de trini. quez magister. xix. dis. ij. li. allegat sic inq̄s: Si homo in paradiso innocenter viueret nec ignis eū vreret: nec aqua mergeret: nec aeris absentia suffocaret: nec oīa q̄ nocent mortalibus impedirent. Et Aug. xiij. li. de ciui. dei. c. xxvj. ait: Viuebat itaq; homo in paradiso sicut volebat: q̄diu hoc volebat quod deus iusserat: viuebat fruens deo eroquo bono bonus erat. Viuebat sine vlla egestate: semp ita viuere habēs in potestate. Lib⁹ aderat ne esuriet pot⁹ne sitiret lignum vite ne illū senecta dissolueret. Nihil corruptionis in corpe vel ex corpe vllas molestias: vllis ei⁹ sensibus ingerebat. Nullus intrinsecus morb⁹: nullus ictus metuebat extrinsec⁹. Summa in corpore sanitas erat: in aīa tota tranq̄llitas. hec Aug. ¶ Sed ꝺ ista instare possumus et arguere multiplicit. Primo sic. Nulla dos corpi glioſi cōpetere poterat corpi nō glioſo: ſz corpus primor⁹ parētū nō erat glioſum: q: corpus efficit glioſus ꝑ redūdātiā anime btē. Et aīa primorū parētū nō erat btā: q: nō videbat essentiā dei: ergo corporibus illis nō potuit competere aliqua dos corporis glioſi. Sed impassibilitas vt docēt theologi. xlix. dist. iij. Dos est glouificator⁹ corporū: ergo dos talis in primis parētib⁹ esse nō potuit. ¶ Scō arguit. Q: sentire et intelligere est q̄dā pati: sed in statu innocētie bō sentiebat et intelligebat: ergo patiebat. ¶ Tertio arguit. Q: oīe molle naturaliter passibile est a duro: ergo si corpori hoīs primi obiectū fuisset aliquod durū pateretur ab eo: et sic fuisset passibilis. ¶ Ad primū argumētum rīdet Scot⁹ di. xix. ij. li. q. j. q̄ impassibilitas sumit duplicater. Quedā est que priuat et potētiā et actū patiēdi. Et hec dos est corporū glouificator⁹ que nec patiunt nec pati possunt et hec nō fuit in parētib⁹ primis. Quedā ꝺo est impassibilitas q̄ priuat actus et nō potentiā: et hec nō est dos que fuit in hoībus conditis: qm̄ ſz possent pati: tñ q̄diu diuinus seruassent imperium nūq̄ passi fuissent. ¶ Ad scōm obiectus rīdet sanct⁹ Tho. par. j. q. xlvij. ar. ij. q̄ passio ꝺr dupliciter. Uno mō proprie: et sic pati ꝺr qꝺ a sua naturali dispositiōe remouet. Passio em̄ est effectus actionis. Jn reb⁹ aūt naturaliter ſcta agūt et patiuntur ad inuicē: quor⁹ vnū remouet alterū a sua naturali dispositione. Et sic di. Damasce. q̄ passio est motus preter naturā. Alio mō ꝺr passio cōiter

ſm quācūq; immutationē etiā ſi pertineat ad perfectionē nature: ⁊ ſic intelligere ⁊ ſentire et hmōi q̄ ordinantur ad bonū nature largo mō dicunt paſſiones. Cū aūt dr q̄ erat hō impaſſibilis: intelligendū eſt q̄ hō nō patiebat paſſione primo mō dicta. ¶ Ad tertium argumentū rndet prefat⁹ doctor: q̄ in illo ſtatu poterat hō p̄ſeruare corpus ne pateret ab aliquo duro: partim q̄dē p̄ propriaz rōnem p̄ quā poterat vitare nociua: partim etiā p̄ diuinā puidētiaz que ſic ipſum tuebatur vt nihil ei occurreret ex improuiſo a quo lederet. Act⁹ ergo cuiuſcūq; agētis contrarij in corpus hois fuiſſet impeditus ne illud lederet a potētia dei. Ipſa equidē ſuſpēdit vim ignis vt nō offenderet: nō vreret nec calefaceret tres pueros miſſos in fornacē ſuccēſam nimis iuſſu. Nabuchodonoſor: vt p̄z Daniel. iij. Similiter ſanctiſſima virgo Agnes flāmis iniecta nihi nocumēti paſſa eſt. Et Johannes euangeliſta iuſſu Domicia crudeliſſimi Rome in doliū feruētis olei miſſus: diuina ſe p̄tegente gratia illeſus eriuit. Quibus exemplis ⁊ ſimilibus manuducimur vt vera eſſe indubitāter credam⁹ ea que dicūtur de impaſſibilitate hominis in ſtatu innocētie. ¶ Secūda conditio vite hois in ſtatu nature cōdite dicitur trāquillitatis. Viuebat equidem in trāquillitate in quiete abſq; aliquo penali labore. Nō erat ei opus fodere terrā: ſerere cāpos: colere agros: plātare vineas: cōſtruere domos: peragrare prouincias: nauigare maria: texere linum: aūt lanā: vel alia facere q̄ cum ſudore a nobis fiunt vt vita nr̄a miſera ſuſtentetur. Habitabat in paradiſo delitiarū: vt inq̄t Damaſ. li. ij. ⁊ Aug. xiij. de ciuitate dei. vbi aeris puritas ⁊ ſerenitas aderat vbi humus ſpōte ſuos fructus gignebat: vbi aialia ⁊ volucres celi hoi deo obediēti obediebāt. Et ſi diceretur qō Ben. ij. dr: q̄ deus poſuit eū in paradiſo voluptatis vt oparet: ergo poſſet dici q̄ poſuit eū ad laborē. Reſpondet Aug. ſup Ben. q̄ opatio illa nō laborioſa: nō tediоſa: ſed ſolacioſa ⁊ delectabilis erat qualis nūc eſſe ſolet in his qui plātulas quaſdā irrigāt aut flores colligūt. ¶ Tertia cōditio vite hois in ſtatu nature cōdite dr immortalitatis: erat em̄ abſolutus hō ab obligatiōe mortis quā ꝓpter pctm̄ inobediētie incurrit. Vñ Aug. in q̄ſtionibus noui ⁊ veteris teſtamenti inq̄t: Deus hoiem fecit qui q̄diu nō peccaret immortalitate vigeret. ⁊ li. xiij. de ciui. dei. c. iij. ait: Fatēdū eſt primos hoies ita fuiſſe inſtitutos vt ſi nō peccaſſent nullū mortis experirentur genus. Sed eoſdē primos alis pctōres ita fuiſſe morte mulctatos: vt q̄cq̄d eor⁹ ſtirpe eſſet exortū: eadē pena teneretur obnoxium. Pro magnitudine q̄ppe culpe illius naturā dānatio mutauit in penis: vt qō penaliter p̄eſſit in peccantib⁹ primis hoibus: naturaliter ſequeret in naſcētibus ceteris. Si aūt diceret quō poterat corpus illud ex elemētis ⁊trarijs cōpoſitū indiſſolubile permanere cū cōpoſitū ex ⁊trarijs naturaliter fit diſſolubile: q̄ vt dicit Aug. c. Cō traria ſemp appetūt ire in regiones cōtrarias. Reſpondet Hugo li. de ſacris. di. q̄ in paradiſo celeſti hō p̄t nō peccare ⁊ nō p̄t peccare: p̄t non mori: ⁊ nō p̄t mori: q̄ ibi eſt peccādi ⁊ moriendi oīmoda impoſſibilitas. Et in mūdo p̄t hō peccare: ⁊ nō p̄t nō peccare: poteſt mori: ⁊ nō poteſt nō mori: q̄ eſt ibi peccādi ⁊ morīdi neceſſitas. In paradiſo ño terreſtri hō potuit peccare ⁊ potuit nō peccare: potuit mori ⁊ potuit nō mori: ita q̄ in eo fuit morīdi ⁊ peccādi poſſibilitas ſine neceſſitate. Sctūs aūt Tho. ſ. parte. q. xcvij. ar. ſ. dicit: q̄ aliq̄d poteſt dici incorruptibili. ſ. tripliciter. Uno mō ex parte materie: eo ſcz q̄ nō hz materiā ſicut angelus: vel hz materiā q̄ nō eſt in potētia niſi adynā formā ſicut corpus celeſte: ⁊ hoc dr incorruptibile ſm naturā. Alio mō dr aliq̄d incorruptibile ex parte forme: q̄. ſ. rei corruptibili inheret aliqua diſpoſitio p̄ quā

totaliter a corruptione ꝓhibet: et hoc dicitur incorruptibile ꝑm gloriã: qꝛ vt dicit Aug. ĩ epistola ad Dioscoꝝ. Tam potẽti natura fecit deus animã: vt eiꝰ beatitudine redundet in corpus plenitudo sanitatis ⁊ incorruptionis vigor. Tertio modo dicitur aliquid incorruptibile ex parte cause efficiẽtis. Et hoc modo in statu innocẽtie fuisset incorruptibilis hõ ⁊ ĩmortalis: qꝛ vt Aug. dicit in qõnibus noui ⁊ veteris testamẽti. Immortalitas illa erat ꝑm vim quãdam supernaturalẽ in anima residẽtẽ: nõ aũt per aliquã dispositionẽ corpori inherẽtẽ: ita ꝙ mors ⁊ corruptio homini nõ nocuisset: qꝛ deꝰ ita statuerat. Ideo dicit adhuc Aug. in li. de baptismo paruulorũ. Fiebat ordo iusticie vt sicut anima dño suo: ita corpus ei obediret. O damnosa trãsgressio: o grauis inobedientia primorum parentũ qua ⁊ ipsi ⁊ nos cum eius illius status omnia iura perdimus.

¶ Que vita hominis ꝑm statũ eiꝰ post lapsum ⁊ qualiter prolongata fuit vita hominum ad multos annos: ⁊ ante ⁊ post diluuium ⁊ modo abbreuiatur.

Capitulum. ij.

Secundo ꝯsideranda ꝓponit̃ hoĩs vita ꝑm statũ nature lapse. Et quantũ ad propositũ spectat. tria de illa inquirere debemus.

Primum dicitur ꝓlongatio.
Secundum dubitatio.
Tertium abbreuiatio.

¶ Primũ de vita hominis inquirendũ dicitur ꝓlongatio. Nam licꝫ post peccatũ data sit plena potestas horrende morti vt cunctos homines vita priuaret: tamen de multis legimus ꝙ lõgissimis annis vixerũt. Unde Gen. v. habetur: ꝙ Adã vixit annis nõgentis triginta. Et Seth nongentis duodecim. ⁊ Enos nõgẽtis quinqꝫ. ⁊ Caynan nõgentis decẽ. ⁊ Jareth nõgẽtis sexaginta duobus. ⁊ Mathusalem nongentis sexaginta nouẽ. Sed de his ãnis apud plerosqꝫ satis dubitatum est an tales fuissent quales et nunc sunt anni nr̃i. Nã vt inquit Aug. lib. xv. de ciui. dei. Plinius secũdus cũ audisset homines ad tot ãnos peruenisset: hec omnia in scientia tẽpoꝝ venisse est arbitratꝰ: inquiẽs quosdã terminasse annũ estate: alios hyeme. Archades triũ mẽsiũ annos habuisse Egyptios quattuor. Lauinios tredecim. Acarnanas sex. Et h̃ quidã dicere voluerũt ꝙ decẽ anni illiꝰ tẽporis accipiuntur pro vno anno nostro: volẽtes ꝙ nongenti anni ex illis essent ex nostris nonaginta. Verũtamẽ falsum esse constat: qꝛ vt ex codicibus hebraicis colligit̃ cẽtũ triginta annorum erat. Adam qñ tertiũ filiũ genuit: qui anni ꝑm illos tredecim ex nostris essent. Et homo tredecim annoꝝ nõ potuisset filios generare. Sed omittamꝰ Adã qui fortasse etiã quãdo creatus est potuit. Quid de Seth qui ꝑm hebreos erat centũ quinqꝫ annoꝝ quãdo genuit Enos: ac per hoc nondum habebat vndecimum annũ. Enos v̄o septuaginta annoꝝ erat qñ genuit Malalehel: ⁊ sic erat septẽ annoꝝ. Quis homo septẽnis generat: si tũc anni septuaginta nuncupantur ꝙ septem fuerunt. Et propterea dicimus cũ prefato Augusti. ꝙ tales erãt tunc anni quales ⁊ nunc. Qđ ꝓbari potest via triplici: videlꝫ

Primo autoritate.
Secũdo ratione.
Tertia experientia.

¶ Primo probat̃ autoritate. Nam. xiiij. prefati li. Aug. inducit scripturã dicentem: Sexcẽtesimo anno vite Noe mẽse scđo die septimodecimo mensis: rupti sunt oẽs fontes abyssi magne. Et iterũ Gen. viij. Requieuit arca mẽse septimo vigesimoseptimo die mẽsis sup̃ mõtes Armenie. At v̄o aque ibãt ⁊ discurrebãt vsqꝫ ad decimũ mẽsem. Et post subdit̃. Sexcẽtesimo primo anno vite Noe primo mense septimo die mẽsis imminute sunt aque supra terrã. Ex quibus v̄bis aperte deducit̃ ꝙ inter sexcẽtesimũ an-

nū ⁊ sexcētesimū primū vite Noe fluxe-
rūt mēses duodecim. ¶ Scdo probatur
ꝙ anni illi tales erant quales sunt no-
stri rōne. Josephus em̄ in .j. antiquita-
tum lib. asserēs Hieronymū egyptium
Berosiū chaldeum ⁊ Manetā: in libris
quos de antiquitate scripserunt de an-
nis illis cōcordare nobiscū: inducit ra-
tiones quasdā persuadētes hoīes anti-
quos potuisse tādiu viuere. Et has ra-
tiones assumpsit sibi Nicolaꝰ de lyra su
per. v. Geñ. ¶ Prima rō sumit̄ ex boni-
tate cōplexionis primoꝝ parentū q̄ fue-
rūt a deo immediate formati: ⁊ per con
sequēs optime cōplexionati: ⁊ sic ad lō-
gioꝛē vitā dispositi. Et illa bonitas cō-
plexionis magis venit ad hoīes ꝓpin-
quos illiꝰ tp̄is: q̄ ad remotos tp̄e mo-
derni. ¶ Scda rō sumit̄ ex modo tēpe-
rate viuendi. Ut em̄ diximꝰ in sermone
de ieiunio. Uictꝰ sobrius facit ad corpo
ris sanitatē: ⁊ per cōsequēs ad cōserua
tionem ⁊ ꝓlongationem lōgioris vite.
¶ Tertia rō sumit̄ ex bonitate nutrimē
ti: qꝛ ante diluuiū terre nascentia fuere
meliora q̄ post: qꝛ inūdatio diluuij fuit
pro maiori parte ex aq̄s oceani salsis: q̄
inducūt sterilitatē terre ⁊ ꝑ ꝯñs reddūt
peiora terre nascētia ex q̄bus breuiatur
vita hoīs. ¶ Quarta rō sumit̄ ex perfe-
ctione sciētie Ade: qui cognouit v̄tutes
fructū herbarū lapidū preciosoꝝ: ⁊ oīm
rerū naturaliū que faciūt ad ꝯseruandā
sanitatez ⁊ vitā ꝓlongandā. Et de hoc
docuit hoīes illius tp̄is. ¶ Quinta rō
sumit̄ ex bono aspectu siderū sup̄ regio
nē illā in qua manebāt: q̄ aspectus mul
tū facit ad longitudinez vite. Sed per
motū celi ꝯtinuū mutatus est tp̄e ꝓce-
dente. ¶ Sexta ratio sumit̄ ex disposi-
tione diuina hoc ordināte: vt per longā
vitā hoīm multiplicaret̄ genus huma-
nū. Tertio ꝓbat̄ ꝙ illi anni tales erāt
quales sunt nostri experientia. Nam vt
inquit Aug. viij. c. li. xv. de ciui. dei. non
potuissent tot hoīes ex vno adhuc viuē
te ꝑ ordinata cōiugia ⁊ honesta matri-
monia multiplicari. nisi illius vita fuis-
set diuturna. Ut em̄ dicit magister hi-
storiarū super. x. c. Geñ. Phs. in li. que-
stionū super Geñ. narrat ꝙ ex tribus fi-
lijs Noe adhuc eo viuente post diluuiū
nati sunt vigintiquattuor milia virorū
⁊ centū: exceptis mulieribꝰ ⁊ paruulis.
Uixit q̄ppe Noe post diluuiū annis tre
centis quinquaginta: ⁊ fuere oēs anni
vite eius nōgenti quinquaginta: vt pz
Geñ. ix. c. Dicit etiā Aug. vbi. s. ꝙ ex vno
abraā nō multo amplius quadringen-
tis annis numerositas hebree gētis tā-
ta ꝓcreata est: vt in exitu eiusdē populi
ex egypto sexcenta milia hoīm fuisse re
ferantur bellice iuuentutis. ¶ Secūdū
inq̄rendū de vita hoīs lapsi d̄r dubita-
tio. Dubitāt nāq̄ quidā vtrū post dilu
uiū vixerūt hoīes vltra centū ⁊ viginti
annos ꝓpter verba q̄ Geñ. ix. dixit deꝰ
ad Noe. Non permanebit inquit spūs
meus in hoīe: qꝛ caro est. Eruntq̄ dies
illius centū viginti annoꝝ. Et respōdet
Aug. c. xxiiij. li. de ciui. dei. superius alle
gati. ꝙ iste non fuit terminus humane
vite post diluuiū: sed terminus assigna
tus ad penitentiam his qui in diluuio
erant perituri. Et vt testat̄ magister in
historia scholastica deus dixit illa ver-
ba ante annos viginti q̄ cepisset arca
fieri que legit̄ facta in centū annorum
spacio. Uel s̄m Strabuz eo anno dixit
deus v̄ba illa quo cepit arca fieri. Sed
qꝛ in malicia ꝑseuerauerūt ante prefixū
terminū. s. anno centesimo deleti sunt.
Qd̄ etiaz post diluuiū nō vixerūt hoīes
supra cētū ⁊ vigīti ānos pz ī scriptura.
Ut em̄ hr̄ Geñ. xj. Sem centū annoruz
erat q̄n̄ genuit Arpharat biennio post
diluuiū: ⁊ post vixit annis quingentis
quinquagītaquattuor. Thare vixit an
nis ducentis quinq̄. Et Geñ. xxv. ha-
betur: ꝙ Abraā vixit annis centū. lxxv.
Isaac etiā vixit annis cētuz octoginta:
vt pz Geñ. xxv. ⁊ sic īuēti sunt q̄plures
alij q̄ post diluuiū vixerūt vltra cētū vi
ginti annos. ¶ Tertiū inq̄rēdū de vita
hoīs lapsi d̄r abbreuiatio. Naz omissis
illoꝝ tēporum que p̄terierūt conditio-

nibus: cōsiderare debemus q̄ fragilis: q̄ debilis q̄ve breuis sit vita hoīm tēporis nr̄i. Uix vnus reperit̄ e mille qui centenariū immo octogenariū aut sexagenariū numerū attingat annoꝝ. Deficit nēpe vt in pluribus nimis repēte vita. Quisnā nō videat quot quotidie infantes: quot pueri: quot adolescentuli robustissime iuuenes ⁊ decore puelle cū luctu ⁊ lachrymis ducant̄ ad sepeliēdū O vana spes: o deceptrix fiducia eoꝝ q̄ cōfidūt in iuuentute: in diuitijs: in magnificētijs: ⁊ similibus honoribus: dominijs: ⁊ solacijs. Pretereunt nāq̄ oīa ista velut vmbra. Oīm vita breuissima est. Faciāt hoīes q̄cquid velint vt ad senectutem attingant ⁊ in etate decrepita moriantur: adhuc satis angustum satisq̄ breue videbitur sapientibus om̄e tempus vite huius.

¶ De vita hoīs in beatitudine q̄ erit cū plena satietate absq̄ admixtione cuiuscūq̄ ꝯtrarij ⁊ cū ꝑpetuitate. Cap̄.iij.

Tertio cōsiderāda est vita hominis ꝟm statū nature beate qm̄ tandē illa sola desideranda est: illa amabilis: illa deniq̄ oī studio ꝑquirēda. Pro illa sollicitatissime est cogitādū q̄ ꝟe vita est. In qua potissime tres ꝯditiones excellētissime reperiuntur.

Prima d̄r satietas.
Scd̄a puritas.
Tertia eternitas.

¶ Prima excellētissima cōditio vite btē d̄r satietas: q̄r in illa ex plena oīm bonorum participatione plene satiabit̄ animus: ꝟm illud ps̄.xvj. Satiabor cum apparuerit gl'ia tua. Et de hac satietate copiosius disseremus in sermone de btītudine in li. de virtutibus. ¶ Scd̄a cōditio excellētissima vite btē d̄r puritas: q̄r pura erit ⁊ mūda ab oī malo siue ab oī contrario. Uñ Job. Apoc. xxj. de beatis sic ait: Absterget deus oēm lachrymā ab oculis eoꝝ ⁊ mors vltra nō erit neq̄ luctus: neq̄ clamor: neq̄ dolor erit vltra, ⁊, vij. c. idē ait: Nō esuriēt neq̄ sitient amplius neq̄ cadet sup̄ illos sol: neq̄ vllus estus. ¶ Tertia cōditio excellētissima vite btē d̄r eternitas. Uita nāq̄ illa durabit in eternū ⁊ non deficiet. Propterea sic pulchre ī scripturis sctīs noīat̄ eterna. Unde. ij. Mach. vij. Rex mūdi defunctos nos ꝑ suis legibus in eterne vite resurrectione suscitabit. ⁊ Sap̄. v. Iusti aūt in perpetuū viuēt. ⁊. j. Petri. v. Deus oī gratie vocauit nos in eternā gloriā suā. ⁊. ij. Pet. j. Abūdanter ministrabit̄ vobis introitꝰ in eternum regnum domini ⁊ saluatoris nostri iesu christi. Et ad Gal. vj. Qui seminat in spū: de spiritu metet vitam eternam. ⁊ Job. iij. christus dicit: Sic deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum non pereat: sed habeat vitā eternā. ⁊. vj. c. Hec est voluntas patris mei q̄ misit me: vt oīs q̄ videt filiū ⁊ credit in eū nō pereat sed habeat vitā eternā. ⁊. x. c. Oues mee vocē meā audiūt ⁊ ego cognosco eas ⁊ sequunt̄ me: ⁊ ego vitam eternā do eis. ⁊ Mat. xix. Oīs q̄ reliq̄rit domū vel fratres: aut sorores: aut patrē: aut matrē: aut vxorē: aut filios: aut agros ꝑpter nomen meū centuplū accipiet ⁊ vitā eternā possidebit. et Mat. xxv. Ibūt hi in suppliciū eternū iusti aūt in vitā eternā. Mirū certe cur tanta sit multoꝝ verecūdia immo insipiētia: qui tā mira tā alta: tāq̄ iocūda audiētes de btā vita ad eā ꝑperare nō cogitant. Nā si tanta faciūt ꝑ cōseruatione vite p̄sentis: cur etiā eadē ⁊ similia facere recusant ꝑ adeptione future vite. Hec vita laboriosa est illa delitiosa: hec inquieta: illa tranquilla: hec instabilis: illa firma: hec periculosa: illa secura: hec dubia illa certa: hec periculis plena: illa pericula nō formidans: h̄ cōmunis bonis ⁊ malis: illa ꝑpria tm̄ bonorum. Hec tandem breuissima momentanea ⁊ caduca: illa ꝟo vt diximus perpetua ⁊ sempiterna. O igitur damnabilis reprehensibilisq̄ imprudentia hominum huius seculi: qui tantuꝫ pro

curāt panem ⁊ viuant: viuāt inquā ad modicū: ⁊ quasi nihil: ⁊ nō querūt virtutes: nō pnīam: nō bona opa per que viuere possint vita illa btā perēni. Inquit xp̄s Luce. iiij. Nō in solo pane viuit hō: q: hec sola vita est magnifaciēda cui panis est necessarius: sz alia exquirēda in qua deꝰ presentia sue claritatis pascit intuētium oīm tam angeloꝝ q̄ hoīm desideria ⁊ appetitus: vbi oēs pariter collaudabimꝰ ip̄m deū fontē bonoꝝ oīm: qui sit benedictus ꝑ infinita seculoꝝ secula. Amen.

¶ Feria.ij.post Inuocauit: de veritate tremendi iudicij contra eos qui de illo male sentiunt. Sermo.xxiiij.

Cum venerit filius hoīs in maiestate sua ⁊ oēs angeli eius cū eo: tūc sedebit sup sedē maiestatis sue ⁊ congregabūtur ante eū oēs gentes. Saluatoris nr̄i verba sunt ista originalr̄ Mat. xxv. ⁊ in euangelio hodierno. Diē terribilē vltimi iudicij cōsiderātes satz semperqz timere debemꝰ: ne simul cū dānatis ⁊ diabolis ꝓijciamur in ignē eternū. Sūt tñ multi q̄ letantur cū malefaciūt: ⁊ deū nō timēt: ac hoīes nō verentur: q̄ credere nolūt q̄ filiꝰ hoīs venturus sit ad iudicādū oēs rōnēqz ab oībus exigēdā. Eapropter vt ait Aug̃. li. xx. de ciui. dei. c. j. De die vltimo iudicij dei qd̄ ipse donauerit locuturi eūqz asserturi aduersus impios ⁊ īcredulos tāq̄ in edificij fundamēto priꝰ ponere debemꝰ testimonia diuina. hec ille. In hoc itaqz sermone desudabimꝰ oī ingenio vincere curiosos: incredulosqz confundere: q̄bꝰ veritatē iudicij ꝑ sanctaꝝ scripturarū sacrorūqz doctoꝝ dicta dilucida ostēdemꝰ. Et vt ordinate veniamus in campū: notabimus in hoc sermone triplex testimonium quo probatur futurum vniuersale iudicium.

Primum est patrum ⁊ ꝓphetarum.
Secundum christi et apostolorum.
Tertium ecclesie et doctorum.

¶ Qd̄ omnes patres ac prophete veteris testamenti diuinitus inspirati predixerunt xp̄m esse venturum ad iudicādos viuos et mortuos. Capl̄m. j.

Primū testimoniū quo ꝓbatur futurū iudiciū vniuersale d̄r patrū ⁊ ꝓphetarū. Et licz Aug̃. v. c. pfati li. xx. de ciui. dei: dicat priꝰ eligēda esse testimonia noui testamenti q̄ veteris: qm̄ q̄uis vetera priora sint tp̄e: noua tñ anteponēda sunt dignitate. Verū in hoc dicēdi gn̄e mihi plus satisfacit vt a veteris testamēti pagina sumā originē. Jō audiamꝰ quid ibi ponit̄ de iudicio Gen̄. xv. Deꝰ ad Abraā loquēs ait: Ego iudicabo. Et Deut̄. xxxij. Judicabit dn̄s ppl̄m suum: ⁊ in seruis suis miserebit̄. Et Johā. xix. Fugite a facie gladij: qm̄ vltor iniquitatū gladiꝰ est: ⁊ scitote esse iudiciuz. Et. j. Reg̃. ij. Dn̄s ascēdit in celos ⁊ intonuit ⁊ ipe iudicabit orbē terraꝝ. ⁊ ps̄. ix. Parauit in iudicio thronū suū. ⁊ ps̄. lxxj. Judicabit pauperes ppl̄i ⁊c̄. et ps̄. cix. Judicabit in nationibus implebit ruinas ⁊c̄. Et Prouerb̄. xxij. Judicabit dn̄s. ⁊. xxix. A dn̄o egredie t̄ iudiciū singuloꝝ. ⁊ Eccl̄s iij. Justū ⁊ impiū iudicabit dn̄s: ⁊ tp̄s oīs rei tūc erit. et Sap̄. iij. Fulgebunt iusti ⁊ tāq̄ scītille ⁊c̄. ⁊ Judith. xvj. Vhegēti insurgēti sup genus meū: dn̄s em̄ op̄s vindicabit in eis in die iudicij visitabit illos. ⁊ Esa. iij. Stat ad iudicādū dn̄s: ⁊ stat ad iudicādos populos. Dn̄s ad iudiciū veniet cū senioribꝰ populi sui ⁊ principibꝰ eiꝰ. ⁊. xj. c. Nō ꝟm visionē oculoꝝ iudicabit: neqz ꝟm auditū auriū arguet: sz iudicabit in iusticia pauperes: ⁊ arguet in equitate pro mansuetis terre: et percutiet terrā virga oris sui. ⁊. c. xiij. Ecce dies dn̄i veniet crudelis ⁊ indignationis plenus: et ire furorisqz ad ponendam terrā in solitudinem et peccatores eius cōterendos de ea. et. lj. c. Brachia mea populos iudicabunt. et Ezechiel̄. vij. Judi-

cabo te iuxta vias tuas. ⁊ Danielis. vij. Iudiciū sedit. ⁊ Iohelis. ij. Cōturbent omnes habitatores terre: quia veniet dies dñi. quia prope est dies tenebrarū ⁊ caliginis: dies nebule et turbinis. et Michee. iiij. Iudicabit inter populos multos: ⁊ corripiet gētes fortes. ⁊ Sophonie. j. Iuxta est dies dñi magn⁹ iuxta ⁊ velox nimis. Dies ire dies illa dies tribulationis ⁊ angustie: dies calamitatꝫ ⁊ miserie: dies tenebraꝝ ⁊ caligīs: dies nebule ⁊ turbinis: dies tube ⁊ clāgor sup ciuitates munitas ⁊ sup angelos excelsos: ⁊ tribulabo homīes: ⁊ ambulabūt vt ceci: qꝛ domino peccauerūt ⁊ effundet sanguis eorū sicut humus ⁊ corpora eorū sicut stercora. Sed ⁊ argētum eorū ⁊ aurū eorum non poterit liberare eos ī die ire dñi. In igne celi ei⁹ deuorabit oīs terra: qꝛ cōsummationē cū festinatione faciet cūctis habitātib⁹ terrā. Scd̄m aūt Augu. tp̄s iudicij aliqñ dies iudicij: aliqñ dies dñi nūcupat. Vūc v̄o vltimi iudicij diuini diem dicimus nouissimū tp̄s. Nā p quot dies h̄ iudiciū tendat incertū est. Sed scripturarū more dies solet poni p tp̄e. Si v̄o aliq̄s obijceret cōtra autores p̄dictas: q̄bus iudiciū asserit ꝙ aliter essent intelligēde: eo ꝙ vt habet. Nō iudicabit deus bis in idipsum. Sed nūc deus iudicat de singulis operibus hoīm: cum cuilibet post mortē retribuat penā vel gloriā: ergo iterū eos nō iudicabit. Respōdet Rich. xlvij. di. quarti. ar. j. ad. ij. ꝙ iudiciū quo nūc iudicat deus cuiuslibet p̄sone singularis nec est oībus manifestū: nec tribuit totū p̄miū: nec totū suppliciū: qꝛ punit aīas nō in corporibus: ⁊ silr p̄miat de cōi lege. Illud aūt iudicium qd̄ futuruꝫ est erit oīm simul ⁊ oībus manifestum: ⁊ reddet cuilibet sui premij ⁊ sui supplicij cōplemētū et cōpositum ex anima ⁊ corpore iudicabitur. Sic ergo patet ꝙ nō iudicabit bis in idipsum: qꝛ penā quā animabus ante inflixerat iterū nō īfliget: sed qd̄ deerat supaddet. Vinc Aug. li. xx. de ciui. dei. c. j. ait: Iste dies iudicij ꝓprie vocatur: eo ꝙ nullus ibi erit imperite querele loc⁹: cur iniustus ille sit felix: ⁊ cur ille iustus infelix: oīm nāq̄ tūc nō nisi bonorum vera ⁊ plenissima felicitas: ⁊ oīm nō nisi maloꝝ digna ⁊ summa infelicitas apparebit. hec ille.

¶ Qꝛ xp̄s ⁊ eius apl̄i predixerunt aperte vniuersale iudicium esse futurū quo oēs boni ⁊ mali congregabuntur ante tribunal iudicis. Cap. ij.

Secundū testimoniū quo p̄batur futurū iudiciū est xp̄i ⁊ apl̄oꝝ. Ipse nāq̄ saluator cū obiurgaret ciuitates i q̄bus virtutes magnas fecerat neq̄ crediderant. Mat. xj. ait: Vhe tibi corozaim: vhe tibi bethsaida: quia si in tyro ⁊ sidone facte essent virtutes que facte sunt olim in vobis in cilicio ⁊ cinere penitentiam egissent. Verūtñ dico vobis: Tyro ⁊ sidoni remissi⁹ erit q̄ vobis in die iudicij. Et Mat. xij. Viri niniuite surgent in iudicio cum generatione ista ⁊ cōdemnabunt eam: qꝛ penitentiam egerunt in predicatione ione. Notandum tñ pro intelligentia istorum verboꝝ s̄m Rich. in. iiij. di. xlvij. ar. j. q. ij. ꝙ extendendo nomen iudicādi: quinq̄ modis pōt alicui conuenire iudiciū. Primo ex ordinaria potestate: ⁊ sic iudicabit tota trinitas. Scd̄o delegata potestate: ⁊ si iudicabit filius. s. xp̄s inquantū homo. Ioh. v. Pater oē iudicium dedit filio. ⁊ Dañ. vij. Aspiciebam donec throni positi sunt: ⁊ antiquus dierum sedit. et infra. Aspiciebam in visione noctis: ⁊ ecce cum nubibus celi quasi filius hominis veniebat ⁊ vsq̄ ad antiquum dierum peruenit ⁊ in conspectu eius obtulerunt eum: et dedit ei potestatem ⁊ honorez ⁊ regnū ⁊ omnes tribus populi ⁊ lingue ipsi seruient: ⁊ potestas eius potestas eterna que non auferetur: ⁊ regnū eius qd̄ nō corrūpetur. Tertio assessoria de dignitate: ⁊ sic iudicabūt viri perfecti qui erūt pro perfectione meritorum suoꝝ assistē

tes iudici. Vñ de apostolis Luc.xj.xps ipse dixit: Ideo ipsi iudices vestri erūt. et Matthei.xix.apostolis ipsis retulit. Amē dico vobis q̄ vos qui secuti estis ꝛc. Quarto approbatione: ꝛ sic iudicabūt oēs electi. Oēs em̄ approbabūt iudicia sniaz. Vñ Apoc.xix. Johānes ait: Audiui q̄si vocez tubarū multarū in celo dicentiū alleluya. Laus gloria ꝛ virtus deo nostro est: qr̄ vā ꝛ iusta sunt iudicia eius. Quinto cōparatione: qr̄ minus mali iudicabūt magis malos. ꝛ sic sumitur iudiciū in autoritate prealleגata de niniuitis. Predicauit insuper xps futurum iudiciū. Matthe.xiij. vbi post parabolā de bono semine in agro seminato ꝛ zizanijs exortis tandē illaz sic exposuit. Qui seminat bonū semē est filius hominis. Ager autē est mundus. Bonū vo semen hi sunt filij regni: zizania aūt sunt filij nequā. Inimicus autē q̄ superseminauit ea est diabolus: messis vo consummatio seculi est: messores angeli. Sicut ergo colliguntur zizania ꝛ igni cōburuntur: sic erit in cōsummatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos ꝛ colligēt de regno eius oia scandala ꝛ eos qui faciunt iniquitatez ꝛ mittent eos in caminū ignis: ibi erit fletus ꝛ stridor dentiū. Tunc fulgebūt iusti sicut sol in regno patris eoz. Qui habet aures audiendi audiat. Ut autez scribit Aug. vj.c.xx.li.de ciui.dei. xps i hac autoritate iudiciū quidē vel diē iudicij non nominauit: sed eum multo clarius ipsis rebus expressit: ꝛ in fine seculi futurū esse predixit. In eodem etiam loco euangelij xps iudiciū fatetur: quādo sequitur: Simile est regnū celoz sagene misse in mari ꝛc. Matthē.xiij. vsq̄ ibi ꝛ stridor dentiū. Et vt breuius hanc veritatē futuri iudicij per xpm predicatam accipiamus: adest lectio sancti euāgelij hodierna' in qua non solū de futuro iudicio: sed ꝛ de mō de quo in sequētibus sermonib? dicemus fit specialis mentio. Apli insuper hoc iudiciū prenūciauere. Unde Petrus.ij.epla.iij.c. ait: Uenient in nouissimis diebus in decepcione illusores iuxta proprias pscias ambulantes dicentes: Ubi est promissio aut aduentus eius. Ex quo em̄ patres dormierūt oia sic perseuerant ab initio creature. Latet em̄ eos hoc volentes q̄ celi erāt prius ꝛ terra de aqua ꝛ p aquā cōsistens dei verbo: per quē ille nūc mūdus aqua inundatus perijt. Celi aūt q̄ nūc sunt ꝛ terra eodē vbo repositi sunt igne seruati in die iudicij ꝛ perditionis impioz hoim. Unum vo hoc nō lateat vos charissimi: qr̄vn? dies apud dñm sicut mille anni ꝛ mille anni sicut vn? dies: nō tardat dñs promissionē suā. sicut q̄dā existimāt. Aug. autem hanc auctoritatē xviij.c.xx.li.de ciui.dei. exponēdo dicit: Celos istos aereos intelligimus: quoz locū ac spaciū aqua diluuij crescēdo superauit: nō autē illos supremos vbi sol ꝛ luna ac sidera cōstituta sunt. Et Jac. v. ait: Patientes estote fratres vsq̄ ad aduentum domini. Ecce agricola expectat pretiosum fructū terre: patienter ferens donec accipiat temporaneum ꝛ serotinum. Patientes estote ꝛ vos ꝛ confirmate corda vestra quoniā aduentus dñi appropinq̄bit. Et Paulus.ij. Coz. v. sic a ꝛ Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal christi vt referat vnusquisq̄ pp̄ria corporis p̄ut gessit: siue bonū siue malū. Quid dicēt amplius increduli vbi tā validissima ꝛ fidedigna de venturo iudicio audiuntur testimonia. O pertinaces peccatores: o vmiculi debilissimi credite credite. Nō sunt locuti pphete: nō apostoli: nō denicq̄ xps vba mēdacij qui veritatē tantop̄ dilexerūt: vt pro illa etiā morī nō recusarēt. O somnolenti: o pigri ꝛ carnales hoies recordemini de primo aduentu iesu xpi filij dei: ō quo per tot annoz milia acclamatū est. Veniet veniet ad redimendū pplm ꝛ ad saluādas gētes: ꝛ tandē venit: ꝛ q̄ p̄dicta fuerāt de ipso i scripturis plene cōpleuit. De secūdo vo aduentu scriptura sacra p̄clamat oīs ꝛ loquitur: Ideo firmiter est tenēdū q̄ oīno ve

niet. Veniet inquā fortis et terribilis excelsus ⁊ gloriosus in maiestate ⁊ gloria ad humiliādos superbos: ad reprobādū luxuriosos: ad arguēdū auaros: ad cōdēnādū tādē eternis cruciatibus cū corpore ⁊ aīa: quoscūq; miseros peccatores. O aīa sterilis q̄d agis? Quid dormis? Cur vēturū iudicē tā scue tibi cōminātē nō times: quare pctā tua nō corrigis: non dimittis: non emendas? Quō cū illis cōparere corā iudice audebis tam equissimo. Propterea Job. Apoc. xiiij. audiuit angelū voce magna clamātē: Timete deū et date illi gloriā et honorē: q̄ venit hora iudicij eius. O prelati ⁊ magni viri ecclie: o imperatores: o reges: o principes: o barones: o duces: o milites: o doctores: o iudices o philosophi: o eloquētes oratores. O delicati iuuenes: o formose puelle: o annosi senes: o solliciti mercatores: o artifices: o iudei: o gētiles: o xp̄iani: o virgines: o vidue: o cōiugati. Timete deum: timete deū: timete deum: q̄ veniet et non tardabit.

¶ Q̄ oēs doctores ecclesie sctē loquantur terribilia ⁊ tremēda valde de futuro iudicio generali. Capl'm. iij.

TErtiū testimoniū quo p̄batur futurū iudiciū ꝺ̄ ecclesie ⁊ sanctoꝝ doctoꝝ. Ipsa nāq; ecclesia in vtroq; symbolo tā apostoloꝝ q̄ patrū vēturū xp̄m ad iudiciū p̄fitetur. Et hic est septimꝰ articulus fidei. vt dicit glo. c.j. ex̄ de sum. trini. et fide catho. super verbo vēturus. Jō Aug. c.j. xx. li. de ciuita. dei. ait: Tenet oīs eccl'ia dei veri xp̄m de celo esse vēturū ad iudicandos viuos et mortuos. Jnsup de hoc iudicio clare ⁊ sepiꝰ loquūt sācri doctores. Vñ Bernar. in quadā ep̄la ait: Veniet dies illa q̄n plus valebunt pura corda q̄ astuta verba: cōsciētia bona q̄ marsupia plena: q̄nquidē iudex ille nō flectet donis nec fallet verbis. Et Piero. ad Saluinianū diaconū lapsum. Parce queso aīe tue et crede dei futurū iudiciū. ⁊ idem ad Asellam de fictis amicis. Ante tribunal xp̄i stabimus: ibi patebit: qua mente quis vixerit. Et idem ad Heliodoꝝ de contēptu mundi. Veniet dies illa qua corruptiuum hoc et mortale induat īcorruptionē ⁊ immortalitatē. Beatus seruus quē inuenerit dñs vigilantē. Tunc ad vocē tube pauebit terra cū populis. Tūc gaudebis cum iudicaturo dño lugubris mūdus immugiet ⁊ tribus ad tribū pectora ferient. Potentissimi quōdā reges nudo latere pulpitabunt. Exhibebit cū ple sua venere tūc ignitus iuppiter. Adducetur ⁊ cū suis stultus Plato discipulis. Aristotelis argumēta nō pderunt. Tunc tu rusticanus et paup erultabis gaudebis ⁊ dices: Ecce crucifixus deus meus. Ecce iudex qui obuolutꝰ pānis in p̄sepio vagit. Hic est operarij ac questuarie filius. Hic matris gestatus sinu hoīem deus fugit in egyptū. Hic vestitus coccino. Hic sentibꝰ coronatꝰ. Hic magus demoniū habēs ⁊ samarites. Cerne manus iudee quas fixeras. Cerne latꝰ romane quod foderas. Videte corpus an idē sit q̄ dicebatis clā nocte sustulisse discipulos. hec ille. Et idē ad Palmachiū ⁊ Oceanū. Aderit illa dies in qua facta nīa quasi in quadā tabula depicta mōstranda erunt. O quantis in die illa expedisset si ⁊ sensu corporis ⁊ viscerum vigore caruissent: quāti pastores philosophis: quanti rustici oratoribus: quanti hebetes ⁊ muti arguti p̄referendi sunt Ciceronis. Et Gregoriꝰ homelia. xxix. Presentis tēporis si que est ita est agenda letitia: vt nunq̄ amaritudo sequentis iudicij recedat a memoria. Quis contradicere potest quis audet quis dꝰ tā probatissime veritati. Ecce iam audiuimus tā preclarissimas voces que peccatoribus terribile dei iudiciū cōminant futurum. Non letentur: non securi viuāt si nō puniuntur in hac vita. Non sunt vane voces scripturaꝝ que de peccatoribus ⁊ maleficientibus nunciāt. Ihe

ait sapiēs Eccl'i.ij. dissolutis corde. Et xlj. Uhe vobis viri impij q̄ dereliq̄stis legē dñi. Et Esaie.j. Uhe gēti peccatrici.et.iij. Uhe impio in malis suis. Et xlv. Uhe qui contradicit factori suo. Et Apoca.viij. Audiui vocem vnius aquile volantis per mediū celi voce magna clamantis ⁊ dicentis: Uhe vhe vhe habitantibus in terra: idest iniquis peccatoribus ⁊ malis hominibus. O humana presumptio. O detestabilis ⁊ periculosa confidentia eoꝝ qui in sua mala vita dei iudicium non formidāt. O insensati peccatores cogitate diligēter quid acturi eritis vel quid responsuri in extremo iudicij die: ⁊ dum cognoscitis nullaꝫ esse in vobis astutiā nullāq̄ꝫ virtutem quibus iudicij eterno possitis obsistere: reuertimini ad pnīam vt sic esse valeatis de numero electorum qui percipient regnum eternū in quo deus cum omnibus sanctis viuit et regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Feria tertia post Inuocauit: de formidabilib⁹ iudicij signis. Sermo.xxv.



Ijciebat oēs vendentes ⁊ emētes de templo. Mat. xxj. et in euāgelio hodierno. Q̄ terribilis apparebit in iudicio xp̄s clare ostendit nobis sacra euāgelica lectio hodierna in qua narratur celebre ac famosum iudiciū ⁊ signū potestatis q̄ erat in xp̄o qui solus potuit flagello facto de funiculis grandē multitudinē foras tēplū eijcere. Cōuenerāt q̄dē ibi vt solet fieri populi ī magno nūero neq̄ꝫ inuētus est q̄sq̄ꝫ q̄ poterit resistere ꝟtuti q̄ erat in vno solo homine iesu xp̄o ꝓpter latēte ei⁹ diuinitatē. Ipe ergo vt potuit eijcere adhuc in nr̄a humilitate ꝯsistēs oēs vēdentes ⁊ emētes de templo: vēturus est in maiestate sua ad segregādū a ꝯsortio iustoꝝ cunctos peccatores impenitētes: ante tn̄ aduētū ei⁹ p̄cedēt terribilia signa q̄ in hoc sermone merito ꝯtēplari debemus vt ꝑ illoꝝ recordationē deū timētes ⁊ ad pnīam redeūtes nō inueniam in numero illorū quos xp̄s tā acriter a sua facie eiecit ⁊ eternal'r ꝯdēnabit. De ipsis ergo signis iudicij tria mysteria principalia erunt declaranda.

Primū d̄r conditio.
Secundū ratio.
Tertium conclusio.

¶ Q̄ imminente iudicij tempore multa signa fient in sole luna stellis: in celo ⁊ in terra: in angelis: ⁊ quasi in oīb⁹ alijs creaturis. Capitulum.j.



Primū mysteriū ꝯtēplandū de signis d̄r ꝯditio. In quo videre debem⁹ q̄lia erūt et cui⁹ ꝯditiōis signa iudicij. Uñ Ric.in.iiij.xlviij.di.ar.j.q.iij. inducit Hiero. q̄ in annalib⁹ iudeorū scribit se legisse.xv. signa q̄ sunt hec. Prima die oīa maria exaltabūtur xv. cubitis supra oēs mōtes. Scd̄a die oīa equora ꝓsternent̄ in ꝓfundū: ita vt vix possint videri. Tertia die redigētur in statū antiquū. Quarta oēs q̄ belue q̄ mouent̄ in aq̄s ꝯgregabunt̄ ⁊ eleuabunt̄ sup aquas mugiētes. Quīta oīa volatilia celi ꝯgregabunt̄ in cāpis ⁊ nō gustabūt neq̄ꝫ bibēt: sꝫ emittent voces quasdaꝫ quasi flebiles. Sexta flamina surgēt ab occasu solis ignea ꝯ faciē firmamēti vsq̄ꝫ ad ortū currētia. Septima oīa sydera erratica ⁊ fixa spergent ex se igneas comas: sicut comete. Octaua magn⁹ terremot⁹ erit: ita vt oīs alta edificia ꝓsternant̄. Nona oēs lapides scindent̄ ⁊ vna petra collidet aliā. Decima oēs plāte fluēt sanguineū rorem. Undecima oēs montes ⁊ colles ⁊ edificia in puluerē redigent̄: Duodecima oīa aīalia veniēt ad cāpos de siluis ⁊ mōtib⁹ rugiētia ⁊ nihil gustātia. Decima tertia om̄ia sepulcra ab ortu solis vsq̄ꝫ ad occasum patebūt cadaueribus ad resurgēdū. Decima q̄rta hoīes de habitaculis suis recedēt discurrēdo attonitivelut amētes ⁊ nō audiētes loqui. Decima q̄nta oēs hoīes morient̄ ⁊ re-

surgēt cū mortuis lōge añ defunctꝫ. Et
q̄uis īcertum sit vtrū talia signa sint
p̄cessura iudiciū: cū Hiero. ea non affir
met sed tm̄ legisse se asserat tñ ex euan
gelij textu tria signa infallibiliter ⁊ cer
titudinaliter colliguntur.

Primū d̄r corpoꝝ celestiū īmutatio.
Scd̄m euāgelicaꝝ virtutū cōmotio
Tertiū signi redēptoris apparitio.

¶ Primū signū hr̄ Mat. xxiiij. vbi d̄r:
Sol obscurabit̄ ⁊ luna nō dabit lumē
suum: ⁊ stelle cadēt de celo. Et Lu. xxj.
Erūt signa in sole ⁊ luna ⁊ stellis. Et h̄
p̄dixit Esa. xiij. Stelle celi ⁊ splēdor ea
rū nō expādēt lumē suū: obtenebratus
est sol in ortu suo: ⁊ luna nō splēdebit ī
lumine suo. ⁊ Apoc. viij. Quartꝰ āgelꝰ
tuba cecinit ⁊ p̄cussa est tertia ps solis
⁊ tertia ps lune et tertia ps stellaꝝ ita
vt obscuraret̄ tertia ps earū. Circa ob-
scurationē solis notādū est ſm Alex. in
iij. p̄te summe. q. xxv. mē. j. ar. j. ⁊ Ric.
q̄ sequunt̄ magr̄m. xlviij. di. q̄rti li. ar.
j. q. v. q̄ solē ⁊ lunā obscurari pōt ītel-
ligi vel in ip̄o aduētu iudicis. ⁊ sic dicū
tur obscurari nō sui luminis p̄uatione
sed supueniēte maioris luminis clari-
tate. Et h̄ p̄dixit Esa. xxiiij. Erubescet
luna ⁊ cōfundet̄ sol cū regnauerit dñs
exercituū in mōte syon ⁊ ī hierl'm: ⁊ in
cōspectu senū suoꝝ fuerit glorificatus.
Pōt etiā ītelligi solē et lunā obscurari
ante iudicis aduētū: ⁊ sic patient̄ ecly-
psim sup̄natural'r: qm̄ si paterent̄ p na-
turā nō oporteret hoc poni inter signa
cū multotiēs hoc acciderit. Sꝫ creden
dū est q̄ ꝯ naturā patient̄ sil' eclypsim
ad terrorē hoīm. Per naturā em̄ īpossi
bile esset q̄ sil' paterent̄ eclypsim: qꝛ na
turalis eclypsis solis causat̄ p interpo
sitionē lune inter aspectū nr̄m solisqꝫ.
Et naturalis eclypsis lune p ītерposi-
tionē terre diametral'r īter solē ⁊ lunā.
De illa ḡ eclypsi sic ꝓp̄hauit Johel'. ij.
Sol ꝯuertet̄ in tenebras ⁊ luna ī san-
guinē: anteq̄ veniat dies dñi magnꝰ ⁊
horribilis. De casu etiaꝫ stellarum ſm
Aug. xx. de ciui. dei. c. xxiiij. credēdū est
q̄ tropica sit illa locutio q̄ d̄r stellas ca
dere de celo: eo q̄ ꝓprie loquēdo veri-
ficari nō posset: qꝛ corpora celestia non
sunt grauia nec corruptibilia. vt dicit
Aristo. j. de celo ⁊ mūdo. Ideo dicūtur
cadere de celo: qꝛ videbunt̄ lumine suo
priuari superueniēte claritate maiori.
Vel pōt intelligi q̄ stelle cadēt de celo
quātū ad apparitionē: qꝛ inflāmati va
pores in tāta multitudine descēdet q̄
videbit̄ aspiciētibus q̄ sint stelle de ce
lo cadētes. ¶ Scd̄m signū erit angeli-
carū virtutum cōmotio. De quo Mat.
xxiiij. Virtutes celoꝝ mouebuntur. Et
hoc ſm doc. p̄fatos pōt dupl'r intelligi
Aut ꝓ ordine virtutū q̄ ſm Dio. lib. de
ange. hierar. est medi⁹ in media hierar
chia: aut ꝓ oībus celestibus spiritib⁹.
Primo modo ꝓ tāto virtutes celoꝝ cō
mouebunt̄: qꝛ angeli illi⁹ ordinis quoꝝ
offiū est circa mundū regimē gerere: fa
ciēdo aliqua facta insolida ad reuocan
dū mētes hoīm in deū: p modicū tp̄s:
ante xp̄i aduentū faciēt facta maioris
admirationis q̄ vnq̄ ante fecerint. Et
in ip̄o xp̄i aduētu mouere cessabūt cor
pora celestia. Accipiendo v̄o virtutes
pro oīb⁹ angelis beatis dicunt̄ moue-
ri ſm magr̄m nō metu dānationis vel
aliqua p̄turbatione pauoris: sꝫ quadā
admiratione eoꝝ q̄ videbūt. Et sic in-
telligitur illud Job. xxvj. Columne celi
pauēt ⁊ ꝯtremiscūt ad nutū ei⁹. ¶ Ter
tiū signum d̄r signi redēptoris appari-
tio. de quo in euāgel'. Mat. xxiiij. Tūc
apparebit signū filij hominis. Qd̄ mul
tipliciter pōt intelligi ſm Alex. in. iij.
Uno modo signū illud pōt dici signū
crucis. de quo cantat eccl'ia. Hoc signū
crucis erit in celo cū dñs adiudicandū
venerit. Et Chryſ. Crux apparebit sole
lucidior existens. Scd̄o modo pōt dici
signū passiōis in carne xp̄i. iuxta illud
Zach. xij. Videbūt in quē trāsfixerunt.
Et Apoc. j. c. Videbit eū oīs oculus et
qui eū pupugerunt. Tertio modo pōt
intelligi signū crucis impressum mēti-
bus fideliū. Hec sunt signa q̄ colligunt̄

ex euãgelio. Tñ vt Lucas addit. xxj. Et in terris erit pressura gentiũ pre ꝯfusione sonitꝰ maris ⁊ fluctuũ: vsq; vniuerso orbi. Jõ non est dubitandũ ꝙ ante diẽ iudicij videbuntur terribilia signa: nõ solũ in sole ⁊ luna ⁊ stellis: verũetiã in aere: in auibꝰ: in terra: in arboribꝰ: in mari: in animalibꝰ: in aquis: in fluminibus: et in omnibus abyssis.

¶ Q̃ signa predicta in precedenti capitulo fient ad significandum terribilitatem iudicis: ⁊ ad accusandum peccata vel quasi ad compatiendum suo modo miseris damnatis. Capl'm. ij.

Secundũ mysteriũ ꝯtẽplandũ d̃r ratio. In quo ꝯsiderare debemus quare predicta signa fiẽt ante diem iudicij? Et dici potest ꝙ ꝓpter tres rationes.

Prima d̃r ostensionis.
Secunda accusationis.
Tertia compassionis.

¶ Prima ratio d̃r ostẽsionis ad ostẽdẽdũ q̃terribilis erit aduẽtus filij dei iudicãtis qñ creature sue tãtũ terrorẽ incutient hoĩbꝰ. Jõ Greg. in homel'. di. Multa debẽt mala p̃currere vt malum valeãt sine fine nũciare. Nã si timẽt homines ĩsolitã solis obscurationẽ: sicut Verg. di. j. Geor. Ille etiã extincto miseratus cesare romã. Cũ caput obscura nitidum ferrugine texit. Impiaq; eternã timuerũt secula noctẽ. Si timẽt nõ cõsuetas tenebras: sicut egyptij de q̃bꝰ d̃r Exo. x. Facte sunt tenebre horribiles in vniuersa terra egypti tribꝰ diebꝰ nemo vidit fratrẽ suũ nec mouit se de loco in quo erat. Si timẽt terremotũ: si ventoꝝ vehemẽtiã: si nocturnos strepitꝰ: si draconũ aut serpẽtũ sibilos leonũq; rugitꝰ: ⁊ hmõi quãto magis timebũt tremendã vocẽ seuerissimi iudicis dãnãtis ⁊ exprobrãtis malos. ¶ Scda rõ illoꝝ signoꝝ d̃r accusatiõis. Oẽs em̃fere creature ĩmutabunt̃ parate ad vindictã ꝯ pctõres. iuxta illud Sap. v. Armabit creaturã ad vindictã inimicorũ suoꝝ. Nã cũ deus oẽs creaturas fecerit ad hoĩs vtilitatẽ: ⁊ oẽs deo obedierint homini ꝟuiẽdo. ipe ꝟo hõ rebellis ⁊ inobediẽs creatori suo extiterit: iõ accusabũt eũ quasi ingratũ. Clamabit nãq; suo modo celũ. O deus omp̃s ego hoĩ ministraui cũ planetis meis influẽdo sup terrã ⁊ alia operando q̃ iussisti. ipse ꝟo te offendit: g̃ vindicta iussisse iudex Clamabunt sol ⁊ luna ⁊ stelle. O deus magne nos dedimus peccatoribꝰ lucẽ vt tuum ꝓsequeremur imperiũ: illi ꝟo in omnibꝰ te ꝯtẽpserunt fac ergo vindictã. Clamabit hoc modo aer: clamabit terra: clamabunt aque ⁊ oĩa que in eis sunt. Ideo Hugo de sanctovictore ait: In die illa vltiõis nihil habebit quod respõdere possit homo peccator: vbi celum ⁊ terra: sol ⁊ luna: dies ⁊ noctes: ⁊ totus mũdus stabũt aduersum nos in testimoniũ pctõꝝ nostroꝝ. ¶ Tertia rõ illoꝝ signoꝝ d̃r cõpassionis. Mouebũtur vtiq; quasi quodã affectu pietatis ⁊ cõpassionis oẽs creature ad cõpatiẽdũ dãnatis miseris. Vñ Chryꝰ. super Mat. ait: Patrefamilias moriẽte domus eius turbat̃: familia plangit et nigris se vestibꝰ induit. Sic humano genere circa finẽ cõstituto celi ministeria lugent ⁊ candore deposito tenebris induunt̃. Plãget ergo sol dãnationẽ hominũ: planget luna: plangẽt stelle: plãgent oĩa elementa: ⁊ vniuersa q̃ creata sunt. O q̃durus es: o tu pctõr q̃ferreus q̃tibij p̃i crudelis qui te damnandum conspicis et morti sempiterne ad iudicandũ: ⁊ tamen nõ ploras. Plãge: qꝛ sol te planget. plange: quia planget te luna. plange: quia plangẽt te stelle. Sed melius plange vt non plangas: plange quia offendisti deuꝫ: vt tibi indulgeat. Plange per ꝯtritionẽ ⁊ postula veniam: plange per timorem vt sic penam effugias. O saxeum pectus. O adamãtinũ cor: o insensibilis mẽs peccatricis anime que audiẽdo ea que dicimus non commouetur: non compungitur: nõ excitatur: non deponit pctã:

nec reuertitur ad dñm deũ suum.

¶ Qr terribilis erit vox tube vocantis mortuos ad iudiciũ: ⁊ ꝙ virtus diuina erit causa efficiẽs reformationis corporũ ⁊ resurrectionis mortuoꝝ: ⁊ vox tube erit causa instrumẽtalis. Capm.iij.

Tertiũ mysteriũ contemplandum de signis iudicij dicit̃ cõclusio. Concludẽtur nãq; oĩa signa terroris ĩ illo vno pauescẽdo qđ erit vox tube. de qua.j.Coꝝ.xv. Canet em̃ tuba ⁊ mortui resurgẽt incorrupti: ⁊ nos immutabimur. ꝟm aũt Richar.di.xliij.iiij. libri ar.iij.q.iij. Vox tube non erit causa efficiens reformationis corporũ ⁊ vnionis aĩarum ad illa: sed virtus diuina. Erit tñ cã instrumẽtalis. ideo.j.Thessal.iiij. Jn iussu ⁊ in voce archangeli ⁊ in tuba dei descẽdet de celo. Vbi ponunt̃ tria q̃ cõcurrent ad resurrectionẽ mortuoꝝ.

Primum erit iussio.
Secundũ reformatio.
Tertium sonatio.

¶ Primũ erit iussio: qr xp̃s iubebit pulueres seu partes quascũq; corporũ mortuorũ recolligi per mysteriũ angelicuz. ⁊ hoc notauit apl̃s cuz dixit. j.Thessal. iiij. Jn iussu ⁊ in voce archãg. ¶ Scđm erit reformatio. Precipiet etiam xp̃s ex illis pulueribus recollectis corpora reformari ⁊ reformatis animas vniri que duo fient per virtutẽ diuinã: ⁊ istud notatur ab apl̃o cum dicit. j.Thessal. iiij. Jn tuba dei. ¶ Tertium đr sonatio. Archangeli em̃ qui fuerũt custodes ꝓuinciarum in prouincijs quas custodierũt clamabunt fortiter et sensibiliter sono articulato: et mediante aliqua sensibili creatura formata: clamabunt inquã ꝙ omnes coram iudice compareant diffinitiuam sententiã: ⁊ irreuocabilem audituri. ⁊ hoc notauit apl̃s cum dixit.j. Thessal.iiij. Jn voce archãgeli. De hac autem sonorosa tuba sic inquit Chrysosto. super Mattheũ. Vere vox magna vox tube terribilis cui omnia obediunt elementa: q̃ petras scindit: inferos aperit portas tartareas frãgit: vincula mortuoruz disrumpit: ⁊ de profundo abyssi aĩas corporibus suis assignat. Hec aũt oĩa citius consumentur in opere q̃ sagitta transit in aere dicente apostolo.j. Coꝝ.xv. Jn momẽto in ictu oculi in nouissima tuba. Et Hiero. super Matth. sic loquit̃: Quotiẽs diem iudicij considero: toto corpore cõtremisco. Siue enim comedã siue bibã siue aliq̃d aliud faciã: semper videtur illa tuba terribilis insonare auribus meis. Surgite mortui venite ad iudiciũ. Et idẽ ad Cromatiuz ⁊ Heliodorũ. Ego in scelerũ meoꝝ latens sepulcro ⁊ peccatoꝝ vinculis colligat̃: quotidie dñicum illũ clamorẽ expecto. Hiero. Veni foras: ego deniq; oĩa tuta timeo. Quid audis pctõr? Quid Hiero. dicit: Et quis ipse erat? Nonne sanctus? nonne probus et virtuosus? nonne a curis terrenis penitus absolutus? nonne penitentia maceratus? nonne in dei opere assiduus? Et tamen clamat: ego timeo. Et cur non times tu o amator seculi? O negligens in via domini. O peccator nequissime contremisce ⁊ cõcutiãtur viscera tua: depone fatuitatez mentis tue qua fit vt non timeas: et sepius mente reuolue Hiero. v̄ba dicẽs: Ego timeo. Ad hoc facit exemplum qđ Barlaã dixit de Josaphat: ꝙ rex quidã magnus: christianus tamen ⁊ deuotus vtplurimum mestus omnibus apparebat ⁊c̃. O amara vox: o dura: o tediosa peccatoribus omnibus quando dicetur eis: Surgite ⁊ venite ad iudicium. Ergo prouideamus vt dũ tempus adest ⁊ facultas datur: per penitentiã recõciliemur deo quem offendimus vt bonitate sua ipse absoluat nos a peccatis: annumeretq; societati sanctorum concedens hic nobis gratiam: et in futuro gloriaz qui sit benedictus per infinita secula seculorum. Amen.

¶ Feria. iiij. post Jnuocauit de ordine ⁊ cõditionib⁹ iudicij generalis: ⁊ de sentẽtia cõtra dãnatos ferẽda: ac de suaui vocatione electoꝝ. Sermo.xxvj.

VIri Niniuite surgēt in iudicio. Verba sunt ista dñi nostri ihesu xpi Matth̄.xij. et in euāgelio hodierno. Commemorabat frequētius saluator noster dilectissimi diem iudicij: qm̄ nihil terribilius pctōribus pōt dici: Quisnā tam demēs tā stultus tāq; obstinatissim⁹ esse pōt vt cū audit se iudicandū diuino iudicio reseruari timere nō debeat: Judicabit de⁹ oēs hoīes oēsq; angelos qui peccauerūt: ⁊ cōtra eos sententiā proferet irreuocabiles. Qm̄ tū preterea que dicta sunt de futuro iudicio generali: nō parū vtile est meditari ⁊ considerare ea que in illo iudicio fienda sunt. Jccirco in pīsenti sermone adhuc de ipso erimus aliqua tractaturi. De quo tria mysteria adhuc ꝓponimus cōtemplāda.

Primū dicitur ordinatio.
Secundū reuelatio.
Tertium premiatio.

¶ De ordine iudicij ꝑm locū ⁊ modū: et qualiter ab oīb⁹ siue bonis siue malis videbit xp̄s in maiestate sua. Lap̄m. s.

PRimū mysteriū cōtēplandū de iudicio gñali ꝺr ordinatio. Ordinabitur etem ꝑm doctores quantum ad tria.

Primo quantū ad locum.
Secūdo quantum ad modum,
Tertio quantum ad aspectum.

¶ Primo ordinabit quātuz ad locū. de quo aliqui dicere voluerunt ꝙ erit vallis iosaphat ꝓpter verba Joēl.iij.di. Adducā oēs gētes in vallē iosaphat et disceptabo cū eis. Sed magister sniarū elvij.di.iij.libri (quē etiā ceteri theologi subsequunt) reprehēdit illos qui dictū illud ꝓphetici volūt intelligi ad litterā: qm̄ oēs hoīes in valle illa cōprehēdi nō possent. Et ꝓptera est potius intelligēdum mystice et spūaliter: eo ꝙ vallis iosaphat interpretat vallis iudicij. Dicit ergo magister ꝙ xp̄s descēdet ad iudicandū supra montem olivēti: de quo in celū ascēdit: ⁊ sedebit in aere in loco alto: ⁊ forte circa locum illū in quo apli desiderauerūt ipm corporaliter videre qñ ascēdebat in celū. Omnes autē cōgregabunt in valle iosaphat cui preeminet mōs olivēti. Et quot in illo poterunt capi: tot erūt ibi. alij circa vallē quidā ꝓpinquius: quidā ꝏ remotius: electis ꝏ existentibus ad dexterā iudicis non in terra. sed in aere: iuxta illud j. Thessal.iiij. Rapiemur cū illis in nubibus obuiam christo in aera. Si enim non raperemur in aera nisi post iudiciū qñ cum iudice ibunt in celū nō diceremur rapi obuiā xp̄o: sed post christum. Viri tamen perfecti magis eminētius et prope iudicem erunt. Magis tamen congruum erit ꝙ christus veniat ad iudicandum in aere super montem olivēti ꝙ super locuz in quo passus est: quia passus est in forma infirma ⁊ iudicabit in forma gloriosa sicut in gloriosa ascēdit. ¶ Scō ordinabit iudiciū quantū ad modum. De summis nāq; celorū descendet filius dei cū potestate magna ⁊ maiestate: cū oīb⁹ angelicis choris: et sua gloriosissima matre. Deferēt ante eum angeli passionis instrumēta: et miraculo reformata: videlz columnam: coronā spineā: crucē: clauos: spongiā: et lanceam. Et oēs electi reassumptis corporibus ꝓcedent ei obuiaz Quoz̄ processionē ⁊ ordinē pie contēplari possumus: ꝑm ꝙ Johānes in Apoca. describit. Ait em̄. vij.c. Audiui numerū signatorum centū quadraginta quattuor milia signati ex omni tribu filiorum⁹ israel. Ex tribu iuda: duodecim milia signati. Ex tribu ruben: duodecim milia signati. Ex tribu gad: duodecim milia signati. Ex tribu aser: duodecī milia signati. Ex tribu neptalim: duodecim milia signati. Ex tribu manasse: duodecim milia signati. Ex tribu symeon: duodecim milia signati. Ex tribu leui: duodecim milia signati. Ex tribu ysachar: duodecim milia signati. Ex tribu zabulō: duodecim milia signati. Ex tribu ioseph:

quendū actus cōueniētes officio suo. Nō sic aūt vere potest dici de quolibet inferiore curato. ¶ Scōa conditio confessoris dicitur sanctitas. Ut enim dicit Durandus in summa vbi. s. Tanta debet habere pfessor abilitatē affectionis: vt sit dign⁹ xpi minister. Unde de peni. dist. vj. c. qui vult pfiteri. dr: Sacerdos itaq; cui oīs offertur peccator ante quē statuitur oīs languor in nullo eor sit iudicandus que in alio iudicare est prompt⁹. Judicans em aliū q̄ est iudicādus: condēnat seipm. Cognoscat ergo se t purget in se: qō alios videt sibi afferre. Ex q̄bus ꝟbis sumitur argumētū ꝟm Duran. cp existēs in mortali peccato: peccat mortal⁹ absoluendo: nisi prius peniteat. Nec solū debet esse sanctus pfessor sed in sanctitate solidus t firmatus ꝓpter ea q̄ audiūtur in pfessione. Jdeo Bern. sup cātica sermone. xviij. ait: Tu frat cui firma charitas nōdū est: sed adeo teneraī arundinea: t oī cedat flatui: qua frōte alienā vulnera curare: aut ambis aut acqe scis. Noli esse nimis iustus. Sufficit tibi si diligis primū sicut teipm. Nō em salutē primi debes querere: in salutis pp̄rie detrimentū. hec ille. Caueant tm̄ qui pfiteri volunt ne fiant cōfessor iudices curiosi: sed eis tm̄ sufficiat nō cōspicere malā vitā expresse. ¶ Tertia cōditio pfessoris ō: claritas. Debet vtiq; habere claritatē cognitionis t scientie: vt ō: in. c. omīs. §. sacerdos. Et in glo. in dicto. c. super verbo sacerdoti. Et in glo. sup verbo ꝓuidum. in. c. ne p dilatiōe. ex de peni. t remiss. Jō ō: de peni. di. v. in. c. qui vult confiteri. Caueat' spiritualis iudex: vt sicut nō cōmisit crimē nequicie: ita nō careat munere scientie. Oportet em vt sciat cognoscere quicqd debet iudicare. Judiciaria nanq; ptās exp̄ostulat vt qō debet iudicare discernat. Diligēs ergo inq̄sitor t subtilis inuestigator sapienter t quasi astute interroget a pctōre qō forsitā ignorat vel verecūdia velit occultare. hec ibi. Opz ergo vt confessores sciāt discernere qō debeāt iudicare: sicut in veteri lege iudicabāt de lepra t nō lepra. Leuit. xiij. Hic est q̄ Greg. li. j. pastoralis. c. j. ait: Nulla ars doceri psumit: nisi pri⁹ intēta meditatione discat. Ab imperitis g̃ pastorale magisterium qua temeritate assumit: cū sit ars artiū regimē aiarū. Facit ad hoc. c. Cum sit. ex de qualitate ordinādor. Cōfessor ergo ꝟm Durā. quotiēs se ingerit ad pfessiones audiēdas: totiens offert se ad rndēdū de peccatis mortalib⁹ t p̄ceptis: de ̄ctibus t vsuris: de restitutionibus. Debet itaq; habere scientiā saltē cōpetentē. Vocat aute cōpetēs q̄ necessaria est ad executionē cuiuscūq; ordinis. Usū inquātus sacerdos deputatus est ad diuinū officiū celebrandū: tenet intantus scire de grāmatica q̄ sciat verba pferre: t q̄ intelligat saltē lr̄aliter ea q̄ legit. Jnquātum vo est minister sacramētor̄: tenet scire q̄ sit debita materia vel forma cuiuslibet sacramēti t modū recte singula dispēsandi. Jnquātū doctor est tenetur scire saltē fidei rudimēta. Et inquātū est iudex in foro pscientie: tenet scire discernere inter lepra t nō lepra: saltē inter his pctis q̄ sunt oīb⁹ notiora. Jn alijs vo de q̄bus etiā sapientes dubitāt sciat dubitare: t q̄rere supior cōsiliū. Debet scire q̄ sunt mortalia: q̄ capitalia saltē in cōi: t q̄ venialia in genere. Dz etiam scire canones penitētiales: nō tm̄ propter hoc vt penitētias iniūgeret: cum pne hodie fint arbitrarie: vt dicet i sequēti sermone sz vt p hoc sciat culpas pnias agnoscere. hec Durā. Ego tm̄ credo q̄ pōt q̄s duz nō est nimis peritus in tribus casibus sine periculo pfessiones audire. Primus est q̄n periculū mortis immineret pfitēti: nec alius posset haberi: tunc quilibet pōt et debet audire ꝓpter efficaciā sacramēti ne ea priuet. Secūs est q̄n cōfitens est peritus sufficienter ita q̄ ip̄m confessorem docet. Tertio q̄n pfitētes sunt persone spūaliter viuentes t crebro pfitentes q̄ non

consueuerunt habere nisi venialia.

¶ Qualiter confessio dz esse integra vt penitēs cōfiteat oia pcā mortalia t circunstantias trahentes ad aliud genus peccati: t in casu venialia. Capm. iij.

Ertiū mysteriū de cōfessione declarādum dicitur integritas. Nā vt dicit. c. oīs. sepi⁹ allegatū. De oībus peccatis cōfessio est faciēda vni sacerdoti vt integra sit t nō diuisa. Sed in hoc solet dubitari quantum ad tria.

Primo quātum ad pcōz differētiā:
Scōo quātū ad eoz circūstantiam.
Tertio quātum ad pcā venialia.

¶ Primo solet dubitari quātū ad pcōrum differētiā. Utrū necesse sit differentiam oīs pcī mortalis: siue latētis: siue manifesti: siue sit cordis: siue sit oris cōfiteri. Et rñdet Bona. dist. xvij. iiij. q fic. Et de pcō manifesto dicit: q necessarium est vt dicat in confessione duplici ex causa. Una ex parte audiētis: alia ex parte confitētis. Ex parte audiētis: qm̄ sicut est in iudicio forensi q iuder aliq̄d nouit vt priuata psona: qō tñ nō nouit vt iuder nec pcedit ad sniam quousq; innotescat ei vt iudici: qz vt dz in. iij. q. vij. c. iudicet. Juder debet iudicare ꝑm allegata. Sic est in iudicio penitētiali: qz peccata publica q̄uis sint manifesta sacerdoti sicut homini: nō tñ sunt manifesta sicut dei vicario: ideo sunt confitēda. ¶ Scōa rō est ex parte confitētis: qz per suā humilē cōfessionē hz iustificari. Unī de peni. di. j. c. porro illi. §. alij. Dic tu prius iniq̄tates tuas vt iustificeris in sermonibus tuis. pō. l. t Roma. iij. Dū ergo peccator cōfitet oīa mortalia: secreta: t publica que fecit: debet dicere sacerdoti: t si non recordaretur omniū: precedēte sufficiēti preparatione: sufficit ei q in genere doleat t cōfiteatur se in multis offendisse quoz nō recordat: qz vt scribit in glo. sup. c. porrecta. ex de confir. vti. vel inuti. t. C. de veteri iure enucleādo. l. ij. §. si quid autem. Omniū habere memoriam et in nullo penitus oberrare diuinitatis est potius q̄ humanitatis. Si aūt pctōr recordet t nolit dicere vel nō dat operā vt recordetur confessio sua infructuosa est: vt colligi pōt ex dictis in. c. fratres nr̄os. de peni. dist. v. ¶ Scōo solet dubitari quātū ad pctōrum circūstantias. vtrū circūstātie sint cōfitende. Et dicit dñs Boñ. prefata. xvij. dis. iiij. q tria sunt circūstantiarum genera: quedam sunt alleuiantes: quedā aggrauātes: quedā ad aliud genus trahētes. Prime circūstantie alleuiāt pctm̄: vt si quis peccasset cum muliere: ab ipsa tñ tentatus t puocatus et hmōi. Has circūstātias confiteri nō est bonū nisi ꝓpter hoc vt satisfaciat alteri ne inquisitioni: vel vt puideat ei⁹ scandalo t pturbationi: vtpote si timeret cōfessorē ex hoc accipere occasionē t eremplū malū vel si tātū circūstātia minuat peccatum vt sit in genere venialis aut nullum pctm̄: sicut comedere carnes in quadragesima ꝓpter infirmitatem: hoc excepto pctōr nō dz tales circūstantias referre: qz in cōfessione habet se accusare: nō excusare. Scōe circūstātie dicūtur aggrauātes que aggrauāt pctm̄: nō tñ trahūt in aliud genus: vel in aliā speciē pcti: vt si q̄s lusisset ad taxillos multus libēter: t fuisset fornicat⁹ cū multa delectatione: vel cōmisisset aliquod peccatū ex ꝓpria malicia nulla tētatione precedēte: t tales circūstātias non est de necessitate cōfiteri: sed de cōgruitate. Tertie circūstantie dicūtur ad aliud genus trahētes: eo q trahunt in aliud genus vel in aliā speciē peccati et has cōfiteri est necessariū. ¶ Scōm vo dicta sanctorum octo sunt tales circūstātie. Prima persone. Scōa loci. Tertia modi. Quarta tēporis. Quinta numeri. Sexta qualitatis. Septima inductionis. Octaua cōsequētie. Prima circūstātia dz persone. Notificāda nāq; est persona cū qua vel cōtra quā pctm̄ est cōmissum. Aliud em̄ est peccare cū vna moniali: aliud cū vna seculari: aliud cū soluta: aliud cum cōiugata: aliud cum cōsanguinea: aliud

cū extranea: aliud pcutere laicuz: aliud clericū vel sacerdotē ⁊ hmōi. Scōa circūstātia ōr loci. Nā si pctm̄ cōmittat in loco sacro inducit aliā speciē pcti qō ōr sacrilegiū. sic̄ no. glo. de peni. di. v. c. cōsideret. Tertia est modi. Posset em̄ q̄s tali modo peccare q̄ pctm̄ traheretur in aliā speciez vt si q̄s cū muliere peccaret cōtra naturā. Quarta est tp̄is. Q̄n enim pctm̄ cōmittit in die festo inducit aliaz speciē. s. trāsgressionē tertij p̄cepti: vt dicit Nico. de lyra sup. xx. c. Exodi. Jō peccata in festis cōmissa cū temporis circūstātia sunt cōfitēda. Quinta ōr numeri: q: quotiēs hō peccat totiēs distincta ⁊ plura pctā cōmittit. ꝓterea oportet dicere quotiēs pctm̄ est commissum. Et si q̄s nō recordet dicat numerum quē pōt estimare ꝑm ꝓbabilē opinionē: ⁊ si non pōt estimare numerū estimet quāto tpe in pctō stetit. Sexta ōr q̄litatis. Oportet em̄ cōfiteri q̄n pctm̄ esset publicum q: induceret aliā speciē ⁊ hoc est scandalū primi. Septima ōr inductionis: q̄n alios nō solū ipe peccauit: sed alios induxit ad peccādū: dās consiliū: auxiliū: vel fauorē. Octaua ōr consequētie. Debet pctōr etiā dicere pctā que cōsequuntur ad alia pctā: vtputa q: in vno peccato occurrerēt mēdacia: periuria: adulationes: deceptiones ⁊ similia que in cōfessione nō sunt omittēda: sed ꝓpalanda. ¶ Tertio dubitari solet quātum ad peccata venialia: an expediat illa cōfiteri. Et de hoc dicit Bonauē. vbi. s. q. ſ. q̄ cōfiteri venialia nō est p̄ceptum: eo q̄ ablq̄ cōfessione multipliciter remittuntur. Et primo p dignā eucharistie sumptionē. de cōse. di. ij. c. cū oīe crimē. et c. si quotiēscūq̄. Scōo per aque bñdicte aspersionē: vt patet de cōse. di. iij. c. aquā sale cōspersam. Tertio p ieiunia ⁊ p elemosynarū largitionē: vt hr̄. lxxxij. dist. c. p̄sbyter. Et de peni. di. ſ. c. medicina. ⁊. c. ꝯfitemur. ⁊ dist. iij. c. sane cauēdum. Quarto p dñicam oratiōnē: vt de peni. dist. iij. c. de quotidianis. Quinto per deuotā corporis tonsionē. de peni. dist. ſ. c. tres sunt actiones. ⁊ dist. ij. c. si em̄. inq̄t: Sexto p generalē cōfessionem in ecclesia factā: vt de peni. dis. iij. c. de quotidianis. Jn casu tñ cōtingit q̄ hō teneat venialia cōfiteri: siue ꝓpter dubium: siue ꝓpter ecclesiasticū statutuz. Propter dubiū vt q̄n q̄s ꝓbabiliter de aliquo pctō dubitat vtrum sit mortale vel veniale: q: pctōr si nō penitet de illo sicut de mortali: discrimini se exponit: ⁊ ideo dz cōfiteri. Silr̄ ꝓpter statutū cōfitēda sunt venialia sicut dictū est superius de necessitate cōfitēdi semel in anno: vel de religiosis. Q̄n vo multi hoc audiētes scrupulosi satis efficiunt dubitātes nescire ꝓfiteri pctā sua vt decet Ego dico ⁊ teneo q̄ si q̄s cū volūtate se emēdādi ⁊ ꝓposito bono ad cōfessionē accedit: faciēs qō in se est vt bñ cōfiteat ⁊ nullius pcti recordaret: ⁊ nullā diceret circūstantiā: ⁊ multa omitteret que ad cōfessionē necessaria esse dicunt: cōsiderata voluntate bona ⁊ pēsata humana infirmitate vel ignorantia: talis fructu cōfessionis minime priuaret. Ergo cū bona ad deū fiducia disponāt se oēs pctōres prout poterūt vt sciāt pctā sua cōfiteri ⁊ a xp̄o sanitatē ⁊ salutē simul cum languido quē sanauit in euangelio firmiter obtinebūt hic per gratiā: et in futuro per gloriā: in qua viuit in eternum deus qui est bñdictus. Amen.

¶ Sabbato post Jnuocauit: de fructuosa et vtili confessione peccatorum.

Sermo. xxix.

Hic est filiꝰ meus dilectus in quo mihi bene cōplacui ipsum audite. Matth. xxvij. et in euāgelio hodierno. Seruāda sunt xp̄i precepta animo lero ⁊ libēti corde: quē verū deum credimus saluatorem nostrū. Testatur nāq̄ euangelium hodiernū qualiter xp̄s trāsfigurat̄ est in monte a deo patre et spiritu sancto vestimentū diuinitatis accepit. Jpse ergo nobis viam salutis aperuit:

penitentiāq; post cōmissa peccata illā esse predicauit. Jpse sacerdotibus claues ecclesie cōsignauit: quibus possent peccatorib⁹ aperire ianuā regni celorū. Jpse sanguinē suū offert oībus: quib⁹ merita ꝓpria nō sufficiūt vt illius mereto veniā assequanf ⁊ remissionē. Cūm ño hoīes saluare sic voluit per'gratiam suā: vt etiā ipsi faciāt qō in se est: ⁊ precipue pctā sua sacerdotib⁹ confitendo. Jccirco vnusquisq; illuz audire debet. Vor eñ ei⁹ est Matth. iiij. di. Penitētiam agite. Et qr hec penitētia cōfessionē includit: iccirco preter ea que in precedētibus dicta sunt: adhuc in hoc sermone tria mysteria ponem⁹ cōtēplāda.

Primū ōr humiliationis.
Secundū occultationis.
Tertium iterationis.

¶ Quō pctōr dz humiliter cōfiteri. Primo eraminādo conscientiā. Scōo accusando pctā. Tertio suscipiēdo iniunctā sibi penitētiā a sacerdote. Lapm. j.

PRimū mysteriū de confessione declarandum ōr humiliationis. Qui eñ confitetur dz cū humilitate: que precipue consistit in tribus.

Primo in diligēti examinatione.
Scōo in peccatoꝝ accusatione.
Tertio in penitētie susceptione.

¶ Primo cōsistit humilitas penitentis in diligēti examinatione. Nā qui humilis est ante cōfessionē in aliquo secreto loco examinat seipsum cogitās beneficia que a deo accepit: bona que omisit: ⁊ mala que omisit. dicens illud Esaie xxxviij. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudie aīe mee. Sed multi sunt q̄ ad cōfessionē accedūt indeuoti imꝑemeditati fine vlla cōpunctione: fine cogitatione aliqua aut recordatione peccatoꝝ suoꝝ quib⁹ cōfessores qñ eos tales inueniūt: ꝑsuadere debēt vt prius se ꝑparēt: ⁊ postea redeāt ad penitendum: qui monēdi sunt vt ꝑ decē cōsiderationes discurrendo conētur sua pctā colligere. Prima cōsideratio est status in quo pctōr est: ⁊ in quo fuit: puta ꝛgi nitatis: viduitatis: aut mrimonij. Secūda est etatis in qua pctōr est ⁊ in qua fuit. Tertia est fortune prospere vel aduerse. Quarta officij artis seu exercitij. Quinta societatis cōmemorādo socios vel socias cū q̄bus hō conuersatus est. Sexta est locoꝝ in quib⁹ hō fuit. Septima tēpoꝝ: puta pacis: guerre: aut solēnitatū aut dierū ferialium. Octaua condis speculādo subtiliter q̄d cōtra deū ⁊ proximuz est corde cōmissum. Nona est ꝙboꝝ notāter in seipso q̄d in ꝙbis maleloquēdo potuerit errare cōsiderās. Decima est factoꝝ ⁊ operum. Vis modis discurrendo potest homo multa peccata que fecit ad memoriā reuocare: ⁊ ꝓpter que in sua cellula aut camera sic solus existēs pectus suū percutiēdo dicere dz cū publicano Luc. xviij. Deus ꝓpitius esto mihi pctōri. Et cū filio ꝓdigo Luc. xv. Pater peccaui in celū ⁊ coram te. Et cū Dauid pō. l. Miserere mei deus: secūm magnā miam tuā. Et quātū pōt conf detestari pctoꝝ suoꝝ magnitudinē turpitudinē ⁊ multitudinē deprecās oipotentem deū vt dignef ꝑ vulnera sui filij indulgere sibi delicta sua: ficq; cū tali dispositione reuertaf ad sacerdotē. Sacerdos ño vbi videt illū deficere diligēter adiuuet ⁊ eraminet. ¶ Scōo cōsistit humilitas in peccatoꝝ accusatione: qñ pctōr lz cū rubore: tñ libere ⁊ manifeste accusat pctā sua. Nā vt ōr de peni. di. j. c. quis aliqñ. §. taciturnitas. Taciturnitas pctī ex supbia nascif cordis. Jō eñ peccatū suuz quisq; celare desiderat: ne iniquitas sua alijs manifesta fiat: ne talis reputetur apud hoīes foris qualē se iam dudum exhibuit diuino cōspectui: qō ex fonte supbie nasci nulli dubiū est. Species etem superbie est se velle iustū videri qui peccator est. Sed excusant se ⁊ maxime mulieres dicētes: Nolle cōfiteri pctā: nō ꝓpter superbiā: sed ꝓpter verecūdiam. Pro quibus Bern. ait: O insania nimia hoīum: pudet ablui ⁊ nō pudet inq̄nari: pudet sordes abstergere

ꝛ nō pudet cōtrahere: abstergit caliga: ꝛ cōtaminatur aīa. Propter istos etiaꝫ de peni. di. j. c. quis aliqñ. §. Hinc etiā. ait Chryso. Nūc aūt si recorderis peccatoruꝫ tuoꝝ frequēter ea in cōspectu dei ꝓnūcies: ꝛ ꝓ eis clementiā eiꝰ deprecaris: citiꝰ illa delebis. Si aūt nūc obliuiscaris peccatoꝝ tuoꝝ: tunc eoꝝ recordaberis nolēs qñ in toto mundo publicabūtur ꝛ in cōspectu proferent oīm tam amicoꝝ tuoꝝ ꝙ inimicoꝝ ꝛ sanctorum angeloꝝ celestiūqꝫ ꝟtutū. hec ibi. Nulla ergo verecundia multominꝰ nec suꝑba tacēda sunt in cōfessione pctā: q̄nimmo illa hūiliter ꝛ dolēter sacerdoti sunt reuelāda sine duplicitate: sine mēdacio sine excusatione. Nec em̄ incipiendū est vt multi faciūt a ꝓpria laude asserētes. Ego ieiuno: do elemosynas: adiuuo pauperes: nō sum blasphemus aut homicida: lꝫ qñqꝫ vt hō carnaliter peccem ꝛ hmōi. Nō pura est nec deo accepta talis cōfessio. Dicenda etiā sunt pctā propria non aliena: vt dicit. c. oīs. ex̄ de peni. ꝛ re. Notādū tñ ꝟm Rich. in. iiij. dis. xxj. ar. v. q. ij. ꝙ expressio aliene persone seu alieni pctī: aut est necessaria ad expressionē peccatoꝝ: aut nō. Si sic tenet eā exprimere cōfessori. Uñ mulieri cum qua cōcubuit frater eiꝰ nō sufficit dicere ꝙ vnus vir cōcubuit cū ea: sed dꝫ exprimere ꝙ ille est frater eius. Et si non habeat nisi vnū fratrem: tūc scit sacerdos quis est ille. Et si est religiosus dꝫ exprimere ꝙ est religiosus. Et si est laicus ꝛ est ꝯiugatus dꝫ exprimere: ꝛ sic de alijs. Si aūt expressio persone nō est necessaria ad expressionē quātitatis pctī: tunc distingue. Qꝛ aut est vtilis ad correctionem illius vel preseruationē a recidiuo: aut nō. Si sic tūc credo ꝙ penitēs bene facit si extra confessionē hoc dicit alicui persone: que illi peccatori possit ꝛ velit prodesse ꝛ nō obesse. Sed ꝓ alia causa noīare ipsum in cōfessione non expedit nec oportet: qꝛ per talē nominationē cōfessor nō posset ꝓcedere ad correctionez illius. Si aūt nominatio illa nō est vtilis ad illiꝰ correctionē tūc subdistinguitur. Qꝛ aut pōt esse vtilis ad preseruandū a recidiuo: aut nō. Si sic: tūc bonum est ꝛ expedit penitēti vt illā personā exprimat confessori. Pōt em̄ cōtingere ꝙ cōfessor ꝑ cognitionē persone sciet iniūgere penitēti penitentiā talē ꝛ talia dare documēta ꝛ tales facere monitiones: ꝙ melius ꝛ securiꝰ penitēs poterit a recidiuo preseruari. Si aūt noīatio ꝑsone non est vtilis ad magnitudinis pctī expressionē: nec ad alterius correctionem: nec ad preseruandū a recidiuo penitētē tūc credo ꝙ penitēs teneat ꝑsonā celare. Quilibet em̄ tenet nō generare malam opinionē de ꝓximo suo in corde alterius sine rōnabili ꝛ vtili causa. ¶ Tertio cōsistit humilitas adhuc in humili pnīe susceptione. Ut em̄ dicit Chris. de peni. di. iij. c. perfecta. Perfecta pnīa cogit pctōrē oīa libēter sufferre. Sed dubiū est vtrū penitēs teneat tētionez necessitatis acceptare ꝛ explere pnīam sibi iniunctā a sacerdote. ¶ Et rñdet Richar. dist. xviij. iiij. ar. j. q. v. ꝙ sacerdos aut iniūgit pnīam rōnalem ꝛ discretā: aut nō. Si scdo modo penitēs nō tenet eā recipere nec cōplere: qꝛ sacerdos indiscretas pnīas iniūgēdo abutitur claue sciētie ꝛ potestate. Si primo nō dico ꝙ tenet tētione necessitatis eā recipere: et ꝓ viribus adimplere: qꝛ talē penitētiaꝫ iniūgendo clauibus vtitur recte. Quilibet em̄ tenet sui iudicis iustā snīam seruare. Unde si penitēs talē penitentiam sciēter ꝛ ex deliberatione implere omiserit mortaliter peccat cum facit absqꝫ legitima causa. Scdm em̄ Hosti. in summa de peni. ꝛ re. ꝓ quolibet pctō mortali regulariter deberet pnīa septēnis imponi. vt pꝫ. xxxiij. q. ij. c. hoc ipm. ꝛ. §. sequēti. ꝛ. xxij. q. j. c. pdicandū. Et est ratio vna: qꝛ deꝰ ꝓcepit mariā sororez Aaron lepra ꝑcussam poni extra castra ꝑ septē dies: ꝛ sic accipit dies pro anno. Alia rō est: vt sicut pctōr ꝑ peccatū septiformē spūssancti gratiā amisit: sic ꝑ septēnem penitentiaꝫ recuperet. Tñ pōt sacerdos

in penitētijs dispēsare ꝯsideratꝫ crimi
nis quātitate: ⁊ ꝑsone dignitate: cōdi-
tione: sexu: officio: pauꝑtate: īfirmita-
te: debilitate: ꝯsuetudine: cōplexione:
societate: causa: animo: voluntate: ⁊ sic
ꝑ arbitrio penitētias taxare ⁊ īpone-
re: vt ꝑbat̄ plene ex̄ de peni. et re. c. si-
gnificauit. ⁊. c. is qui. ⁊. c. oīs. §. sacer-
dos. ⁊ ex̄ de homi. c. sicut dignū. ⁊ ex̄ de
eo q̄ cog. cōsang. vxoris sue. c. trāsmis-
se. ⁊. xj. q. iij. c. absit. et. xv. q. vj. c. Si a
sacerdotib⁹. ⁊. xxvj. q. vij. c. tp̄a. ⁊ de pe
ni. di. j. c. mensurā. ⁊ de ꝯsecra. di. iij. c.
de penitētib⁹. Ideo dicat penitēti sa-
cerdos. Charissime frater tu cōmisisti
tot ⁊ talia pctā ꝑ q̄b⁹ deberes ꝑ quo-
libet sic penitere. Sꝫ forte vita tua ad
hoc agēdū tātū nō extēderet̄. Iniūgo
tm̄ tibi talē pnīam ꝑ oībus: ⁊ elemosy
nas q̄bus pctā redimunt̄: ⁊ oīa alia bo
na q̄ feceris et mala q̄ ꝑ xp̄o sustinue-
ris: accepta loco penitentie: ⁊ ꝙ ꝑsint
tibi in remissionē peccatoꝝ tuoꝝ. Et si
interim moriaris: autoritate dei ⁊ bea
toꝝ apostoloꝝ petri ⁊ pauli ⁊ sancte ec
clesie ⁊ nr̄a te absoluimus ab oīb⁹ his
que ꝯfessus es: ⁊ ab alijs de q̄bus non
recordaris inquātū possumus ⁊ debe-
mus: ⁊ si q̄d purgādū remāserit in pur
gatorio purget̄ iuxta misericordē dn̄i
volūtatē. Caueāt aūt sacerdotes ꝙ sic
arbitrētur ne vilis fiat autoritas eccle
sie ⁊ ptās clauiū ꝯtēnat̄. Vn̄ di. l. c. ab-
sit. d̄r: Absit a romana eccl̄ia vigorē suū
tā ꝑphana facilitate dimittere: ⁊ ner-
uos seueritatis fidei euersa maiestate
dissoluere: vt cū adhuc nō tātū iaceant
in pctīs: sed etiā cadāt euersoꝝ fratruꝫ
ruine: properata nimis remedia cōica
tionū vtiq̄ non ꝑfutura prestent̄. Ubi
em̄ poterit penitētie medicina ꝑdesse:
si etiā ip̄e medicus intercepta peniten
tia indulget ꝑiculis hoc nō est curare:
sed si veruꝫ dicere volum⁹: occidere. Et
ex̄ de vi. ⁊ hone. clericoꝝ. c. vt clericoꝝ.
d̄r: Facilitas venie tribuit incētiuū de-
linquēdi. Et ad hoc facit. c. est iniusta
xxiij. q. iiij. ⁊. c. loci. xxxv. q. ix. ⁊. c. perue
nit. xciij. di. ⁊. c. si quis prepostera. dist.
l. Studeat etiā sacerdos vt peccatori
penitēti semꝑ in ꝯtrariū pnīam impo-
nat: vt supbo iniungat humilē oratio-
nē: auaro elemosynarū largitionē: ac-
cidioso peregrinationē: guloso ieiuniū
luxurioso carnis macerationē: maledi
co bn̄dictionē: ⁊ hm̄oi. hec Hostiē. Ad-
dit Rich̄. vbi. s̄. ꝙ si penitēs sentiat pe
nitētiā sibi nimis grauē ⁊ ad obseruā-
dū ꝑiculosam: sua infirmitate pēsata
debet ad illū ꝯfessorē cui ꝯfessus est vel
ad aliū: si illū hr̄e nō pōt recurrere: ⁊ al
leuiationē vel cōmutationē petere. Et
cōfessor dꝫ ꝯcedere etiā si videat ꝙ pe-
nitētia alleuiata nō sufficiat plenarie
ad emēdā pctī: sed post eā inexpletā ad-
huc remaneat aliq̄d in purgatorio pur
gādū. Tutius em̄ est reseruare purgato
rio penitētē puniēdū q̄ ipsuꝫ exponere
periculo cadēdi in mortale pctm̄ ꝓpter
pnīe trāsgressionē iniūcte. hec Richar.
¶ Qualiter confessio debet esse secreta
respectu circūstantium: respectu cōfesso
ris: ⁊ respectu peccatoris. Cap̄m. ij.

Secūdū mysteriū declarādū
de cōfessione d̄r occultatio.
Debet cōfessio esse occulta
atq̄ secreta triplici occulta
tione.

Prima est quātū ad circūstantes,
Scd̄a quātum ad cōfessores.
Tertia quātū ad confitētes.

¶ Prima occultatio est quātū ad circū-
stātes: vt cōfessio fiat in secreto: non in
publico nec corā alijs. Ratio aūt est s̄m
Bon̄. dist. xvij. iiij. parte. iij. art̄. j. q. iij.
Prima: qꝛ in cōfessione manifestantur
pctā sacerdoti nō vt manifestent̄: sed vt
deleātur ⁊ occultētur: qꝛ charitatis cō-
fessio operit multitudinem peccatorum.
Scd̄a rō: qꝛ manifestantur sacerdoti vt
deo ad testimonium cōscientie interne.
Et iō vt hō totā cōsciētiam reuelet hoī
tanq̄ deo nō dꝫ alius admitti: sed sacer
dos q̄ teneat locū xp̄i. Tertia rō: qꝛ pu-
blicare pctm̄ corā alijs esset onerosuꝫ ⁊
ignominiosum. vn̄ si oporteret publice

cōfiteri nemo auderet cōfiteri pctā sua. Quarta rō: qr si cōfessio fieret corā alijs infinita mala oriētur: ⁊ rixe: ⁊ discordie ac infamie. hec Bona. Sed ista occultatio intelligēda est respectu ꝑsone: nō respectu loci. Nā ego nescio laudare illos q̄ audiūt cōfessiones mulierum in locis secretis: in cellulis: in cameris: in angulis latebrosis: in q̄bus etiā q̄nq̄ et sepe q̄ boni et iusti credunt: ad enormissima sacrilegia et vituꝑabiles dissolutiones labunt. ¶ Scdo dz cōfessio esse occulta quātū ad cōfessores: qr vt ait Greg. ⁊ hr̄ in. iiij. sniarū. di. xxj. ꝓ nullo scādalo est cōfessio reuelāda. Et magr̄ ibi dicit: Caueat sacerdos ne pctā cōfitētiū alijs ꝓdat: alioq̄n deponat. Et de peni. di. vj. sacerdos. dr de cōfessore reuelante pctā ꝙ deponat: ⁊ oīb⁹ dieb⁹ vite sue ignominiosus ꝑegrinādo ꝑgat. In. c. v̄o oīs ex̄ de peni. ⁊ re. scribit sic. Qui pctm̄ in pniali iudicio sibi detectū presumpserit reuelare: nō solū a sacerdotali officio deponēdū decernim⁹: verūetiā ad agēdaz pniam in artū monasteriū detrudēdū. Jō oēs theologi in. iiij. di. xxj. cōueniūt dicētes: ꝙ ī nullo casu licet sacerdoti reuelare cōfessionē siue cōfitens peniteat siue nō: siue ꝯfiteat pctm̄ in opere ꝑpetratū siue ꝑpetrandū: siue sit pctm̄ in fide siue in morib⁹. Hec rō est qr si licituz esset reuelare cōfessionē: primo cōfessio vilis redderet in ppl'o. Scdo ppl's a re sibi necessaria retraheretur. Tertio via fraudibus aperiret: qr cū multū credat hoī in sua cōfessiōe: multi mali se in cōfessione iustos ostēderēt: vt a sacerdote postea laudarent: vt sic possent ꝓmoueri ⁊ honorari. Quarto reuelās mētiret: qr eadē ꝑsona ꝑm naturaz v̄e affirmare pōt aliq̄d in persona alterius loquēs: qd v̄e negat loquēs in ꝑsona propria. Vn̄ angelus loquēs moysi in ꝑsona dei v̄e dixit: Ego sum dn̄s deus tu⁹: q̄ eduxi te de terra egypti. Exo. xx. qd v̄e negasset in ꝑsona ꝓpria loquēs: Ergo a simili hō rep̄sentans dei ꝑsonā in foro cōfessionis: v̄e aliquid pōt affirmare qd extra forū confessionis qn̄ loquit vt ꝑsonā ꝓpriā gerēs v̄e negat: verū ergo dicit negādo se audisse vel scire que ad noticiā eius nō deuenerūt nisi inquantū eis rep̄ntabat ꝑsonā dei. Ergo extra foꝝ cōfessionis dicēdo se illa audiuisse vel scire mentit. ¶ Sed cōtra hoc instatur multipliciter ⁊ arguit. Primo quia Ber. in li. de p̄cepto ⁊ dispēsatiōe. c. iiij. ait: Iniquū ꝓculdubio foret si statuta ꝓ sola charitate cōtra charitatez tenerent. Cū ergo celatio cōfessionis instituta sit ꝓ sola charitate: si aliqn̄ esset vtile aīe cōfitētis: vt eius cōfessio reuelaret: ḡ iniquū esset si celaret. Rn̄det ad h̄ Rich. ꝙ etsi aliqn̄ eēt vtile ꝯfitēti vt sua ꝯfessio reuelaret: tn̄ nūq̄ pōt eē vtile cōi vtilitati cui⁹ bonuz principalius respicit charitas q̄ ꝑsone singularis bonū: iuxta dictū. vij. q. j. c. scias. Plurimorū vtilitas vnius vtilitati p̄ferēda est. ¶ Scdo arguit: qr vnusq̄sq̄ tenet obedire pape. Ergo si papa p̄ciperet alicui ꝙ reuelaret cōfessionem ille deberet ei obedire. Respōdet ei Richar. ꝙ sacerdos nō tantū tenet celare cōfessionem p̄cepto eccl'ie: sed iure nature ⁊ diuino. Papa aūt etsi sit supra oē ius positiuū nō tn̄ est supra ius naturale vel diuinū Jō in tali casu pape nō est obediēduz. ¶ Tertio arguit ꝙ esset possibile vt sacerdos haberet aliqd pctm̄ mortale: de quo nō posset cōfiteri quin reuelaret illi cui cōfiteret cōfessionē sibi factā: ergo in tali casu licet reuelare ꝯfessionez. Respōdet Rich. ꝙ non. ⁊ ꝙ tali casu durāte sacerdos nō debet illd pctm̄ cōfiteri: sed sufficit sibi de illo conteri cuz voluntate ⁊ ꝓposito cōfitendi qn̄ hoc facere poterit sine reuelatione illius ꝑsone que sibi confessa est: sine quocūq̄ p̄iudicio sigilli cōfessionis. Fortiori em̄ vinculo obligat confessor ad celanduz: q̄ penitens ad confitenduz. ¶ Quarto arguitur ponendo casum ꝙ aliquis in confessione audiat hereticum nolentez desistere ab heresi: ⁊ volentem corrūpere alios: tūc videtur ꝙ magis sacerdos

tenetur seruare fidez christo q̄ ipsi he-
retico: ergo magis debet cōfessionē il-
lius detegere q̄ ꝑmittat euz gregē dñi
corrūpere. Rñdet Boñ. ⁊ scotus: q̄ pro
pterea sacerdos nullo mō debet illiꝰ cō
fessionem reuelare: potest tñ sine reue-
latione cōfessionis superiori dicere. Vi
gila sup gregē: qꝛ lupus querit inuade
re: ⁊ tunc cōfitenti ⁊ deo seruat fides.
Et hic Scotus improbat versiculū il-
lum. Est heresis crimen qd̄ nō cōfessio
celat. ¶ Quinto arguit ponēdo casuz:
videlz Si duo eūtes cuz suo sacerdote
ordinassent ipm occidere in nemore ꝑ
quod essent transitū facturi: ⁊ parū an
nemoris introitū vnus penitentia du-
ctus sacerdoti hoc in confessione reue-
laret: tunc licitū videretur tali se sub-
trahere ab ingressu nemoris: qꝛ aliter
corporali morti se exponeret ⁊ daret alij
opportunitatē crimen cōmittēdi. Sz
subtrahendo se crimen sibi ꝯfessuz suo
socio reuelaret: ergo in tali casu licet re
uelare ꝯfessionem. Respōdet Rich. q̄
in tali casu sacerdos posset renuere in-
trare nemus cū illis: scilz pretendendo
aliquā causam necessariā. Si tñ pone-
retur casus q̄ oporteret sacerdotē aut
mortē subire aut reuelare ꝯfessionē: te
net mortē subire ne cōfessionē reuelet.
¶ Sexto arguit ponēdo casum aliū. s.
q̄ aliquis prior de ordine monachorū
confitet abbati ⁊ q̄diu est in prioratu
habet occasionē trahētē ad peccatū a
quo nō vult desistere. Si platus ergo
habet curā anime sue debet illuz inde
amouere sed amouēdo innotescit ipm
peccasse: ergo videt q̄ ꝯfessio possit ali
quo mō reuelari. Rñdet Boñ. q̄ abbas
debet ꝑsuadere tunc priori voluntariā
confessionem ⁊ q̄ ipe petat absolui ab
onere officij. Qd̄ si nō vult facere debet
eā sustinere: nisi sit talis religio in qua
subditi transmutari ⁊ trāsferri possunt
sine nota infamie. ¶ Septimo arguit
qꝛ multotiēs posset esse q̄ penitēs licē
tiaret ꝑ sua vtilitate ꝯfessorē vt ꝯfessio
nē reuelet: q̄ in tali casu nō esset pctm̄.

Rñdet Rich. ⁊ Boñ. q̄ sacerdos de li-
centia ꝯfitentis pōt licite pctm̄ sibi cō
fessum alij reuelare q̄ sibi necessariꝰ est
vel vtilis ad perficiēdū q̄ acquiruntur
ad illud forꝫ: qꝛ q̄diu hoc pēdet adhuc
gerit ꝑsonā vicarij dei. Sed de licētia
ꝯfitētꝫ hoc reuelare alij ꝑsone nō licet
nisi ille q̄ ꝯfessus est hoc iterum diceret
cōfessori extra cōfessionē. Sed quātū-
cunqz penitēs hāc licētiā det ꝯfessori:
cōfessor tñ valde debet vitare scādaluz
scilz ne fractio sigilli reputetur: et qꝛ si
dicat se licētiatū a penitēte q̄ de pctis
eius possit loqui ⁊ penitēs negat: con-
fessori incūbit ꝓbare q̄ p̄dictā licentiā
a penitente habuerit: qd̄ si ꝓbare non
posset tāq̄ reuelator cōfessionis punite
tur. Qñ vo ꝯfessor aliq̄d nouit extra cō
fessionē: ⁊ postea illud audiuit in cōfes-
sione: pōt illud reuelare alteri: ita tñ q̄
modus sciēdi per cōfessionē semper ma
neat in acculto. Qꝛ tñ posset ex hoc scā-
dalū generari: maxime apud penitentē
⁊ apud alios: de bono ⁊ equo magis dz
celare cōfessor q̄ vnꝰ alius. Et iō ꝓpter
vitandū scādalū penitētis dz ei ꝓtesta-
ri in cōfessione quō non dz illud celare:
nō qꝛ per illā ꝓtestationē acquirat ius
reuelādi: sed qꝛ ꝓximo aufert nota scā-
dali. Debet etiā cōfessor pctōr illa reue-
lare ꝓpter necessitatē nō ꝓpter suā vo
luntatē. Et sic patet quāta est vis sigilli
cōfessionis. Addit etiam Rich. q̄ sub si
gillo cōfessionis cadit etiā persona cuz
qua penitēs confitet se peccasse. Ratio
est: qꝛ cū penitētia sit sacramentū: sacer-
dos tenet celare omne illud qd̄ necessa-
rium est ad integritatē sacramēti. Sed
penitēs nō posset sufficiēter exprimere
aliqñ peccatū suū nisi notificādo perso-
nā cum qua peccauit: scz cū cognouit fi-
liam suā: et nunq̄ habuit nisi vnā ⁊ si-
milia. Insuper tenetur sacerdos celare
omne illud sibi dictū in cōfessione quo
confitens posset ꝓdi: vel mala suspitio
de illo generari in cordibus alioꝝ. Sed
qñqz detegēdo personā cū qua penitēs
peccauit ꝓderet cōfitēs: qꝛ si detegeret

filiã concubuisse cũ patre suo ꝓderetur pater qui cõfessus est cõcubuisse cũ ea. Adhuc licitum nõ est facere aliqd qõ sit occasio retrahẽdi hoies a re sibi ad salutem necessaria. Sed reuelatio psone cũ qua penitẽs ꝓfitet se peccasse esset occasio retrahẽdi hoies a re necessaria: scz a cõfessione: qz nõ tantũ qs retrahitur a re aliqua ꝓpter timorez lesionis ꝓprie fame: sed etiã persone sibi cõiuncte vinculo amicitie. ¶ Quarta rõ subsequit: qz dicẽs extra forum confessionis se audisse crimẽ de persona sibi ⁊ in cõfessione accusata qõ nullo modo audiuit extra cõfessionẽ mentitur: vt patet ex dictis. Peccata ergo ipsi⁹ penitẽtis in relatione ad ipsum cadũt sub sigillo confessionis de necessitate ⁊ absolute: ⁊ primo et directe ⁊ explicite ⁊ ex oib⁹ causis. Persona aũt cũ qua confitens confitetur se peccasse cadit sub sigillo cõfessionis de necessitate ⁊ absolute: nõ primo: sed ex cõsequẽti et indirecte ⁊ implicite nec ex oibus causis: sed ex aliquibus. Peccata em̃ ipsius penitẽtis nõ referẽdo ea ad personã determinatã: sicut cũ aliqs dicit: Ego audiui tale quid qõ tñ nõ audiuit nisi in cõfessione: cadunt sub sigillo cõfessionis de necessitate: nõ tñ absolute: sed sub cõditione sed si ex prolatione taliũ verboꝝ per se vel per accidẽs directe vel indirecte aliqua verecũdia vel cõfusio vel suspitio mala: vel aliqd aliud nocumentũ illi qui confessus est posset ꝓuenire. Eavo q̃ penitens interserit in cõfessione que nõ sunt pcã nec circũstãtie pcti: nec que deducunt in manifestationem confitentis: vtpote si interserat in confessione: in tali terra sunt blada ⁊ hmõi non cadunt sub sigillo cõfessionis nisi de ꝓgruitate. Si in dicẽdo illa nõ dat intelligere cõfessori ꝙ talia velit celare. Tñ ꝓfessor dicẽs se talia audiuisse mẽdax nõ est: qz per cõparationez ad ea nõ repꝛesentauit psonam dei: sed hois. Similiter ⁊ si aliqs aliud a cõfessore audiret aliqd ab aliquo dũ cõfitet̃ dz illud tenere secretũ ex lege nature q̃ dicit: Qõ tibi nõ vis fieri: nõ facias alijs. ¶ Tertio ꝓfessio dz esse occulta quãtum ad ꝓfitẽtẽ: vt nõ reuelet ea q̃ sibi ꝓ sua salute in ꝓfessione vel dicta vel imposita sunt: ex quoꝝ reuelatione scãdalũ oriret. De pnia aũt impsita dicit Ric. ꝙ aut penitẽs manifestãdo pniaz sibi iniunctã a ꝓfessore faceret ꝓiudiciũ absqz vtilitate: aut ꝓprie fame: aut ꝓfessori q̃ forte talẽ iniũxit pniam ꝓ qua si sciret incurreret alicuius vel aliquoꝝ maliuolentiã: vtpote qz iniũxit mulieri vt abstineret a familiaritate alicuius viri periculosa. Aut penitẽs manifestãdo suam pniam: nec fame ꝓprie: nec ꝓfessori: nec alicui ꝓiudiciũ generaret. In primo casu penitẽs tenet pniam suã celare: ⁊ in scõo sic. Si em̃ illud qõ ꝓfessor sibi iniũgit seu ꝓsulit bona fide ꝓ salute alie sue ⁊ secreto alij reuelaret in cõfessionis ꝓiudiciũ: crimẽ ꝓditionis incurreret ⁊ sigilli secreti fractionez. In tertio casu nõ tenet tacere nec dicere: sed de hoc irrepꝛehẽsibiliter põt facere qõ illoꝝ duorum sibi melius placuerit.

¶ Qz cõfessio est reiteranda qñ qs male confessus fuisset ꝓpter suã negligentiam: aut qñ fraudulenter diuisit cõfessionem: vel qñ confessus est cum deliberatione peccandi. Cap. iij.

TErtium mysteriũ cõtemplãdum de ꝓfessione dz iteratio. Est em̃ qñqz necessariũ reiterare cõfessionẽ pctoꝝ als factam: ⁊ dicere illa eadem peccata in numero que quis fuisset confessus maxime ꝓpter tria.

Primo ꝓpter negligẽtẽ electionem.
Scõo ꝓpter ꝓfessionis diuisionem.
Tertio ꝓpter malicie cõtinuationẽ.

¶ Primo est necessariũ reiterare ꝓfessionem ꝓpter negligentẽ electionẽ. Quãdo qs est negligẽs q̃rere sacerdotẽ peritũ ⁊ absoluẽdi autoritatẽ habẽtẽ: ⁊ cõfess⁹ fuisset alicui q̃ eũ aut nescit aut nõ põt absoluere. Talis ꝓfecte q̃ꝑmũ sibi cõstat de impitia ⁊ facultate sacerdotis cui ꝓfessus est: ⁊ de negligẽtia ꝓ-

pria qua magis sufficiētē q̄rere noluit tenet eadē pctā in numero confiteri sacerdoti discreto ⁊ eū absoluere valēti: ꝓpterea ō: de peni. di. vj. c. cui autem. Qui vult cōfiteri pctā sua vt inueniat gratiā: q̄rat sacerdotē sciētē ligare ⁊ soluere: ne cū negligēs circa se extiterit: ne gligat ab illo q̄ eum misericorditer monet ⁊ petit ne ambo in foueam cadant. ¶ Scō iterāda est ꝯfessio rōne diuisionis. Qñ em̄ quis fuisset cōfessus aut p malicīā: aut p verecundiā partē pctō: vni sacerdoti ⁊ partē alteri cuz a nullo fit absolutus: nec talis confessio fuerit fructuosa: debet si ve vult cōfiteri eadē pctā in numero vni tm̄ sacerdoti se accusando narrare. Nā vt scribitur de peni. di. v. c. cōsideret. Cautus sit penitēs ne verecūdia ductus diuidat apud se confessionē: vt diuersa diuersis velit sacerdotibus manifestare. Quedā em̄ vni celat q̄ alij manifestanda reseruat: qō est se laudare: ⁊ ad hypocrisim tendere ⁊ semp venia carere ad quā p fruſta putat totā q̄uenire. hec ibi. ¶ Sed dubitatur vtrū cōfitēs alicui sacerdoti oīa peccata sua: de q̄bus est memor si diu post acceptā remissionē recordet alicuj pctī mortalis: de quo nō fuerit cōfessus qō ante suā cōfessionē cōmiserat: teneatur tentione necessitatis illud pctm̄ cōfiteri illi eidē sacerdoti. Respondet Rich. di. xvij. quarti. di. Mihi distinguēdum videt q̄ aut tpe cōfessionis penitēs adhibuit debitā diligentiā ꝑ̄ut de lege cōmuni humana permittit fragilitas: vt memoriā haberet oīm pctō: suo: mor taliū. Aut fuit negligēs ⁊ ignoras ignorantia affectata vel crassa. Si scō mō credo q̄ recta rō exigit vt illud idē peccatū cōfiteat eidē sacerdoti: si illū cōmode pōt inuenire: ⁊ non fit illi sacerdoti postea interdicta absoluendi potestas: aut p̄dictū pctm̄ ⁊ oīa alia pctā mortalia prioti sacerdoti cōfessa ꝑ̄ut pōt recolere cōfiteatur alij sacerdoti. Si primo mō: nō credo q̄ prioti sacerdoti teneat tentione necessitatis illud pctm̄ cōfiteri: tenetur tamen illud peccatū confiteri absq̄ alio: cōfessione alij sacerdoti. Q̄uis em̄ de isto fuerit absolutus quātū ad iudicū ecclie triūphantis ⁊ militantis: q: sacerdos absoluere pōt de cōfessis: ⁊ de p̄dicto mō oblitis: tm̄ q: absolutio de oblitis debet ītelligi sub hac conditione: vt. s. q̄n reducta fuerint ad memoriā dicanf illi sacerdoti in ꝯfessione q̄ ab illis pōt absoluere: tenef illud cōfiteri post eius remotā oblīonem. ¶ Tertio necessariū est iterare confessionē ꝓpter malicie cōtinuationē: q̄n. s. cōfessus est pctā sua semel aut pluries tm̄ vt faceret qō ecclia mādat. Cōtinuādo tm̄ ꝓpositū male volūtatis: q̄n nō erat dispositus ab aliquo pctō se corrigere ⁊ emēdare. Talis etem̄ ad verā pniam reuersus si debite vult cōfiteri oīa eadē pctā q̄ prius fuerat cōfessus debet reiterare. Sunt tm̄ aliqui scrupulose di. q̄ si quis in pctō mortali existēs cōfiteat sacerdoti accusans malā volūtatē suā: et cōfitēs oīa alia pctā quo: recordat: et quo paratus est ⁊ prōptus adhuc peccare: sic cōfitendo peccat mortaliter: q: quantū in se est facit irreuerētiā sacramento ⁊ fine sacramēti cōtēptu esse nō videf. Sed cōtra istos est. c. q̄ quidaz, ex. de peni. ⁊ re. vbi ō:. Q: quidā ad cōfessionē de criminibus veniunt ⁊ q̄ꝫ cōfiteri velint se tm̄ asserūt abstinere nō posse: cōsultationi tue taliter respondemus: q̄ eo: cōfessionē recipere debes ⁊ eis de criminibus cōfilīū exhibere: q: ij nō sit vera illa pnīa: admittenda est tm̄ eo: cōfessio ⁊ crebris ⁊ salubribus monitis est pnīa indicenda. Dec ibi. Dicit tm̄ Rich. q̄ tales absoluēdi nō sunt. vñ si absolutionē nō recipiāt: nō cōtemnit sacrm̄: nec a cōfessore nec a cōfesso. Si aūt cōfitēs in pctō mortali attritus est de pctō suo: ita vt ꝓbabiliter possit p̄sumere se esse dispositū: nō peccat absolutionē recipiēdo: immo frequēter virtute clauiū per susceptionē absolutiōis formaf sua attritio. Dec Rich. Dēt igit operā oēs pctō: es vt bñ cōfiteanf; qm̄

confitentibus largit deus in hoc seculo grām ⁊ in futuro glām: in qua ipse viuit ⁊ regnat per eterna scla. Amen.

¶ Dñica Reminiscere in mane: de fetidissimo ac pniciosissimo vitio luxurie: quo quasi marima pars virorum ac mulierū demergit in infernū. Sermo. xxx.

HEc est volūtas dei sctificatio vra vt abstineatis vos a fornicatione. Doctoris gentium verba sunt ista. j. Thessa. iiij. ⁊ in epla presentis dñice. Cogitāti mihi q̄ multa milia miliū hoim pcipitant in infernū ob fetidissimum luxurie vitiū: statim venit in mētē aureū illud dictū ⁊ notabile Aug̃. doctoris magni in lib̄. de agone xpiano. Inter oīa xpiane vite certamina duriora sunt plia castitatis: vbi quotidiana pugna ⁊ rara victoria. hec ille. Maximū aūt in eo pctō periculū est: qm̄ cū grauissime ledat animā nō sentit: q̄nimmo vsq̄ adeo q̄plures facti sunt ceci: vt ipsi turpissimi ⁊ abominabiles dicere nō erubescāt: aut nullus aut satis leue pctm̄ esse: illudq̄ deo aut nihil aut satis modicū displicere: sicq̄ cū tali falsissima dānatāq̄ opinione corrupti sunt ⁊ abominabiles facti in studijs suis. Quapropt aduersus eos quātū poterim⁹ modeste ⁊ sine auditor offensiōe de ipsa luxuria in gñali verba faciemus: de qua loquit apls in themate p̄allegato monēs oēs vt illaz euitent. De ipsa ergo tria mysteria erūt contemplāda.

Primū ōr offensio.
Scōm cōditio.
Tertiū punitio.

¶ Cōfutatio error illor q̄ dicunt luxuriā nō esse pctm̄: q̄bus ꝫnū p autoritates: rōnes: ⁊ exēpla tā sctōrum q̄ etiaz pb̄or ostēdet. Cap. j.

PRimum mysterium contēplādum de luxuria ōr offensio. In quo declaranduz est q̄ graue pctm̄ q̄ve pniciosum sit ipsa luxuria qua deus offendit ⁊ aīa maculat. Ostēdemus aūt hoc tripliciter: videlz

Primo autoritate,
Scōo rōne.
Tertio exēplis.

¶ Primo ostēdemus luxuriā esse pctm̄ graue aut mortale autoritate. Jnq̄t em̄ Seneca in pemio declamationū. Nihil tā mortiferū ingenijs q̄ luxuria. Et idē in tragedijs. Luxuria est pestis blanda Et idē ad Lucil. Uanas fuge voluptates breues ⁊ penitendas. Et idē li. ij. declamationū. Adolescēs luxuriosus pec cat: senex luxuriosus insanit. Et Tul. j. de officijs. Luxuria cum oī etate turpis sit: senibus tñ fedissima est. Et idem. j. de offi. Si considerare volumus que sit in natura excellentia ⁊ dignitas: intelligem⁹ q̄ sit turpe defluere luxuria: ⁊ delicate atq̄ molliter viuere: q̄q̄ honestū parce cōtinenter seuere ⁊ sobrie. Et Valerius maximus li. ix. Blandū malus luxuria. ⁊ Tob. iiij. Attende fili mi ab omni fornicatione. ⁊ vt ōr. xxxij. q. vij. c. nō solum. Oīs immunda pollutio fornicatio ōr: q̄uis quisq̄ diuersa turpitudinis voluptate prostituatur. ⁊ ad Heb. xiij. Fornicatores ⁊ adulteros iudicabit deus. ⁊ j. Cor. vj. Nescitis q⁹ iniqui regnum dei non possidebūt. Nolite errare: neq̄ fornicarij: neq̄ idolis seruiētes neq̄ adulteri: neq̄ molles: neq̄ masculorū concubitores regnum dei possidebunt. ⁊ in eodē. c. Fugite fornicationē. Oīe em̄ pctm̄ q̄cūq̄ fecerit hō extra corpus est: qui aūt fornicatur: i corpus suuz peccat. An nescitis q̄m membra vestra templum sunt spūssancti? Et Eph̄. v. Omnis fornicator aut immūdus aut auarus ⁊c. nō habet hereditatem in regno xpi ⁊ dei. ⁊ Gal. v. Manifesta aūt sunt opera carnis: que sunt fornicatio: immundicia: impudicitia: luxuria ⁊c. q̄ predico vobis sicut prediri: quoniam q̄ talia agunt: regnum dei nō consequentur. Et Petrus. j. epistola. c. j. Obsecro vos tanq̄ aduenas ⁊ peregrinos abstis

nerevos a carnalibus desideriis que militant aduersus animam. Et Apoc.xxj. Timidis ⁊ incredulis ⁊ execratis ⁊ homicidis ⁊ fornicatoribus ⁊c. erit pars illoꝝ in stagno ardenti igne ⁊ sulphure ⁊ Augu.in li.de conflictu vitioꝝ. O q̄ꝫparua concubitus hora pro qua perdit̄ eterna vita.⁊ Isid.in preall.c.non solū. xxxij.q.vij. Inter cetera septem vitia vitium fornicationis maximuꝫ scelus est qꝛ per carnis immundiciam dei tēpluꝫ violatur. Ex quibus verbis colligit̄ ꝙ luxuria vnū est de septem vitijs capitalibus. Qd̄ etiam patet.xxij.q.j.c. predicandum.⁊.xxv.di.c.vnuꝫ orariū.§.al's. Unde Claudianus ait: Luxuries p̄dulce malum que dedita semper. Corporis arbitrijs hebetat caligine sensus.⁊ Hiero.ad Susannam. O q̄ꝫacerbus est luxurie fructus: amarior felle: ⁊ crudelior gladio.⁊ Greg.xxxij.li.moral'. Diaboli proprie corpus sunt qui suggestionū turpium blandimentis decepti ei ꝑ luxurie fluxum succumbunt: ⁊ Hiero.ad Damasum papam de filio prodigo. Luxuria inimica deo: inimica virtutibus: perdit omnem substantiam patris: ⁊ a patris voluntate delirans futurā paupertatem cogitare non sinit. Et idē ad matrē ⁊ filiam in gallijs cōmorantes: qui luxuriatur viuens etiam mortuus est. Ferreas mētes libido domat. Quid ad tot dicta ⁊ moralium philosophorū ⁊ sanctorum dei carnales poterunt respondere? Quomodo amplius suam luxuriam poterunt excusare. Sed vt fortius conuincantur: ratiōes superaddātur. ¶ Scdo ostendimus luxuriam esse pctm̄ mortale rōne. Nā multi qn̄q̄ dicere solent luxuriam nō esse pctm̄: quia actus eius est naturalis ⁊ ad illū natura inclinat. Pro q̄bus triplicē rōnē assignabimus quare luxuria pctm̄ est.

Prima d̄r cōtemptus.

Scda excessus.

Tertia damni.

¶ Prima rō d̄r cōtēptus. Ubi em̄ est cōtemptus ⁊ transgressio mandatoꝝ dei ibi est peccatum: vt dicemus die sequēti: sed in luxuria est contemptus dei ⁊ transgressio mandatoruꝫ eius: ergo ibi est peccatū. Mandauit nāq̄ deus hoi dicens Exo.ij. Non mechaberis. Et vt d̄r ab Augu.xxxij.q.iiij.c. Meretrices. Profecto noīe mechie oīs illicitus concubitus atq̄ illorum membroꝝ nō legitimus vsus prohibitus debet intelligi. ¶ Secunda ratio dicitur excessus. Naꝫ s̄m Tho.ij.ij.q.cliiij.ideo luxuria pctm̄ est: qꝛ modum rationis excedit circa venerea: in q̄bus ordo rationis est: vt causa ꝓcreande prolis ⁊ fornicationis euitande vir habeat vxoreꝫ suam: vt d̄r.j. Coꝝ.vij.⁊ mulier habeat virum suuꝫ. Oīs ergo actus qui non est s̄m legem matrimonij circa venerea deficit a rōne ideo est peccatuꝫ. ¶ Tertia rō est quare luxuria est peccatum damni. Ut enim inquit Rich.xxxiij.dist.iiij. Cōcubitus concubinarius se fornicarius est cōtra legem naturalem nō a natura generis sed speciei. Naturalis em̄ rō dictat carnalem concubitū nō debere fieri in p̄iudiciū ⁊ damnū boni ꝓlis. Sed cōcubitus ꝯcubinarius seu fornicarius est in notabile preiudiciū ⁊ damnū boni prolis. Sicut enim dicit Aug.ix.sup Gen. Bonū prolis est vt amanter suscipiat̄: benigne nutriatur: religiose edoceatur: quo bono vt in pluribus caret ꝓles genita per cōcubitū cōcubinariū. Nā primo bono caret sepissime eo ꝙ nō suscipiat̄. Quisnā explicet q̄ fornicatores et adulterātes sacrilegi ⁊ īcestuosi ne detegat̄ eoꝝ malicia ꝓli genite aut generande inferāt mala. Audiamus Hieronymum ad Eustochiuꝫ sic dicentē: Pudet dicere quot quotidie virgines ruāt quātas de suo gremio perdat mater ecclesia: super quot sidera supbus inimicus ponat thronū suū: quot petras excauet vt habitet coluber in foraminibꝰ earū. Uideas plerasq̄ viduas an̄q̄ nuptas ⁊ infelicem cōscientiam mentita tm̄ veste protegere quas nisi tumor vteri ⁊ infantiū prodiderit vagitus erecta

ceruice ⁊ ludentibus pedibus incedūt. Alie v̄o sterilitatē prebent: ⁊ nōduz nati hoīs homicidium faciunt. Nonnulle cum senserit concepisse de scelere abortiuo venena meditantur: ⁊ frequenter etiam ipse cum mortue fuerint triū criminum ree ad inferos perducunt̄ christi adultere: sui homicide: ⁊ nonduz nati filij patricide. Iste sunt que solent dicere omnia munda mūdis. Sufficit mihi conscientia mea. Cor mundū desiderat deus. Cur me abstineā a cibis quos deus creauit ad vtenduz. Et si quando limpide ⁊ festiue videri volunt: ⁊ se vino ingurgitauerint ebrietati sacrilegiū copulantes. aiunt: Absit vt me a christi sanguine abstineam. Et si quā viderint tristem atq; pallentem: miseram ⁊ manicheam vocant consequenter. Tali em̄ proposito ieiuniuz heresis est. Ve sunt que per publicum nuptialiter incedūt: ⁊ furtiuis oculoꝝ nutibus adolescētiū gregem post se trahunt: que semp audiunt per prophetaz: facies meretricis facta est tibi. hec ille. Si honestas pateretur vt oīa possent dici: multa q̄ diebus meis euenerunt scandala aperirem: sed melius est silentio preterire. Quid referam quidve dicā de monasterijs. Quid de puellis in domo parentuz. Quid de viduis vanis: atq; lasciuis. Quid de alijs que sanctum nomen profitentur: ⁊ quotidie cuz patribus spūalibus colloquuntur. Taceo que scio. Certe si ponerentur aures in latrinis: in fluminibus: in hortis: in foueis: ⁊ cauernis terre: audirent̄ voces ibi clamantium paruuloꝝ interēptoꝝ ⁊ occisoꝝ a crudelissimis matribus. O libidinose mulieres: o lasciue ⁊ incontinētes belue: o impie matres domate carnē: refrenate libidinem: si nō vultis vt vterus intumescat. De sodomitis autē quodā sermone impietatez loquemur. O inimici humani generis: o abominabiles pctōres: o pessimi hoīes vbi sunt filij vestri: perierūt certe perierūt. Et cur perierunt: vhe ac iterū vhe vobis qr perierunt ꝓpter iniquitatē vestrā. Silr proles si nascatur aliunde q̄z de legitimo thoro vt in pluribus negligenter nutritur: ⁊ ad virtutes raro disciplinat̄. Et si qn̄ cōtrarium apparet illud est satis rarū. Et scribitur ff. de leg. l. nā ad eā. Nō solū ius scriptū sed etiā naturale adaptat̄ potius ad ea q̄ vt in pluribus q̄z ad ea q̄ perraro eueniunt. Sunt ⁊ alia mala que incurrit ꝓles genita ex adulterio: que causa breuitatis omitto. Nam vt scribitur. lvj. di. c. vndecūq;. dicitur: Undecunq; homines nascantur si parentum vitia nō sectantur honesti ⁊ salui erunt. ⁊ ea. di. c. nunq̄. ait Chrys. Nunq̄z de vitijs erubescamus parentum. Ad idem est. c. nasci. ea. di. ¶ Tertio ostendimus luxuriā esse peccatū exēplo. Ob nullā nāq; causaz sancti corpora sua duris flagellationibus castigarunt nisi vt luxuriā superarent. Elegit siquidez Susanna falso criminari ⁊ accusari potius q̄ in peccato ꝯsentire. Dañ. xiij. Et Joseph passus est criminari ab vxore Phutifar principis eunuchorū Pharaonis q̄ peccare cū illa. Geñ. xxix. Et Bñdictus vt carnis tentationē superaret: inter pungentes spinas ꝓiecit se nudū: vt refert Grego. ij. dial. li. Et Hiero. ī vita Pauli primi heremite recitat qualiter feruēte persecutione Decij ⁊ Ualeriani: quidam iuuenis etate florēs in amenissimos hortos est adductus ibiq; in lectulo inter candentia lilia ⁊ rubētes rosas ligatis manibus est collocatus. Quo cū recedētibus cūctis meretrix speciosa venisset cepit delicatis stringere colla amplexibus: ⁊ qd̄ dictu quoq; scelus est: manibus cōtractare virilia vt corpore in libidinem excitato secū meretrix impudica supiaceret. Incipiebat voluptas iuuenem molestare. Tandē celitus inspiratus p̄cisam mordēs linguā in osculātis se faciē expuit ac sic libidinis sensuz succedēs doloris magnitudo superauit.

¶ Qualiter luxuria infatuat hoīem et obdurat cor eius ⁊ inducit scandala ac mala plurima.

Secundū mysteriū contēplādum de luxuria ꝺr cōditio. Est enim illius pcī pessimi tripler cōditio mala p quaꝫ eius grauitas declaratur.

Prima ꝺr infatuatio.
Scōa obduratio.
Tertia scandalizatio.

¶ Primus appetit⁹ inordinat⁹ honoris d̄r eccl̄iastice dignitatis. Sunt quidē multi inhabiles indocti illitterati insufficiētes īdigni q̄ sitiūt dignitates eccl̄iasticas: illas q̄runt ꝑ fas ⁊ nefas: illas ꝓcurāt p̄cib⁹ ⁊ muneribꝰ: ad illas habēdas ⁊ acq̄rēdas adhibēt oē studiū: oēmq; sollicitudinē: ⁊ qd̄ dolēdū est: vt in pluribꝰ ip̄is ꝯferunt̄. Pro quibꝰ d̄r ī. c. nihil. ex̄ de electiōe. Nihil est qd̄ eccl̄ie dei magis officiat q̄ ꝙ indigni assumunt̄ p̄lati ad regimē aīarū. Et ꝓ clariore particule huiꝰ noticia q̄tuor dubia occurrūt disputāda. Primū est vtrū sit licitū appetere ep̄atū. Secūdū dubiū vtrū infra dignitatē ep̄alē sit pctm̄ appetere alias dignitates vt abbatiā: prioratū: decanatuz: p̄posituram vel archidiaconatū ⁊ sil̄ia. Tertium dubiū vtrū prelat⁹ peccet in cōferendo beneficiuz bono: pretermisso meliore: siue peccēt eligētes min⁹ bonū pretermisso meliori. Quartum dubium vtrum prelatus ecclesie possit committere cōsanguineo suo curā ecclesie postposito meliore. Ad primuz dubium arguitur pro vna parte ꝙ non sit peccatum: immo sit licitum appetere episcopatum. Dicit enim apl̄s. j. Timoth. iij. Qui episcopatum desiderat bonum opus desiderat: sed licitū est ⁊ laudabile desiderare bonum opus: ergo est laudabile appetere ep̄atum. Scd̄o arguitur: qr status episcoporum est ꝑfectior q̄ stat⁹ religiosorū: sed licet appetere ꝓpt̄ suā ꝑfectionē statū religionis: ꝗ statū ep̄alem. Tertio arguit̄ ꝑ illud qd̄ scribit̄ Prouerb. xi. Qui abscōdit frumēta maledicet̄ in populis: bn̄dictio aūt sup̄ caput vēdētiū. Sed ille q̄ est idone⁹ ꝓpter vitā ⁊ scientiam ad ep̄atuz: videt̄ frumēta sp̄ualia abscōdere si se ab ep̄atu subtrahat. Per hoc aūt ꝙ episcopatuz accipit ponit̄ in statu frumēta sp̄ualia dispēsandi: ergo videt̄ ꝙ laudabile sit ep̄atum appetere ipsumq; vituperabile refugere. Quarto arguit̄: qr facta sanctoruz que in scriptura narrant̄ ꝓponunt̄ nobis in exēplum: ꝟm illud Rom̄. xv. Quecūq; scripta sunt ad nr̄am doctrinā scripta sunt.

Sed legit Esa.vj. ꝙ Esaias se obtulit ad officiū p̄dicatiōis qđ p̄cipue cōpetit ep̄is: ḡ videt ꝙ appetere ep̄atū sit laudabile. Sed in ꝯrium est Aug.xix.de ciui.dei.q̄ dicit illud qđ scribit.viij.q.j.c. q̄ ep̄atum. Locus superior sine quo regi populus non pōt: etsi ita teneatur atq; administret vt decet: tamē non decēter appetit. Rñdet Tho.ij.ij.q.clxxxv.ꝙ in ep̄atu tria pñt cōsiderari. Unū est principale ⁊ finale. s.ep̄alis operatio ꝑ quā vtilitati ꝓximoꝝ intendit. ꝟm illud Johā.vlti. Pasce oues meas. Scđm est altitudo gradus: qr ep̄s sup alios ꝯstituitur. ꝟm illud Mat.xxv. Fidelis seruus ⁊ prudēs quē ꝯstituit dñs sup familiaꝫ suā. Tertiū est ꝙ ꝯsequēter se hꝫ ad istā vt reuerētia ⁊ honor ⁊ sufficiētia tēporaliuꝫ: ꝟm illud. j.Timoth.v. Qui bene presunt p̄sbyteri duplici honore digni habeant. Appetere ḡ ep̄atū rōne hmōi circūstantiū bonoꝝ: manifestū est ꝙ nō licet: eo ꝙ finis esset cupiditas ⁊ ambitio. Et dñs reprehēdit ambitiosos phariseos dicēs Mat.xxiij. Amant primos recubitus in cenis ⁊ primas cathedras in synagogis: et salutationes in foro. Quātum autē ad scđm.s.ad celsitudinē gradus appetere ep̄atum est ambitiosum ⁊ presumptuosum. Unde dñs Mat. xx.arguit discipulos primatū querētes dicēs: Principes gentiū dñantur eorū. Ubi Chryb.dicit: Per hoc ostendit ꝙ gentile est primatum sapere: ⁊ sic gētiū cōparatione aīarū eoꝝ estuationē conuertit: sed appetere ꝓximis ꝓdesse est ꝟm se laudabile ⁊ virtuosum. Ueruꝫ qr ꝓut ep̄alis actus hꝫ annexā celsitudinē gradus p̄sumptuosuꝫ videt ꝙ aliquis preesse appetat ad hoc ꝙ subditis ꝓfit nisi manifesta necessitate imminēte: sicut Grego.dicit in pastorali. Qr tūc erat laudabile ep̄atū appetere qñ dubiū nō erat per hūc quēq; ad maiora supplicia peruenire. Unde nō de facili inueniebat q̄ hoc onus assumeret: p̄sertim cuꝫ ad h̄ aliquis zelo charitatis diuinitꝰ fuisset incitatus. Pōt tñ q̄libet absq; vitio p̄sumptionis appetere talia opa facere: si cōtingeret in tali officio esse vel appetere se esse dignū ad talia opa exercēda ita ꝙ bonuꝫ opus cadat sub desiderio: nō aūt p̄matus dignitatis. Unde Chryb. sup Mat.ait: Opus q̄dē desiderare bonū est: primatū aūt honoris concupiscere vanitas est: primatus em̄ fugientes se desiderat: desiderantem se horret. Ad primū ergo dicendū ꝙ sicut Grego.dicit in pastorali. Illo tpe apl̄s dixit illa verba q̄ ille q̄ plebibus p̄erat primꝰ ad martyrij tormenta ducebat. Augu. ꝟo xix.de ciui.dei dicit: ꝙ apl̄s exponere voluit q̄d sit ep̄atus: qr nomen oneris est: nō honoris. ¶ Ad scđm dicendū ꝙ non est eadem rō de statu religionis ⁊ statu ep̄ali ꝓpter duo. Primo q̄dē: qr ad statū ep̄alē p̄exigit vite ꝑfectio: ⁊ ꝑ h̄ dñs a petro exq̄siuit si plus ceteris eū diligeret añq̄ ei cōmitteret pastorale officiū: sed ad statū religionis nō p̄exigit perfectio: sed est via ad ꝑfectionē. Unde ⁊ dñs Mat.xix.nō dixit: Si es ꝑfectus: sed si vis esse ꝑfectus: vade ⁊ vende oīa q̄ habes. Et huius dr̄ie rō est: qr ꝟm Diony. ꝑfectio ꝑtinet actiue ad ep̄m sicut ad ꝑfectiorē: ad monachū aūt passiue sicut ad p̄fectū. Req̄rit aūt ꝙ sit ꝑfectꝰ aliq̄s ad hoc ꝙ possit alios ad ꝑfectionē adducere: qđ non p̄exigit in eo q̄ dꝫ ad ꝑfectionē adduci. Est aūt p̄sumptuosuꝫ ꝙ aliq̄s se ꝑfectū reputet: nō aūt ꝙ aliq̄s ad ꝑfectionē tēdat. Scđo nō est eadem rō: qr ille q̄ statuꝫ religionis assumit: se alijs subijcit ad spūalia capiēda: ⁊ hoc cuilibet licet. Ille ꝟo q̄ trāsit ad statuꝫ ep̄alē sublimat ad hoc ꝙ alijs ꝓuideat Et hāc sublimationē dꝫ sibi nullus assumere: ꝟm illud Heb.v. Nemo sibi assumat honorē: sed qui vocat a deo, tāq̄ aarō. Et vt Greg.dicit.viij.q.j.c.in scripturis. Sicut locus regiminis desiderātibus negādus est: ita fugiētibus offerēdus. Ad tertiū argumētū dicēdū ꝙ dispēsatio spūalium frumētoꝝ non est facienda ꝟm arbitriū ꝓprium: sed principaliter q̄dē ꝟm arbitriū ⁊ dispositio

nē dei: secūdario aūt ꝑm argumētū superioꝝ ꝑlatoꝝ. Ex quo nō intelligit ille abscōdere frumēta spūalia cui nō cōpetit ex officio nec ei a superiori iniūgit si ab alioꝝ correctione aut gubernatione desistat: sed solū tūc intelligit abscōdere si dispēsationē negligit cum ei ex officio incūbat: vel iniūctū officiū ꝑtinaciter recusat: qꝛ vt dr̄ ex̄ de renū. in. c. nisi cū pridē. Tūc in te veraz humilitatē custodies cū ꝑ eā locū sublimē effugies et ꝑ obediētiā nō dimittes. ꝛ. viij. q. j. c. in scripturis. Si is q̄ valet oīpotētis dei oues renuerit pascere: ostendit se pastorē summū minime amare ¶ Ad quartū ꝟo argumētū respōdet Greg. in pastorali. ꝙ Esaias si mitti voluit ad ꝑdicādū vidit se antea purgatū ꝑ altaris calculum. Qꝛ ergo valde difficile est quēlibet purgatū se cognoscere: iō nullus ꝑdicare debet nisi mittat. Periculosuz ergo est ꝛ nō sine ambitione etiam viris idoneis q̄rere ꝛ petere ep̄atuz. Sed q̄d de illis in q̄bus nulla cōditio q̄ in ep̄o est req̄renda penitus inuenit: q̄ instant satagūt ꝛ ambiūt: vt ꝓmoueant ad dignitatē ep̄alē? O temeraria ꝑsumptio: o inflata elatio: o diabolica suꝑbia. Audiant tales id qd̄ scribit ex̄ de elec. c. cū in cūctis. Cū in cūctis sacris ordinibus ꝛ eccl̄iasticis mysterijs: sint etatis maturitas: moꝝ grauitas: ꝛ litterarū scīa inquirēda: multo fortius hec ī ep̄o opz inquiri: q̄ ad curā alioꝝ positus in seipso dz ostendere qualiter alios oporteat in domo dn̄i cōuersari. Glo. ꝟo suꝑ verbo litterarū. dicit: Propter defectū scīe repellit aliquis ab ep̄atu etiā iā ꝓmotus: vt ptz ex̄ de etate ꝛ qualitate ordinādoꝝ. c. vlti. ꝛ ex̄ de electis. c. cōgregato. ꝛ. j. q. j. c. vilissimus. dr̄: Vilissimus est reputādus nisi precellat scīa ꝛ sctītate qui est honore ꝑstantior. Ad idē est c. nō opz. vij. q. j. ¶ Scd̄m dubium erat vtrum vltra episcopalē dignitatem sit peccatuz appetere aliquas dignitates seu officia vel bn̄ficia: vt abbatiā: prioratum ꝛc. Et videtur ꝙ nō; qꝛ qd̄ nō est ꝓhibitum per aliqd̄ ius videtur esse cōcessum. xiij. q. ij. c. hebrō. §. seq. Sed ista nullo iure ꝓhibentur: ergo vt licita cōceduntur. Cōtrarium huius videt esse rei veritas. Et ratio est: qꝛ vbi eadem ratio legis ꝛ idem ius. Naz de similibus idem est iudiciū. ar. di. v. c. ad eius. Sed ratio quare illicitus est appetitus ep̄atus est ꝓpter curā quaz habet annexā: qꝛ presumptuosum nimis est vt q̄s se reputet idoneū ad regendas aīas alioꝝ. sed eadē ratio est in quolibet ꝑdictoꝝ: qꝛ. s. in oībus est cura annexa: nec differunt ab episcopatu nisi ꝑm magis ꝛ minus: qꝛ vt pz ep̄s habet curā vniuersalem totius diocesis sue: sed in predictis officijs constituti habent curam particularem: vt pz vnius parrochie vel vnius collegij. Talis aūt appetitus non diuersificat speciem sed quidditatē peccati: sicut appetere furari vnū florenū est eiusdem speciei cum appetitu furandi mille: lz hoc sit grauius. Sic in ꝓposito de appetitu ep̄atus ꝛ alioꝝ bn̄ficioꝝ curatoꝝ. Preterea ꝑm Tho. Ray. Vost. ꝛ Goff. Qui petit ꝓ se aliqd̄ predictoꝝ si al's sit dignus efficit indignus rōne presumptiōis ꝛ cōmittit simoniā: ergo peccat mortaliter. Et ꝓ hac cōclusione faciūt dicta sctōꝝ. Unde Chryꝰ. xl. di. c. multi. ait: Quicūq̄z desiderauerit primatum in terra inueniet cōfusionē in celo nec inter seruos xp̄i computabit qui de primatu tractauerit. Nullus aūt inuenit confusionē in celo aut separat a cōsortio seruoꝝ xp̄i nisi ꝓpter mortale: ergo ꝛc. ꝛ. j. q. j. c. Principatus. Leo papa ait: Principatus. i. ꝑlatio quē aut seditio extorsit: aut ambitꝰ occupauit etiaz si moribus aut actibus nō offendat: ipsius tn̄ initij sui est perniciosus exēplo ꝛ difficile est vt bono peragantur exitu que malo sunt inchoata principio. Sed non dicitur aliq̄d perniciosuz nisi mortale. Sciendus aūt ꝙ id qd̄ dictū est. s. ꝙ non licet petere beneficium curatū: nec peti potest absq̄z vitio simonie. aliqui illud nō tenent vt Ber. ꝛ Guil. Vāc

opinionē sequi vident curiales: sed tñ
nō est tuta. Forte posset dici ꝙ q̄ inten
deret deo seruire in clero: nō ꝓpter ho
nores maiores cōsequendos ⁊ diuitias
in seculo: sed qꝛ status ille melior est q̄ꝫ
secularis: ⁊ diuinis applicatꝰ ⁊ magis
sibi gratus ⁊ in eo positus appetit sibi
ꝓuideri de bñficio: ⁊ petit illud a supe
rioribus vt possit ꝑm cōditionē suaꝫ su
stentari: nō ad pōpā: sed ad decentiaꝫ:
nō habēs intētionē ad curā: nec ad ho
nores ⁊ gradus: ⁊ ad pinguius bñficiū:
sed ad sui gubernationē: ita contentus
de simplici bñficio sicut de curato: dū
modo sibi sufficiens esset: non peccaret.
Appetit em̄ ⁊ querit qđ est de iure diui
no debitū: videlꝫ ꝙ q̄ altari seruit de al
tari dꝫ viuere: vñ apl̄s. j. Coꝝ. ix. qđ est
licitū cuilibet. Et q̄ꝫuis cura annexa sit
ei qđ sibi cōfert: oculus eius non est ad
hoc principaliter: sed ad sustentationē
sibi debitā ex seruitio eccl̄ie: illud aūt. s.
ꝙ sit curatū est accessoriū ⁊ per accidēs
⁊ accessoriū naturā sequi cōgruit princi
palis. de reg. iu. li. vj. Sed principale in
tentū. s. sustentatio sui iure est licitū: er
go ⁊ qđ inde sequit: nō aliq̄d illicitum
adiungendū. ¶ Tertiū dubiū erat vtrū
prelatus peccet ꝯferendo beneficiū bo
no p̄termisso meliori: vel vtrū peccēt sic
eligētes. Et videt ꝙ sic: Quia. viij. q. j.
c. licet. Hiero. ait: Sciāt oēs ⁊ certi sint
ꝙ qui p̄stātior est ex oī ppl̄o: q̄ doctior:
q̄ sanctior: qui oī virtute eminētior: ille
eligit ad sacerdotiū. Sed btūs Tho. in
quadā q̄stione de quolibet. dicit: Qꝛ ali
quis pōt dici melior dupl̄r. Uno modo
simpliciter. Alio mō ꝑm q̄d. Simplici
ter aūt đr melior qui est sanctior ⁊ plus
habens de charitate. Scđm q̄d đr meli
or q̄ est melior ꝑm aliquē respectū. Con
tingit aūt aliquē esse meliorē simplici
ter. i. maioris sanctitatis q̄ nō est meli
or quantū ad hoc ꝙ preficiat in eccl̄ia.
Sed alius minoris sctitatis esset meli
or in regimine: qꝛ forte magis ecclesiaꝫ
iuuare poterit vel ꝑ lumē sapiētie vel ꝑ
auxiliū potentie: vel qꝛ diu in eccl̄ia de
seruiuit. Nō ergo tenet dare p̄latus of
ficiū vel bñficiū meliori simpliciter: sed
meliori quoad hoc: iō si p̄ferat vnū alte
ri ꝓpter aliquā causam q̄ pertineat ad
honorē dei ⁊ vtilitatē eccl̄ie: iā quantū
ad hoc iste est melior: ⁊ p̄latus recte fa
cit ꝓmouēs illū: sicut etiā ⁊ eligentes.
hec ille. Notandū etiā ꝙ q̄ꝫuis minus
bonus simpl̄r posset preferri magis bo
no in regimine ecclesie: qꝛ vtilior: nō tñ
si scit esse malus: q̄ꝫuis posset iuuare ec
clesiam ꝑ sciam ⁊ potētiam: qꝛ in hmōi
ꝑmaxime requirit bonitas vite: al̄s si
ne pctō cura exerceri nō pōt. Hoc enim
nō esset p̄ferre minus bonū: sed simpl̄r
malū: ⁊ ꝑ ꝯñs qui non est idoneus. Uñ
Alb. magnus dicit expresse ꝙ ꝓmouen
tes ad ordines vel curā pastoralē: vl̄ ali
quod bñficiū eccl̄iasticū sciēter īdignū
absq̄ꝫ dubio peccāt mortaliter. Nec no
bilitas excusare pōt ꝙ ꝓmoueatur ma
lus: qꝛ quāto nobilior tāto nociuior. Et
si dicat ꝙ alius non sit ita vtilis oīno:
ista rō nihil valet: qꝛ vtilitas spūalis tē
porali est p̄ponenda: nec excusat pauci
tas ministroꝝ eccl̄ie. Hec Alber. Dr̄ ꝟo
aliq̄s eoipso bonus ꝙ nō est malus. ex̄
de p̄sum. c. dudū. ¶ Quartū dubiū erat
vtrū prelatus eccl̄ie possit cōmittere cō
sanguineo suo curam eccl̄ie postposito
meliore: Uidet ꝙ nō: qꝛ Hiero. dicit lo
quēs de moyse ꝙ substituit sibi succes
sorē in regimine iesum naue. viij. q. j. c.
si ergo. Nulla cōsanguinitatis rō: nulla
ꝓpinquitatis habita cōtēplatio est vt
ꝓpinquis agroꝝ ⁊ p̄dioꝝ relinquat he
reditas: gubernatio populi illi tradat
quē deus elegit hoī. s. tali q̄ hꝫ sicut scri
ptū audisti in semetipso spm̄ dei: ⁊ p̄ce
pta dei in conspectu eius sunt. Et idem
Hiero. viij. q. j. c. moyses. Moyses ami
cus dei cui facie ad faciē locutus est de
us: potuit vtiq̄ꝫ successores p̄ncipatus
filios suos facere ⁊ posteris ꝓpriam re
linquere dignitatem: sed extraneus de
alia tribu eligit iesus naue. i. iosue: vt
sciremus principatuꝫ in populo nō san
guini deferendū esse sed vite, Glo, dicit

ibi super verbo tribu. Moyses fuit de tribu leui: iesus naue siue iosue fuit de tribu effraim. Ad hoc ꝓpositu⁊ recitat etiam Policratus li.iiij. ꝙ obsecrante senatu vt adrianus filiū quē habebat augustum faceret: respōdisse ferť. Sufficere debet ꝙ ego regnauerim cū non merear. Principatus eñ non sanguini sed meritis dādus est. Inutiliter q̄ppe regnat qui rex nascit nec meret. Uerū tñ Tho. in quadā q̄stione de quolibet. dicit: ꝙ aliter est dicendū de cōsanguineo eque idoneo: aliter de cōsanguineo minus idoneo. Si aūt consanguineus sit eque idoneus pōt prelatus preferre cōsanguineum: nisi ex hoc forte scandalum oriať: vel aliqui exinde malū exemplum accipiant: vt qñ ꝓbabiliter timetur ꝙ aliqui prelati inducerenť hoc exēplo ad dandū suis minus dignis. Rō est hec: qꝛ in hoc ꝙ det cōsanguineo eq̄ digno nil deperit vtilitati ecclesie: nec est cōtra charitatem. Et hoc figuratum est Beñ.xlvij. vbi pharao ioseph loq̄ns de fratribus suis dixit: Si esse nosti in eis viros industrios constitue illos magistros pecoꝝ meoꝝ. Si v̄o consanguineus prelati sit minus idoneus nō debet eum preficere ad curaꝫ ecclesie postposito meliore: ⁊ sic faciendo, ⁊ preficiēdo illum grauiter peccat. Quid tēporibus his in beneficioꝝ collatione ac distributione fiat non opus est enarrare: cū iam manifesta sit omnibus ecclesie sancte iactura. Preficiuntur infames: promouentur ambitiosi: exaltātur amici: ⁊ quasi nulla est amplius cura de regimine animarum: preualuit ambitio ⁊ ad lucra tēporalia mundanāq̄ pompam oīa sunt redacta. O deus de celis: o deus oīpotens: inspice: succurre: visita: ⁊ nō derelinquas ꝓpter peccata nostra sponsam tuā ecclesiam quā tuo precioso sanguine redemisti. Inua serūt lupi rapaces gregē tuum ⁊ nō est qui pascat oues tuas. ¶ Scd̄s appetitus inordinatꝰ honoris: dicit magisterialis sublimitatis. Appetunt nāq̄ multi indebite magisterialē gradū. Et lꝫ sm̄ Hostien. in sum. sua li.v. in rubrica de magistris. p̄ceptor cuiuslibet discipline vocari possit magister. vt in.l. quibus erga.ff. de verbo. signi. vel qui regimē habet pre ceteris. vt in.l.j.ff. de exactionibus. vel doctor legū. vt in ꝓemio.ff.§. penul. Nos tñ loquimur de magistris ꝓut sic appellātur doctores theologie. In quibus reprehensibilis esse pōt magisterij gradus ⁊ ambitiosus reputari quadruplici ratione.

Primo rōne sufficientie.
Scd̄o rōne repugnantie.
Tertio rōne superbie.
Quarto rōne finis.

¶ Primo rōne sufficiētie qñ aliq̄s insufficiens est: qꝛ vel indoctus vel adeo parum doctus vt sibi gradus magisterij conuenire non possit. Pro quibus dicit lxj.di.c. miserum. Miserum est eu⁊ fieri magistrum qui nūq̄ fuit discipulus. ⁊.lix.dist.c. ordinatos. Debet eñ aū esse discipulus quisquis doctor esse desideratvt possit docere qd̄ didicit.xvj.q.j.c. sicut viue. Multo tp̄e disce q̄ postmodum doceas. ⁊.c.si clericatus. Si clericatꝰ titillat desideriū: discas qd̄ possis docere: ⁊ rōnabilē deo offeras hostiaꝫ: ne sis miles anteq̄ tyro: ne prius magister sis q̄ discipulus. ⁊ ex̄ de electione. c.cū in magistruꝫ. In magistrū assumi nō debet qui formā discipuli nō assumpsit. hec ibi. Dicit aūt Host. vbi.s. ꝙ ꝓmouēdus ad magisterium cognosci potest legendo ⁊ disputando si sit idoneus. ¶ Scd̄o est reprehensibilis ⁊ ambitiosus magisterij gradus ratione repugnantie qñ aliquis esset in aliqua religione que talia cōtineret ꝙ sibi magisterij gradus repugnaret: sicut de monacho dicit Hiero.xvj.q.j.c. monachꝰ. Monachus nō docentis sed plangentis habet officium. Ad qd̄ facit ibidē.c. si cupis. ⁊.c. alia causa. Si aūt talis eēt religio in qua possent religiosi cū obseruantia regule ⁊ statutorum suorum vacare etiam studio litteraruꝫ ⁊ predica-

tioni ⁊ instructiōi alioꝝ: possent hmōi viri religionis docti ꝟm Alexan. in. iiij. summe. ad gradū magisterij ꝓmoueri. Qđ cōfirmat̄ ꝑ ea que scribunt̄. xvj. q. j. c. doctos. c. moderamine. c. sunt tñ nonnulli. c. vos aūt. c. in parrochia. c. cū ꝓ vtilitate. Et hoc apparet ꝑ experiētiaꝫ: qꝛ quotidie ex ordinibus mendicantiuꝫ multi fiūt magistri in theologia. ¶ Tertio est reprehēsibilis ⁊ ambitiosus gradus magisterij rōne suꝑbie qñ aliquis querit illum gradū importune se ingerēdo vt excellat ⁊ appareat gloriosus: qđ ꝓhibet xp̄s Mat. xxiij. di. Nec vocemini magistri. s. cū elatione mentis: qꝛ magister vester vnus est xp̄s. In q̄bus verbis nō nomen aut gradū damnauit magisterij ꝟm oēs doc. sed tm̄ suꝑbiaꝫ ad quam multi cū noīe illo deueniunt: qui eo ꝙ magistri sunt ⁊ vocantur: credunt se oīa scire: spernūt indoctos: ⁊ qđ ipsi sciunt alijs cū difficultate ⁊ labore vix cōicare volunt. ¶ Quarto est reprehensibilis ⁊ ambitiosus magisterij gradus rōne finis: qñ aliquis magisteriuꝫ suscipit nō ꝓpter honorē dei aut salutē ꝓpriā vel vtilitatē ꝓximoꝝ: sed ꝓpter tꝑalia lucra ⁊ ꝓpter prelationes obtinendas ⁊ acquirendas dignitates. Tales siquidē qꝛ a debito fine deficiūt honorē indebite appetūt ⁊ inordinate: iudicet ergo vnusquisq̄ seipsum. Ego nō audeo aliena facta culpare: p̄cor tñ deū celi vt magisterij dignitas tā multis ad salutē accedat quot causa est dānationis eterne. ¶ Tertius appetitus inordinatus honoris ⁊ ambitionis est secularis potestatis: quō aliquis aspirauit tyrānice dñia tēporalia vsurpare. Rñdēdū vt melius intelligat̄. notandū ꝙ q̄drupliciter pōt aliquid recte ⁊ merito esse princeps: aut dñs.

Primo ex diuina ordinatione.
Scđo ex ecclesie collatione.
Tertio ex legitima successione.
Quarto ex populi electione.

¶ Primo ex diuina ordinatiōe: sic̄ Saul fuit vnctus in regē a Samuele de voluntate dei: vt habetur. j. Regū. x. Qui cum fuisset absconditus domi: cucurrerunt illi de populo ⁊ tulerunt eum inde sicut fuerat diuinitus reuelatum: stetitq̄ in medio populi. Et Samuel dixit: Certe videtis quem elegit dñs: qm̄ non sit similis ei in omni ppl̄o ⁊ clamauit cūctus ppl̄s: viuat rex. ¶ Scđo pōt esse aliquis princeps ex ecclesie collatione: qñ. s. ecclesia autoritate diuina ꝯferret alicui principatū: ⁊ p̄cipue imperialem dignitatem. Papa enim imperatorem instituere ⁊ destituere debet ⁊ pōt rōnabilib⁹ causis īterueniētibus: sicut factum fuit tꝑe Stephani scđi: vt đr in chronica martiniana: quō Arstulphus rex lōgobardoꝝ inquietabat romanos quapropter Stephanus romanus pōtifex aduertens ꝙ Constantinus. v. cōstantinopolitanus imperator non poterat iuuare Romanos: venit in franciam ad Pipinum regem francoꝝ: qui cum papa veniens liberauit romanos ab iniurijs longobardoruꝫ: ⁊ continuo in premio virtuosi laboris factus est imperator: ⁊ reuersus in franciam imperauit annis tredecim. Pipino aūt successit in imperio Karolus eius filius: mā sitq̄ imperium apud frācos annis trigintaquinq̄ ⁊ mensibus nouem: vsq̄ ad tꝑa Ludouici. iij. cuius tꝑe: qꝛ francigene nō iuuerunt Romā ab iniurijs longobardoꝝ fuit diuisum imperiū: eo ꝙ vnus imperauit in italia: alius in alemānia: ⁊ scisma durauit vsq̄ ad Ottonem: qui liberauit ecclesiam ab impietate Johannis pape. xij. quem cardinales suo adiutorio deposuerunt: quare Otto coronā imperij suscepit: ⁊ eo mortuo imperauit filius eius. Otto. ij. et post illum Otto. iij. per hereditariam successionem. Sed post mortem Ottonis. iij. fuit institutum ꝙ imperator eligeretur ab electoribus: scilicꝫ Magūtinensi: Treuerēsi: Coloniensi: Marchione brandeburgensi: Palatino: duce Saxonie: ⁊ rege Bohemie. De ptāte v̄o pape supra imperatorē dixi in sermone de

sacerdoti dignitate. ¶ Tertio pōt aliquis esse princeps ⁊ dn̄s ex paterna successione: sicut de Salomō dr̄.iij. Reg. ij.c. Salomon autē sedit sup̄ thronum Dauid patris sui ⁊ firmatū est regnuz eius nimis. ¶ Quarto potest aliq̄s esse princeps ex electione: qn̄ eligitur vniformiter ⁊ concorditer ab illis quibus habet preesse. His modis exceptis qui dominari cupit ambitionis vitio tāgitur. Sed dubitaret aliquis quid de officijs ⁊ dignitatibus secularibus si appetātur ⁊ ꝓcurentur per preces ⁊ obsequia: vt officiuz potestatis: senatoris: capitanei: ⁊ hmōi. nunquid est pctm̄? Rn̄deo ꝙ si quis hmōi appetat ⁊ querat magis curans de honore ⁊ lucro q̄ de iusticia seruanda: ꝙ talis peccaret. Similiter si ignorat ea que spectāt ad executionē debitam dicti officij: nec iuuari per aliū potest. Similiter si paratus est se intromittere de his ad q̄ sua potestas non extenditur q̄uis ibi consueuerit fieri: puta si laicus velit de clericis iudicare vel de ecclesia disponere: quod eis ꝓhibetur di.xcvj. per totum. Si aūt appeteret q̄s illos gradus zelo iusticie ⁊ charitatis ꝓximoꝝ exigente: non rōne ꝓprij cōmodi non peccaret. Sed quis est hic ⁊ laudabimus eum? Ideo magnus erit numer⁹ dānatoꝝ.

¶ Qꝛ abominanda est ambitio: tum qꝛ inducit multa mala: tum qꝛ oīs iustus illam fugit: tum etiā qꝛ tollit quietem mentis. Capitulum.iij.

Tertiū mysteriū declarādū de ambitione dicitur abominatio. Abominandū quippe et fugiēdum est huiusmodi peccatum propter tria.

Primo qꝛ multa crimina inducit.
Scd̄o qꝛ omnis iustus illā fugit.
Tertio quia quietē mentis tollit.

¶ Primo ambitio multa crimina inducit. Hoc maxime malū hz ambitiosus ꝙ nec timet deum nec veretur hoīes: sepe ⁊ libēter mentitur adulat̄ sepe simulat humilitatē: inclinatur cunctis: seruus est oīm ⁊ tributarius crudelissimus ⁊ venenosus: quādoq̄ ꝓpter ambitionē etiā suis Romulus quidē occidit fratrē Rhemum vt solus regnaret. Julius cesar pompeiū est semp̄ ꝑsecutus vsq̄ ad mortem: cum quo plurima bella gessit cupiditate imperij. Absalō suum patrē dauid tentauit pellere regno: vt ip̄e rex preficeretur. Et quid historias querimus qn̄ clara sunt omnia bella que fuerūt in mūdo vsq̄ ad nūc? Nec dubiū est illa fuisse ꝓ maiori parte confecta ex liuore ampliandi dn̄ia. Propterea Ninus rex assyriorū bellis vexauit ꝓuincias. Propterea magnus Alexander duxit exercitū extra patriā contra duriū: īmo ꝯtra oēs reges oriētales. Propterea martiales Romani semp̄ fuerunt in bello ab vrbe condita vsq̄ ad tp̄a Constātini: habueruntq̄ bella plurima aduersus sabinos ꝯ volscos: coriolanos: veios: faliscos: pelignos: picētes: sannites: tarētinos: carthaginēses: hyspanos: mitridatē: egyptum: germanos: cymbros: ⁊ parthos. Et vt breuiter dicā ꝯtra totū mundū. Et quis enumeret quantus hoīm sanguis in tot prelijs sit effusus? quot milia milium sint extincti: quot ciuitates depopulate: quot violate v̄gines: quot vtriusq̄ sexus precio venūdati? O ambitio tantorum scelerū mater: o venenosa radix ex qua facile ꝓdit oīs facinoris germē: o bonoꝝ moꝝ dissipatrix: o inimica iusticie: o seminatrix odiorū: o fons oīs scandali: o confusio religiosorum: o turbatrix ecclesie: o desolatrix ciuitatū: o deniq̄ destructrix gn̄is humani. Propter ambitionē nāq̄ vix potest aliq̄s perviā rectā incedere: ⁊ q̄nq̄ immo multotiens qui boni creduntur et sancti propter ambitionem efficiuntur reprobi ⁊ diaboli filij. ¶ Scd̄o abominādа est ambitio qꝛ quilibet iustus eā fugit. Dn̄s nr̄ iesus xp̄s cū facto miraculo de quinq̄ panib⁹ voluissent eū sibi regē facere aufugit. vt hr̄ Job.vj. Moyses cū esset annoꝝ.lxxxiij. ⁊ matre

retur a dño vt esset dux ppl'i israel mul
tũ excusauit se dicẽs ꝙ esset impeditio
ris lingue. Exo.iiij. Hieremias cũ mit-
teret a dño ⁊ ꝯstitueret sup reges ⁊ re-
gna ad annũciãdũ verbũ dei: subtrahe
bat se dicẽs: A a a dñe deꝰ nescio loq:
Hier.j. Marcus euãgelista vt sacerdo
tio inhabilis esset amputauit sibi pol-
licẽ. Gregoriꝰ magnꝰ a clero ⁊ ppl'o ac-
clamatꝰ in papã occulte fugit. Ambro-
sius ne ꝓmoueretur in archiep̃m ma-
gnã resistẽtiã fecit. Et sic oẽs boni ⁊ iu
sti viri ambitionẽ sunt detestati. ¶ Ter
tio abomināda est ambitio: qꝛ q̃etẽ mẽ
tis tollit. Semp eñ ambitiosi habent
in corde ignẽ: semp sunt in cogitationi
bus: semp in desiderijs martyres. non
dei: sꝫ principis tenebrarũ. Propterea
Bern.li.iij.de ꝯsideratiõe ad Eugeniũ
ait: O ambitio ambiẽtiũ crux: quõ oẽs
torques: oĩbꝰ places. Nil acriꝰ cruciat:
nil molestiꝰ inq̃etat: nil tam apud mise
ros mortales celebriꝰ negocijs eiꝰ. Et
idẽ in sermone.xl. Ambitio subtile ma
lũ: secretũ virꝰ: pestis occulta: doli arti
fex: mater hypocrisis: liuoris parẽs: vi
tioꝝ origo: tinea sanctitatis: excecatrix
cordiũ. hec ille. Propter hec itaqꝫ oĩa
vitari dꝫ ambitio: vt sic obtineri possit
ꝑ hũilitatẽ diuina gr̃a ⁊ in fine sempi-
terna gl'ia: in qua viuit ⁊ regnatqꝫ gl'io
sus deꝰ ꝑ infinita seculoꝝ secula. Amẽ.
¶ Feria q̃nta post Reminiscere: de vi-
tio vane gl'ie: quo laborabat diues ille
dãnatꝰ: ⁊ qđ plurimũ timere debẽt pe-
nitẽtes: qꝛ oriri solet maxime ex opibꝰ
bonis: Sermo.xxxv.



Induebatur
purpura ⁊ bysso. Uer
ba sũt redẽptor nr̃i
original'r Luce. xvj.
⁊ in euãgel'. hodier-
no. Audiuimus ex le
ctione sctĩ euãgelij dãnatũ fuisse diui-
tẽ in inferno nõ qꝛ diuitias possidebat
sꝫ qm̃ illis male vtebat. Erat eñ crude
lis ꝓximis ⁊ lazaro mẽdico ĩ cuiꝰ vlce-
ra canes lingebãt aĩ alia bruta ipse hõ
nullã pietatẽ exhibebat. Cõstituerat fi
nẽ suũ in copia bonoꝝ tpaliũ: ⁊ ꝓpter
illa superiorẽ nõ cognoscebat deũ: exal
tabat seip̃m: ⁊ elatꝰ corde cupiebat ho
norari. Et ꝓpterea induebat purpura
⁊ bysso: gloriã querens in excessiuo or-
natu ⁊ ĩmoderato. Et qm̃ plurimi sunt
illiꝰ diuitis sequaces ⁊ imitatores: qui
oẽ desideriũ suũ inflãmãt ad hãc glo-
riã tpalẽ inanẽ ⁊ vacuã: iccirco in p̃sen
ti sermone de vane glorie vitio aliqua
discutiemꝰ: de qua tria mysteria occur-
runt declaranda.

Primum đr diffinitio.
Secundum detestatio.
Tertium generatio.

¶ Quid sit vana gl'ia et quõ differat a
gl'ia sctã q̃ esse põt in bonis et virtuo-
sis ⁊ a gloria beata. Capl'm.j.

Primũ mysteriũ de vana glo
ria dicit diffinitio. In quo
quid sit vana gloria videa-
mus. Et Alexã.in.ij.summe
diffinit eã sic dicens: Uana gl'ia est ap
petitus inordinatꝰ ⁊ ĩordinata delecta
tio hũane laudis. Nã gl'ia claritatem
quãdã significat. Uñ gl'ificari idem est
qđ clarificari. vt Aug. dicit sup Job.
Et Amb.in li.de officijs. Gl'ia est clara
cũ laude noticia. Et Tullius in rheto.
Gl'ia est frequẽs de aliq̃ fama cũ laude
Laus v̄o vt Arist.dicit.j.rheto.est ser-
mo elucidãs magnitudinẽ v̄tutis. Jõ
nomẽ gl'ie ĩportat manifestationẽ ali-
cuiꝰ de hoc qđ apud hoĩes decoꝝ vr̃ si-
ue illud sit aliqđ bonũ sp̃uale siue tpa-
le. Possumꝰ tñ ꝓ clariori intelligentia
distinguere triplicem gloriam.

Prima dicitur beata.
Secunda sancta.
Tertia vana.

¶ Prima est gloria beata: de qua ĩ ps.
cxj. Gloria ⁊ diuitie in domo eius. Et
ps.cxlix. Exultabunt sctĩ in gl'ia. Et de
hac diffusius loco suo dicemꝰ. ¶ Scđa
est gloria sancta. Et hec s̄m Tho.ij.ij.
q.cxxxij. est cũ quis cognoscit bonum

suũ dignũ laude: et approbat illud cupiens ab alijs laudari: aut ꝓpter diuinum honorẽ: aut ꝓpter ꝓximoꝝ salutẽ. Nã ꝟm Alex. laudari ꝓpter deum ⁊ ꝓpter bonũ ꝓximi nõ est aliud ꝙ deũ laudari in nobis. Uñ nõ erratur: sꝫ sancte appetitur gloria cũ virtuose viuit ⁊ nõ constituitur ibi finis. Ad hanc hortat̃ nos xp̃s dicẽs Mat. v. Sic luceat lux vestra corã hoĩbus vt videãt opera vestra bona: et glorificent patrẽ vestrũ qui in celis est. Et. j. Coꝝ. x. Sine offensione estote iudeis ⁊ gentib⁹ ⁊ ecclesie dei: sicut ⁊ ego oĩbus ꝑ oĩa placeo: nõ querẽs qd̃ mihi vtile est: sed qd̃ multis vt salui fiant. Et Rom̃. xij. Prouidentes bona nõ tm̃ corã deo: sed etiã corã oĩbus hoĩbus. Et Ecc̃i. xlj. Curã habe de bono nomine. Et Prouerb̃. xv. Fama bona impinguat ossa. Et Ouidius libro de tristib⁹. Deniq̃ nõ paruas aĩo dat gloria vires. Et fecũda facit pectora laudis amor. Ideo Aug. in sermone de cõfessiõe ait: Solet mouere charissimi ꝙ dñs noster iesus xp̃s in sermone euãgelico cũ prius dixisset Mat. v. Luceat lux vestra corã hominib⁹ vt videãt vestra opera bona ⁊ glorificẽt patrẽ vestrũ q̃ in celis est. postea dixit Mat. vj. Attendite ne iusticiã vestram faciatis corã hominibus vt videamini ab eis. Turbatur enim mẽs parũ intelligẽtis ⁊ precepto vtriq̃ obaudire cupiẽtis et per diuersa ⁊ aduersa distendit̃. Tã nemo em̃ potest ꝙuis vni dño obtẽperare repugnãtia iubenti: ꝙ nemo potest etiã duobus dñis seruire: quod eodem sermone saluator ipse testat⁹ est. Quid ergo faciet anim⁹ nutans cũ se obtẽperare nõ posse existimat: ⁊ nõ obtẽperare formidat. Si enim opera sua in luce posuerit hominib⁹ intuenda vt faciat quod preceptũ est Mat. v. Luceat lux vestra corã hominibus. reum se teneri arbitrabitur quasi cõtra preceptũ fecerit. vbi dicitur Mat. vj. Attẽdite ne iusticiam vestram faciatis coram hominib⁹ vt videamini ab eis. Qui autez recte intelligit vtrunq̃ implet: ⁊ seruiet vni verissimo dño qui seruũ pigrũ non dãnaret: si ea que nullo modo poterat imperaret. Hec ille. Et ibi cõcludit dicens: Intentio quippe cordis humani quo dirigatur ⁊ quid expectet intuẽdũ est. Ex quibus oĩbus colligitur ꝙ non sunt virtutis opera pretermittẽda: qm̃ ad illa sequitur laus multoꝝ: ⁊ redundant in virtuosoꝝ famam dũmodo ibi intẽtio non ꝯstituat finẽ suũ. ¶ Tertia est gloria vana: q̃ ꝟm Alexã. ⁊ Boñ. vbi s̃. põt esse triplex. Primo ex parte rei ꝑ qua quis gloriã querit: vtputa si quis gloriaꝫ quereret de sapientia quã non habet ⁊ hmõi: vel de eo quod est pctm̃. Propter qd̃ ĩ ps̃. lj. d̃r: Quid gloriaris in malicia. Uel cuꝫ querit gloriã de eo qd̃ nõ est gl'ia dignũ: vt de diuitijs: de pulchritudine: de dominijs: ⁊ hmõi. de quib⁹ nõ est gloriãdũ eo ꝙ transitoria sunt caduca ⁊ vana. Uñ Esa. xl. d̃r: Oĩs caro fenũ: ⁊ oĩs gl'ia ei⁹ quasi flos agri. Secũdo gl'ia est vana ex parte ei⁹ a quo quis gl'iam q̃rit: puta ab hoĩe ꝑncipaliter cui⁹ iudiciũ nõ est rectũ. Uñ ĩ ps̃. lij. Maledicta ossa eorũ q̃ hoĩbus placẽt: supple cũ ponitur ibi finis. Tertio gloria est vana ex parte ei⁹ q̃ gl'iam appetit: qui videlꝫ appetitũ gl'ie sue non refert in debitũ finẽ: puta ad honorem dei ⁊ ꝓximi salutẽ. Nã oĩs gloria finaliter ad deũ est referẽda. Uñ Dauid in ps̃. cxiij. Nõ nobis dñe nõ nobis: sꝫ nei tuo da gloriam. Et christus Johannis viij. Ego gloriam meam non q̃ro. Si ego gl'ifico meipm gl'ia mea nihil est. ¶ Or fugienda est vana gloria: tũ quia per illã offenditur deus: tum quia homo per eam spiritualiter infatuatur: tum etiam quia oẽs iusti ipsam conati sunt vitare.

Capitulum. ij.

Secũdum mysterium declarandum de vana gloria dicitur detestatio. Est siquidem vitium graue ⁊ detestabile propter tria.

Primo propter offensionem.

Scdo ꝓpter infatuationem.
Tertio ꝓpter exemplationem.

¶ Primo vana gloria est vitiũ graue et detestabile ꝓpter offensionẽ: qꝛ ꝑ illam offenditur deꝰ. Notãdũ aũt ꝟm Boñ. vbi. s. ꝙ aliqñ est peccatũ veniale: aliquãdo mortale. Veniale est cũ ex subito motu trahitur animꝰ ad ꝓpriã laudẽ ⁊ gaudet de bona hoĩm opinione: tñ cũ ratio excitatur statim reprimit et subijcit motũ illũ recognoscẽs deum ⁊ illi se hũiliãs. Difficile nãq; est primis motibus gl'ie vt nõ veniãt posse resistere. qꝛ vt dicit Señ. ad Lucilluz. Nulla est tam excelsa virtus q̃ dulcedine glorie nõ tãgatur. Et Hiero. ad Sabinianũ. Naturali ducimur malo ⁊ adulatoribus nr̃is libenter fauemus. Et q̃q̃ respõdeamus nos indignos ⁊ calidus rubor ora perfundat: tñ ad laudẽ suam intrinsecus letatur animus. Et Chryꝰ. di. super Mattheũ. Cũ cetera vitia locum habeant in seruis diaboli: inanis gloria locuz etiam habet in seruis xp̃i. Si ergo amor humane glorie q̃uis sit inanis non repugnat charitati: neq; quantum ad id de quo est gloria: neq; quantum ad intẽtionẽ gl'iam q̃rentis: non est peccatum mortale: sed veniale. Peccatum autẽ mortale est vana gl'ia: quando ꝯtrariatur charitati dei dupliciter. Uno mõ ratione materie de qua quis gloriatur: vtputa de aliquo falso quod contrariatur diuine reuerentie. ꝟm illud Ezechꝰ. xxviij. c. Eleuatum est cor tuũ. ⁊ dixisti: Deus ego sum. Vel cũ quis bonum temporale de quo gloriat̃ prefert deo. Aut etiam cum quis p̃fert testimonium hominuz testimonio dei: sicut contra quosdã dicitur Johannis xij. Qui dilexerunt magis gloriam hominum q̃ gloriam dei. Alio modo contrariatur charitati ex parte ipsius gloriantis: qui intentionem suã refert ad gloriam tanq̃ ad vltimũ finem: ad quẽ etiam ordinat virtutis opera: et ꝑ illo consequendo nõ p̃termittit facere etiã ea que sunt contra deũ. Sic faciebant antiqui romani de quibus dicit Aug. v. de ciuita. dei. c. xij. Veteres igit̃ primiq; romani quantum eorum docet ⁊ commendat historia: q̃uis vt alie gentes: excepta vna populi hebreorũ: falsos deos colerent ⁊ non deo victimas: sed demonijs immolarent: tamen laudis auidi: pecunie liberales erant: gloriam ingentem: diuitias honestas volebant. Hanc ardentissime dilexerunt: propter hanc viuere voluerunt ꝑ hac mori non dubitauerunt: ceteras cupiditates huius vnius ingenti cupiditate presserunt. hec ille. ¶ Secũdo vana gloria est vitium graue ⁊ detestabile ratione infatuationis quia in hoc vitio magna est fatuitas: quã dñs explicauit Mat. xxv. in parabola de decẽ virginibus: quarum quinq; erãt fatue: ⁊ q̃nq; prudentes. Et prudẽtes intrauerũt cũ sponso ad nuptias: fatue ꝟo licz essent virgines: qꝛ tñ oleum recte intentiõis ad dei gloriam non habebant: excluse fuerunt a sponso. Pro quibꝰ dicit Gregorius in homelia. Sepe vos fratres charissimi admoneo praua opera fugere: mundi huius inquinamenta deuitare: sed hodierna sancti euangelij lectione compellor dicere: vt ⁊ bona que agitis cum magna cautela timeatis: ne per hoc quod a vobis rectum geritur: fauor aut gratia humana requiratur: ne appetitus laudis subrepat: ⁊ quod foris ostenditur intus a mercede euacuetur. Ecce enim redẽptoris voce decem virgines ⁊ oẽs dicũtur virgines: ⁊ tñ infra beatitudinis ianuam non oẽs recepte: qꝛ earũ quedã dũ de virginitate sua gl'iam foris expetũt oleũ in vasis suis habere noluerũt. ¶ Tertio detestabile est ⁊ graue vitiũ vane glorie ꝓpter exẽplationẽ. Omnes quidẽ sancti dederunt nobis exemplũ vanã gl'iam fugiendi: vt patet in eoruz gestis. Cicero etiã. j. de officijs dicit: Cauenda est glorie cupiditas. Eripit em̃ animi libertatẽ: pro qua magnanimis viris oĩs dz esse cõtemptio. i. ꝯtemptus. Legimus

in vitispatrū: ꝙ cū quidā senex in spelū
ca req̄sceret: rogatus est multis preci-
bus a quodā seculari vt veniret oratio-
nem facturus sup̄ filiū suū defunctum.
Cūq̄ ille iret occurrerūt multi cū lāpa-
dibus in ei⁹ occursuz: q̄ homo sanctus
erat. Qd̄ cum percepisset senex finxit se
esse stultū: ⁊ expoliās vestimenta sua in
flumen descēdit ⁊ stans lauabat ea nu-
dus. Secularis aūt ille erubescēs dixit
populo: Reuertimini: senex noster infa
tuatus est. Et veniēs ad senē interroga
uit eū dicēs: Quare sic fecisti: q̄ oēs di-
cunt demoniū habet senex. Qui rn̄dit:
Et ego volebam hoc audire: ⁊ sic rediit
in speluncā suaz. Silr̄ fecit btūs frater
Juniperus: de quo sepius sanctus Frā
ciscus dicebat: Utinam multi essent ta-
les iuniperi in hortis nostris. Cū ergo
semel prefatus iret Romā et multi ob-
uiam venirent ꝓpter famā sanctitatis
sue: eos declinare volēs iunxit se ad lu-
dendum cū vno puero ad vnā tabulam
que dū leuabatur de vno capite depri-
mebatur in alio. Qd̄ illi videntes repu-
tauerunt eū leuem ⁊ fatuū. Ipse v̄o sub
illa specie vanā gloriā euitauit.

¶ Q̄ ex vana gloria generant̄ septē pec
cata que dicunt̄ septē ei⁹ filie. Cap̄m. iij.

Tertiū mysteriū declarādū de
vana gl̄ia d̄r gn̄atio. Scd̄m
em̄ Grego. xxj. moral̄. inanis
gloria generat septē filias.

Prima est iactantia.
Scd̄a est presumptio nouitatum.
Tertia hypocrisis.
Quarta pertinacia.
Quinta discordia.
Sexta contentio.
Septima inobediētia. Nam vt dixit
Tho. vbi. s̄. vitia illa q̄ de se nata sunt
ordinari ad finē alicuius vitij capitalis
dicuntur esse filie ei⁹. Finis aūt inanis
glorie est manifestatio ꝓprie excellētie:
ad quā pōt hō tendere dupl̄r. Uno mō
directe: alio mō indirecte. Directe siue
per v̄ba: ⁊ sic est iactātia: siue ꝑ facta: et
si sint habētia aliquā admirationem est
presumptio nouitatū quas hoīes solēt
magis admirari. Si aūt facta sint sim-
pliciter sic est hypocrisis. Alio mō nitit
q̄s manifestare suā excellētiaz indirecte
ostēdendo se nō esse alio minorez: ⁊ hoc
quadrupl̄r. Primo quātū ad intētionē:
⁊ sic est pertinacia ꝑ quā hō nimis inni-
titur sue sciētie nolens credere melioti.
Scd̄o quātum ad voluntatē: ⁊ sic est di-
scordia cū nō vult ꝓpria volūtate disce-
dere vt alijs cōcordet. Tertio quātū ad
locutionē: ⁊ sic est cōtētio: dū aliq̄s ver-
bis clamorosis contra aliquem litigat.
Quarto quātū ad factū: ⁊ sic est inobe-
diētia: dū scz aliquis nō vult exequi su-
perioris preceptū. Nos aūt tres tm̄ fi-
lias primas: scz tria pctā declarabim⁹.

Primū est iactantia.
Scd̄m nouitatū presumptio.
Tertium hypocrisis.

¶ Primū est iactantia. de qua dicit Ari-
sto. in. iiij. Et h̄. ꝙ est ostētatio ꝓprie lau-
dis cū veritas nō suadet. Nā sicut cum
aliq̄s a lōge vult iactare aliq̄d manū in
altū leuat: ita qui cupit se laudare ver-
bis in aliū se extollit. Cōtra qd̄ d̄r Pro-
uer. xxvij. Laudet te alien⁹ ⁊ nō os tuū
extrane⁹ ⁊ nō labia tua. Et Tullius in. j.
de officijs ait: Turpe est de seipso predi-
care presertim falsa. Notandū tm̄ ꝙ ali-
quis pōt seipsum laudare tripliciter.

Primo meritorie.
Secundo venialiter.
Tertio mortaliter.

¶ Primo meritorie: ⁊ hoc adhuc tripl̄r.

Aut propter charitatē dei.
Aut ꝓpter charitatē proximi.
Aut ꝓpter charitatem sui.

¶ Primo ꝓpter charitatē dei: cū scz q̄s
bona ꝓpria laudat: nō ꝓpter iactātiā
sed vt ꝑ illis referat gratias deo: sicut
gl̄iosissima v̄go ī cātico dicebat Luc. ij.
Q̄ respexit humi. an. sue: ecce em̄ ex hoc
bea. me di. oēs gene. Q̄ fecit mi. ma. q̄
po. est; ⁊ sanctū no. eius. Hinc est ꝙ Cy-
prianus in epl̄a ad Donatū ait: Odio-
sa iactatio est q̄uis nō iactatū esse pos-
sit: sed gratū quicquid nō hoīs virtuti

ascribitur: sed de dei munere predicat. ¶ Scõo põt aliquis cũ merito laudare seipsum ꝓpter proximi charitatem. Est eñ qñq; necessarius ad reprimẽdas detractiones et falsas criminationes malorũ ꝓ fame ꝓprie ꝓseruatione enarrare suas ꝟtutes: qz vt scribitur. vj. q. j. c. sunt plurimi. Verũ manifestũ est diabolum: qui sicut leo rugiẽs circũit querẽs quẽ deuoret: cordib⁹ plebiũ suadere: vt doctorib⁹ suis atq; pastorib⁹ detrahãt: vt plebes languescentes nõ tenentib⁹ pastoribus frena earũ lasciuiãt atq; in ima ruant. Ideo Aug. xij. q. j. c. nolo. dicebat: Cõscientia necessaria est tibi fama ꝓpter vos. In sermone quodã qui legitur in festo eiusdẽ ipse ait: Charitati vestre de nobisipsis hodie sermo reddendus est. Quia eñ vt ait apls. j. Cor. iiij. Spectaculũ facti sumus mũdo et angelis et hoĩbus. Qui nos amant querunt quid laudẽt in nobis. Qui nos oderunt querũt quid detrahant nobis. Nos autem in vtroq; medio cõstituti: vitã et famã deo adiuuãte sic custodire debemus vt nõ erubescãt de detractorib⁹ laudãtes. Et Paul⁹. ij. Cor. xj. et. xij. c. multis laudibus predicat seipsum nõ ꝓpter inanẽ gloriã: sed ꝓpter Corinthios salutem. Nã vt dicit Piero. in argumento in epistolam. j. ad Corinthios. Corinthij sunt achaici: et hi ab apl̃o audierũt verba veritatis et subuersi sunt multipharie a falsis apostolis. Quidam a philosophie verbosa eloquẽtia: alij a secta iudaice legis inducti sunt. Vos reuocabat apls ad verã et euangelicã sapientiã. hec ille. Quoniã vo multi illoz multa direrunt Paulo detrahẽdo: ex oppositio ipse multa loquitur seipsum laudãdo. ¶ Tertio põt quis cũ merito laudare seipsum ꝓpter charitatẽ sui: vt cõsoletur seipsum qñ est in aliqua tribulatione positus: sicut dicebat Job. xxix. c. de se loquens cũ amicis suis: Oculus fui ceco: et pes claudo: pater eram pauperũ: et cãm quã nesciebam diligentissime inuestigabam. ¶ Scõo põt quis laudare se venialiter: cũ aliqua de se dicit ex quadã animi leuitate que non sunt cõtra charitatẽ dei nec proximi. ¶ Tertio põt quis laudare se mortaliter: et hoc est ꝟm Tho. ij. ij. q. cxij. et ꝟm Alex. in. ij. summe. cum qs laudat se de eo qõd est cõtra gloriam dei: vt puta de aliquo pctõ mortali etiã si dicatur veritas: aut cũ quis nimis superbe profert de se falsa vt decipiat ꝓximos: vel causa cupiditatis vel glorie: aut cũ quis refert aliqua de se in expressam ꝓximi cõtumeliã sicut faciebat Goliath. j. Regũ. xvij. qui dicebat: Ego exprobraui agminibus israel hodie. Et sicut peccatum est his modis iactãtia: ita etiã et ironia: que est cũ quis de se minora dicit vt reputetur bonus. Qõd ꝟm Tho. ij. ij. q. cxij. põt dupliciter fieri. Uno modo cũ veritate: vt si quis est ignorans: et dicat se ignorantez: et huiusmodi. Et sic nõ est peccatũ nisi per alicuius circũstãtie corruptionẽ. Alio modo cũ falsitate: cũ aliquis dicit illud qõd in se non recognoscat nec credit: vt si vir doctus dicat se indoctum: aut fortis dicat se esse debilem: et similia: et sic pertinet ad peccatũ. Unde Augu. xxij. q. ij. cum humilitatis causa. Cum humilitatis causa mẽtiris si nõ eras pctõr: antecꝫ mẽtieris mentiẽdo efficeris qõd euitaras. Veritas autez ipsa in te nõ est: nisi ita te direris peccatorẽ vt etiã esse cognoscas. Et idẽ in. c. nõ ita. Nõ ita caueaf arrogãtia vt veritas relinquaf. Et Grego. ibidẽ in. c. incauti. ait: Incauti sunt humiles q̃ se mẽtiẽdo illaqueãt. hec ille. Debet tñ vnusquisq; semp estimare se pctõrẽ: et si non inueniat pctã de quib⁹ possit se accusare: saltẽ sciat ꝙ nullus põt deo ita perfecte seruire q̃n in aliquo deficiat. Propterea ꝺ: dist. v. in. c. ad eius. Bonarum mentiũ est ibi culpam timere vbi culpa nõ est. ¶ Scõm pctm̃ qõd ex vana gloria nascit est ꝓsumptio nouitatũ. Et consistit in hoc ꝙ aliquis in actib⁹ exterioribus aliqd incõsuetũ facit sine cã rõnabili. Sic sunt inuẽtores nouitatũ qui nouos modos aut cerimonias ꝟm suũ ca-

put in dei cultu: aut in diuinis officijs adinueniūt. Pro quib⁹ d̄r.ij.q.v.c.cōsuluisti. Qđ sanctoꝝ patrū documēto sancitu; non est superstitiosa adinuētione nō est presumendū. Sic sunt inuētores nouitatū clerici: q̄ in officiando omissis antiphonis: vt placeāt populo cantant diaboli cātica in quibus oīa sunt vana mūdana atq; lasciua: ⁊ gloriant̄ in suo cātu artificioso ⁊ moduloso. Cōtra quos est.c.cum aūt.⁊.c.cātantes.xcij.di.in.c. v̄o In sancta. Grego.ait: Deū moribus stimulat: idest ad irā ꝓuocat q̄ populū vocib⁹ delectat. Sunt inuētores nouitatum religiosi: q̄ nō cōtenti cōibus ordinationib⁹ aliquid singulariter agere volūt in orādo: comedēdo: loquendo: et in alijs austeritatibus: vt pre ceteris reputētur. Sed tales cōfusi remanēt nisi speciali instinctu moneant̄: sicut Dominicus ⁊ Frāciscus: ⁊ alij. Sunt ⁊ q̄plures alij in quolibet genere hoīm etiā et mulierū: q̄ ꝓpter superbiā p̄sumūt semper vt singulares videant̄ adinuenire noua. ¶ Tertiū peccatū qđ ex vana gloria nascit̄ est hypocrisis. Et vt dicit Isidorus etymo. Hypocrita greco sermone: in latino simulator interpretat̄: q̄ dū intus est mal⁹ bonū se palā ostendit: nā in eo est defect⁹ sctitatis ⁊ bonitatis: et tñ simulat ip̄az. Alex.i.ij.sum. Hypocrisis ē amor apparētis bonitatꝫ ꝓpter se. Hoc vitiū maledictū repugnat̄ a trib⁹.

Primo a philosophis.
Secūdo a sanctis.
Tertio a christo.

¶ Primo a ph̄is. Scribit em̄ Aristo.j. Elēcoꝝ. Quibusdā est magis operepretium videri esse sapiētes q̄ esse ⁊ nō videri. ⁊ Señ.ad Lucillū. Qđ loq̄mur sentiam⁹: cōcordet sermo cū vita. Et idē ad eūdē. Uirtutē bona sequit̄ fide q̄ se nō exornat ⁊ pingit. Sed idē siue ex denudato videat̄ siue imperat⁹ ac subito nihil simulādo ꝓficit. Ueritas in omnez partē sui eadē est. Et idē ad eūdē. Multomagis ad rem pertinet qualis tibi q̄ qualis alijs videaris. Et idē ibidē. Malum vbi se bonū simulat tūc est pessimū. Et iterū ad eūdē. Illud te admoneo ne eoꝝ more qui nō ꝓficere: sed cōspici cupiūt facias aliqua q̄ in habitu tuo aut genere vite nobilia sint. Et Tulli⁹ in li. de offi. Toti⁹ iniusticie nulla hypocrisis capitalior est q̄ eoꝝ q̄ cū maxime fallūt id agūt: vt boni viri esse videantur. Et iterū in eodē li. Ficta oīa celeriter tāq̄ flosculi decidunt: nec simulatū q̄cq̄ pōt esse diuturnū. Et Horati⁹. Nunq̄ te fallāt animi sub vulpe latētes. Impia sub dulci melle venena latēt. ¶ Scđo reprobatur ⁊ impugnat̄ hypocrisis a doctoribus ⁊ sanctis. Uñ sapiēs Ecc̄i.j.ait. Ne fueris hypocrita in cōspectu hoīm. Et Job.viij. Spes hypocrite peribit.⁊.xx. Gaudium hypocrite adinstar pūcti. Et Esa.ix. Oīs hypocrita est nequā. Et Augu.sup p̄s.lxiij. Simulata eq̄tas nō est eq̄tas: sed duplex iniq̄tas: q̄r et iniq̄tas ⁊ simulatio. Et Chryb.sup Mat. Nullares sic exterminat bonū sicut simulatio. Nā malū sub specie boni celatū dū non cognoscit̄ nō cauet̄. Et Petr⁹ raueñ. in quodā sermone. Hypocrisis subtile malum: secretū virus: venenū latēs: tinea sctitatis. ¶ Tertio reprobat̄ hypocrisis a dño iesu xp̄o quē sepe inuenimus cōtra hypocrisim reclamasse. Uñ Mat. vj.dixit: Cū facis elemosynaz noli tuba canere ante te sicut hypocrite faciūt. Et iterū Mat.vj.c. Cū ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes. Et Mat.xxiij. Uhe vobis scribe et pharisei hypocrite qui clauditis regnū celorū ante hoīes. Uos em̄ nō introitis: nec introeūtes sinitis intrare. Qđ dictuz est eo q̄ scribe erant doctores legis: et phariseierāt religiosi apparentes boni: existentes mali: quibus sil̄es sunt hodie multi. Et p̄ his dicit Aug̃.lxxxiij.dis.c.nemo. Nemo q̄ppe nocet in eccl̄ia dei ampli⁹: q̄ qui ꝑuerse agēs nomē vel ordinē sctitatis ⁊ sacerdotis hz. Et iteruz Mat.xxiij.xp̄s ait: Uhe vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite: q̄ comeditis domos viduarū: orones lōgas orātes. Istis sil̄es sunt hodie qui

ꝓmittūt dicere missas ⁊ psalteria: ⁊ plures orationes vt accipiant bona aliorū: Et iterū subdit xp̄s. Vhe vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite qui circūitis mare ⁊ aridā: vt faciatis vnū ꝓselitum: ⁊ cū factus fuerit facitis eum filiū gehēne duplo q̄ꝫ vos. Proselit⁹ dicebat̄ q̄ ex gētilitate cōuertebatur ad iudaismū: ad qd̄ multū pharisei laborabāt ꝓpter inanē gloriā: sicut hodie faciūt multi religiosi ⁊ p̄dicatores q̄ passim et indistincte induūt habitū religiōis: vel tertij ordinis q̄scūq̄ꝫ viros vel mulieres ⁊ multiplicāt gentē: ꝫ nō magnificāt leticiā. Et iterū xp̄s ibi dicit: Vhe vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite q̄ decimatis mētā ⁊ anetū ⁊ cyminū: et reliq̄stis q̄ grauiora sunt: leges iudiciū ⁊ mīaꝫ ⁊ fidē. Sil̄es sunt hodie illi q̄ curāt de q̄busdā leuibus: vt puta fratres minores magnū pctm̄ reputantes si quis ꝓ necessitate portaret duas tunicas: aut ferret calciamenta ⁊ sil̄ia ⁊ tn̄ de odio ꝓximi: de iudicijs falsis: de detractionib⁹ venenosis: de liuore inuidie: de fastu arrogātie: de spū p̄sumptionis: de ambitiōe honoris: ⁊ hmōi: aut nihil aut parum curāt. Seq̄tur ibi. Vhe vobis scribe et pharisei hypocrite q̄ mūdatis qd̄ deforis est calicis ⁊ parapsidis: int⁹ aūt pleni estis rapina ⁊ immūdicia. Et iterū ibi. Vhe vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite: q̄ sil̄es estis sepulcris dealbatis q̄ foris parēt hoīb⁹ speciosa: int⁹ v̄o plena sunt ossib⁹ mortuorū: ⁊ om̄i spurcitia. Et iterū. Vhe vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite: q̄ edificatis sepulcra ꝓphetarū: patres aūt vr̄i occiderūt illos. Et q̄b⁹ oīb⁹ hr̄ q̄acriter q̄ꝫve duriter propter hypocrisim increpabat phariseos xp̄s. Modernis aūt temporib⁹: o quāta diceret si nūc sicut tūc cōuersaret̄ in terra. Et q̄s explicet quāt⁹ sit hodie hypocritarū numer⁹: quāta vitia pctā ⁊ scādala sub specie sctitatis et bonitatis fiūt. O de⁹ me⁹ tu vides oīa. Facile est decipe indoctas plebes q̄ exteriora tm̄ ꝯsiderāt. Sed tu intueris et penetras etiā intima cordis. Audeo dicere ꝙ in die iudicij multi q̄ nūc credūtur boni: iusti: sobrij: cōtinētes: amatores pauptatis: puri: recti: ⁊ simplices: videbunt̄ ī societate dānatoꝝ ꝓpter maliciā: incōtinētiaꝫ: lasciuiā: castimargiā: cupiditatē: ⁊ alia pctā q̄ nūc hoīb⁹ abscōdita sunt: tūc v̄o oībus fiēt nota. O hypocrite antixp̄i discipuli q̄ iō ad perpetranda multa facinora estis prompti atq̄ꝫ securi: eo ꝙ ppl̄s illa nō videt: immo sctōs esse vos arbitrātur. Ecce in celo testis oīm nostrū de⁹ noster cui nihil est abscōditū. Hinc Seneca ad Lucillū dicit: Quid ꝓdest aliq̄d ab hoīe esse secretū: nihil deo clausum est. Iccirco oīs hypocrisis est reijciēda: viuēdūq̄ꝫ recte atq̄ꝫ humil̄r: qm̄ de⁹ humilib⁹ hic dat gratiā: ⁊ ī futuro sempiternā gloriā: in qua viuit ⁊ regnat ꝑ eterna secl̄a. Amē.

¶ Feria sexta post Reminiscere de īobediētia ꝓpter quā de⁹ merito indignat̄ cōtra ipsos inobediētes ⁊ suorum preceptorū trāsgressores. Sermo.xxxvj.

Auferetur a vobis regnum dei ⁊ dabit̄ gēti faciēti fructus ei⁹. Verba sunt saluatoris nostri original̄r Mat. xxj. ⁊ in euāgelio hodierno. Irascit̄ valde oīpotēs deus cōtra elatos sup̄bos ⁊ inobediētes hoīes. Et cū eos absq̄ꝫ fructu humilitatis ⁊ bonoꝝ operū inuenit merito suis beneficijs priuatos in eternū suppliciū condēnat. Hoc mystice innuit̄ in lectione sancti euangelij in qua xp̄s sapiētissimus phariseos induxit vt sentētiā ferrēt cōtra malos agricolas: q̄ patrifamilias nō dederūt fructum vinee in tp̄e suo. Dixerūt aūt illi: Malos male perdet. At ⁊ ipse Jesus sup̄addidit ꝙ regnū dei esset auferēduꝫ ab illis q̄ sup̄bissimi erant ⁊ inflati vane glorie vēto: ob quā sine fructu vere obediētie legis dei viuebant. Quoniam autē hec pestis virulenta inobedientie iam inuasit multos: cum ipsa sit vnum ex peccatis descēdentib⁹ a vana gloria: ⁊ pro-

modo in comparatione ad bonum: qd̄
deus elicit ex illa pena. Si ergo aliqua
pena infligatur cuius ordinatio princi-
paliter cōsistit in comparatione ad ma-
lum culpe puniēdum necesse est aliquā
culpam precessisse: nec tm̄ precessisse: sed
etiam aliquo modo communicari inse-
parabiliter. Pena enim aut est directe
ordinata ad puniendum: aut est ordina
ta principaliter ad malum excludendū.
Primo modo est pena infernalis. Se-
cundo modo est pena purgatoria. Pri-
mo modo pena requirit presentiam cul
pe ꝑm deformitatem ⁊ maculam. Secū
do modo requirit culpe presentiam ꝑm
reatum et sequelā. Si autem pena infli
gatur principaliter propter ordinē quē
habet ad bonū qd̄ inde elicitur. Aut er-
go propter bonum propriū: aut propter
alienum. Si ꝓpter bonum propriū: sic
requirit ꝙ in subiecto illo aliquādo fue
rit culpa et ꝙ possit esse de futuro. Si
autem propter bonū alienum sic sufficit
pene vt fuerit culpa in alio q̄ in eo qui
punitur: in eo videlz pro quo pena illa
sustinet̄: per quē modū fuit in xp̄o: cu-
ius mors ⁊ passio ordinata erat ad redi
mendum genus humanū et liberanduz
et reparandū a lapsu in quem ceciderat
ex peccato primi parētis. Et sic patet ꝙ
oīs pena aliquo modo respicit culpam.
Sed quedā vt presentē in se: vtpote pe
na infernalis. Quedā vt preteritā in se:
sed presentē in reatu ⁊ sequela sicut pe-
na purgatoria. Quedā v̄o solū vt prete-

ritam: ⁊ hoc in eo q̄ punit̄. Et sic est oīs pena iustoꝝ excepto xp̄o. Quedā ꝟo respicit culpā nō in se: sed in alio: sicut in xp̄o. Pōt etiā pena ordinari ad bonum qd̄ inde elicitur. Et sic pōt esse in aliquo sine culpa talis pene meritoria: qꝛ illud malū pene recōpensat̄ per maius bonū qd̄ inde elicitur: sicut patet in ceco nato in Job: in Lazaro: in Tobia: et in quolibet viro iusto. hec Boñ. Alex. autē in. iij. summe allegādo Johannē damascenū dicit: Cōcedit deꝰ iustū incidere in calamitates ꝓpter multas cās. Prima est: vt eā que in ipso latet virtutē alijs manifestā faciat: vt Job. j. Scd̄a est vt nō ex recta cōsciētia cadat ꝑ superbiam. vt in Paulo. ij. Coꝝ. xij. Tertia vt alij erudiantur: vt in lazaro ⁊ diuite Luce. xvj. Quarto ꝓpter gloriā dei: vt in ceco nato Joh. ix. Quinta ꝓpter zelū alterius siue imitationē: vt gloria eiꝰ qui passus est magnificata in pugna alijs passio fiat spes future vite vt in martyribꝰ. ad Heb. xj. Propterea dicit Aug. li. j. de ciui. dei. c. viij. Hec cū ita sint q̄cūq̄ boni ⁊ mali pariter afflicti sunt nō ideo ipsi distincti nō sunt: qꝛ distinctū nō est qd̄ vtriq̄ perpessi sunt. Manet em̄ dissimilitudo passoꝝ etiaꝫ in sil̄itudine passionū. Et licꝫ sub eodē tormento nō est idē virtus ⁊ vitiū. Nam sicut sub vno igne aurū rutilat ⁊ palea fumat: ⁊ sub eadeꝫ tritura stipule cōminuuntur frumenta purgātur ne ideo cū oleo amurca cōfunditur: qꝛ eodē prelij pōdere exprimitur: vna eadēq̄ vis irruens bonos probat: purificat: eliquat: malos dānat: vastat: ⁊ exterminat. Uñ ī eadē afflictiōe mali deū detestantur atq̄ blasphemant: boni autē precantur et laudant. ¶ Tertio deus iratus est terribilis: eo ꝙ qñ post diuturnā expectationeꝫ ꝓuocat̄ ad iracūdiam nō exaudit obstinatorem voces peccatorum prout plene diximus in sermone de impedimētis orationis.

¶ Qꝛ cognoscitur ira dei propinqua: tū cum peccata sunt consummata: tum cū peccatores sunt obstinati: tum cum illā prpohete ⁊ amici dei pronunciant ⁊ cōminantur. Cap̄m. iij.

Tertiū mysteriū contemplandum de ira dei dicitur ꝓpinquitas. Quis em̄ nesciamus certitudinaliter qñ ꝓpinqua sit ira dei ad flagellandum peccatores: possumus tamen id cognoscere ex coniectura signorum. Sunt autē de hoc tria principalia signa.

Primū peccatoꝝ cōsummatio.
Scd̄o populorū obstinatio.
Tertiū prophetarū annūciatio.

¶ Primū signū ad cognoscēdū seu timēdum ne propinqua sit ira dei est peccatorū cōsummatio. Qñ cōsummata sunt pctā ⁊ impleta est mēsura. Possunt aūt notari septē signa cōsummationis peccatorū: quibus signis adimpletis nihil aliud nobis expectādū ⁊ timendū est q̄ ira: vindicta flagellum: et vltio diuina. Primum est horribilitas peccatoꝝ multorū. Scd̄m multitudo peccantiū. Tertium impunitas manifestoꝝ scelerum. Quartū aīaduersio in pctīs. Quintum affectio ad scelera. Sextū studiū peccādi. Septimū lōga perseuerātia in peccatis. De cōditiones explicātur Gen. vj. Prima cōditio seu primū signum: qꝛ in mūdo tēpore diluuij erant magna peccata ⁊ horrēda nimis. Propterea dr̄ Gene. vj. Uidēs aūt deꝰ ꝙ multa malicia. Qꝛ verbū manifeste ostēdit horribilitatem ⁊ turpitudinē multoꝝ peccatoruꝫ. Scd̄o cōiter hoīes talia perpetrabant: propterea subditur hominū. Tertio insuper pctā illa inuerecūde ⁊ impune fiebāt: ideo subiūctū est: esset in terra: idest manifesta erāt ⁊ impunita. Quarto fiebāt peccata tota mentis aīaduersione: ideo addit̄: ⁊ cūcta cogitatio. s. non partim non dinisim sed in malis integra et cōiūcta. Quinto fiebāt tota cordis affectione: iō subditur cordis. Sexto perpetrabātur toto studio. iō subdit̄ intanta esse ad malū. Septimo fiebant perseuerāter: ꝓpterea addit̄ om̄i tēpore. Timeo satis ne hec signa verificētur in nobis.

Tēpore nāq; isto nefandissima scelera cōmitti solēt: nec a paucis: sed a multis neq; puniūtur aut corriguntur: qm̄ illi ad quos spectat corrigere vl' punire deteriores sunt alijs. Et nō est veritas: nō iusticia: neq; rectitudo in filijs hoīm. Fiūt peccata cū animaduersione mētis: cū om̄i affectiōe: studio ac perseuerātia. O fatui populi cur nō timetis? Cur nō expauescitis? Cur ad pniam redire negligitis? Audite ps̄. vij. dicētē: Nisi conuersi fueritis gladiū suū vibrauit: arcū suū tetēdit ⁊ parauit illum. ¶ Scd̄m signum ꝓpinquitatis ire dei d̄r populorū obstinatio. Qn̄cunq; populi pctōres obstinātur ⁊ obdurātur in corde: nō moti bn̄ficijs dei: nō cōminationibus: non p̄dicationib⁹: nō signis: nō deniq; vllo alio modo signū forte est ꝙ ꝓpe est eis flagellū dei. Est de hoc exēplū obstinatissimi populi iudeoꝝ quē deus deleuit ꝓpter obstinationē suā. Nā post multa mala a iudeis perpetrata xp̄s viuēs in carne in medio ipsorum vocauit eos: ad pniam vita miraculis et doctrina. Ipsi v̄ro noluerūt audire ip̄m. In dn̄ica aūt oliuarū cū introisset hierosolymā: vt d̄r Luc̄. xix. Uidens ciuitatē fleuit sup illā dicēs: O ciuitas ampla: o ciuitas regia o ciuitas digna plena populo affluens diuitijs ⁊ abundans peccatis. Uenient dies in te: ⁊ circundabunt te inimici tui vallo ⁊ circūdabūt te: ⁊ coangustabunt te vndiq;: ⁊ in terram prosternent te: et filios tuos qui in te sunt: ⁊ non derelinquēt in te lapidē super lapidē: eo ꝙ nō cognoueris tēpus visitatiōis tue. Propterea dicit Hiero. in q̄stionib⁹ ad helbidiā. Intantū aūt hierusalem amauit dn̄s vt fleret eā ⁊ plāgeret: ⁊ pendēs in cruce loqueret̄. Luc̄. xxiij. Pater dimitte eis: nō em̄ sciunt q̄d faciunt. Itaq; impetrauit qd̄ petierat: ⁊ datum est eis tēpus penitētie vsq; ad quadragesimū scd̄m annū. Post qd̄ perseuerātibus in blasphemia: egressi sunt duo vrsi de filuis romanoꝝ Uespasianus et Titus et eos interfecerūt atq; lacerauerūt. hec ille. Die autē qua crucifixus est iesus dei filij: conuersus ad mulieres q̄ plāgebāt ⁊ lamētabātur eū. dixit: Luc̄. xxiij. Filie hierl'z nolite flere sup me: s̄ sup vosip̄as flete: ⁊ sup filios vr̄os: qm̄ veniēt dies in q̄bus dicent: Beate steriles ⁊ vētres qui nō genuerūt: ⁊ vbera que nō lactauerūt. O saxea: o lapidea: o adamātina iudeoꝝ corda. Nec v̄bis xp̄i crediderūt: nec susceperūt testimoniū apostoloꝝ: q̄ magna v̄tute predicabāt resurrectionez magistri sui: sed indies crudeliores facti: persequebant̄ ecclesiā: lapidauerunt Stephanū: interfecerūt Jacobū iustū: et Paulo cōuerso miraculose: ac ceteris predicātib⁹ xp̄m impijssime restiterunt. Uoluit tn̄ de⁹ anteq̄ irā suā inferret in eos terrorib⁹ ⁊ signis: celi illos ad penitētiā vocare. Et vt meminit Josephus in libris de bello iudaico. ⁊ Eusebius in historia eccl'iastica. ⁊ Policrat⁹ in lib. de nugis curialiū. Stella quedam sub forma gladij stare visa est: quasi imminēs desup ciuitati. Cometes exitialib⁹ flāmis per totuz annū visus est ardere. Luna eclypsim p duodecim noctes passa est cōtinuas. Cū die festi plurimi cōuenissent octaua die mēsis aprilis noctis tpe hora nona tantus fulgor luminis aram tēplumq; circūdedit: vt dies clarissimus videretur: mansitq; spacio hore dimidie. Hoc quidem ignaris prosperum visum est: sed probos peritosq; doctores portētum exitiale non latuit. Janua tēpli que erat ad orientem cum esset ere solido induta tāti ponderis ꝙ vix a viginti viris summo conatu impellentibus clauderetur repente hora noctis sexta per seipsaz aperta est q̄q̄ ferreis vectib⁹ teneretur. Die vigesimaprima Maij ꝓpe occasum solis visi sunt currus ⁊ quadrige in oēm regionē per aerē ferri: ⁊ armatoꝝ cohortes nubib⁹ commisceri. In nocte pentecostes sacerdotes ingressi templum ad diuina officia celebranda: primo senserunt quosdā

strepitus: ⁊ paulopost audierūt voces clamantes: Discedamus ab his sedib⁹ Ante quartū annū belli in die festi tabernaculoꝝ: quidā rusticus ⁊ plebe⁹ iesus noīe: filius Ananie repēte clamare cepit. Uox ab oriēte: vox ab occidente: vox a quattuor ventis: vox sup hierosolymā ⁊ templū: vox sup sponsos ⁊ sponsas: vox supvniuersum populū. Sicqꝫ indesinēter die ac nocte clamabat per vicos ⁊ plateas discurrēdo: ⁊ flagellatus ac ꝑcussus etiā ante iudicē flagris vsqꝫ ad ossa lacerat⁹ vt taceret ipe quolibet die cū eiulatu semp illud replicabat addens. Uhe hierosolymis. Uhe masculis ⁊ femellis. Necvnq̄ in tot ꝓdigijs atqꝫ signis ille dure ceruicis popul⁹ errores suos corrigere voluit. Ob quā obstinationē altissim⁹ de⁹ in illos irā suā effudit. O quis explicet sine singultib⁹. Quis audiat sine lachrymis. Quis ꝯsideret sine timore ciuitatis hierosolymitane excidiū ⁊ desolationē. Refert nāqꝫ Josephus in. vj. lib. de bello iudaico: ꝙ Titus ⁊ Uespasian⁹ cū exercitu validissimo a romanis missi in die solenni pasche: qñ etiā ex circumiacētibus locis innumerabilis populus inerat: hierosolymā ciuitatē obsederūt fecerūtqꝫ in circūituvallū munitissimuꝫ: ita vt nullus ciuitatē exiens illud pertransire posset. Ob quā causam in breui ciuitatis fame cepit vrgeri: tantūqꝫ inualuit: penuria rerū ꝙ ꝓpter famem hec q̄ referā dicit Josephus fuisse mala secuta. Primo ꝙ p̄dones ꝑ ciuitatē discurrētes vi intrabāt domos ⁊ rapiebant si quid ibi inuenissent comestabile. Scd̄o ꝙ filij ex ore parētū ⁊ ecōuerso violēter stricto gutture masticatum cibū extrahebāt: ⁊ velut rabidi comedebant. Tertio ꝙ etiā fimū boum aliaqꝫ vilissima sumpserunt in cibū. Quarto ꝙ multi contendebant exire vt herbas colligerent et capiebantur a romanis: ⁊ tantus numerus fuit captiuoꝝ vt tute custodiri nō possent: quapropter statutū fuit: vt euulsis eorum oculis aut amputatis illoꝝ manibus cōpellerent sic ad ciuitatē redire. Quinto ꝙ q̄plures diuites ne iocalia sua ꝑuenirēt ad manus romanoꝝ: quos verisimiliter credebāt ciuitatē debellaturos illa deglutiuerunt. Cuius rei fama cum deuenisset ad aures romanoꝝ cōmouit eos vt existimarent captiuos iudeos quos tenebāt gēmas in vētre adhuc retinere. Quare vna nocte duoꝝ miliū patefacta sunt viscera. Sexto ꝙ multi formosi iuuenes in via: in plateis publicis: in ꝓprijs domib⁹ fame afflicti improuisa morte cadebant. Septimo ꝙ inuente sunt mulieres que filios proprios comederūt. Uñ refert Josephus de quadā: ꝙ cū nō haberet ad comedēdum: lactantē filiū in manibus tenens dixit: Infelicis matris: infelicior fili: in bello: in fame: in direptione: cui te reseruabo? Ueni ergo nūc. O mi nate esto cibus matri: predonibus furor: seculis fabula. Et his dictis filiū iugulauit ⁊ coxit: ⁊ dimidiū comedens: partē alteram occultauit. Et ecce confestim predones odorē carnis cocte sentiētes in domum irruunt: ⁊ nisi carnem prodat mortē minātur. Tūc illa detegēs infantis mēbra Ecce inquit vobis partē optimā reseruaui. At illos tantus horror inuasit ꝙ nec loqui potuerūt. Et illa meus est inquit hic filius: meū est peccatum: securi edite: qꝛ prior ego comedi quem genui. Illi v̄o tremētes ⁊ territi discesserunt. O quot erāt in ciuitate illa amara spectacula: vbi videbant̄ quotidie tot moriētes. O quot infantes et pueri extendentes manū ad vbera matrū ⁊ panem petētes ad pedes illarū mortui deficiebant. O quot erant ibi flebiles voces: quot lamēta: quot singult⁹: quot gemitus ⁊ suspiria. Clauserat eis de⁹ ⁊ strinxerat veniam mīe sue. Tādem post biennīū capta fuit ciuitas ⁊ in predā data: ⁊ muri ⁊ edificia quelibet solo equata: et vt Josephus refert: decies cētena milia iudeoꝝ fame et gladio perierūt: ⁊ nouē milia vēdita fuerūt. O si possem in talē

ascēdere speculā: de qua omnē italiam cernerē: oēsq; meā vocē possent audire ꝓfecto clamarē. O italia plāge: o italia time: o italia caue ne ꝓpter obstinationem tuā in te deseuiat ira dei. Vocauit ipse te multis annis: dotauit amplis beneficijs. Misit ad te predicatores suos. Terruit te signis et prodigijs. Sensisti terremotus: pestilētias: ⁊ rēporū sterilē conditionem. Cōminatus est tibi deus: Sic certe hoc fecit vt te induceret ad penitētiā. Et tu indies durior efficieris in petis ⁊ malicia perseuerādo. Fiunt iā vbiq; vsure publice. Oīa fedata sunt spurcissimis vitijs carnis ⁊ ignominiose sodomie. Superbia pōparū iā occupauit oēs ciuitates ⁊ terras. Blasphemie dei: periuria: mēdacia: iniusticie: violentie: oppressiones pauperū: et similia superabūdāt. O italia decora: o regio diuitijs plena. Noli contēnere deū: noli exacerbare maiestatē ei⁹. ¶ Tertiū signuz ꝓpinquitatis ire dei dicit ꝓphetarum annūciatio. Cognoscim⁹ ꝓpinquaz dei irā qñ p ꝓphetas suos de⁹ illā pronunciat. Dieb⁹ aūt istis multa dicūtur pronūciata per sanctā Brigidā que spū claruit ꝓphetico: per sanctū Methodiū: ⁊ p nonnullos alios. Ego aūt qui dicta ipsoz etiā originaliter legi: cū illa clare non intelligā: non audeo quicq; temere diffinire. Vortor tñ omnes populos vt cessent a via sua mala: ne forte si in illa pseuerauerint: repente supueniat ira ⁊ indignatio dei: a qua ipse nos liberet q̄ est benedictus ⁊ laudabilis per infinita secula seculoz. Amen.

¶ Dñica Oculi infra diē devitio ⁊ pctō discordie: qō nullo pacto stare pōt cum veritate pnie: ob qō penitētes ab illo si bi maxime cauere debēt. Sermo. xxxix.

ONe regnuz in se diuisum desolabit: ⁊ domus supra domū cadet. Verba sunt redemptoris nr̄i originaliter Lu. xj. c. ⁊ in euāgelio presentis dñice. Non potuit efficacius aut clari⁹ explicari q̄z pernicios̄um sit malū aut graue discordia dānata q̄ in verbis dñi nostri iesu xp̄i que dixit cōtra phariseos. Et ly sua fuisset intētio ostēdere demones cōcordes esse ad oēm maliciam hoīq; perditionem: verūtñ nos intelligimus dissensiōes quelibet regna validissime exterminare. Ad hoc aūt astut⁹ diabolus innitit: vt charitate abiecta cum discordijs: odijs: ⁊ dissensionibus deū oīpotētem offendamus. Eapropter p vtilitate penitentiū in presenti sermone cōtra discordie vitiū stilū nostrū exacuemus: qm̄ redēptor nr̄ amaruz illius effectū q̄ est regnoruz desolatio apparuit in verbis allegatis in themate: in quibus de discordia tria mysteria declarāda videlz

Primū ꝺ originatio.
Scōm distinctio.
Tertiū ꝺ offensio.

¶ Q: tres possunt esse radices vel originales cause dānabilis discordie: vana gloria: videlz auaricia: vel stulticia siue leuitas.

Eap̄. j.

PRimū mysteriū declarāduz de discordia dicitur originatio. In quo videndū est que sunt discordie originales cāe Et assignari possunt tres cause.

Prima ꝺ vana gloria.
Scōa ꝺ auaricia.
Tertia ꝺ stulticia.

¶ Prima causa discordie ꝺ vana gloria ẏm em̄ Grego. xxxij. moral. discordia est vane glorie filia. Nā vt dicit Tho. ij. ij. q. xxxvij. discordia importat quandam disgregationem volūtatum: inquantū scz voluntas vnius stat in vno: ⁊ voluntas alterius stat in altero. Qō aūt volūtas alicuius in ꝓprio fistat: puenit ex hoc q̄ aliquis ea q̄ sunt sua prefert his que sunt aliorum. Qō cum inordinate fit: pertinet ad inanem gloriam: ⁊ ad superbiam. Et ẏm circūstantias pōt esse peccatuz mortale aut veniale. Sed aliquis posset arguere q̄ discordia nō est peccatum. Nam Act. xxiij. Paulus po-

fuit discordiam inter phariseos ⁊ saduceos: quod nō fecisset si fuisset peccatū Itē dicitur Actuū. xv. Facta est dissentio inter paulum ⁊ barnabā. Sed Thomas respondit ad primū q causare discordiam per quā tollitur mala concordia est laudabile: ⁊ hoc modo fecit paulus. Christus etiā de seipso dicit Mat. x. c. Non veni pacē mittere: sz gladiuz. ¶ Ad scōm dicit Thomas: q discordia que fuit inter paulū ⁊ Barnabā fuit p accidens ⁊ nō per se. Uterq enī intendebat bonū: sz vni videbaī hoc esse bonū: alij aliud. qō ad humanū defectum pertinebat: nec erat talis controuersia in his que sunt de necessitate salutis. ¶ Sed hic oritur vnū dubiū vtrū auditores diuersoz magistroz tenentiū diuersas opiniones excusentur a pctō si opiniones suoz magistroz tenent qī non sunt bone. Et respondet Thomas in quolibetis: q si diuerse opiniones doctoz sacre scripture non sunt contra fidē vel bonos mores: absq periculo auditores vtrāq opinionē sequi pñt. Sicut varia fuit opinio inter Augustinum ⁊ Hieronymū de obseruatione legalium ante diuulgationem euāgelij. In illis vo que pertinēt ad fidē vel bonos mores: nullus excusaī si sequaī erroneā opinionē alicuiꝰ magistri: in talibus enim ignorātia nō excusat. Alioquin immunes a peccato fuissent q sequti sunt opinionē Arrij Nestorij: ⁊ aliorum hereſiarcharū. Nec possunt excusationē habere ꝓpter simplicitatem: si in talibus opinionē erroneā sequātur. In talibus nāq dubijs nō est de facili prestandus assensus: sed potiꝰ vt dicit Aug. in. iij. de doctrina xpiana, consulere quis debet regulā fidei quam de scripturarum planoribus locis ⁊ ecclesie autoritate perceperit. Qui ergo assentit opinioni alicuius magistri ꝓtra manifestum scripture testimoniū: siue contra illud quod pblice teneī ꝑm ecclesie autoritatem: non pōt a vitio erroris excusari. Concordat Monaldus ⁊ Hostiensis. Aliqua tñ sunt que aliqñ fuerunt in varia opinione doctoz anteq per ecclesiā fieret determinatio. Et pro illo tpe potuerunt excusari qui vnā vel contrariā tenebant. Sed postq determinatū est per ecclesiā ⁊ firmata altera earū hereticum esset contrariū sentire: sicut est exemplū de paupertate xpi. de qua ante Job. xxij. erant varie et contrarie opiniones vtrū xps cum apostolis habuit aliquid in cōmuni. Sed determinatū fuit per ipm Johannē. xxij. immo p ecclesiā q habuit: eo q Joh. iiij. dicit: Discipuli eius abierūt in ciuitatem vt cibos emerēt. Et Joh. xij. de iuda dicitur: Fur erat: ⁊ loculos habēs ea que mittebantur portabat. Et hoc ipsum ď. xij. q. j. c. habebat. Que ergo cōtrarium assereret pertinaciter hereticus haberet. Addit Hostiēsis q qñ sunt diuersa iura ⁊ opiniones: scilz nec contra deū nec bonos mores: humanior sententia est preferenda ceteris paribus q standū est ei qui meliori innititur rōni. dist. xx. c. j. ⁊ ex de ferijs. c. capellanus. Adde etiā q in his que cōcernūt foru cōscientie in dubijs tutior via est eligēda. ex de sponsalibus. c. iuuenis. Nec ē de facili cōtraria opinio est reprobāda. ¶ Scōa cā discordie dicitur auaricia. Inquit Seneca in libro de quatuor virtutibꝰ. Quietissime viuerēt homines si per terrā si hec duo pronomina tolerentur meū ⁊ tuū. Et Plato in Phedrone. Propter pecuniarū possessionē vniuersa bella nobis fiūt. Et Salustius in catilinario. Imperij ⁊ diuitiarū causa bella atq certamia omnia inter mortales sunt. Et Lucanus libro. iij. Certamen mouistis opes. Uidemus hoc per experientiam omni die: quādo propter auariciam filius discordat a patre: frater a fratre: ⁊ amicus ab amico. ¶ Tertia causa discordie dicit stulticia. Sunt namq multi stulti et leues: qui omnia credunt que a susurronibus eis dicitur. Susurratio siquidē aptissimuz est instrumentū ad discordias semjnādas. Propterea

dixit sapiēs Prouerb. xxvj. Cum defecerint ligna extinguetur ignis ⁊ susurrone subtracto iurgia conquiescunt. Et Ecc̄i. xxviij. Susurro ⁊ bilinguis maledictus multos em̄ turbauit pacē habētes. Lingua tertia multos cōmouit: et dispersit illos de gente in gētem. Ciuitates muratas diuitum destruxit et domos magnatorū effodit. Uirtutes populorū cōcidit et gētes fortes dissoluit. Lingua tertia mulieres viratas eiecit: ⁊ priuauit illas laboribus suis. Qui respicit illam nō habebit requiem: nec habebit amicū in quo requiescat. Flagelli plaga liuorem facit: plaga autē lingue comminuet ossa. hec ibi. Quisnam sufficeret enumerare discordias que exorte sunt inter ciues: inter vicinos: inter dominos: inter populos: inter vxorē ⁊ virum: inter fratrē ⁊ fratrem ꝓpter susurrātes. O lingua ignita. O lingua venenata. O lingua immanior et crudelior omni fera pestifera. Tu lingua susurronum instrumentū est diaboli: tu illius sagitta vulnerans: tu eius acutissimus ensis. Propterea susurratio ponitur inter grauia pctā que execrat̄ de⁹. de quibus sapiēs dicit Prouerb. vj. Sex sunt que odit dn̄s: ⁊ septimū detestatur aīa eius. Oculos sublimes: linguā mēdacē: manus effundētes innoxiū sanguinē: cor machinans cogitationes pessimas: pedes veloces ad currendū in malū: ꝓferentē mēdacia: testē fallacē: ⁊ eū q̄ seminat inter fratres discordiā. Sed culpabiles adhuc sunt illi q̄ a susurronib⁹ sibi cauere aut nesciunt aut nolunt.

¶ Qr triplex est discordia dānabilis: scismatice prauitatis: ciuilis partialitatis ⁊ importabilis societatis. Cap̄. ij.

Secundum mysterium declarandum de discordia d̄r distinctio. Distinguit̄ enim triplex discordia damnabilis ⁊ periculosa: videlz

Prima est scismatice prauitatis.
Scd̄a ciuilis partialitatis.
Tertia importabilis societatis.

¶ Pr̄ia discordia ē scismatice prauitatis. Est aūt scisma vitiū q̄ q̄s summo pōtifici subesse recusat ⁊ mēbris eccl̄ie subiectis cōicare nō vult. Scisma siq̄dē grecū est nomē qd̄ latine scissurā sonat. vt d̄r. xxiiij. q. j. c. scisma. Est aūt pctm̄ mortale: qr ꝯriat̄ charitati eccl̄iastice vnitatis. Est autem dr̄ia inter heresim ⁊ scisma: qr heresis opponit̄ directe ⁊ ꝑ se fidei: vt dicit Tho. ij. ij. q. xxxix. ⁊ scisma ꝑ se opponit̄ eccl̄iastice vnitatis charitati Un̄ Hiero. xxiiij. q iiij. c. inter heresim. Inter heresim ⁊ scisma arbitror īteresse ꝙ heresis ꝑuersū dogma hz: scisma aūt ab eccl̄ia separat. Cōtra scismaticos d̄r ex̄ in. c. de summa tri. ⁊ fide ca. vna est fidelium vniuersalis ecclesia extra quam nullus omnino saluatur. ⁊. xxiiij. q. j. c. loquitur. Cyprianus ait: Loquitur dn̄s ad petrum. Ego dico tibi: quia tu es petrus: ⁊ super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Super vnū edificat ecclesiam. Et q̄uis apostolis oībus post resurrectionem suam parem potestatē tribuat ⁊ dicat: Sicut misit me pater ⁊ ego mitto vos: accipite spiritum sanctū tamen vt vnitatem manifestaret: vnitatis eiusdem originem ab vno incipientem sua autoritate disposuit. Ad idem est. c. alienus. c. omnibus. c. quoniam vetus. prefata causa ⁊ questione. Sed hic oritur vnū dubium. Quid cum duo vel plures sunt in eccl̄ia gerētes se ꝓ papa ⁊ q̄libet eoꝝ habet suā sequelaz. Quis eoꝝ dicet̄ scismaticus cū suis sequacib⁹. Respōdeo aut cōstat aut cōiter tenet̄: ꝙ q̄libet eoꝝ intrusus est. i. non canonice electus. Aut constat vnum eoꝝ canonice ⁊ rite electū; videlz a duabus partibus cardinaliū ⁊ sine violētia: ⁊ postea alius supinductus. Aut dubitatur q̄s illorum sit canonice vel rite electus vn⁹ vel alter. Et in primo casu nullus eorū est papa: sed q̄libet eoꝝ est scismaticus cū his q̄ sciēter sequunt̄ ip̄m: ⁊ excōicati sunt ip̄o facto: ex̄ de elec. c. licet. Et de hoc loquit̄. c. si duo. lxxix. di. vbi d̄r: Si duo forte ꝯ fas temeritate ꝯcertātium

fuerint ordinati in summos pontifices
nullū ex eis futurū sacerdotē. i. summū
pōtificē ꝑmittimus. Sed illū solū in se
de apl'ica ꝑmāsurū cēsemus quē ex nu-
mero clericoꝝ. i. cardinaliū noua ordi-
natione diuinū iudiciū ⁊ vniuersitatis
consensus elegerint. Nec obstat ꝙ hoc
statuit honorius augustus ⁊ ad impe-
ratorē nō spectat statuere aliq̄d de ele-
ctionibus eccl'ie: sicut nec de rebus alijs
eccl'iasticis. vt. xcvj. dis. c. bñ. qꝛ vt d̄r in
glo. in p̄fato. c. si duos. Honorius fecit
illud rogatu eccl'ie: ⁊ eccl'ia approbauit
iō rōne approbationis statutū illud hꝫ
quasi fecisset eccl'ia. Qñ ergo cōstat nul
lū eoꝝ canonice electū: vt q̄ nō a cardi-
nalibus sed ab alijs in quo casu loquit̄
c. si q̄s ex ep̄is. ⁊. c. si q̄s pecunia. lxxix.
di. Vel si a cardinalibus: nō tñ a duab⁹
partibus cardinaliū: vt in. c. licꝫ. ex̄ de
elec. qui tali adheret ꝟe scismaticus est
⁊ ꝑ cōciliū ꝓuidendū esset cū cardina-
les hmōi essent. Al's si ipsi cardinales
alium eligerēt ille esset verus apl'icus.
Et nota ꝙ ex hoc electio pape simonia
ce facta esset a cardinalibus dūmō al's
rite cessare nō pōt nec tolli q̄n sit verus
papa. Et sil'r quātūcūq̄ criminosus et
irregularis esset electus: vt dicit glo. in
c. si q̄s pecunia. ¶ In scd̄o casu. scꝫ cū cō
stat vnum canonice electū: ⁊ postea ali
us se intrudit: sicut Cornelius papa q̄
Fabiano successit ⁊ post eum canonice
creatū Nouatianus q̄dā papa se fecit.
vt d̄r. vij. q. j. c. factus est. ⁊. c. nouatia-
nus. Tūc primus est verus papa: ⁊ secū
dus apostaticus ⁊ scismatic⁹ cū sequa-
cibus eius. Sic sub Eugenio. iiij. factuꝫ
est scisma tꝑe beati Bernardi. Nā ipso
eugenio rite electo alius intrusus est: sꝫ
meritis ⁊ labore sancti Berñ. scisma il-
lud ablatū fuit: remanēte Eugenio in
apl'ica sede. Deinde sub Johāne. xxij. fa
ctum est aliud scisma. Nā cū ipse decla-
raret fore hereticos qui assererent xp̄m
nihil habuisse in cōi etiā mobile quidā
fraticelli nūcupati de opinione dixerūt
ipsum papā Johānē hereticū cū succes-
soribus ⁊ sequacib⁹ eius ⁊ fecerunt aliū
papā Pisis. Greci aūt circa annum d̄ñi
nongentesimū scisma facientes in here
sim inciderunt de spūsctō dānatam. c.
de sum. tri. ⁊ fi. ca. c. j. lib. vj. Sed redu
cti fuere ad eccl'ie vnitatē tꝑe Eugenij
iiij. ¶ In tertio ꝟo casu cū dubiū est q̄s
horum duoꝝ sic canonice electus: qꝛ ele
ctio primi d̄r facta ꝑ metū q̄ cadit in cō
stantē virū: q̄uis a duabus partibus
cardinaliū postmodū ab eis sit electio
sine violētia ⁊ metu quocūq̄ sicut acci
dit casus circa annos. Mccclxxx. Nam
mortuo Gregorio. xj. cardinales deben
tes ꝓcedere ad electionē successoris: vt
d̄r fuerūt a romanis cōminati ꝙ occide
rentur si nō eligerent italicū aliquem.
Elegerūt igit̄ archiep̄m barensem: qui
tūc erat rome exprimētes ei ꝙ eligebāt
eum ad vitādū periculū se fingebāt eli
gere. Electo ergo illo qui Urbanus. vj.
dictus est: ille vt fertur. dixit: ꝙ si vole
bant eū eligere volūtarie eligerēt: qꝛ in
tendebat esse papa. Publicato igit̄ Ur
bano papa: ⁊ a cardinalibus ipsis ado
rato ⁊ cōsecrato de cōsensu eoꝝ ac prin
cipibus xp̄ianitatis ac ꝑ eos significa
to ꝙ canonice esset electus. Inde ad al
quot menses ipsi recesserūt ab eo: ⁊ fu
giētes ad ciuitatem fundensem qui est
in principio regni ibi elegerūt aliū qui
dictus est Clemēs. vj. q̄ trāstulit curiaꝫ
suā in Auinionē: illūq̄ venerata est ꝑ
papa tota francia ⁊ hyspania ⁊ catha lo
nia. Alteri ꝟo. s. Urbano adhesit italia
alemānia ⁊ vngaria: ꝑseuerauitq̄ hoc
pessimuꝫ scisma vltra. xxx. annos. Cum
ergo hic esset dubiū ex ignorantia facti:
qꝛ exceptis cardinalibus ⁊ paucis alijs
tūc p̄sentibus ceteri scire nō poterant
si talia sic ꝓcesserunt vel aliter cū diuer
si diuersimode referrēt: ⁊ partim etiam
ignorātia iuris: qꝛ dubiū erat apud pe
ritissimos: vtrū fuerit talis metus q̄ ca
dere posset in constantē virū vel nō: vel
etiam qꝛ post electionē habuerunt tp̄s
ad recedendum ⁊ nō fecerunt: immo ꝑ
signa expressa ostenderūt voluntarie et

libere factā electionez. In illo ergo scis-
mate illi ꝓprie erāt scismatici qui scien
tes factū ꝯtra iura vel cōtra ꝯsciam fa
ciebant ducti amore: vel odio: vel cupi
ditate: vel ambitione. Alij ṽo excusaban
tur etiā adherēdo ei q̄ nō erat verus pa
pa quē tñ ipsi credebāt verus. Et q̄uis
vna pars excōicaret alterā tñ q̄ simplici
ter inherebāt excusari videbant. Durā-
te ṽo illo scismate post Urbanū succes-
sit ex altera parte Bonifacius. ix. Boni-
facio successit Inno. vj. ⁊ Inno. Grego.
xij. ex alia parte Clemēti successit Bene
dictus. xij. Sub his aūt. s. Grego. xij. ex
vna parte. ⁊ Benedicto ex altera factuz
est aliud scisma anno dñi. M. cccc. x. Nā
recedentibus cardinalib⁹ ab vtroq̄ pa
pa: ⁊ ꝯuenientib⁹ Pisis ꝯciliū celebran
tibus depositis illis duobus: scilz Gre-
go. ⁊ Benedic. sub eadē: videlz rōne qr
dicebant scandalizare facto suo publi-
co totā ecclesiā cū nō vellent ꝯuenire in
simul in aliquo vno loco vt ꝓmiserant
⁊ iurauerāt. demū creat⁹ est Pisis Ale-
xander papa q̄ fuit Petrus de cādia or-
dinis minoꝝ: cui successit Job. xxiij. bo-
nonie electus. Et cū pene oēs reges et
principes xp̄ianitatis dimissis Gregor.
⁊ Bene. obediētiā dedissent Alexandro
⁊ successori suo: tñ adhuc maximum du
biū erat vtrū causa ꝓpter quā creatus
fuit Alex. videlz qr Grego. ⁊ Bene. scan
dalizabāt ecclesiā esset vera. Nihilomi-
nus ex quacūq̄ triū partiū quicūq̄ cre
debat simpliciter suū verū papā: ⁊ non
alios motus ꝯscientie dictamine para-
tus etiā adherere alteri si hoc sibi cōsta
ret: excusatus creditur a vitio scismatis
⁊ sententijs eius. Cuius signū est ꝙ in
qualibet obedientia erāt multi peritis-
simi ⁊ sancti viri. Nam sub Urbano et
Bonifacio fuit sctā Brigida ⁊ sctā Ka-
tharina de senis. Sub clemente ⁊ Bñ-
dicto ex alia parte fuit btūs Petrus de
lucemburgo clarus miraculis. Sub Be
nedicto etiā fuit sctūs Uincētius de or
dine p̄dicatoꝝ. Tandē cōgregato conci
lio cōstantie Greg. prefatus spōte renū
ciauit ꝑ Karolū de malatestis suū in h̄
ꝓcuratorē. Johes. xxiij. fugā arripuit:
sed captus ꝑ imperatorē redijt ⁊ tandē
depositus fuit. Bñdictus etiā q̄ nec ve-
nire nec mittere voluit depositus fuit:
vbi creatus fuit dñs Oldo de columna
cardinalis: qui fuit Martin⁹ papa. v.
¶ Scda est discordia ciuilis partialita
tis: qñ ciues relicto amore cōis boni: cō
uertētesq̄ oīa ad ꝓpriū cōmodū discor
dant adinuicē. Nā vt inq̄t Arist. ij. Po
liticoꝝ. ciuilitas quedam cōicatio est. ⁊
ibidē. Politica est ordo quidā inhabitā
tiū ciuitatē. Qñ ergo ciues nō regunt
ſm ordinē nec sunt cōicatiui: ad dissen
siones veniūt. Tales sunt hodie quasi
in oībus ciuitatibus italie tyrāni q̄dē:
de quibus dici pōt qd̄ sapiens ait Pro
uer. xxix. Hoīes pestilētes dissipant ciui
tatem. ⁊ vt idē ait. xj. c. Bñdictione iu-
stoꝝ exaltabit ciuitas: ⁊ ore impiorum
subuertet. Impij equidē ⁊ partiales nō
reipublice: sed ꝓprie vtilitati semp in-
uigilant. Cōtra quos ait Cassiod. li. iij.
eplaruz. Nobilissimi ciuis est patrie sue
augmēta cogitare. ⁊ Tul. i. j. de officijs.
Oīno qui reipublice p̄sunt seruēt duo
p̄cepta Platonis. Unum vt vtilitatē ci
uium sic tueant: vt quecūq̄ agūt ad eā
referāt obliti cōmodoꝝ suoꝝ. Alterū vt
totū corpus reipublice curēt nedū par
tem aliquaz tueant: reliquas deserant.
Ut em̄ tutela: sic procuratio reipublice
ad eoꝝ vtilitatē qui cōmissi sunt: nō ad
eoꝝ quibus cōmissa est gerēda est. Qui
aūt parti ciuiū cōsulūt partē negligūt:
rem ꝑniciosissimā in ciuitatē inducunt
seditionez atq̄ discordiam. Hinc apud
atheniēses magne discordie orte: ⁊ ī no
stra republica nō solum seditiones: sed
etiā pestifera bella ciuilia: que grauis ⁊
fortis ciuis in republica dignus princi-
patu fugiet atq̄ oderit: tradetq̄ se to-
tum reipublice neq̄ opes aut potentiā
cōsectabitur: totāq̄ eā sic tuebit: vt oī-
bus consulat: necnon criminibus falsis
in odium aut inuidiaz vocabit: oīnoq̄
ita iusticie honestatiq̄ adherescet vt ea

cõseruet: q̃uis grauiter offendat: mortemq; appetat potius q̃ deserat illa q̃ dixi: Miseria omnino est ambitio: bonorũq; cõtẽtio: de qua p̃clare est apud eundẽ Platonẽ. hec ille. Nã ⁊ antiqui romani etiã propter rẽpublicã domesticas iniurias dissimulabãt. Unde Ualerius maximus li. iiij. rubrica de moderatione. Stagippus teciates hortãtibus amicis: vt grauẽ in administratiõe reipublice ⁊ emulũ sibi vehemẽter aduersariũ: sed alioquin probũ ⁊ ornatũ virũ qualibet ratione vel tolleret: vel submoueret: negauit se facturũ: nec quẽ in tutelã patrie bonus ciuis locuz obtineret malus ⁊ improbus occuparet: seq; vehementi aduersario vrgeri q̃ patriam egregio aduocato carere p̃optauit. In eodẽ libro Ualeri⁹ ⁊ rubrica. Qui ex inimicis iuncti sunt amicitia. Aliud refert exemplũ. Emilius inq̃t lepidus his cõsul ⁊ põtifex maximus splẽdoreq; horũ par vite grauitate: diutinas inimicitias cum Fuluio flacco eiusdẽ amplitudinis viro gessit: quas simul vt censores renũciati sunt in campo deposuit existimans eos nõ oportere priuatis inimicitijs dissidere qui publice summa iuncti essent potestate. O dãnosum virus in ciuibus italie a diabolo disseminatuz. Jam iã vbiq; partialitates abũdãt: ꝓpter quas omne bonũ publicũ penitus destructũ est: ⁊ euersuz oĩsq; iusticia cõculcata ⁊ abiecta. Tertia est discordia importabilis societatis eorum qui insimul cõueniũt: aut in vna domo: aut in vicinia: aut in religione: aut in aula p̃ncipis: aut in quocũq; collegio: q̃ discordant: nec vnus alium recto oculo respicere valent eo ꝙ nesciunt seruare regulam Pauli dicentis ad Ephe. iiij. Cum omni humilitate ⁊ mansuetudine: cum patiẽtia supportãtes inuicẽ in charitate: sollicite seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. O infelix tẽporis huius ꝯditio in qua ad modicũ tolerare soci⁹ nescit socium: frater fratrẽ: ꝓxim⁹ ꝓximum suum. Uix domus reperitur in q̃ non regnet diabolus discordie: vix etiã vt sic dicam aliqua congregatio eorum qui vocantur iusti. Ubiq; secte: vbiq; dissentiones: vbiq; voluntatũ ⁊ aĩorũ ꝯtrarietas. O quantos decipit presumptio ꝓpria ⁊ suijpsius elata opinio: quaduz suas discordias: immo ⁊ odia ignota cõsiderãt: formãt sibi conscientiã: dicuntq; zelo ⁊ charitate odire ac discordare. Taceo qd̃ scio qd̃ vidi: quod vel quotidie de multis q̃ sctĩ reputant experiri. Unũ dico ꝙ vbi cõcordia nõ est non habitat ip̃e xp̃s. Dixit em̃ Mat. xviij. Ubi fuerint duo vel tres cõgregati in nomine meo ibi sum in medio eoꝝ. ⁊ Eccli. xxv. sapiens notabiliter est locutus. In tribus inquit beneplacitum est spũi meo que sunt ꝓbata corã deo ⁊ hoĩbus. Concordia fratrũ: amor ꝓximorum: ⁊ vir ⁊ vxor bene sibi cõsentientes.

¶ Qr discordia offendit omne bonũ hominis spirituale: scz corporale ⁊ temporale. Cap. ij.

Tertiũ mysteriũ declarandũ de discordia d̃r offensio. Offendit nãq; discordia tria desideranda bona.

Primũ bonũ spũale.
Scd̃m bonũ corporale.
Tertiũ bonũ tẽporale.

¶ Primũ bonũ qd̃ offendit discordia dicitur spũale bonum. s. aĩe. Nã nullũ est pctm̃ adeo graue qd̃ discordãtibus non fiat facile. Ex illa siquidẽ ꝓuenerũt iurixe: odia: inimicitie: ⁊ lites: cõtentiões: mẽdacia: periuria: blasphemie: homicidia: obstinationes: ⁊ cõtẽptus sacramẽtoꝝ ecclie. Propter illã pleriq; ꝑ annos ⁊ annos: nec cõfiteri nec cõicare curãt. Propterea figurata est discordia ꝑ bestiam: de qua Joh. Apoca. xiij. ait: vidi de mari. i. de amaro corde discordãtium bestiã ascendentẽ. i. discordiã habentem capita septẽ. i. septem capitalia vitia: cornua decẽ. i. transgressionẽ decẽ p̃ceptoꝝ: ⁊ sup̃ cornua eius diademata decem. i. gloriã de malo: qm̃ discordãtes ⁊ partiales letantur in malis suis. Scd̃m

bonū:qō offendit discordia ōr corporale. Facit nāq discordia cor discordātū triste: ⁊ vt ōr Prouer.xvij. Animus gaudens etatē floridā facit spūs tristis exiccat ossa. ⁊ Eccl.xxx. Jocūditas cordis hec est vita hoīs. Et iterū ibi. Ante tps senectā adducit cogitatus. Tertium bonū qō offendit discordia ōr temporale. Ut enim Salustius ait in iugurtino. Concordia parue res crescūt discordia maxime dilabunf. ⁊ Tullius de amicitia. Que domus tā stabilis: que ciuitas tam firma: que nō odijs ⁊ dissidijs funditus possit euerti. Patet hoc per experiētiā in romane reipublice desolatiōe. Cur destructa? Cur desolata? Cur ad nihilum deducta romanoꝝ gloria atq potentia? Fatua certe falsaq fuit opinio eoꝝ qui dixerunt romam defecisse: eo ꝙ ibi acceptatus sit cultus xpi: ob qō indignati ipsoꝝ dij ciuitatē ipsam odio graui sunt persecuti. Et lz Aug. satis copiose contra sic dicentes disputet in li. de ciui. dei. Tñ non desunt poete ⁊ hystoriographi qui dicunt romanoꝝ regnū amplissimū fore deperditus ꝓpter ciuilia bella: ꝓpterea Lucanus in principio sui primi libri sic cantat. Bella per emathios plus q̄ ciuilia cāpos. Jusq datū sceleri canimus populūq potentem. Jn sua victrici conuersum viscera dextra. Cognataq acies ⁊ rupto federe regni. Certatū totis cōcussi viribus orbis. Jn cōmune nefas in festis obuia signis. Signa pares aquilas ⁊ pila minantia pilis. Quis furor o ciues? q̄ tanta licentia ferri? Sentibus inuisis latiū prebere cruores? Lucq superba foret babylon spoliāda tropheis. Ausonijs: vmbraq erraret crassus inulta. Bella geri placuit nullos habitura triumphos. Deu quātū terre potuit pelagiq pari. Hoc quē ciuiles hausserunt sanguine dextre. Unde venit titā ⁊ norybi fidera fundit. Quaq dies melius flagrantib⁹ estuat horis. Et qua bruma rigens ⁊ nescia vē remitti. Astringit scythicū glaciali frigore pontum. Sub iugo iam seres iam barbarus esset erares. Et in. ij. li. idem ait: Summum brute nefas ciuilia bella fatemur. Qui igitur confiderat romane vrbis interitum de qua dicitur: Romanam quanta fuit ipsa ruina docet. Facile cognoscere poterit quāta sit discordie vis ad nocendū: ad perdēdum: ad destruendum: ⁊ annihilandū omne regnū. Sed adhuc nobis se offerunt exempla tot florentissimarum ciuitatum italie in quibus videntur palatiorum ruine: desolationes viarū ⁊ platearum: paucitas populoꝝ: ⁊ pristine dignitatis ac felicitatis antique omnimoda diminutio. O Bononia studiorū mr̄. O ianua regina maris. O parma. O esculum. O placentia. O assisium. O viterbium. O alie ciuitates ⁊ terre que discordijs ⁊ partialitatibus locū dedistis. Ubi est glia vra? vbi ppli multitudo? vbi antiq diuitie? O discordia maligna? O discordia detestāda? Propf illā nēpe ciuis insurrexit i ciuē: frater in fratrē: amicus in amicū: ⁊ platee ciuitatū humano sanguie sunt madefacte: atq indies ciuitatum conditiones deteriorate: eo ꝙ omne regnum vt dictum est in principio in seipsum diuisum desolabitur: a qua desolatiōe liberet nos christus iesus dei filius qui cum patre ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat per infinita seculorum secula. Amen.

¶ Feria secunda post Oculi: de diuitijs aquarum cupiditate amoreq inordinato retrahendi sunt penitentes qui cupiunt eternas ⁊ celestes diuitias possidere.

Sermo.xl.

EJecerunt illum extra ciuitatem. Scribuntur hec verba originaliter Luce iij.c. ⁊ in euangelio hodierno. Horribile satis est audire ꝙ nazareni iecerunt christum foras materialem ciuitatem. Sed multo magis detestabile est: ꝙ christiani ipsum de suo corde repellāt,

Et licz multa sint vitia atqz pctā pro-
pter que xp̄s a multis contēnitur: ve-
rūtamen vnum est satis generale aua-
ricia: scz propter quā pauci sunt hodie
qui xp̄m velint habere. Ut enim dicit
Hieremie.vj. A minore vsqz ad maio-
rem oēs auaricie student: ⁊ a propheta
vsqz ad sacerdotē cuncti faciunt dolū.
Est aūt auaricia immoderatꝰ amor pe-
cunie. vt dicit Aug. per pecuniā intel-
ligendo quecūqz temporalia bona que
possideri possunt. Nam.j.q.iij.c.totū.
dicitur: Totū quicquid hoīes habēt in
terra omnia quorum dn̄i sunt pecunia
vocatur: Propterea vt homines ad ve
ram penitentiam per diuitiarū contē-
ptū perueniāt: in presenti sermone de
diuitijs erimꝰ locuturi: in quo tria my
steria erunt declaranda.

Primū d̄r damnatio.
Scd̄m conditio.
Tertiū malignatio.

¶ Qr amor inordinatꝰ diuitiaꝝ rep̄hē-
ditur ⁊ dānat: verbo ⁊ exēplo: tā a san-
ctis q̄ a ph̄is moralibꝰ. Capl'm.j.

PRimū mysterium declaran-
dum de diuitijs d̄r dānatio.
Dānatur siquidem nō soluz
a sanctis: verūetiam a genti
libus ⁊ moralibus ph̄is. Et vt clarius
habeatur: queritur vtrū diuites diui-
tias habentes aut habere volētes pos-
sint eternā salutem acquirere. Et q̄ nō
arguitur. Primo p testimonia sanctaꝝ
scripturarū. Deinde p dicta ⁊ exempla
philosophoꝝ. Inquit sapiens Ecc̄i.xj.
Si diues fueris non eris immunis a
delicto. Et Prouer.xxviij. Qui festinat
ditari non erit innocens: ⁊ Dauid ps̄.
xxxiij. Diuites eguerūt ⁊ esurierūt. ⁊.j.
Timo.vj. Qui volunt diuites fieri inci
dunt in tentationē: ⁊ laqueū diaboli ⁊
desideria multa inutilia ⁊ nociua que
demergunt hominē in interitū ⁊ perdi
tionē. ⁊ Jaco.v. Agite nūc diuites plo
rate vlulantes in miserijs vestris que
adueniēt vobis. Diuitie vestre putre-
facte sunt; vestimenta vestra a tineis
comesta sunt. Aurū ⁊ argentū vestrum
eruginauit: ⁊ erugo eoꝝ in testimoniū
vobis erit: ⁊ manducabit carnes vr̄as
sicut ignis. Et Aug. in li.lxxxiij.q. Cha
ritatis venenum est spes adipiscendo
rum. ⁊ Hiero. ad Eustochiuz. Diuinis
euangelium vocibus intonat nemo po
test duobꝰ dn̄is seruire. Et audeat q̄sq̄
xp̄m mendacē facere deo ⁊ māmone ser
uiēdo. Vociferat ille sepe Luce.ix. Si
q̄s vult post me venire abneget semet
ipsum: ⁊ tollat crucē suā et sequat me.
Et ego onustus auro arbitror me xp̄m
sequi? Et idem ad Julianū ait: Diuitē
purpuratum gehēne suscepit flamma.
Lazarus pauper plenus vlceribꝰ cuius
carnes putridas lambebant canes: et
vix de micis mense diuitis miserā susti
nebat animā: in sinu Abrae recipitur.
⁊ tanto patriarcha parente letat. Diffi
cile īmo impossibile est vt presentibus
quis ⁊ futuris fruatur bonis: ⁊ hic vē
trem ⁊ illic mentem impleat: vt de diui
tijs transeat ad diuitias: vt in vtroq
seculo primus sit: vt ⁊ in celo ⁊ in terra
appareat gloriosus. hec ille. Et sanctꝰ
sanctoꝝ xp̄s Luc̄.vj. ait: Vhe vobis di
uitibus qui habetis consolationem ve
strā. Et idē Mat.v. Beati (inquit) pau
peres spiritu: qm̄ ip̄oꝝ est regnuz celo
rum. ⁊ Mat.xvj. Facilius est camelus
per foramen acus transire q̄ diuitem
intrare in regnū celoꝝ. Genitrix v̄o eius
virgo sctissima Luc̄.ij. sic cecinit. Esu
riētes impleuit bonis: ⁊ diuites dimi
sit inanes. Satis etiā damnabiles fo
re diuitias xp̄s ⁊ sancti exemplo pari
ter ⁊ opere demonstrarunt. Paup̄ siq̄
dez christus ex paupe matre natꝰ vsqz
ad patibulū crucis pauperē vitā duxit.
Unde Bern̄. in sermone quodam ait:
Omniū bonoꝝ eterna in celis affluētia
suppetebat: sed paupertas inueniebat
in eis. Hanc itaqz dei filius concupi
scens descendit vt eā sibi assumeret et
sua estimatione illā faceret preciosam.
De paupertate aūt xp̄i dixi in sermone
de natiuitate. Pauperes adhuc ip̄e vo

luit esse apl'os suos. ꝓ q̄b⁹ dicit Chrys. super Mat. Si bonū esset aurum hoc vtiq; dedisset apl'is xp̄s: q̄ eis ineffabilia ꝯtulit bona. Non aūt nō solum nō dedit: sed etiā habere ꝓhibuit. Unde ⁊ Petrus in paupertate gloriat̄ dicens: Aurū ⁊ argentū nō est mihi. Pb̄i insuper atq; gētiles suo modo dānabiles ⁊ periculosas esse p̄dicant diuitias tp̄ales ⁊ illas fatent̄ noxias. Uñ Tulli⁹ in j. de officijs ait: Pecunie fugienda cupiditas est. Nihil est taꝫ angustianimi tamq; parui q̄ amare diuitias: nihil honestius: magnificētiusq; q̄ pecuniā contēnere. Et Señ. ad Lucilluꝫ. Aude hospes cōtemnere opes: ⁊ te quoq; dignū finge deo. Nemo alius est deo dignior q̄ qui opes ꝯtēpsit. Et idē ī libro de tranquillitate animi inducit exēplū ⁊ verba zenonis. Zeno inquit nr̄ cum om̄ia sua audisset submersa. Jubet me dixit fortuna expediti⁹ philosophari. Et Ualerius maxim⁹ de Anaxagora dixit: ꝙ cū post longam peregrinationeꝫ redijsset in patriā omniaq; sua dissipata vidisset: retulit. Non essem ego saluus nisi ista perijssent. ⁊ de Crate thebano dicit Hiero. ad Paulinū. ⁊ ponit̄ xij. q. ij. c. gloria ep̄i. Crates ille thebanus homo quōdā ditissim⁹ cū a philosophandū athenas ꝑgeret: magnū auri pōdus abiecit tueq; putauit se posse et virtutes: ⁊ diuitias simul possidere. Et contra Jouiuianū idē sic loquit̄: Leguntur plurimi philosophorum diuitias non tantū contēpsisse sed etiam abiecisse quasi impedimētū sapientie ⁊ virtutis. Fecit hoc Socrates quē oīm philosophoꝝ secte tanq̄ sapiētie ⁊ virtutis vnicum fontem venerant̄. Et Lactan. lib. j. diui. insti. ait: Nam et abiecisse quosdam res suas renūciasse vniuersis voluptatibus constat vt solā nudamq; virtutē nudi expeditiq; sequerētur. Cōcludimus ergo per oīa dicta ꝙ diuites cum quibus virtutes stare non possunt eternam salutem non habebunt. Sed cōtra obijci potest. Dicit̄ em̄ Prouerb. xiij. Redēptio anime viri diuitie ꝓprie. Et Eccl̄i. xxvij. Propter inopiā multi deliquerūt. Et Salusti⁹ in catilmario. Semper ī ciuitate quibus opes nulle sunt bonis inuidēt: malos extollunt: vetera odere: noua exoptant: odio suarū rerū mutari oīa student. Et Aristo. iiij. ethicorum. Diuitie sunt vtiliū. Et. ij. retho. Unuꝫ aliquid necessarioꝝ est substantia. Et idē. Oīs indigētia mala est. Et. j. poli. Res possessa organū est ad vitā. Et. ij. poli. Confert multitudo substantie. Et in euāge. Lu. xix. de zacheo diuite p̄ncipe publicanoꝝ xp̄s dixit: Hodie huic domui salus a deo facta est. ⁊ Mat. viij. Centurionē sub se milites habētē nō damnauit: sed poti⁹ approbauit fidē ei⁹ dicēs Mat. viij. Non inueni tantam fidē in israel. Respondeo ad hāc questionem ꝙ diuitie possunt haberi cum peccato et absq; peccato. Cum peccato habentur triplici ratione.

Prima d̄r inordinate affectiōis.
Scd̄a impie iustificationis.
Tertia indebite dispēsatiōis.

¶ Prima ratio quare damnabiles sunt diuitie dicitur inordinate affectionis cum quis ad illas inordinate afficitur constituens in eis beatitudinis finez. Et sic intelliguntur oēs autoritates q̄ videntur concludere ꝙ diuites saluari non possunt: scilꝫ quando diuitias diligunt tanq̄ summū bonum paruidentes deuꝫ. Unde in ps̄. lxj. Diuitie si affluant nolite cor apponere. Et Seneca ad Lucillū. Diuitiarū tibi possessioneꝫ non interdico: sed afficere volo vt illas intrepide possideas. Q̄ vno consequeris modo si te etiā sine illis beate victurū persuaseris tibi. Propterea Aug. li. j. de ci. dei. c. x. ait: Cū apl's dixit. j. Timo. vj. Qui volūt diuites fieri incidūt in tētationē ⁊c. profecto in diuitijs cupiditatē reprehendit nō facultatē quā precipit alibi dicens. j. Timo. vj. Precipe diuitibus huius mundi non sume sapere: neq; sperare in īcerto diuitiaꝝ:

sed in deo viuo q̄ p̄stat nobis oīa abundanter ad fruendū. Et Hiero. ad Saluiniā de Nebridio ⁊ viduitate. Nec diuiti obsunt opes si eis benevtatur nec pauperē egestas cōmēdabiliorē facit si inter sordes ⁊ inopiā pctā non caueat. Utrūq; nobis testimoniū ⁊ abraā patriarcha ⁊ quotidiana exēpla suppeditant. Quorū alter in summis diuitijs amicus dei fuit. Alij quotidie in sceleribus deprehēsi penas legib⁹ soluunt. De abraā insup idē ad Palmachiū ita scribit: Diues erat abraā auro ⁊ argento pecore: possessione: multāq; familiā habebat: itavt ad subditū nūciū armare posset exercitū iuuenib⁹ electis. Et quattuor reges q̄ fugerāt in Helan secutus occiderat: tñ post crebrū hospitalitatis officiū dū hoīes non recusat suscipere meruit deū. hec ille. Dānat ergo nō diuitiaꝝ possessio: sz illaꝝ nimi⁹ superfluusq; amor. Sunt autem hec amoris vitiosi tria principalia signa. Primū cū quis sine rerū īdigētia plus debito in diuitijs acq̄rēdis se occupat ⁊ affligit. De quo d̄r Eccl's. iiij. Un⁹ est ⁊ scd̄m nō habet: nō filiū: nō fratrem: ⁊ tñ laborare nō cessat nec satiant oculi ei⁹ diuitijs: nec recogitat dicēs: Cur laboro et fraudo animam meā bonis. In hoc quoq; vanitas est et afflictio pessima. Scd̄m signū q̄ quis īordinate diligit diuitias est cū illas quib⁹ ipe non eget ꝓpter deū pauperib⁹ dispensare recusat. Et de hoc diffusi⁹ loq̄mur in sermōe de elemosyna. Tertiū signū est cū quis se diuitiarū seruū facit. Nā sunt nōnulli qui diuitias etiā ad ꝓprium cōmodū necessitate vrgēte exponere nolūt. Noui ⁊ ego Johānē fusco venerabilis eccl'ie sctē marie maioris de vrbe canonicū ditissimū q̄ plura beneficia habentē: eratq; ei substantia multa: abundabat vino: frumento: armentis: ⁊ pecunijs. Remāserant etiā ei argenteavascula: indumēta: panni: libri: et alia plurima bona quōdam fratris eius cardinalis sancti Marci. Ipse tñ miser ⁊ miserior ceteris auaricia victꝰ panē ⁊ aquā sepius comedebat. Mulā cui insidebat ne famulū precio detineret ipe solus gubernabat. Ad dormiendū sine lumine accedebat: calciatꝰ incultū lectū ītrabat. Dū infirmabat vix post multos dies cū mori iā timere inciperet: medicū aduocabat. Uestes antiquas ⁊ laceratas deferebat: nec coloribus aut frigore a labore poterat detineri: ꝓ vno denario pauperes suffocabat: semp discurrebat: semp circūibat anxius ⁊ sitibūdus ad thesaurizādum. Crudelis alijs: crudelior sibi: inimicissimus deo. O reprobāda ꝯditio. O feralis natura. O deniq; rep̄hensibile malum: amare plus diuitias q̄ deum: q̄ proximū: q̄ propriā animā: q̄ etiam et corporalē vitā. ꝓpterea Seneca in li. de beata vita ait: Diuitie apud sapientē virū in seruitute sunt: apud stultū in imperio. ¶ Scd̄a ratio quare dānabiles sunt diuitie dicit impie iustificationis quando aut iniuste acquirunt aut iniuste possidentur. ¶ Tertia ratio d̄r indebite dispensationis quando dispēsantur aut his quibus dispensari non debent: et de hoc dicemus in sermone de elemosyna: aut quando expendunt prodigaliter in his in quibus expendi non debēt: vt in superfluis edificijs cōuiuijs ⁊ indumentis ⁊ similib⁹. Absq; peccato habentur diuitie cum retinentur in vsum: nec propter illas offenditur de⁹ aut ꝓximus: sz habentur aut ꝑ iusta lucra acquisite: aut per hereditariam successionem illisq; homo vtitur moderate non constituendo in eis finem vltimum.

¶ Qr diuitie affligunt eos qui illas immoderate amāt labore timore atq; dolore quare potius sunt contemnende q̄ diligende. Capitulum. ij.

Secundū mysterium de diuitijs declarādū d̄r conditio. Reperiuntur siquidē in diuitijs cū pl⁹ debito diligūtur tres pessime ꝯditiōes.

Prima dicitur laboris.
Secunda dicitur timoris.
Tertia dicitur doloris.

¶ Prima pditio dr laboris. Affligunt em̃ diuitie se diligẽtes triplici labore.

Primus dr mentalis.
Secundus corporalis.
Tertius conscientialis.

¶ Primus dr labor mentalis: q mens eorũ qui diuitias amãt: nunq̃ põt esse quieta: eo q cũ in diuitijs satietatẽ q̃rant illam in eis nunq̃ inueniũt. Propterea dicit sapiens Eccls. v. Auar nõ implebit pecunia. Et Hieron. ad Demetriadẽ virginẽ. Diuitiarũ amor insatiabilis est. Et Ambro. xlvij. dist. c. sicut hi. Nec satietas vnq̃ nec finis aderit cupiditati. ꝛ Boetius in. ij. Si quãtas rapidis flatibus incitus pontus ꝺsat arenas. Aut quot stelliferis edita noctibus celo sydera fulgent. Tãtas fundat opes nec retrahat manũ pleno copia cornu. Humanũ miseras haud iõ genus cessat flere querelas. ꝛ Señ. ad Lucillũ. Vidisti aliq̃n canẽ missa a dño frusta panis aut carnis aperto ore captãtẽ. Quicq̃d excipit ꝓtinus integrũ deuorat et ad spem vẽturi hiat. Idem euenit nobis quicq̃d expectãtib? fortuna proiecit id sine vlla voluptate dimittimus statim ad rapinã alteri? attoniti ꝛ erecti. Et idẽ ad eundẽ. Lõgerãtur in te quicq̃d multi locupletes possidẽt. Et vltra priuatũ pecunie modũ fortuna te puehat: auro tegat: purpura vestiat: ꝛ ad hoc modus delitiar ꝛ opum te perducat: vt terrã marmorib? abscõdas: non tũ detrahere: sed calcare diuitias liceat. Accedãt statue ꝛ picture: ꝛ quicq̃d arsvlla luxurie elaborauerit: maiora cupere ab his disces. Naturalia em̃ desideria infinita sunt: et falsa opinione nascẽtia: vbi desinãt nõ hñt. Et Iuuenal. Crescit amor nũmi quãtũ ipsa pecunia crescit. Quid igitur prodest ei qui multas habet diuitias si nõ quiescat vel contẽtatur. Inquit enim Licero in paradoxis. Contẽtũ esse suis rebus maxime sunt certissime diuitie. Propterea magis diues est qui scit cõtẽtari in paucis q̃ q̃ in multis semper animo angustiat reget. Unde Señ. ad Lucillũ. Breuissima ad diuitias p contẽptũ diuitiar via est. Et iterũ ad eundẽ. Qui cum pauptate bene ꝓuenit diues est. Et iter ibi de ꝓcẽptu pecunie. Multa dicãtur ꝛ lõgissimis orationibus hoc precipitur: vt hoies in animo nõ in patrimonio putẽt esse diuitias: eumq̃ locupletem esse qui paupertati sue coaptus est. Et iterũ ibi. Quid miraris? quid stupes? põpa est. Ostendũtur iste res: non possidentur. Ad veras potius te cõuerte diuitias. Discе paruo esse cõtẽtus: ꝛ illã vocẽ magn? atq̃ animosus exclama. Habeamus aquaz habeamus polentã. ¶ Secũdus labor quo diuitie se diligentes affligunt est corpalis. Propterea ait Horati?. Iupiter extremos mercator currit ad indos. Per mare pauperiẽ fugiens: per ſara per ignes. Et sapiens Eccls. ij. Luncti dies eius doloreb? ꝛ erũnis pleni sunt. ¶ Tertius labor dicitur ꝓsciẽtialis: de quo Aug. in sermone de innocentib?. Lucrum inquit in arca: dãnum in conscientia. Quisnã explicet quot peccatis onerat auaroz cõscia misera. Ob cupiditatẽ nãq̃ fiũt rapie: furta: simonie: violẽtie: depdatiõis vsure: fraudes: pditiones iniusticie: ꝛ vt sic dicã oĩa mala atq̃ facinora. Uñ Uergil. i. j. eneid. ait: Quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames: q̃si dicat ad oĩa mala. O voratrix animar auaricia: o ardens ignis cupiditatis. O pestiferũ venenũ salutz. Magna siq̃dẽ incredibilisq̃ multitudo gẽtiũ ꝓpter auariciã demergit in infernũ. ¶ Scda pditio pessima diuitiarũ dr timoris. Cruciant nẽpe se diligẽtes timore ꝺtinuo. Nã q̃ nimis ad diuitias afficit semp est pauidus timet inimicos: nõ min? formidat amicos: nõ pfidit i vxore: nõ i filijs: nec in fortissimis serz. Abscõdit sepe aut i terra aut itra muros p timore pecunias. Terret

ad sonitū vēti: ad motū fenestre: ad saltum muris: suspicādo semper oīa latrones esse. In itineribus ei arboꝝ vmbre terrorē incutiūt: ⁊ vbiq; semp̄ viuit suspectus. Propterea exclamat Boetius in.ij.de consolatione dicēs: O preclara opum mortaliū beatitudo: quā cū adeptus fueris securus esse desistis. Et Iuuenalis dicebat: Cantabit vacuus corā latrone viator. Propterea beatus Frāciscus paupertatē complexus: latrones nō timuit dum irruerūt in eū qñ ibat in principio cōuersionis sue de Assisio versus Eugubium. Propterea de illo dñs Boñ. sic dicit in responsorio. Dū seminudo corpore laudes decantat gallice zelator noue legis latronib⁹ in nemore respondet sic ꝓphetice. Preco suꝫ magni regis. Audit in niuis frigore ꝓiectus: iace rustice futur⁹, pastor gregis. ¶ Tertia cōditio diuitiaruꝫ d̄r dolor. Afficiūt nēpe dolore incredibili se diligentes cū dimittuntur aut relinquūtur in morte: Nā moriētes nihil de illis secū portare possunt. Unde Dauid in ps̄. lxxv. Dormierūt somnū suū: et nihil inuenerunt omnes viri diuitiarū in manibus suis. Et Job.xxvij.c. Diues cū dormierit nihil secū affert: aperiet oculos suos ⁊ nihil inueniet. Apprehēdet eū quasi aqua inopia. Et vt Grego. inquit. iij. moral. Nunq̄ sine dolore perditur qd̄ cū amore possidetur. Propterea qui diuitias estimāt sicut debēt: si illas aut viuentes perdāt: aut moriētes deserāt nō contristantur. Propterea Tullius in paradoxis ait de Biante penneo. Necnō illum laudo sepe sapientē qui nominatur vt opinor inter septē cuius cū patriā priennem cepisset hostis ceteriq; ita fugerēt vt multa de suis rebus secum asportarent: cum esset admonitus a quodaꝫ: vt idem ipse faceret. Ego inquit facio. Nā omnia mea mecum porto. Ille hec ludibria fortune: nec sua putauit que nos etiam bona appellamus.

¶ Qꝛ maligni sunt diuitiarū amatores eo ꝙ subijciūt se terre vilissime ⁊ deuiāt a regula oīs creature: efficiūturq; similes idolatris. Capm.iij.

Tertiū mysteriuꝫ declarādum de diuitijs dicitur malignatio. Est quidē peccatū malignū diuitias inordinate diligere: qꝛ auaricia ab auri cupiditate nūcupatur. Grauitas autem eius apparet ex triplici ratione.

Primo ratione subiectionis.
Secūdo ratione deordinationis.
Tertio ratione idolatrationis.

¶ Primo apparet grauitas auaricie ratione subiectionis. vt em̄ inquit Tho: ij.ij.q.cxviij. Omne peccatū ex hocipso ꝙ est malum in aliqua corruptione seu priuatione alicui⁹ boni cōsistit. Inquātum aūt est voluntariū cōsistit in appetitu alicuius boni. Dupliciter ergo ordo peccatorū pōt attendi. Uno modo ⁊ parte boni qd̄ per peccatuꝫ cōtemnitur vel corrūpitur: qd̄ quāto maius est tanto peccatū graui⁹ est. Et s̄m hoc peccatū qd̄ est cōtra deū est grauissimū. Alio modo pōt attēdi grauitas peccatorū ex parte boni cui inordinate subditur humanus appetitus qd̄ quāto minus est ac vilius tāto peccatuꝫ deformi⁹. Inter oīa aūt bona exteriora minimum est et infimum qd̄ spectat ad temporales diuitias. Nam si recte consideremus quid sit argentum: quid auruꝫ: quid gemme: quid iocalia quelibet preciosa: quid domus: quid alta palatia: quid famulorum turba: quid greges: quid armēta: quid deniq; oīa que diuitie vocari solēt: ꝓfecto inueniemus nō aliud esse preter terram. Terra autē in ordine creaturarum infimū habet locuꝫ atq; vilissimū eāq; calcandā deus pedibus hominū dedit. Uñ Hiero. ad Demetriadē virginē ait: In actibus apostoloꝝ qñ dñi nostri iesu xp̄i feruebat cruor: ⁊ recēs erat in credētibus fides: vēdebant oēs possessiones suas: et ponebant precia ad pedes apostolorum vt docerent pecunias esse calcandas. Propter hoc insuper Seneca ad Lucillum ait: Nihil natura quo

auariciā nostrā irritaret posuit in aperto pedibus aurū calcandū ac premendū dedit: ⁊ q̄cquid est propter qd̄ calcamur ac premimur. Illa vultus nostros erexit ad superos: et quicquid magnificuz mirūq̄z fecerat videri a suspicientibus voluit: ortus occasusq̄z ⁊ ꝓperātis mūdi volubilem cursum tardos siderū incessus: si cōpares toti citatissimo: si cogites quāta spacia nunq̄ intermissa velocitate circumeant. Alia deinceps digna miratu siue ꝑ ordinē subeunt: siue subitis causis mota prosiliunt: vt nocturni ignium tractus celi patescentes columnas ac trabes defectus solis: ac lune inuicem obstantium: hec supra nos itura disposuit. Aurum quidē ⁊ argētū quasi male nobis committerentur abscondit. Nos fortune mala nostra tradidimus nos in lucē per que pugnaremus extulimus nec erubescim⁹ summa apud nos haberi: que fuerūt ima terrarū. hec ille.

¶ Scd̄o apparet grauitas auaricie ratione deordinatiōis. Deordinat siquidē auaricia hoīes vt peiores fiāt qualibet alia creatura. Nā vt dicit Aug̃. Indiciū maximum diuine bonitatis est ꝙ quelibet creatura cogit̄ dare seipsam: auari v̄o oīa vellent appropriare sibi. Contra quoꝝ parcitatē ⁊ crudelitatē ad proximos dicem⁹ in sermone de elemosyna.

¶ Tertio apparet grauitas auaricie ratione idolatrationis. Vñ Paul⁹ Ephe. v. dicit: ꝙ auaricia est idolorū seruitus. qd̄ s̄m Nico. de lyra intelligendū est per quādā cōformitatē: q̄ ita se habet auarus ad nūmum: sicut ad idola idolatra. Propterea q̄ auari oēm spem suā ⁊ cōfidentiā ponūt in diuitijs. Hec est itaq̄z illa auaricia nequissima perditiōis mater: pietatis inimica: corruptrix animarum: esca diaboli: ⁊ materia oīs peccati quā qui sequitur eijcit a se xp̄m: qui nobis sit propicius vt valeamus sua gratia terrena oīa cōculcare atq̄z ad regna properare celestia: vbi sanctis associati bened: cemus xp̄m gloriosum ⁊ laudabilem per infinita secula seculorū. Amen.

¶ Feria tertia post oculi de execrādo et periculosissimo pctō simonie: ꝓpter qd̄ non parū dānificat̄ atq̄z cōfundit̄ ordo ecclesiastice hierarchie. Sermo. xlj.

Quecūq̄z solueritis super terrā erunt soluta ⁊ ī celo. Verba sunt redemptoris nostri originaliter Matth̄. xviij. et in euāgelio hodierno. Cōtulit saluator noster ministris ecclesie et sacerdotibus suis inestimabilē dignitatē cū fecit eos spiritualiū dispensatores. Ideo tanto grauius estimatur si qñ peccāt eoꝝ delictum: quāto plura donoꝝ dei incrementa sumpserūt. Maxime aūt dānatur in illis vitiū simonie: qd̄ ex auaricia procedere noscitur. Illud siquidem est causa multorum maloꝝ: ⁊ cōfusionis damnosissime in ecclesiastica hierarchia. Ob eā cām in p̄senti sermone cōtra vitiū simonie nōnulla erim⁹ disceptaturi: de quo ꝯtēplabimur tria mysteria principalia.

Primū dicitur diffinitio.
Scd̄m inductio.
Tertium punitio.

¶ Quid sit simonia et vnde denominatur: ⁊ quare est peccatum graue: ⁊ quid intelligitur per spirituale aut spiritualibus annexum. Cap̄m. j.

Primū mysteriū cōtemplandū de simonia d̄r diffinitio. Et Richar. in. iiij. dist. xxv. ⁊ Tho. ij. ij. diffiniūt istam sic. Simonia est studiosa voluntas emēdi vel vendendi aliquid spirituale vel sp̄uale annexū. Que diffinitio ꝯtinet̄ implicite in. c. q̄ studet. j. q. j. Proclariori aūt declaratiōe notabim⁹ tria.

Primo denominationem.
Secundo rationem.
Tertio determinationem.

¶ Primo cōsideremus denominationē. Nā simonia denominat̄ a simone. de q̄ habet̄ Actuū. viij. ꝙ cū vidisset q̄ ꝑ impositionē man⁹ ap̄loꝝ daret̄ sp̄ūsctūs: obtulit ei pecuniā di. Date mihi hāc po-

testatem vt quicūq; imposuero manus accipiat spiritūsanctū. Petrus aūt dixit ad eū. Pecunia tua tecū sit in perditionem ꝛc. Sed nō videt ꝙ sit cōueniens ista denoīatio: eo ꝙ simō noluit vēdere spūalia: sed emere. Et vt hr̄. iiij. Reg. v. Giezi spūalia vēdidit Naaman syro: ergo nō magis dz dici simonia ꝙ giezia. Rñdet Rich. vbi. s̄. ꝙ cōueniētius nominatur simonia ꝙ giezia: qꝛ vitiū tam emptionis ꝙ vēditionis quātuz ad volūtatē fuit in simone mago. Ad hoc em̄ voluit emere pecunia donum spūsancti vt postea alijs vēderet. Si tñ distincte loqui volumus: possum⁹ vēdentes spiritualia appellare giezitas: ꝛ emētes simoniacos. ¶ Scdo ꝯsiderem⁹ rōnē q̄re spūaliū emptio siue vēditio sit illicita.

Prima ex parte vendētis.
Scda ex parte emētis.
Tertia ex parte vēditionis.

¶ Prima rō est ex parte vēdētis: qꝛ ille qui vendit spūalia nō est illoꝝ dñs: sed dispensator. Uñ. j. Coꝝ. iiij. c. apostolus dixit: Sic nos existimet homo vt ministros xp̄i et dispēsatores ministeriorum dei. ¶ Scda rō ex parte ementis. Ille q̄ emit rē multo minori precio ꝙ valeat iniuste emit. Sed spūalia sunt tāte nobilitatis ꝛ perfectionis: ꝛ per cōsequēs valoris ꝙ nulli precio tēporaliū rerum possent adequari. Uñ ꝛ de sapiētia que est res spūalis dr̄ Prouerb. viij. Melior est sapiētia cūctis opibus preciosissimis: ꝛ om̄e desiderabile ei nō pōt comparari. ¶ Tertia rō ex parte vēditiōis. qꝛ qui vtitur aliquo actu ad illud: seu alio modo quem ordinauerit deus inique facit: et tanto peius quāto illud est in se dignius. Ordinauit aūt deus spiritualia gratis cōferri debere hoībus per ministros ei⁹: qd̄ xp̄s declarauit dicēs: Matth. x. Gratis accepistis gratis date: scilz sacramēta et alia spūalia. Unde in cōsilio Toletano. j. q. j. c. quicquid. dicitur: Quicquid inuisibilis gratie consolatione tribuit: nun ꝑ questibus vel quibuslibet premijs venūdari penitus debet. dicēte dño Matth. x. Gratis accepistis gratis date. Et sic colligit ꝙ simonia ꝓpter dicta peccatū est mortale. Et supadditur ratio ꝙ nullus dz excōicari nisi pro mortali pctō: vt dictum est in sermone de inobediētia. Sed pro simonia debet quis excōicari. Uñ. j. q. j. c. quicunq; sacros. dr̄: Anathema danti scz fiat ꝟm glosam anathema: accipiēti simonia. ¶ Tertio ꝯsiderem⁹ determinationē q̄d intelligit ꝑ spūalia aut spūalibus annexa. Et ꝟm doctores spūalia dicūtur sacramēta: scz baptism⁹: chrisma: eucharistia: ordo: pnīa: extrema vnctio: ꝛ bñdictio nuptiarū. Pro quibus dare pecuniā vel recipere vt preciū eorum est prohibitū: qꝛ simonia. Annexa v̄o spūalibus dicunt: dedicatio ecclesiarū: cōsecratio virginū: ꝛ aliarū rerū pertinētiū ad cultū diuinū: benedictio abbatū: absolutio ab excōicatione vel alijs cēsuris ecclesiasticis: electio prelatoꝝ ecclesiasticoꝝ: cōfirmatio eoꝝ: renunciatio: visitatio ipsoꝝ prelatoꝝ: correctio criminum: vel desistere a correctione in iudicio ecclesie: cura aīarum: ingressus religionis seu monasterij: eccl̄ia seu beneficiū simplex vel curatū: prebēda: dignitas ecclesiastica: vt archidiaconatus: prepositura: epatus: ꝛ hmōi: officiū sepulture: vel locus eccl̄ie cōsecratus ad sepulturam: vel vbi iā est sepultus aliq̄s capellanus patronatus: ius percipiendi decimas. Officia eccl̄iastica vbi est aliq̄d iurisdictionis spūalis: vt iconomus: vicedominus: ꝛ hmōi. Ferre sententiā in iudicio eccl̄iastico: ꝑmutatio dignitatis ecclesiastice vel bñficij: ꝛ filia. Pacisci ergo ꝓ his simonia est. Unde dr̄. j. q. ij. c. ꝙpio. Absit oīs pactio: cesset omnis cōuentio: scz emptionis aut venditionis. ¶ Notanduz tñ ꝙ si quis sine pactione expressa vel exactione conferat aliquid spūale spiritualiter hac intentione vel ꝓpter illud recipiat tēporale: puta audit confessionē vel dicit missam vel confert ordinē siue beneficiū: ꝛ filia: principaliter qꝛ sperat ꝓpter hoc se habiturū

pecuniā vel aliquod preciuz. Et sīr qui dat temporale principaliter vt recipiat spūale: puta eucharistiā: ordinē sacruz: beneficiū: ⁊ hmōi: simoniā cōmittit mē talē que mortale est ꝑm Richar. Tho. Ray. Hostiēsi. ⁊ Inno. Sed talis simonia mentalis tollitur per penitentiā. ex de simonia. c. mādato. Ubi aūt nō fit pactio vel exactio vel principalis intentio ad tēporalia in collatione spiritualium vel receptione: sed gratis ⁊ elemosynaliter detur aliq̄d ⁊ accipiat ad sustentationē nature vel reuerētiā sacramentorū: vel ad seruandū laudabilē cōsuetudinem: licite ⁊ sine simonia dari ⁊ accipi pōt. Ūñ Greg. ſ. q. ij. c. sicut ēpm. ait: Eius oblatio nullā culpe maculā ingerit que nō ex ambitis petitiōe ꝓcessit. Nec simoniaci sunt tm̄ qui spūalia vendunt vel emūt: sed etiam illi qui in his mediatores sunt: quos eccl'ia graviter punit: sicut patet. ſ. q. ij. c. sicut ēpm.

¶ Qz pecunia est materia inductiua peccati simonie: et quomodo pecunia accipitur multipliciter et multiplica munere. Capm. ij.

Secūdū mysteriū cōtemplandū de simonia dicitur inductio. Est nāq; huius sceleris materia inductiua pecunia: sumēdo pecuniam large: vt in sermone precedēti dictū est: ꝓ oñi eo q̄d pōt tēporaliter possideri. Pōt etiā pecunia dici quicquid precio tēporali estimari potest seu mēsurari: nō solum pecunia numerata in monetis: auri: argēti: ⁊ erie: vel ea que cōiter cōsueuerūt emi vel vēdi: vt vasa aurea vel argentea: aīalia: agri: ⁊ hmōi: sed etiaz preces ex quibus acquirit fauor popularis ⁊ obsequia tēporaliter prestita. Ūñ dicit Greg. ſ. q. ſ. c. sunt nōnulli. Cū virū iustum ꝓpheta describeret. ait: Beat⁹ qui excutit manus suas ab oñi munere. Qz aliud est munus ab obsequio: aliud a manu: aliud a lingua. Munus ab obsequio est seruitꝰ indebite impēsa. Munus a manu pecunia est. Munus a lingua: fauor. ſ. mundanus. Et ꝓ quodlibet horū munerū ēñ interuenit in spūalibus cōmittit simonia: vt ibidē Greg. dicit: Et ad idē est. ſ. q. ſ. c. saluator. Urbanus ait: Quisquis res ecclesiasticas. i. spūalia que dei dona sunt: nō ad hoc ad qd̄ instituta sunt: sed ad propria lucra munere lingue: vel indebiti obsequij: vel pecunie largiat vel adipiscat: simoniacus est. Et quātuz ad munus a lingua sciendum ꝙ si quis prelatus cōfert bñficiū ecclīasticū seu dignitatē ecclesiasticā: vel aliqd̄ sacramentū ad preces alicuiꝰ hac intētione principali vt eiꝰ precibus cōferenti laus vel fama acquiratur: vel vt cōtrariū euitetur: simoniā cōmittit. Et si preces porrigūtur ab aliquo ꝓ indigno de bñficio curato vel simplici: ⁊ ille q̄ porrigit et q̄ exaudit simoniā cōmittit: si ad ꝑces factas principaliter mouēt. Si aūt ꝑces porrigūtur ꝓ digno: ad idoneitatez respicitur: nō ad preces principaliter: nec rogās nec cōferens male facit: nec simoniā cōmittit. Si vo q̄s ꝓ se preces porrigat de beneficio simplici nō reputatur simonia si alꝫs est dignus. Nā si indignꝰ simoniacus reputat. Et sīr simoniā inducūt ꝑces ꝓ se porrecte de beneficio curato: etiā si alꝫs sit dignus: qz rōne ambitionis ⁊ presumptionis reputat eoipso indignus ꝑm beatū Tho. in. iiij. di. xxv. ⁊. ij. q. c. ⁊ Ray. in summa sua. Quātū ad munus ab obsequio reputatur simonia q̄n quis seruiret alicui prelato obsequio inhonesto. Sed quoad obsequia honesta: videlz ordinata: vel ad vtilitatem ecclie vel plati rōnabilē nō reputatur simonia: ita tm̄ ꝙ non principaliter seruiēs faciat ꝓpter illud cōsequēduz. Ūñ Greg. ait: Ecclesiasticis vtilitatibꝰ deseruientē ecclesiastica oportet remuneratione gaudere. xij. q. ij. c. ecclesiasticis. Munus a manu est cū datur pecunia: ⁊ hmōi. Ubi tm̄ notandum ꝙ pecunia pōt dari ⁊ recipi licite ꝓ spirituali: ⁊ sine simonia q̄ntz rationibus.

Prima rōne permutationis.
Secūdo rōne sustentationis.

Tertio rōne ꝓuocationis.
Quarto rōne punitionis.
Quinto rōne vitāde vexationis.

¶ Primo rōne ꝑmutationis. ꝓbat̄ sic. Qui vult remissionē peccatoꝝ ꝯseq̄ dꝫ si pōt elemosynas facere. Vñ Danielis iiij. Peccata tua elemosynis redime. ⁊ Amb. de peñ. di. j. c. medicina. Pctīs tuis venūdatus es redime te pecunia tua. Debet etiā quis ꝑ adeptione eternevite tēporalia cūcta dare. iuxta illud Luc. xvj. Facite vobis amicos de māmona iniq̄tatis. ¶ Scd̄o pōt dari pecunia rōne sustētatiōis: sicut sacerdos promissa quā dicit: accipit pecuniā vel prebendā: nō ꝙ illā accipiat ꝑ ꝯsecratione eucharistie: vel pro orōnibus et hmōi: quasi p̄ciū: sꝫ vt stipēdiū sue sustētationis. Vñ Hiero. j. q. j. in. c. iudices. ait: Accipiāt necessitatis sustentationē a ppl'o: mercedē ministratiōis a deo. Sic ⁊ ꝓphete antiqui testamēti si aliq̄n recipiebāt aliq̄d in ꝓphetādo accipiebant in modū elemosyne ad sustētationē nō ad p̄ciū ꝓphetie. ¶ Tertio pōt dari pecunia ⁊ accipi rōne ꝓuocationis. Et si dant̄ elemosyne pauꝑibꝰ ad inducēdū eos ⁊ excitādū vt orēt ꝑ bñfactoribus suis nō loco precij: qꝛ oratio spūalis est ⁊ appreciari non potest. ¶ Quarto rōne punitiōis. Exigit̄ q̄nq̄ ab eo qui absoluit̄ ab excōicatiōe pecunia: nō ꝑ ip̄a absolutione: qꝛ hoc esset simonia: sꝫ ī punitionē. ¶ Quinto rōne redimēde vexationis. Nam anteq̄ ius acq̄rat̄ alicui in bñficio vel dignitate: nō licet dare ad redimēdū vexationem suā: qꝛ esset simonia: sꝫ postq̄ fuerit adeptus ⁊ ius sibi acquisitū vexationē sibi iniuste factā sup bñficio vel dignitate: licet pecunia redimere: sed non iustam vexationē vt si iuste accuset̄: ⁊ hmōi. ¶ Qualiter puniuntur simoniaci: tum per priuationem gratie diuine: tum ꝑ suspensionem ordinis et beneficij simoniace susceptorum: tum etiam per obligationem ad restituendum.

Capitulum.iij.

Tertiū mysteriū cōtēplādū de simonia d̄r punitio. Punitur etenim hoc peccatū multiplici pena.

Prima d̄r gratie dei perditio.
Secunda iusta suspensio.
Tertia restitutiōis obligatio.

¶ Prima pena d̄r gratie dei perditio: Vñ. j. q. j. c. q̄ studet. Greg. nazāsenus ait: Judas oīm redēptorē vēdidit: mox laqueo suspēsus: eādē redēptiōis gratiā nō obtinuit: et merito qꝛ nemo pōt retinere q̄d vēdidit. Simon etiā magus cuꝫ eandē spūssancti gr̄am emere vellet: dānationis sentētiā a Petro audiuit. Dicit etiā Aug. j. q. j. c. Sicut. q̄ ignis sacrificij qui per septuaginta annos babylonice captiuitatis sub aqua vixerat: extinctꝰ est Antiocho Jasoni vēdente sacerdotiū q̄d significauit ignem: idest gratiā spūssancti nō licere in simoniacis sacramentis. ¶ Scd̄a pena qua puniūtur simoniaci est iusta suspensio. Sunt em̄ notorij simoniaci suspensi ab ordinibus ⁊ beneficijs simoniace susceptis. vt. j. q. j. c. statuimus. ⁊. c. quisquis. ⁊ hāc suspēsionē videtur Ambrosius vocare excōicationē in. c. reperiūtur. j. q. j. ꝟm glo. Et tales scꝫ cōferentes ordines vel beneficia ⁊ officia ecclesiastica: ⁊ ista etiā recipientes per simoniā sicut clerici debēt deponi ⁊ priuari omni officio et bñficio simpliciter si conuincant̄ de hoc in iudicio ecclesie. Si sunt laici vt mediatores simonie debent excōicari. j. q. ij. c. si quis. Efficiūtur etiam infames: ⁊ quilibet criminosus admittit̄ ad accusationeꝫ eoꝝ. ex̄ de simonia. c. tanta. ⁊. c. si dñs. ¶ Tertia pena simoniacoꝝ est restitutiōis obligatio. Nā ꝟm Tho. pecunia recepta per simoniā retineri nō pōt: sed restitui dꝫ: nō cōferēti: qꝛ turpiter dedit sed dꝫ pauperibꝰ erogari: vel illi ecclesie in cuius iniuriam data est applicari: ⁊ hoc in om̄i simonia. Et ꝟm Tho. ⁊ Innocentiū ⁊ Raymū. simoniacus quoad beneficia simplicia vel curata per simoniā recepta perdit fructus: qꝛ nō pōt ill

los recipere: ⁊ receptos tenet restituere deductis expēsis factis in vtilitatem ecclesie: ⁊ gratia fructuū colligendorum: ⁊ hoc qꝛ fur est et latro in illo bñficio. In veteri aūt testamēto: vt habet.iiij. Regum.v. Giezi ꝓpter simoniā quā cōmisit accipiendo pecuniā a Naaman syro: quē Heliseus ꝓpheta curauerat lepra percussus est cum oībus posteris eius. Sed quid dicā? Quo me vertā? Qualiter verba concludaz? Audiuimus ex his que dicta sunt cq̄ graue sit vitiū simonie ⁊ tñ hodie vbiq̄ regnat: vbiq̄ sua tela proijcit. O ecclesia dei: o sponsa decora agni immaculati xp̄i iesu: q̄s in te prefi cit tot ignaros: indoctos: inhabiles ad curam animarū. Quis ordines: dignitates: ⁊ beneficia tua tā multis indignis tribuit. Audeo dicere ꝙ pessima illa et truculenta belua simonia mala hec oīa fecerit. Et ne descēdamus ad particularia tm̄ vnum tenere firmiter possumus ꝙ si simonia cessaret a ministris ecclesie: cūcta bene optimeq̄ disponerētur: ⁊ aīas in pctīs alligatas absoluerēt ac de diaboli laqueis liberarēt se ꝟo nō illaquearēt: sed potius velut ministri digni adipiscerētur in hoc seculo dei gratiam: et in futuro sempiternam gloriaz: in qua xp̄s viuit et regnat per infinita secula seculorum. Amen.

¶ Feria quarta post Oculi: de cogitationib⁹ malis ⁊ vitiosis vitādis ꝓpter quas solas ⁊ absq̄ effectu operum exterioꝝ posset hō dānari. Sermo.xlij.



De corde enim exeūt cogitationes male Verba sunt redēptoris nr̄i originaliter Matth. xv. ⁊ in euāge. hodierno. Extat apud nōnullos opinio q̄dē satis falsa ⁊ periculosa: qm̄ nō arbitrant esse pctā q̄ ꝑ opa extrinseca nō ꝑpetrantur: cū tñ ſm rei veritatez multo plura sint mala q̄ latēt in corde: in die iudicij manifesta fiēda: q̄ ea q̄ nūc apparēt forinsecus ⁊ vident. Hoc aūt euidēter satis aperuit oīm doctor iesus xp̄s dei filius in lectione scti euāgelij. Quapropter vt q̄ verā pniam agere volūt totaliter mūdent ⁊ q̄libet expellant facinora: in presenti sermone de cogitationib⁹ disseremus: de q̄b⁹ tria mysteria declarabo.

Primū d̄r cognitio.
Scd̄m offensio.
Tertiū remediatio.

¶ Qꝛ cogitationes cordiū certitudinaliter cognosci non pñt: nec a demonibus neq̄ ab angelis btis: sed bñ a solo deo quē nullū latet secretū. Cap̄.j.



Primū mysteriū declarāduz de cogitationibus d̄r cognitio. In quo vidēdū erit qualiter cogitationes nostrorum cordiū cognosci possunt, Et hoc tripliciter.

Primo respectu demonis.
Scd̄o respectu angeli.
Tertio respectu dei.

¶ Primo vidēdū est qualr cogitatiōes hoīum cognoscunt respectu demonis: De quo dubiū esse pōt: vtrū cognoscat secreta ꝯscie? Et videt ꝙ sic. Primo qꝛ officiū demonū est accusare. Vñ Apoc. xij. Proiectus est accusator fratrū nr̄oꝝ ergo si in iudicio arguemur de secretissimis cogitatiōib⁹: videt ꝙ he nō lateāt accusatorez nr̄m. Scd̄o arguit: qꝛ dicit Aug. xij. sup Gen. ad lr̄am. Mali angeli cogitatiōes nouerūt: qꝛ mlta p̄dicūt q̄ nō p̄dicerēt si cogitationes nō nouissent. Tertio arguitur ex dictis Aristo. ij. de aīa. Notior est opatio q̄ potentia ⁊ potētia q̄ suba: qꝛ ꝑ cognitionē opationis ⁊ potētie ꝑuenit ī cognitionē sube. Sed suba aīe nō pōt latere diabolū: ergo nec ei⁹ opatio nec ꝟtus: ergo si cogitatio ⁊ affectio sunt passiōes aīe: ḡ non pñt latere diabolū. Sed ꝯ arguit ex dicto Aug. di. in li. de eccl'iasticis dignitatib⁹. Internas aīe cogitatiōes diabolū non videre certi sumus. Rñdet Bon. ⁊ Rich. di. viij. ij. lib. ꝙ duplex est cognitio. Prima certitudinalis: ⁊ tali cognitione demones nō pñt sciarū secreta ri-

mari. Scda est cognitio ꝯiecturalis q̄
est ꝑ aliquos motus seu ꝑ aliq̄ signa.
Et qm̄ pauca sunt ita secreta q̄n ꝓdeāt
in opera exteriora: vel appareant ꝑ si-
gna exteriora facie vl' ꝑ signa corporis
qd̄ diuersimode mouet ſm diuersitatē
affectionū: hinc est ꝙ multe cogitatio
nes nr̄e deprehēdi pn̄t a malignis spi-
ritibus nisi arceantur virtute diuina:
hec aūt cognitio potiꝰ est cōiecture q̄
certe sciētie. ¶ Ad primū ergo argumē
tū dicit Bon̄. ꝙ in die iudicij nō solum
demon erit accusator: īmo etiā ꝛ cor no
strū. Un̄ de exterioribꝰ accusabit diabo
lus: de secretis v̄o ꝯsciētia ꝓpria. ¶ Ad
scd̄m ptz rn̄sio ꝑ distinctionē iā factam
de duplici cognitione. ¶ Ad tertiū v̄o
scilz ꝙ notior est opatio q̄ substantia:
dicit Bona. ꝙ verū est de opatione ex-
trinseca. De intrinseca aūt aīa non hz
semꝑ v̄itatē. Multe em̄ res sunt nobis
note quaꝝ v̄tutes ꝛ opationes nos la-
tent. Uel dicendū ꝙ illud hz locum in
opatione naturali nō in opatiōe volū-
taria. Opatio em̄ naturalis ſm ꝙ na-
turalis est ita se natural'r nata est rep̄-
sentare: nec se occultare pōt sicut nec
suba: īmo ꝑ ip̄am manifestat̄ suba duz
plus hz de rōne actualitatis ac ꝑ hoc
manifestatiōis ꝛ lucis. In opatiōe aūt
volūtaria secus est. Nā cū suba natu-
ral'r se rep̄sentet: sicut natural'r est et se
occultare nō possit: opatio voluntaria
sicut volūtarie exijt in esse: ita ꝛ volūta
rie manifestat̄: ꝛ ita occultari pōt īmo
nō manifestat̄ nisi hō velit. Talia autē
sunt q̄ latēt in secreto nr̄e ꝯscie. Iō q̄-
uis diabolꝰ videre possit aīam ꝓp̄a vir
tute: nō tn̄ pōt illā ꝯspicere. Et sic ꝯclu
dit̄ ꝙ certitudinal'r demōes arcana pe
ctoris nr̄i scire nō valēt. ¶ Scd̄o vidē-
dū est qual'r cogitatiōes cognoscūtur
respectu angeli. Et licz hermes in lib.
quē fecit de q̄ttuor materijs ꝛ q̄dā alij
cōtēdāt ꝓbare nō latere ipos angelos
cogitatiōes nr̄as: verūtn̄ ī hac ꝑte in-
herebo doctrīe sctī Tho. Colligo itaq̄z
ex eiꝰ dictis in p̄ma ꝑte summe. q. lvij.
ꝛ in. ij. scrip. sen. dis. viij. ar. v. ea q̄ ꝓ so-
lutione huiꝰ dubij faciūt. Dico g̃ ꝙ co-
gitationes pn̄t dupl'r cōsiderari. Uno
mō prout sunt in sua futuritione. Alio
mō ꝓut sunt in sua p̄sentialitate. Prīo
mō. s. ꝓut cogitatiōes sunt future: na-
tural'r cognosci vel videri ab āgelo vel
ab hoīe pn̄t. Cuius rō est q̄ futura nō
cognoscunt̄ nisi ſm ꝙ hn̄t cē determi-
natū in sua cā: sed cogitationes cordis
nō hn̄t determinatū esse in voluntate:
q̄ volūtas se hz ad vtrūlibet: ꝛ iō non
pn̄t cognosci. Scd̄o modo cogitatiōes
cordis possunt ꝯsiderari ꝓut sunt ī sua
presentialitate. Et hoc duobꝰ modis.
Uel ꝓut sunt in suo p̄ncipio: vel ꝓut
sunt ī signo. Primo mō ꝓut cogitatio-
nes sunt solū in suo principio. s. cogita
tiones in intellectu ꝛ affectiōes in affe-
ctu vel volūtate ita ꝙ ex cogitationibꝰ
nō resultat aliqd̄ exteriꝰ signū: puta ali
quis affectꝰ vel motus in corde ꝛ sic so-
lus deꝰ cogitationes cognoscit. Primo
rōne causalitatis: q̄ ille solꝰ cogitatio-
nes cognoscit cui soli subiacet intellectꝰ
ꝛ volūtas creature rōnalis: ꝛ qui solus
pōt opari in eā: ꝛ est eiꝰ principale obie-
ctū ꝛ finis vltimus. Sed hoc ꝓprium
est dei: ergo nec angelo nec hoī cōuenit
sed soli deo. Scd̄o hoc ꝓbatur rōne en-
titatis. Nā quāto aliqd̄ minꝰ hz de enti-
tate tāto minus hz de cognoscibilitate
sed cogitationes minimū habēt de en-
titate: ergo ꝛ minimū de cognoscibilita
te. Addit̄ ꝛ alia rō. s. intimitatis. Nam
quāto aliquid est magis secretū vel ab-
sconditu3 tāto minꝰ cognosci pōt. Sed
cogitationes cordis ipsi mēti ꝛ intelle-
ctui ꝛ volūtati sunt valde intime eo ꝙ
sunt a principio intrinseco. s. intellectu
ꝛ volūtate. Qd̄ patet: q̄ cogitare dicit
actionē intrinsecā: ꝛ iō ille solus cogita
tiones cordis potest cognoscere qui ipsi
mēti pōt se intimare: talis aūt est solus
deus. ¶ Scd̄o cogitationes cōsiderari
possunt prout sunt in exteriori signo: et
sic cognosci possunt ꝛ ab angelo ꝛ a de-
mone: vt dictum est et ab ipso homine.

¶ Tertio vidēdum est ⁊ cōcludendū ex premissis ꝙ cogitationes cognoscūtur ab ipso deo. Ipsi nihil est abscōditū: nihil occultū: cognoscit et quicquid patet ⁊ q̄cquid latet. Vñ Job. xlij. ait: Scio q̄ omnia potes ⁊ nulla te latet cogitatio. Et Ecc̄i. vij. Non te iustifices ante deuz: qm̄ agnitor cordis ipse est. Et ps̄. xciij. Dn̄s scit cogitationes hominū. Et j. Paral. penul. Oīa corda scrutat̄ dn̄s: ⁊ vniuersas mentiū cogitationes intelligit. ⁊ Heb. iiij. Omnia nuda ⁊ aperta sunt oculis dei. ⁊ Job. j. cano. c. iij. Maior est deus corde nostro ⁊ nouit oīa. et xxxij. dist. c. erubescāt. Secretoꝝ cognitor ⁊ iudex deꝰ est. ⁊ Sen̄. ad Lucilluz. Quid ꝓdest aliquid ab hoīe esse secretum: nihil deo clausum est: ipse cogitationibus nostris interuenit. Si interuenit dico vt nunq̄ aliq̄n inde discedat. Ex quibus deprehēdimus quāta sit illorum fatuitas qui gaudēt delinquentes ab hoībus videri nec cogitant deuz omniū secretorū omniūq̄ cordium esse inspectorē. Unde ⁊ poeta Ouidius lib. xiiij. Metamor. ait: Aspiciunt oculis superi mortalia iustis.

¶ Qualiter in cogitatione pōt esse peccatum? et ꝙ alia est cogitatio nature: alia gratie: ⁊ alia culpe. Cap̄m. ij.

Secundū mysterium declarandum de cogitationibus dicit̄ offensio. In quo disputāduz venit. vtrū in cogitatiōe possit hō peccare ⁊ offendere deū? Et arguitur ꝓ vna parte ꝙ nō. Nam omne peccatū aut est in volūtate: aut in actu voluntatis: sed cogitatio est actus intellectus: ergo in cogitatiōe nō pōt esse peccatum. Sed in cōtrarium est autoritas iesu christi in euāgelio p̄senti. Et iterū in scripturis sepius cōfirmatur. Unde Prouer. xv. Abominatio dn̄i cogitationes male. ⁊ Sap. j. Peruerse cogitationes separant a deo. ⁊ Prouer. vj. Deus odit cor machinans cogitationes pessimas. ⁊ Esa. j. Auferte malum cogitationuz vestrarū ab oculis meis. ⁊ lv. Derelinquat impius viā suaz: ⁊ vir iniquus cogitationes suas. ⁊ Hiere. iiij. Usq̄q̄ morabunt̄ in te cogitationes noxie? Et Zach. j. Cōuertimini de vijs vestris malis: ⁊ cogitationibus vestris pessimis. ⁊ Mat. ix. Cum quidam de scribis dicerent intra se de xp̄o: hic blasphemat: cū vidisset iesus cogitationes eoruz dixit: Quid cogitatis mala in cordibus vr̄is? Respondeo itaq̄ ad hanc questionem ex dictis Alex. in. ij. sum. ⁊ scti Tho. dis. xxxix. ij. li. ar. ij. distinguendo triplicem cogitationem.

Prima est nature,
Scd̄a gratie.
Tertia culpe.

¶ Prima est cogitatio nature: quando quis cogitat ea ad que naturaliter īclinatur: vt si quis sitiēs cogitat de potu: si quis grauatus somno cogitat de dormitione ⁊ hmōi: ⁊ in talibus cogitationibus nō est pctm̄: q̄ ex his que insunt a natura: nec laudamur: nec vituperamur. vt d̄r. ij. Ethi. ¶ Scd̄a cogitatio d̄r gratie: cū q̄s cogitat bn̄facere. Nā vt diximus in primo huius operis sermone. Non pōt quis a seipso cogitare bonuz: q̄ vt inquit Aug. in li. de predestinatione sctōrū. Prius est cogitare bonum q̄ credere ⁊ ipsum cogitare bonuz ex deo est. Notandum tn̄ ꝙ nō omnis cogitatio boni a gratia est inspirante. Nā cuz duplex sit bonum. s. quoddā de necessitate precepti: quoddā de supererogatione ꝑfectionis: lz primū bonū semper sit hoī inspiratum a deo: nō tn̄ semp secūdum: quinimmo posset ⁊ q̄nq̄ diabolus ꝑmittēte deo talia bona suggerere vt sub illorū spē induceret ad grauiora mala: puta posset tentare aliquez vt penitentiam faceret quā fecit beatus Frāciscus: vt sub illa specie aut faceret illū de se multuz presumere aut ad fatuitatem peruenire. Propterea laudo vt cuz sil̄es cogitationes ascēdūt in corde velit hō recurrere ad diuinū cōsiliū pariter ⁊ auxiliū ⁊ petere bonoꝝ ⁊ sctōꝝ viroruz iudiciū. ¶ Tertia est cogitatio culpe q̄n

q̄s cogitat de pctō aliquo. Et hec cogitatio pōt esse aliqñ meritoria: aliqñ venialis: aliquando mortalis. Potest esse cogitatio de pctīs meritoria: cum q̄s cogitat vel vt doleat vel ꝯteraꝛ: sicut dicebat Ezechias Esa.xxxviij. Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine aīe mee. Vel cogitat quis pctā vt illa cognoscat: sicut q̄ hꝫ cōfessiōes audire varia pctā recogitat q̄liter possit illa detestari siue punire. Quandoqꝫ cogitatio de pctīs pōt esse venialis. s. cum q̄s illa cogitat cū aliquali delectatione: nō tñ ex ꝓposito nec ex deliberatione: sed potius ex quadā surreptione. Qñqꝫ insuꝑ cogitatio de pctīs est pctm̄ mortale: qñ videlꝫ q̄s cogitat illa cū sensu liberato ex delectatione ⁊ cōplacētia pctī mortalis. Et q̄uis nō sequaꝛ actus exterior: tñ volūtas deprauaꝛ ⁊ maculaꝛ interiꝰ ꝓpterea graue periculū imminet his q̄ nullā sibi ꝯsciam faciūt de cogitationibus turpibus ⁊ immundis. Iccirco seruāda est Vieronymi regula ad Demetriadē virginē dicētis: Oīm operū ⁊ cogitationū tuarū speculatorē tuū deum crede. Iō caue ne q̄d loquaris aut cogites qđ oculos diuine maiestatis offendat. hec ille.

¶ Qꝛ vitari pñt pctā cogitationū ꝑ exercitiū oꝛonis: lectionis: oꝑationis: ꝑ euitationē locutionis ⁊ auditiōis ociosoꝝ verboꝝ: ⁊ nutritionis ipsarū cogitationū: ⁊ ꝑ amaritudinē. Cap.iij.

Tertiū mysteriū declarādum de cogitationibus đr remediatio. In quo notabimus tria principalia remedia q̄bus cogitationū pctā declinari possint.

Primū est exercitatio:
Scđm euitatio.
Tertiū amaricatio.

¶ Primū remediū est exercitatio aut in lectione: aut in oꝛone: aut in corporali occupatione. Et de hoc ita dicit Viero. ad Saluiniā de Nebridio ⁊ viduitate. Semꝑ ī manibus tuis diuina sit lectio ⁊ tā crebre oꝛones vt oīm cogitationū sagitte q̄bus adolescētia ꝑcuti solet ꝑ iuscemodi clipeo repellanꝛ. Et idez ꝯ rusticū monachū. ⁊ de ꝯse.di.v.c.nūq̄. Facito aliq̄d opis: vt diabolus te semꝑ inueniat occupatū: vt idē ad demetriadē virginē. Nec iō tibi ab oꝑe cessandū est: qꝛ deo ꝓpitio nulla re īdiges: sit iō cū oībus laborādū ⁊ ꝑ occasionē oꝑis nil aliud cogites nisi qđ ad dñi ꝑtinet seruitutē. Propterea Ecc̄i.xxxiij. dicit: Multā maliciā docuit ociositas. ¶ Secūdū remediū đr euitatio. Qui vult cogitationes malas aut fugere aut vincere euitet tria. Primo malā locutionē. s. ociosoꝝ verboꝝ: qꝛ vt inq̄t apls.j.Cor. xv. Corripiūt bonos mores colloq̄a mala. ⁊ Aris.vij.pol. Et dicere de facili q̄ cūq̄ turpiū sit: ⁊ ip̄m facere. ⁊ Viero. in epitaphio sctē Paule. Immūdicia turpe verbū atq̄ lasciuū nūq̄ est de ore virgineo ꝓferendū: q̄bus signis libidinosus aīus ostendit. Scđo euitet auditionē: vt nō solū nō loquaꝛ: verūetiam nō audiat q̄ sordida sunt ⁊ vana: ⁊ cū viderit quosqꝫ de similibus colloquentes velut de serpētibus discedat ab eis. Tertio euitet nutritionē: vt si cogitationes irruāt nō nutriat illas vt retineat: nō in delectationē illarū cōsentiat: sed conet eis repugnare ipsasqꝫ a se repellere quantū pōt. Vñ Viero. ad Eustoc. inq̄t: Nolo finas cogitatiōes crescere: nihil in te babylonicū vel cōfusiōis adolescat. Duꝫ paruus est hostis interficere: nequicia elidaꝛ in semine. Qꝛ em̄ ipossibile est in sensu hoīs nō irruere motus medullarū calore: ille laudaꝛ: ille p̄dicatur btūs q̄ statim vt ceperit cogitatus interficit ⁊ allidit eos ad petram: petra aūt erat xp̄s. Tertiū remediū đr amaricationis. Sicut matres cū a dulcedine lactis filios paruulos volētes retrahere suꝑ māmillas amara q̄dā apponere solēt: vt illoꝝ gustu cessent vbera sugere: sic amaritudo mētis cogitationibus immūdis admixta: eas amaras ⁊ insipidas reddit. Est autez triplex amara me

moria. Prima mortis. De qua sapiens Eccli. xlj. O mors q̄ amara est memoria tua. Scd̄a amara memoria est vltimi iudicij: de quo eccl̄ia cantat ꝓpheticū illud Sophōie. j. Dies illa dies ire: dies tribulationis ⁊ angustie: dies calamitatis ⁊ miserie: dies magna ⁊ amara valde. Tertia memoria amara: est dn̄i nr̄i iesu xp̄i passio. Cū ergo q̄s stimulat̄ aculeis cogitationū malarū: si diligēter recogitat se moriturū: aut in dei iudicio rōnem se redditurū: aut videat xp̄m pro se in cruce patientē facile victor euadet ergo retineamus corda nr̄a ne impleantur malicia malarū cogitationū: vt sic valeamus adipisci in hoc sc̄lo dei gr̄am ⁊ in futuro gloriā. Amen.

¶ Feria quinta post Oculi de religiosa votoꝝ emissione: illorūq̄ obseruantia: a qua multi deficiunt: q̄r post impetratas gratias vota promissa nō soluunt. Sermo, xliij.

IMperauit febri ⁊ dimisit illā. Scribūtur hec v̄ba originaliter Lu. iiij. ⁊ in euāge. hodi. Subuenit deꝰ v̄tute sua infinita necessitatibꝰ hoīm: si tn̄ ipsi religiosa pietate ad eius auxiliū cōfluant: sicut pz ī lectione euāgelica: in qua narrat̄ benigna cōdescensio xp̄i ad sonādū socrū simonis a magnis febribus: fecit tn̄ illud rogatus a suis. Sic ⁊ quotidie curant̄ infirmi a varijs lāguoribus quibus humanū p̄sidiū succurrere minime valet: dei tn̄ adiutorio salutē recipiunt. Id aūt vtplurimū impetrat̄ nō solū ꝑ deuotas or̄ones: sed etiā ꝑ fideliū votorū emissionem. Facto nāq̄ voto deo ⁊ sctis eius q̄plurimi incolumitatis bn̄ficiū sunt adepti. Q̄r v̄o magna est ingratitudo emittere vota ⁊ illa nō exoluere: propterea in hoc sermone de voto aliqua necessaria penitentibus ꝑcurramus. Nā Deut. xxiij. d̄r: Cum votū voueris dn̄o deo tuo non tardabis reddere: q̄r requiret illud dn̄s deus tuus, ⁊ ī ps̄. xlix. Redde altissimo vota tua. ⁊. lxxv. Vouete ⁊ reddite dn̄o deo vestro. De voto itaq̄ tria mysteria principalia erunt declaranda.

Primū d̄r diffinitio.
Scd̄m ꝓhibitio.
Tertiū dispēsatio.

¶ Quid sit votū ⁊ de septem cōditionibus que requirunt̄ ad hoc vt habeat rationem virtutis. Cap̄. j.

PRimū mysteriū declarādū de voto d̄r diffinitio: in quo q̄d sit votū videamus. Et ex dictꝫ scti Tho. ij. ij. q. lxxxviij. ⁊ Rich. di. xxxviij. quarti. sumo hāc diffinitionē. Votū est ꝯceptio melioris ꝓpositi animi deliberatione firmata. Ex qua diffinitione colliguntur septem cōditiones que requirūtur in voto vt debite fiat: videlz

Prima d̄r deliberatio.
Scd̄a ꝓmissio.
Tertia superogatio.
Quarta ordinatio.
Quinta formatio.
Sexta honestatio.
Septima distinctio.

¶ Prima cōditio que requirit̄ in voto d̄r deliberatio: vt. s. fiat ex volūtate deliberata. Nā vt dicit Rich. vbi. s̄. votum d̄r a volādo. Unde sicut in nobis est duplex velle. s. plenū: qd̄ est velle deliberatiuū: ⁊ semiplenum qd̄ est velle ex surreptione: sic dico ꝙ est duplex votū. s. votum qd̄ hz plenā rōnē voti: ⁊ de rōne talis voti est ꝙ sit factū ex deliberatione: q̄r vt d̄r. xx. q. iij. c. p̄sens clericus. Nullū bonū nisi volūtariū. ⁊. xv. q. j. c. non est. Volūtariū sibi militē eligit xp̄s. Et est aliud votū qd̄ nō hz plenā rōnem voti: eo ꝙ nō fit cū deliberatione: sed ex quadā surreptiōe: ⁊ iō nō obligat. Sed ī h̄ orit̄ dubiū: an teneāt vota q̄ fiūt in angustijs: vtputa a mulieribus tp̄e partꝰ ⁊ a nauigātibus tp̄e tēpestatis: ⁊ ab infirmis tp̄e infirmitatis: ⁊ similia. Et q̄dā absolute ⁊ male respōdēt ꝙ nō. Cōtra quos dicit Guillelmus ꝙ est distin-

guendū: qꝛ aut vota p̄dicta fiūt ex intē
tione deliberata: ⁊ sic tenēt ⁊ obligant:
vt pꝫ in.c.sunt q̄ opes.xvij.q.iiij. Si vo
fiāt ex surreptiōe nō tenēt in angustijs
tñ magis subripit mēs q̄ꝫ in pace ⁊ q̄e
te: eo ꝙ ꝑm Aug. in li.lxxxiij. q. passio-
nes tristabiles plus hñt alterare vsum
rōnis q̄ꝫ passiones delectabiles. ¶ Se-
cūda coditio q̄ requirit in voto d̄r pro-
missio. Scd̄m em̄ Rich. ⁊ Tho. vbi.s̄.
Propositū solū ad faciēdū aliqd̄ bonū
nō facit votū: sed ꝓpositū firmatū pro-
missione. Et si fiat corde etiaꝫ sine oris
expressione: adhuc tenet ⁊ ligat in foro
ꝯscie. Exp̄ssio em̄ voti ꝑ vocē refert ad
interiorē deliberationē. Sed hic occur
rit vnū dubiū disputādū vtrū oē votū
publicū ꝑ exp̄ssionē vocis factū coram
alijs sit votū solēne? Et respōdet Rich.
ꝙ differētia est inter votū publicū ⁊ so
lēne: ꝙ qd̄libet votū corā multis ⁊ i pu
blico factū publicū dici pōt: sed nō qd̄-
libet tale pōt dici solēne. Nō enim dici
tur votum solēne nisi qd̄ in se habet ali
quid annexū vt in publicū debeat veni
re: ⁊ per qd̄ vouens ponitur sub alteri-
us hoīs potestate: ⁊ tale est votū in su-
sceptione sacri ordinis: per quē suscipi-
ens cōstituit minister eccl̄ie ad deo pu-
blice seruiendū: ⁊ ponit sub ep̄i potesta
te. Unde tale votū esset solēne etiam si
predictum ordinem ab ep̄o reciperet in
secreto. Professio etiā in religiōe facta
in manu eius q̄ eā pōt recipere hꝫ in se
aliq̄d annexū quo debeat in publicū ve
nire: vñ talis ꝓfessio solēnizat votum
etiā si fiat in occulto. Solennizat ergo
votū per ꝓfessionē in religione ⁊ per sa
cri ordinis susceptionē: vt pꝫ ex̄ qui cle
ri. vel vouē.c.rursus.in glo. ⁊ lib.vj. de
voto ⁊ voti redēp.c.qd̄ votū. Notāduꝫ
tñ vt d̄r in glo.xxvij.q.j.c. mulieres. et
ex̄ de cōuersi.cōiu.c.ex parte.ij. ꝙ in ꝓ
pria domo vti vestibus monachalibus
⁊ votum facere nō solennizat votum.
¶ Tertia cōditio que requirit in voto
dicitur supererogatio. Debet fieri votū
de bono supererogationis: ⁊ nō de bo-
no necessario: qꝛ ad bonū necessariū h
tenetur etiam sine voto. Sed magis
sententiarū dist.xxxviij.quarti.dicit
votorum aliud est cōe: aliud singular
Cōe est qd̄ oēs in baptismo faciūt co
spondent renūciare diabolo: vt hab
de ꝯse.di.iiij.c.prima igit.⁊.c.prima
interroget. Et tale votū fit de his q
sunt necessaria ad salutem. Ibi tñ di
nute inuenit rō voti. Singulare vo
est cū aliquis spōte ꝓmittit se serua
rum aliqd̄ bonū ad qd̄ nō tenet: q̄
teneatur post votum. Hinc d̄r.xvij.q.
c.sunt quedam. Sunt quedā q̄ etiā
vouentes debemus: quedā etiā que
si vouerimus non debemus: sed post
ea deo ꝓmittimus necessario redde
cōstringimur. Sed hic emergit vnu
dubiū: vtrū vota que fiunt sub aliq
cōditione: conditione illa cessante fi
obligatoria? Et respondet Ray.in su
ma. ꝙ duplex est cōditio. Una gene
lis: vt si vixero: si potero: si deus vole
rit: que semꝑ intelligunt etiā si non ap
ponant. vt pꝫ.xxvij.q.ij.c.beata maria
Alia est cōditio specialis: puta cū q̄s vo
uendo dicit: ꝓmitto facere tale bonū
si impetrauero sanitatē: si cōditio defi
ciat votū non obligat. Facit ad hoc q
scribit.xxxij.q.vij.c.nō solū.⁊ ex̄ de co
di.appo.in dispē.c.verū.⁊ de resti.spo
c.olim. ¶ Quarta cōditio q̄ requirit in
voto d̄r ordinatio. Debet votū fieri ip
deo: qꝛ cum vouere sit actus latrie sol
deo debet. Sed dubitatur circa hoc
vota fieri solent etiā sanctis. Sed dic
Richar. ꝙ vota que fiūt sctis nō plene
habēt rōnē voti ꝑ cōparationē ad san
ctos: sed ad deū. Qui em̄ vouet sctō Ja
cobo eius eccl̄iam visitare: locutio: fi
mentalis: siue vocalis qua dicit se vi
taturū sctm̄ Jacobū fit sctō Jacobo: sed
obligatio ad implendū illud qd̄ d̄r pro
prie ⁊ simpliciter loquendo non fit ni
deo. Uñ qd̄ est materiale in illo voto fit
sctō: ⁊ qd̄ est formale fit deo. ¶ Quinta
cōditio que requirit in voto d̄r forma
tio. Hec nāq̄ꝫ est forma voti vt fiat deo

de re bona ad bonū finē: ꝓpterea dicit Rich. ꝙ votū factū ꝓpter malū finem nō tenet: nā magis depēdet votū a suo fine ꝙ̄ a sua materia: qꝛ ꝟm ph̄m. ij. meta. Finis est causa causarū: sed votū factū de materia mala ꝓpter finē bonuꝫ nō tenet. Jccirco vouēs se facturum aliq̄d qd̄ est absolute bonū: non tn̄ ꝓpter hoc intendens nisi finem malum: grauiter peccat ⁊ nō tenet votū: qꝛ talis aut intendit per illud votum se posse cōsequi finem illum: aut non: si nō: iam nō obligat se ꝓpter finem illuꝫ: qꝛ sicut dicit ph̄s. iij. Ethi. Electio nō est impossibilium: ergo a simili nō est alicuius impossibilis ad consequendum. Si sic: errat: qꝛ ꝟm Aug̃. in li. lxxxiij. q. Deo volente ⁊ autore nō fit hō deterior. Deterior aūt fit hō per cōsecutionez finis mali. ¶ Sexta cōditio q̄ requiritur in voto dicitur honestatio. Debet votū fieri de re honesta ⁊ materia bona: ꝓpterea d̄r xxij. q iiij. c. in malis. Jn malis ꝓmissis rescinde fidem: in turpi voto muta decretuꝫ: qd̄ incaute vouisti ne facias: impia est ꝓmissio que scelere adimpletur. Sed dubitat̄ hic de Jepte: de quo habetur Judicuꝫ. xj. ꝙ interfecit filiā suā sicut vouerat: ⁊ tn̄ ad Heb. xj. numerat̄ inter illos qui per fidē vicerunt regna: ergo videtur ꝙ possit fieri votum de re mala ⁊ inutili. Respōdet Rich. ꝙ votū Jepte nō fuit obligatorium nisi ad immolandum animal occurrentis immolaticium. Et quoad hoc fuit licitum et placens deo qd̄ ostendit victoria subsecuta. Unde in occidendo filiam suā fuit fatuus ⁊ impiꝰ: de qua impietate postea penituit. ¶ Septima cōditio que requiritur in voto dicitur discretio. Debet nāq̄ fieri votum discrete prudēter ⁊ moderate. Nā sicut ꝓhibita est indiscreta penitentia ita ꝓhibetur ⁊ votū eius. Sed q̄d de votis stultis: vt sunt vota illorum qui vouent nō comedere caput: aut nō comedere pedes: aut non comedere collum: vel non lauare manus: ⁊ similia, Respondet Thomas: ꝙ talia vota deridenda sunt potius q̄ seruāda. Accipimus ergo ex dictis quāta in vnoquoq̄ debet esse maturitas in vouendo: quanta insuper diligentia in complendo qd̄ voto ꝓmissum est. Jdeo dicit Rich. ꝙ omne votum licitum obligat vouentē ad illud qd̄ voluit adimplendum: nisi in quattuor casibus. Unꝰ est ꝓpter impotentiā adimplendi. Secundus ꝓpter autoritatem superioris dispensandi. Tertius propter defectuꝫ conditionis apposite: vt dictum est superius. Quartus quando illud quod tempore voti facti fuit licitum: postea fit illicitum.

¶ Qꝫ vouere interdicitur septem generibus personarum: in quibus est limitata rōnabiliter facultas vouēdi. Cap̄. ij.

Secundū mysteriū principale de voto declarandū d̄r ꝓhibitio. Nā ꝓhibent̄ septē gradus personarū vouere.

Primi sunt ep̄i.
Scd̄i clerici.
Tertij religiosi.
Quarti pueri.
Quinti filijfamilias.
Sexti serui.
Septimi vxores.

¶ Primi q̄ nō possunt vouere sunt ep̄i. Jpsi em̄ nō possunt facere votū quo dissoluat̄ vīculū eccl̄ie sine licētia dn̄i dn̄i pape. ex̄ de renū. c. nisi cū pridē. Est em̄ ep̄s ecclesie sue spōsus: vt d̄r in. c. inter corporalia. ex̄ de translatione ep̄i ⁊ electi. Jccirco nō pōt emittere vota q̄ eēnt in p̄iudiciuꝫ sue cure. ex̄ de voto ⁊ voti redemptione. c. magna. ¶ Scd̄i q̄ non possunt vouere sunt clerici bn̄ficiati: q̄ nō possunt vouere peregrinationē: aut aliud ꝓpter qd̄ habeant relinquere ecclesiam sine licentia p̄lati sui. de ꝯse. di. v. c. nō opꝫ. Excepto ꝙ possunt vouere ⁊ votum implere etiaꝫ episcopo cōtradicente de intrādo religionē: vt pꝫ. xix. q. ij. c. due sunt. Et sil̄r de accipiēdo crucem. vt habet̄ ex̄ de voto ⁊ voti redēp. c. ex multa. ¶ Tertij sunt religiosi pro

¶ Ad primū dubiū rñdet Boñ. dist.xx. quarti. ꝙ sicut dicit scriptura ⁊ autoritates sctoꝝ ⁊ plures reuelationes: ⁊ rationes ꝯcordant: ⁊ ecclesia vniuersalis cōfirmat q̄ orat ꝓ existētib⁹ in purgatorio: absq̄ dubio post hāc vitā est ponere penā purgatoriā. Et hoc colligit ex verbis xpi dicētis Mat.xij. Qui dixerit verbū ꝯ spm̄sctm̄ nō remittet ei: neq̄ in hoc seculo neq̄ in futuro. In q̄ sentētia dat intelligi quasdā culpas in hoc seculo: quasdā in futuro posse relaxari. Ideo Greg.xxv.dist.c.qualis.ait: Qualis hinc q̄sq̄ egredit: talis in iudicio p̄sentatur. Sed tñ de q̄busdā culpis esse ante iudiciū purgatori⁹ ignis credēdus est: ꝓ eo ꝙ veritas dicit: q̄ si quis in spm̄sctm̄ blasphemiaꝫ dixerit: neq̄ in hoc seculo remittet ei neq̄ in futuro. Et Mat.v. Esto cōsentiēs aduersario tuo cito.i.sindere si murmurāti in malo: aut angelo ad oppositū decertanti: dū es in via cū eo: ne forte tradat te aduersari⁹ tuus iudici.i. deo.et iudex tradat te ministro: idest angelo: ⁊ in carcerē mittaris.i.ꝑ angelū in purgatoriū deducaris. Amen dico tibi nō exies inde donec reddas nouissimum quadrātē. Hoc idē de carcere hui⁹mūdi non pōt intelligi: eo ꝙ nec ibi ponūtur omnes tales. Nec de carcere infernali: q̄ ibi nunq̄ soluit nouissim⁹ quadrans debite pene. Sed de carcere purgatorij habet intelligi q̄ de illo exibit quis q̄n soluerit nouissimū quadrātē. Et adhuc est in prōptu rō quare sit ponēda pena purgatoria. Nā vt di. Aug. ⁊ ponitur a magistro in lr̄a: aut hō punit: aut de⁹ punit: sed frequēter aliqui conuertunt in fine q̄ nō puniunt in p̄senti: ergo necesse est ꝙ puniant a deo sed nō in igne infernali siue eterno: ergo in igne purgatorio. Item si nō esset pena purgatoria post hāc vitā: ergo q̄ perdurat in culpa vsq̄ ad mortem: nullā sustinuerit penā: reportat de malicia sua cōmodum qd̄ est falsum. Et si quis obijceret ꝙ ꝓnior est de⁹ ad mirādū q̄ ad cōdēnandū: sed decedētē in mortali pctō statim ꝯdēnat: ergo decedētē in charitate statim glificat. Item potētior est charitas ad eleuādū q̄ mortalis culpa ad deprimendū: sꝫ culpa mortalis statim demergit ī abyssum: ergo charitas statim eleuat in celū: ergo nō est ponere post mortē aliqd̄ suppliciū. Itē status post mortē respōdet statui qui est in via: sꝫ in via nō est nisi duplex status: scꝫ bonoꝝ ⁊ maloꝝ: ergo similiter post mortē. Ergo anima a corpore recedēs: vel est ī paradiso cū bonis vel est in inferno cum malis. ¶ Rñdet Boñ. ad primū: ꝙ nō est sile glorificare decedētē in charitate statim. sicut cōdēnare decedentē in mortali: qm̄ iste q̄ in mortali est nihil hꝫ qd̄ sit dignum vita. Et iō summe est dispositꝰ ad dānationē eternā et ꝓpter hoc statim dānat iusta retributione. Sed ille q̄ est in charitate: cū charitas simul stet cū veniali culpa: et reatu pene: pōt in se hr̄e aliqd̄ dignū pena. Et q̄ gloria nō pōt simul stare cū pena ꝑm forū cōe: necesse est pro debitū illud solui per penā purgatoriā. ¶ Ad scdm dicit Boñ. ꝙ pōdus charitatis hꝫ in se aliqd̄ retardās: vt culpā aliquā paruulā vel reatū. Sed pōdus peccati nihil hꝫ: eleuās vel retardans: iō nō est simile de ascēsu peccati. ¶ Ad tertiū ꝟo dicendū ꝙ licꝫ duplex sit status principalis.s.bonoꝝ ⁊ maloꝝ: tñ qui habet iusticiā in duplici est differētia. Aut enim est in statu perfectoꝝ perfectione cōplēta: ⁊ talis nō hꝫ cremabilia: nec aliqua debita: et huic statui debetur vita eterna. Alij sunt in statu imperfectoꝝ: et hi habēt cremabilia vt plurimū: ⁊ etiā debita iō oportet primū debita soluit: ⁊ cremabilia cremari anteq̄ introducant in patriā. Et hi purgantur pena purgatoria. Silr carētes iusticia ī duplici sunt differētia. Quidā sunt in statu paruulo

rum: ⁊ hi carēt iusticia originali: et his cōpetit stat⁹ i limbo sine pena sensibili. Aliqui sunt in statu adultoꝝ: q̄ carēt iusticia personali: siue gratuita ꝑ propriā culpā ⁊ talib⁹ cōpetit status infernalis. Et sic pz ꝙ ratio illa non valet. Posset etiam dici ꝙ pena purgatoria nō dicit statū sed magis trāsitū de statu ad statum. ¶ Scd̄m dubiū absoluendū erat: vtrū ad purgationē animaruz sit aliq̄s locus specialiter deputat⁹? Et respōdet Rich̄. di. xxj. iiij. ꝙ ī inferno sunt quattuor loca se habentia ſm superi⁹ ⁊ inferius. In loco maxime infimo sunt damnati ꝑ pctō actuali. In illo qui est immediate supra illū sunt dānati pro solo pctō originali. In illo qui consequēter est supra illū sunt aīe que purgātur: qꝛ ibi de lege cōmuni purgātur: ꝙuis alique alibi purgētur ex aliqua cā speciali scz vel vt viuētibus aliq̄d nuncient: vel vt suffragia pro se impetrēt: ⁊ vt patiēdo vbi peccauerūt dei iusticiam aliquibus sensibilibus manifestēt. In quarto loco non sunt alique anime sed ante xp̄i aduentū ibi erant anime sanctorum patrum: que penitentiā suā in purgatorio expleuerāt: ⁊ ille que recedētes a corpore nihil purgabile portauere. Locus autem prefatus dicebatur sinus Abrae: qꝛ Abraam primus ab infidelibus se separauit: et fidei signaculum distinctiuum accepit. Jō locus requiei que debet aīe ꝓpter fidem charitate formataz sinus Abrae dictus est. Hugo tn̄ lib̄. ij. de sacramentis. parte. xv. c. vij. negare videt aliquē vnū locū determinatū esse purgatiōis animarū: dicēs ꝓbabilius esse vt in his potissimum locis singule penaz sustinere credant: in quibus culpā cōmiserunt: sicut multis sepe documentis probatū est. Alia v̄o siqua sunt harum penarum loca nō facile assignare videtur. Sed sn̄ia ista Hugo. non acceptatur a doctoribus nisi intelligat: vt dicit Bona. ſm dispensationem diuinā ⁊ non ſm cōem legem: qꝛ improbabile est vt omnes anime que parisius peccauerunt parisius puniant. Ideo ſm legem cōem credendum est ꝙ sicut limbus fuit inferius: sic ⁊ locus purgatorius qui locus pars inferni creditur a q̄busdam propter illud verbum Gregorij in. iiij. dial. Sub eodē igne electus purgatur: ⁊ damnatus crematur. ¶ Tertiū dubium absoluendum erat: qui sunt q̄ vadunt ad purgatorium. Et dicere possumus ſm doctores: ꝙ sunt tria hoīum genera. ¶ Primi quidem sunt qui cum venialibus moriunt. Nā sicut dicit magister super illo verbo. j. Coꝝ. iij. Si q̄s supedificat sup fundamētū hoc: aurū: argentū: lapides preciosos: lignū: fenū stipulā: vniuscuiusq̄z opus manifestuz erit. Dies em̄ dn̄i declarabit: qꝛ in igne reuelabitur: ⁊ vniuscuiusq̄z opus quale sit ignis probabit. Per lignū fenū ⁊ stipulaz intelligunt venialia pctā ꝑ quādam similitudinē: qꝛ venialia in eodem subiecto cū charitate existētia possunt per ignez purgatorij ⁊ spūalem ignem charitatis ⁊ dilectionis cōsumi: sicut lignum: fenū: stipula que cōsumant per ignem: ⁊ qꝛ tardius cōsumitur lignum q̄z fenū: ⁊ fenū q̄ stipula: ideo ꝑ lignuz significant venialia grauiora: per fenū media: ⁊ per stipulam minora. ¶ Scd̄i qui vadūt in purgatoriū sunt qui penitentiā ante obitū suū nō egerūt: sicut cōtingit his qui absq̄z cōfessione moriuntur cōtriti. ¶ Tertij sunt hi q̄ iniunctaz sibi penitētiā nō cōpleuerūt. Nā penitētia in cōfessione a sacerdote iniūcta: aut est maior: aut eq̄lis: aut minor. Si aūt est maior: tunc id quod homo plus fecerit cum moritur in augmentum sue glorie cedit. Si est equalis tunc sufficit ad totius pene dimissionem. Si aūt fuerit minor tunc id qd̄ residuum est ex virtute diuine iusticie in purgatorio emēdatur ne aliquod peccatum remaneat impunitum.

¶ De voluntate illorum qui patiuntur in purgatorio: ⁊ de grauitate penaruz: ⁊ de ministro per quez deus infligit penas illas.

Secundū mysteriū principale de purgatorio declarādū dicitur penalitatis. In quo tria dubia sunt aperienda. videlz

Primū vtrū pena sit illa volūtaria.

Secundū vtrū sit maxima omnium penarum temporalium.

Tertiū vtrū per ministerium demonum infligatur.

¶ Ad primū dubiū respondet Boñ. q̄ aliqua pena d̄r tripliciter voluntaria. Uno modo quia assumitur a voluntate īperāte: sicut est penitentialis pena. Alio mō qr sustinet a volūtate acceptāte: sicut est pena martyrū: qr adeo placet q̄ ab ea liberari nō vellent. Tertio modo est quedā pena que acceptatur ⁊ sustinetur a voluntate celerante: vtputa pena que est cū patiētia: ita q̄ eius oppositū est in desiderio sicut cū amās ⁊ desiderans sanitatē infirmat sustinet quidā infirmitatē tanq̄ penam diuinitus inflictā: attamen ab ea liberari procurat: ⁊ illud minime habz rationē voluntarij. Hoc modo est voluntaria pena purgatorij in viris iustis: qui voluntarie eam sustinent: ⁊ desiderant vehementer ad patriā peruenire: ⁊ ab alijs sibi auxiliū preberi. ¶ Scd̄m dubiū videndū erat vtrum pena purgatorij sit maxima oīm penarū tēporaliū? Et ꝑm doc. respōdet q̄ sic. Et ꝓbat tripliciter

Primo autoritate.

Secundo ratione.

Tertio exemplo.

¶ Primo ꝓbat autoritate. Inquit em̄ Aug. de peni. di. vij. c. vl. ⁊ dist. xxv. c. q̄ in aliud seculū. Qui in aliud seculū distulit fructū cōuersionis purgādus est igne purgationis. Hic etem̄ ignis etsi non sit eternus: miro tñ mō grauis est Excellit em̄ oēm penā quāvnq̄ passus est aliquis in hac vita. Nunq̄ in carne tanta inuēta est pena tpalis. ¶ Scd̄o probat rōne. ⁊ ꝑz Boñ. pōt sumi ratio ex diuina iusticia: eo q̄ deus iustus penam nō acceptat ꝑm q̄ punitiua tm̄: sz ꝑm q̄ plus est in ea ratio ordinis [illegible] Scd̄m hoc ergo est intelligendū q̄ [illegible] pena sumpta ⁊ pena inflicta. In pena sumpta nō tm̄ placet deo ordinatio pene ad culpā: sed ordo ⁊ rectitudo q̄ [illegible] in voluntate assumēte. In pena inflicta placet ordinatio pene ad culpam. Qm̄ ergo pena penitentiuz in presenti plus est: pena morientiū est inflicta in purgatorio ꝓ eo q̄ iā nō est tp̄s agēdi sed recipiēdi: iō modica pena in presenti plus satisfacit ⁊ magis est de ea [illegible] ta diuina iusticia: q̄ de magna in futuro. Rich. ꝟo sumit rōnē ex cā ipsius pene. Nā pena causat duplr. s. ex absentia boni amati: ⁊ presentia mali oditi. Et vtroq̄ mō pena purgatorij maior [illegible] bet pena tpali. Aīe em̄ in purgatorio qr motus earū nō retardat mole corporis: vehemētissime desiderāt cū deo perfecta fruitione cōiūgi. Et iō ex huius coniūctionis absentia vehemētissime affligunt: maxime cū videāt tp̄s aduenisse quo cū deo ꝑfecte essent cōiūcte: si [illegible] erāt in corporib⁹ penā suis pctis debitā ꝑsoluissent. Silr ignis affligēs aīas in purgatorio magis est actiuus igne [illegible] q̄ tñ inter alia elemēta maxime est affectiuus. Iō pena purgatorij lōge grauior est q̄ alia pena in hoc mūdo. Quare aūt aīa patiat ab illo igne declaratum est in p̄cedentibus sermone. s. xiiij. [illegible] opis. ¶ Tertio ꝓbat grauitas pene purgatorij exēplo. Vr̄ nanq̄ in legēda [illegible] Greg. q̄ postq̄ orauit ꝓ Traiano: apparuit ei angelus ⁊ dixit: Qr ꝓ dānato rogasti duoꝝ tibi datur optio. Aut em̄ in purgatorio duob⁹ diebus cruciaberis: aut certe toto tpe vite tue fatigaberis doloribus ⁊ infirmitatib⁹. Qui pelegit toto tpe vite sue dolorib⁹ cōcuti potius q̄ duob⁹ dieb⁹ in purgatorio cruciari. Uñ factū est q̄ semp deīceps aut febrib⁹ laborauit: aut podagre molestia pressus fuit: aut validis dolorib⁹ cōquassatus: aut dolore stomachi miserabilr cruciatus. Uñ in quadā epla sic loquit di. Tāte podagre; tātisq̄ dolorib⁹ p̄mor [illegible]

vita mea mihi ḡuissima pena sit. Quotidie em̄ in dolore deficio: ⁊ mortis remediū expectādo suspiro. ¶ Tertiū dubiū ꝓpositū fuit: vtrū pena purgatorij p ministeriū demonū infligat. Et q̄busdā videt q̄ sic: eo q̄ i scriptura: aut vix aut nūq̄ legit q̄ bonꝰ angelus bonos verauerit. Sed veratio bonoꝝ solum a malis fuit: sicut exēplū habet de Job: de Antonio ⁊ aliis sctis ⁊ amicis dei. Mali v̄o vexati sunt a bonis ⁊ malis: ⁊ rō videt esse ꝑm eos: qz q̄ verat alterꝝ ⁊ affligit quodāmō odiū hꝫ. Diabolus aūt odit bonos ⁊ malos ob suā crudelitatē: iō vtrosq̄ affligit cū sibi ꝑmittit: boni v̄o nō odiūt nisi malos: ⁊ iō illos solos affligūt: sicut afflixerunt sodomitas ⁊ egyptios. Hꝫ opinio ista stare nō pōt: qz non decet illū q̄ iuste de aliquo triūphauit: postea puniri ꝑ ipm̄. Sed aīe q̄ sunt in purgatorio adherēdo iustitie vicerūt diabolū. Ergo nō esset cōueniēs vt punirent demonuꝫ ministerio. Propterea alij dixerūt q̄ pena purgatorij infligit angelorꝫ ministerio. Hꝫ h̄ nō videt ꝓbabile: q̄ tam grauiter affligāt ⁊ puniāt cōciues suos: nec hoc de facili ꝑ scripturā posset ꝓbari. Iō dicēdū ꝑm Rich. ⁊ Bon. q̄ q̄uis boni angeli ⁊ mali assistāt morientibus boni ad iuuandū: mali ad nocēdū si p̄nt: tñ in loco penali ipsius purgatorij non puniunt aīe ministerio demonū: nec ministerio bonoꝝ angelorꝫ: sed sola diuina iusticia ignē purgatoriū: sicut instrumētū applicante ad punitionē earū.

¶ De iocūditate quā hñt existētes i purgatorio: tū ꝓpter certitudinē de sua salute: tū ꝓpter cōfirmationē in ḡra: tuꝫ ꝓpter auxiliū viuoꝝ. Cap. iij.

Tertiū mysteriū declarādū de purgatorio ꝰt iocunditatis. Nā inter acerbitatē penaruꝫ sentiūt aīe in purgatorio existētes multā iocūditatem: maxime propter tria.

Primo ꝓpter certificationē.
Scō ꝓpter subuentionē.

Tertio ꝓpter sanctoꝝ affectionem.

¶ Primo gaudēt aīe in purgatorio propter certificationē: qz iā certificate sunt de glia ⁊ btitudine ad quā debēt puenire. Notādū tñ ꝑm Bona. in. iiij. di. xx. q̄ aīe ille maiorē certitudinē hñt q̄ ille q̄ in via sunt: sicut habebāt aīe q̄ erant in limbo. Et illa certitudo media est inter certitudinē ꝓrie ⁊ certitudinem vie. In ꝓria est certitudo tētionis euacuās expectationē ⁊ timorē. In via aūt est certitudo expectatiōis mixta timori: qz q̄libet labi pōt dū est viator. In purgatorio v̄o est medio mō. s. certitudo expectationis: qz nōdū obtinuit: sed est euacuatio timoris ꝓpter liberi arbitrij ꝓfirmationē: qz oīno fit q̄ deinceps peccare nō pōt. Nā cōfirmati sunt in ḡra: nec valēt malū velle: nec duꝫ agere: qđ eis accedit ad leticiā ⁊ iocūditatez: ꝓpterea Bap. iij. ōr: Spes illoꝝ immortalitate plena est. Nec acceptāda est quorūdaꝫ opinio eoꝝ q̄ dicūt q̄ ꝑ acerbitate penarū ita absorbet spūs vt vbi sit ignoret: ⁊ er h̄ dubitet vtrū sit in inferno: vel in purgatorio: aut extra. Sicut cū aīa ex dulcedine cōtēplationis rapit extra se vt nesciat vtrū in corpore an extra corpus h̄ videat: sic suo mō dicūt in penis se habere. Sed certe hoc nō videt posse rōnabiliter sustineri: qz etsi spūs carni coniunct⁹ possit ab hmōi penis adeo absorberi: vt vsum rōnis amittat: spūs tñ separatus q̄ immortalis est non videt adeo absorberi cū fortior fit ad sustinēdū magnā penā in se q̄ in corpore parnam. Et ꝺ dictā opinionē faciūt exēpla q̄ Greg. ponit in. iiij. dial. li. vbi dicit: q̄ q̄dā in purgatorio existētes i grauibus penis petierūt adiutoriū ꝑ liberatione: q̄ scie bāt se aliqñ liberādos. Insup i homel. de diuite ⁊ Lazaro ꝰt: q̄ dānati supra se electos cōsiderāt vsq̄ in diez iudicij. Si ergo pena illa infernalis improportionabiliter grauior est q̄ purgatoria: ⁊ illa nō absorbet vsum rōnis dānatis q̄ sunt oppressi verme desperatione ⁊ culpa: quāto magis nec ista pena absorbe

bit spūs iustoꝝ q̄ fortificati sunt bona ꝯscīa: ⁊ spe: ⁊ diuina gr̄a. ¶ Scd̄o gaudent aīe existētes in purgatorio ꝓpter subuentionē: qn̄ subuenit eis ꝑ suffragia viuoꝝ: de q̄bus diximus in p̄cedenti sermone. Innotescit aūt eis predicta subuentio quadrupliciter. Primo diuina inspiratione. Scd̄o angelica reuelatione: vt d̄r. xiij. q. ij. c. fatenduꝫ. Tertio morientiuꝫ noui intimatione. Quarto experientie cognitione: qꝛ ꝑ suffragia q̄ impendunt eis experiunt sibi diminui penā. Cōueniēs nāq̄ est vt innotescat eis a q̄bus ⁊ q̄ suffragia fiāt: vt cum de purgatorio fuerint liberate: ⁊ in gloriā angeloꝝ assumpte: gratias suffragatoribꝰ suis impēdant: ꝓ eis apud largissimum miseratorē oīm deū intercedētes Nō em̄ possibile est vt ingratitudo vel aliqd̄ qd̄cūq̄ vitiū locū habeat in gloria sempiterna. Tertio gaudent aīe in purgatorio ꝓpter sctōꝝ affectionē. Superni q̄dē ciues orāt ⁊ rogāt dn̄m iesuꝫ xp̄m ꝓ illis ꝓximis suis: quos cruciari cernūt. Scd̄m enim Bon̄. in. iiij. di. xlv. duo inducūt sctōs orare ꝓ his q̄ in purgatorio sunt. Primū est eoꝝ necessitas qua indigēt ab illis releuari. Scd̄m est dei volūtas: q̄ vult ꝙ vnū mēbrū releuet aliud. Tertiū addi pōt. s. futura iocūditas seu felicitas. s. vt eoꝝ gl̄ia accidentalis augeat cū videāt eos futuros cōciues suos. Vn̄ credēdū est ꝙ angeli scti semꝑ visitāt eos ⁊ cōsolantur. Propter que oīa ad prudētiā spectat dū viuimus in hoc seculo penā quā possumꝰ ꝓ pctis nostris exoluere. Sin v̄o illam in purgatorio dolēter luemus: vbi licꝫ ꝓpter rationes iā tactas aliqua leticia aderit: nō tn̄ tāta erit vt Bon̄. ait: quanta erit afflictio. Jō sollicite cogitemus que vētura sunt ⁊ oculos aperiamus in tpe opportuno: vt sic placemus deum quem offendimꝰ impetremusq̄ ab ip̄o hic gratiam: ⁊ in futuro seculo sempiternam gloriam. Amen.

¶ Feria tertia post Letare: de iudicio curioso ⁊ temerario: propter quod multi qui se iustos credūt peccatores sunt ⁊ inimici altissimi dei. Sermo. xlix.



NOlite iudicare s̄m faciē: sed iustū iudicium iudicate. Verba sunt redemptoris nostri originaliter Job. vij. et in euangelio hodierno. Prebuit nobis saluberrimum documentū satisq̄ necessariū saluator noster dn̄s iesus xp̄s dum dixit verba in themate nostro proposita: qm̄ ob curiosum iudicium multi qui se bonos existimant sepenumero mali fiunt. Scd̄m v̄o Alex. sniaꝫ in. iij. volumine sum. duplex est iudiciū. Vnū publicū ⁊ ordinatū: qd̄ quidē est actus iusticie. Aliud v̄o vsurpatū ⁊ temerarium: quo quis proximū suuꝫ iudicat vel reputat bonuꝫ aut malū. De hoc itaq̄ iudicio de quo locutus est xp̄us: ⁊ nos in presenti sermone dicemus: In quo triplex iudicium subdistinguemus declarandum.

Primum dicitur dubietatis.
Secundum veritatis.
Tertium temeritatis.

¶ Qꝛ peccatum est iudicare in deteriorem partem aliena facta que nobis dubia sunt: ⁊ quare dubia sunt in meliorem partem interpretanda. Cap. i.



PRimum iudicium vsurpatū dicitur dubietatis: cuꝫ quis proximum suuꝫ ex operibus dubijs iudicat malum. Nam multa sunt opera que bn̄ fieri possunt ⁊ male sicut ieiunare: orare: elemosynas facere: audire missas: visitare ecclesias ⁊ similia: in quibus si quis diffinitiue iudicaret proximum talia male facere vtputa ꝓpter vanam gloriam: aut aliquem alium malum finem: peccaret ꝑ vsurpationem iudicij. Jcirco in his seruanda est regula que ponitur in glo. Rom̄. xiiij. sup̄ illis verbis. Qui nō manducat: manducantē non iudicet. vbi dicitur: Dubia sunt in meliorem ptē interpretanda. Et ꝙ ita fit: probari po

est tripliciter:
Primo autoritate,
Scõo rõne.
Tertio exemplo.

¶ Primo ꝓbat autoritate. Unñ. xxxiij. di.c.habui ſſe. In rebus ambiguis abſolutũ nõ habet eſſe iudiciũ. ꝛ.xj. q.iij. in.c.graue. Graue ſatis eſt ꝛ indecẽs vt in re dubia certa det ſententia. ꝛ.xxx.q. v.c.incerta. Incerta nullatenus iudicemus quouſq; veniat dñs qui latentia ꝓducat in lucẽ: ꝛ illuminabit abſcõdita tenebrarũ: ꝛ manifeſtabit cõſilia cordium. Ad hoc facit ibidẽ,c.nullũ.ij.ꝛ.c. iudicantẽ. ꝛ idem ponit in glo.ſuper.c. nauiganti. eẽ de vſur. ꝛ in.c.ex litteris. de ꝓbationibus. Ad idẽ eſt illud dictũ eẽ de regu.iur. Eſtote inquit miſericordes ꝛc. Hoc loco nihil aliud nobis precipi eriſtimo niſi vt ea facta que dubiũ eſt quo alio fiant in meliorẽ partẽ interpretemur. ¶ Scõo ꝓbat ꝙ dubia ſunt in meliorẽ partẽ interpretãda ratione. Et hoc tripliciter.

Primo ꝓpter diuinã maieſtatẽ.
Scõo ꝓpter primi charitatẽ.
Tertio ꝓpter ꝓpriã vtilitatẽ.

¶ Primo ꝓpter diuinã maieſtatẽ. Dubioꝝ em̃ ꝛ ſecretoꝝ deus iudiciũ ſibi reſeruat: q̃ dixit Viere. xvij. Prauũ eſt cor hois ꝛ inſcrutabile q̃s cognoſcet illud? Ego dñs ſcrutãs cor ꝛ ꝓbãs renes: qui do vnicuiq; iuxta viã ſuã. ꝛ.xxxij. diſ.c. erubeſcãt. Deus ſecretoꝝ cognitor ꝛ iuder eſt. Vnde eſt ꝙ ſcribit. ij.q. j.c. nomẽ pſbyteri. Diuine pietatis poteſtati facere videret iniuriã: ſi illius iudicium meo vellẽ iudicio p̃uenire. ꝛ.xv.q.vj.c. ſi a ſacerdotibus. Nõ p̃t humano cõdẽnari examine: q̃ deus reſeruauit iudicio. ¶ Scõa ratio eſt ꝓpter primi charitatẽ. Scõm eñ Tho. ij.ij.q.xcvj. ex hoc ipſo ꝙ aliquis habet malam opinionẽ de aliquo abſq; ſufficienti cauſa: iniuriat ei: ꝛ cõtemnit ipm. Nullus aũt debet aliũ ꝓtemnere abſq; cogẽte cauſa. Ideo vbi nõ apparẽt manifeſta iudicia de malicia alicuius: debemus vt bonũ habere: in meliorẽ partẽ interpretando qõ dubiũ eſt. Et ſi diceret ꝙ iudiciũ dz eſſe magis de eo qõ vt in pluribus accidit: ſed vt in pluribus accidit vt male agãt: q; vt dr Eccs. j. Stultoꝝ infinit? eſt numerus: g̃ dubia magis debemus interp̃tari in malũ q̃ in bonũ. Reſpondet Tho. ꝙ ille qui in meliorẽ partem aliox facta interp̃tatur frequẽtius fallit. Sed melius eſt ꝙ aliq̃s fallat habens bonaz fidẽ de aliquo hoie malo: q̃ rarius fallat habẽs opinionẽ malaz de aliquo bono: q; ex hoc fit iniuria alicui: nõ aũt ex primo. Jõ Sen. li. iij. de bñficijs. ait: Sãct? eſt ꝓdeſſe etiã malis ꝓpter bonos: q̃ bonis obeſſe ꝓpter malos. Ideo lex fauet vt patiatur potius nocentem abſolui: q̃ innocentẽ condemnari. ff. de penis. l. abſentez. in princi. ¶ Tertia rõ eſt ꝓpter ꝓpriã vtilitatẽ: q; ſic homo euitat iudicium dei: ſm illud Luce. vj. Nolite iudicare ꝛ nõ iudicabimini. Notãdũ tñ ſm Alexãdrũ in.ij. volumine ſumme: ꝙ primoꝝ noſtroꝝ facta dubia nobis poſſunt eſſe tripliciter. Primo ex ignorãtia principiũ vt dr eẽ de ſen. excõ. c. cum voluntate. Voluntate ac propoſito maleficia diſtinguunt. Ideo neſcimus ſepiſſime: ex quo principio ꝓcedant alioꝝ opera: ꝓterea in talibus iudicium curioſuz cauere debemus. Secũdo poteſt eſſe aliquid dubium ex ignorantia medij: quia multotiens mutatur voluntas. Nam multi aliqua bona exercentes: mala intentione mutari poſſunt: ꝛ econuerſo. Tertio poteſt aliq̃d eſſe dubiuz ex ignorantia finis: iccirco dicitur. xj. q. j. c. ſacerdotibus. Neſcimus quis in terribili iudicio dei qualis ſit futurus. Etenim Paulus egregius p̃dicator dicit: Nolite ante tẽpus iudicare quoadusq; veniat dñs. Tertio probat ꝙ dubia ſunt in meliorẽ partẽ trãſferẽda exẽplo. Legimus nãq; ꝙ ſctũs frater Leo ſocius bti Fraciſci dũ infirmaret in loco ſcrẽ marie de angelis: vidit in viſione multitudinẽ fratrũ ꝓceſſionaliter incedẽtium

Inter quos viditvnum a cuius oculis
radij procedebant lucidissimi: ⁊ q̄rens
ab vno illoꝝ quis esset ille cuius oculi
ita splendebant: audiuit ꝙ erat frater
Bern̄. de quintaualle primus socius bea
ti Francisci: qui semper de his que vi-
debat in alijs: in melius iudicabat. Qn̄
em̄ videbat aliquos male indutos di-
cebat: Isti melius seruant paupertatē
q̄ tu frater bernarde. Cum v̄o inspicie
bat diuites preciosa indumenta defe-
rentes cordis compunctione dicebat:
Forsan illi subvestibus delicatis humi
liores sunt q̄ tu frater bernarde. Ac ꝑ
hunc modū semꝑ in dubijs bn̄ de alijs
sentiebat. Vis v̄o dictꝫ visio disparuit.
¶ Qꝛ nō peccat q̄ manifesta dānat ma-
la ⁊ iudicat: ⁊ qualr̄ primoꝝ pctā non
sunt curiose exploranda. Capl'm. ij.

Secundum iudiciuꝫ dicitur
veritatis. Ip̄m autē est cuꝫ
quis de manifestis autvir-
tutibus aut vitijs proximi
sui recte sentit. De quo Da
uid in ps̄. lvij. ait: Recte iudicate filij
hominū. Et Arist. j. ethi. Unusq̄sq̄ bn̄
iudicat q̄ bene cognoscit. Et ex̄ de reg.
iur. c. Estote misericordes. Quod enim
scriptum est Mat. vij. A fructib⁹ eoruꝫ
cognoscetis eos. De manifestis dictuꝫ
est: que non possunt bono animo fieri:
vt stuprum: blasphemie: furta: ebrieta-
tes: ⁊ similia: de quibus nobis permit
titur iudicare. Et. xj. q. iij. c. si q̄s dixe-
rit. Si quis dixerit iustum iniustum: ⁊
iniustū iustū: vterq̄ abominabilis est
apud deū. Et ibidem in. c. si quis homi
nem. ⁊. in. c. vhe qui dicitis. inducitur
illud Esa. v. Vhe qui dicitis bonū ma-
lum ⁊ malū bonū: ponentes tenebras
lucē ⁊ lucē tenebras. Verūtamē aliud
est aliena facta subtiliter ⁊ curiose inq̄
rere ⁊ inuestigare: aliud eo ꝙ manife-
sta sunt ⁊ mala illa condēnare. Primū
vitiū est reprehensibile. ꝓpterea Ber.
ait: Noli esse aliene vite aut temerari⁹
iudex: aut curiosus explorator. Scd̄m
v̄o etsi non sit malum: tamen ita faciē-
dum est vt primo peccatori cuius pc
sunt manifesta compassio habeat. Ta
multi reperiuntur qui magis aliena fa
cta q̄ sua iudicare contēdūt. De q̄bus
dicit Sen̄. li. ij. de ira. Aliena vitia an
te oculos habemus: a tergo nostra. Et
Martialis cocus. Ad fratris culpā
le tu lumina portas. Ad ꝓpriā v̄o ma
la: vel ceca geris. Et Chryb. in li. de
punctione. In alienis delictis seue
amarissimi iudices residemus: nostr
autē trabes oculis infixas ꝓprijs non
videmus. Sed vt inquit Tullius li.
iij. q. tuscu. Proprie stulticie est alio
vitia cernere: suoꝝ obliuisci. Ideo sa
uator noster Mat. vij. ait: Quid vides
festucam in oculo fratris tui: ⁊ trabem
in oculo tuo non vides. Aut quomodo
dicis fratri tuo. Frater sine eijciam fe
stucam de oculo tuo: et ecce trabs est
in oculo tuo. Hypocrita. Eijce pri
mum trabem de oculo tuo: et tunc vi
debis eijcere festucam de oculo fratris
tui. Ex hoc vsitatum prouerbium est
Tollere festucā si vis de fratris oculo
Que tua cōturbat lumina tolle trabē
Et Greg. in moral. dicit illud quod pe
nitur. iij. q. vij. c. qui sine peccato. Qui
sine peccato est vestrū primus in illam
lapidem mittat. Ad aliena quippe pec
cata puniēda ibant ⁊ sua relinquebant
Reuocentur igitur intus ad ꝯscientiā
vt prius propria corrigant: ⁊ tunc ali
na reprehendant. Est ad hoc propositū
illd̄ quod scribitur. iij. q. vij. c. iudice
⁊. c. ī grauib⁹. ⁊. c. postulatus. ⁊. c. sacer
dos. Solent aūt hoc vitio multū infi
ci laici ⁊ seculares qui subtiliter ꝑscru
tari querunt sacerdotum ⁊ religiosorum
vitam. Et si peccatum aliquod veniale
in eis viderint: dānant illos: spernunt
doctrinam: contēnunt ipsorum officia
et orationes: reputant ipsos malos: ac
apto ore vbiq̄ crudel'r detrahūt nec co
gitāt qd̄ īpietatibus ipsi sunt inuolu
quod periurijs: blasphemijs: vsuris:
furtis: rapinis: fornicationib⁹: adulte
rijs: sodomijs: atq̄ sil'ibus. Pro q̄bus

s.q.s.in.c.multi. Gregori⁹ ait: Multi
seculariū hominū cū plus sacerdotum
vitā q̄ suā discutiūt: ī magnū ꝯtēptio
nis diuinoꝝ sacramētoꝝ crimen incur-
rūt. Magna em̄ trabe vulneratos ocu
los habētes: eāq̄ negligētes: festucam
tenuē in alioꝝ oculis ꝯspiciūt: quā dū
incaute auellere festināt: in erroris fo-
ueā dilabūtur. hec ille. Iccirco salubre
est documentū fructuosumq̄ vt q̄libet
de suis defectib⁹ se accuset: ⁊ humiliet
non aūt alioꝝ pctā p̄sumptuose p̄iudi-
cet. Un̄ beat⁹ Frāciscus dixit in regula
de fratrib⁹ suis. Quos moneo ⁊ exhor
tor ne despiciāt neq̄ iudicēt homines
quos viderint mollib⁹ vestimētis ⁊ co
loratis indutos: vti cibis et potib⁹ de-
licatis: sed magis vnusquisq̄ iudicet ⁊
despiciat semetipsum.

¶ Q̄ temerariū est iudicare de ꝓximo
malū ꝑ quodcūq̄ signū: nisi esset signū
violentum. Capitulum.iij.

Tertiū iudiciū quo q̄s aliū iu
dicat d̄r temeritatis. Et est
cū q̄s male sentit de ꝓximo
uo diffinitiue ꝓpter aliqd̄
indeficiēs signū suspitiōis. De quo fit
mentio.ij.q.j.c.multi. et.xj.q.iij.c. te-
merariū. Notādū tn̄ ꝟm Alexan. q̄ tri
plex est suspitio: ꝟm quā q̄s pōt maluz
de proximo suo presumere.

Prima d̄r violenta.
Secunda leuis.
Tertia temeraria.

¶ Prima d̄r violenta suspitio.s.cū ap-
parēt omnia signa mali: ⁊ nulla bona:
vt si adulter habitaret cū adultera de
quibus etsi non videat̄ quid faciā: tn̄
ꝓpter hmōi signū cohabitationis iu-
dicare illos nō est pctm̄. Propter talia
iudicauit Salomon de filio illi⁹ mere
tricis q̄ alia meretrix illa dormiēte ab
stulisset. de q̄bus d̄r.iij Reg.iij. ⁊ ex̄ de
presump.ī.c.afferte. Nā cū dixisset Sa
lomon. Afferte mihi gladium ⁊ diuidi-
te infantem viuum ⁊ date dimidiā par
tē vni: ⁊ dimidiā partē alteri: quod nō
dixit diffiniendo: sed potius tētando ⁊
inquirēdo v̄itatē. vt dicit glo.sup.d.c.
afferte. Clamauit mulier cui⁹ fili⁹ erat
viuus ad regē. Cōmota sunt quippe vi
scera ei⁹ sup filio suo. Obsecro dn̄e da-
te illi infantem viuū: ⁊ non occidatur.
Ecōuerso illa dicebat: Nec mihi nec ti-
bi: sed diuidatur. Respōdit rex et ait:
Date huic infantē viuū ⁊ nō occidat̄:
hec est em̄ mater ei⁹. ¶ Scd̄a suspitio
dicit̄ leuis: qn̄ sunt leuia signa mali: et
fortia ac plura boni: vt si mulier loqua
tur cū aliquo viro religioso honeste et
in honesto loco ac condescēti: ⁊ sil̄ia: et
sic iudicare malū pctm̄ est. Sciendū tn̄
ꝟm Tho.vbi.s̄. q̄ aliud est ex hmōi si-
gnis dubitare de malo ꝓximi: aliud il-
lud affirmare. Primū ꝑtinet ad huma
nam tētationē sine qua nō ducit̄ ista vi
ta. ꝟm illud apl̄i.j.Coꝝ.x. Tētatio vos
nō apprehēdat nisi humana. Affirma-
re v̄o et existimare pro his signis malū
de proximo suo pctm̄ est. Un̄ Aug.sup
illd̄.j.Coꝝ.iiij. Nolite ante tp̄s ⁊c.ait:
Etsi suspitiones vitare nō possum⁹: q̄
hoīes sumus: iudicia tamen.i.diffini-
tiuas sentētias ꝯtinere debem⁹. ¶ No
tandū adhuc ꝟm p̄fatuz doctorē: q̄ su
spitio de malo alterius pōt tripliciter
prouenire. Primo ex lōga experientia.
Un̄ Aris.ij.lib. Ethicoꝝ dicit: q̄ senes
sunt maxime suspitiosi: eo q̄ multoti-
ens experti sunt alioꝝ defect⁹. Senes
tm̄ inquit cacoges sunt. Est enim caco
gia deterius existimare oīa. Secundo
ꝓuenit talis suspitio mali: ex eo q̄ ali
quis male afficit̄ ad alterū. Cū em̄ q̄s
aliū contēnit vel odit: facile opinatur
malū de ip̄o: q̄ vnusquisq̄ facile credit
qd̄ appetit. Tertio ꝓuenit suspitio ma
li ex hoc q̄ aliq̄s in seipso malus est: ex
quo cōscius sue malicie faciliter maluz
de alijs opinat̄. ꝓpterea sapiēs Eccl̄s
x.c.ait: Stultus in via sua ambulans:
cū ip̄e sit īsipiēs: oēs stultos existimat.
Et Seneca in lib. de morib⁹. Hoc ha-
bet oīs affect⁹ vt ī quo ipse insanit: ce-
teros putet insanire. ¶ Tertia suspitio
dicit̄ temeraria: cuz quis omnia bona

in malā partē trahit. Vñ Chryb. ī quo-
dā sermone ait: Sunt q̄dā puersi q̄ de
oībus male iudicant. Dicūt eñ si quis
studet ⁊ humiliati vacat hypocrita est:
si recreationi gulosus est: si societati se
cularis est: si simplicitati fatuꝰ est: si ali
orū correctioni p̄sumptuosus est: si silē
tio et paci simulator est. hec ille. Quis
ergo explicet q̄ multos lucret diabolꝰ
ꝓpter temeraria ⁊ presumptuosa iudi-
cia: in q̄bꝰ tanto maiꝰ periculū īminet:
quāto minoris culpe esse credunt. Eui
temꝰ itaq; illa quātū possumꝰ: vt sic v̄e
penitētiā agētes assequamur hoc ī se-
culo dei gr̄am: ⁊ in futuro sempiternā
gloriā: in qua viuit gloriosus deꝰ ꝑ in-
finita secula seculorum. Amen.

¶ Feria q̄rta post Letare: de sacratissi-
mis indulgētijs ⁊ relaxationibꝰ: quas
facit ecclesia in remissionē pene pecca-
torum. Sermo.l.

Venit nox quā-
do nemo pōt opari. Re-
dēptoris nr̄i verba sunt
ista originalr̄ Joh. ix.c.
et in euangel. hodierno.
Ostensum est in supiori sermone q̄ gra
uis erit q̄ vhe timēda purgatoria pena
que seruat his q̄ in hac vita ꝓ suis pec
catis satisfacere negligunt. Et qm̄ ple-
riq; excusare se possent di. vires aut tē
pus illis ad satisfaciēdū nō sufficere:
iccirco clemētissime ꝓuidit dn̄s nr̄ ie-
sus xp̄s cōcedēs thesaurū eccl̄ie mini-
stris ꝓ loco ⁊ tpe pctōribus dispēsan-
dū. Fiunt nāq; in ecclesia ꝑ p̄latos ⁊ su
periores relaxationes: ⁊ indulgētie: in
quibus q̄ faciūt qd̄ debent: peccatoruz
suoꝝ remissionē lucrant. Ut autez hoc
clarius intelligat: statui hodierna die
de indulgētijs verba facere: vt reniten
tes pctōres intelligētes illarū virtutē
inuigilēt cū studio eas acq̄rere: nō ex-
pectātes noctē mortis ⁊ purgatorie pe
ne: qñ amplius non poterunt operari.
De ip̄is ergo indulgētijs tria mysteria
principalia ꝓponimus declaranda.

Primum d̄r diffinitio.
Secundum cōcessio.
Tertiū fructificatio.

¶ Quid sit īdulgētia: ⁊ qualr̄ ꝓdest in
foro dei ad diminutionē pene purgato
rie: ⁊ de clauibꝰ a xp̄o collatis sacerdo
tibus. Capitulum.j.

Primū mysteriū de indulgē
tijs declarādū d̄r diffinitio.
In quo q̄d sit indulgētia vi
deamus. Et rñdet Fran. de
may. in tractatu de indulgē
tijs: q̄ indulgētia est remissio pctōrū.
Qd̄ itelligēdū est de remissiōe pene tē
poralis: ad quā pctōr remanet obliga
tus post remissionē culpe ⁊ pene eter
ne. Ip̄a nāq; pena ⁊ culpa eterna remit
tunt ī ꝯtritione cū pctōr iustificat. Et
q̄ vt tactū est sermone septimo huius
opis. c.j. licz in baptismo oīs pena q̄ ꝑ
pctō debet: penitꝰ relaxet merito pas
sionis xp̄i: tñ cum hō pctā iterat reddit
se indignū tanto bñficio: iō in ꝯtritiōe
nisi esset multū feruētissima nō remitti
tur ei tota pena: sz minorat vt dicit ma
gister sen. dist. xix. tertij. quātū decet et
expedit salua diuīa iusticia. Remanet
itaq; vt in pl̄ibꝰ obligatꝰ pctōr ad tem
poralr̄ satisfaciēdū penāq; tpalē exol
uendā. Hanc v̄o taxare hz sacerdos in
ꝯfessione: q̄ vt dictū est in sermone pro
arbitrio pn̄ias pōt iniūgere. Et q̄ rare
cōtingit vt q̄s totā penā tpalē debitā
excipere possit ⁊ adimplere: iō q̄ eaz in
hac vita nō soluūt in purgatorio acri
ter punient. Sed cū q̄s facit illud pro
quo īdulgētie ꝯcedunt a dicta pena li
berat plus ⁊ minꝰ ꝟm īdulgētie q̄lita
tē. ¶ Notandū tñ ꝟm Rich. ⁊ Bon. di.
xx. q̄rti. q̄ fuerūt q̄dā q̄ voluerūt distin
guere foꝝ dei ⁊ foꝝ eccl̄ie. Et hi dixerūt
indulgētias valere quātū ad foꝝ eccle
sie: nō quātū ad foꝝ dei. Nō aūt ipsorū
erat: q̄ nullus inferior pōt absoluere a
pena ad quā ligat supior: sz deꝰ remit
tēdo culpā ligat ad aliquā penā tpalē
ergo videtur q̄ nullus possit de illa ali
quid dimittere. Et ꝓpterea dicūt īdul

gētias valere in foro eccl'ie: remittēdo penas taxatas a iure vel a iudice: nō tñ aliq̄d remittēdo de pena taxata a deo. Uerūtñ ista opinio satis īpia est ⁊ ꝯria rōni: q: si sic esset tūc eccl'ia absoluēdo a penis satisfactorijs trāsmutare ad penas purgatorij: et ad grauiora supplicia. Ideo simpl'r dicēdū est ꝙ relaxatio satisfactiōis q̄ fit in indulgētijs: valet etiā in foro dei: q: deꝰ hꝫ ꝓ condonato qđ sic ꝯdonat. Modus aūt intelligēdi qualiter fieri pōt talis est. Presupponēdū nāq̄ est ꝙ bonū obtinemꝰ ex triplici merito. s. ex merito ꝓprio: ⁊ ex merito capitis: et ex merito eccl'iastice vnitatis. Et ꝙ ita sit in se manifestum est: q: quilibet meret sibi ꝑ gr̄am quaꝫ hꝫ. Qđ xp̄s meruerit nobis nemo dubitat nisi qui fide caret. Qđ eccl'ia mereatur nobis: ⁊ eiꝰ merita patēt ꝑ verba Aug. di. in li. de pnīa. Credēdū est ꝙ oēs orationes ⁊ elemosyne eccl'ie: et opa iusticie: succurrūt recognoscēti mortalitatē suā: ꝑ hunc modū sicut triplex est meritū obtinēdi bonū: sic ⁊ meritū liberādi a malo. Meritū. s. ꝓprium. Et hoc est meritū nr̄e ꝯtritiōis: ⁊ ꝑ hoc meremur liberari a pena eterna: ita ꝙ simul sunt hic duo. sicut in angelis gr̄a ⁊ gl'ia. Secūdo est meritū xp̄i: ⁊ hoc operat in sacramētis ⁊ ptāte clauiū: ⁊ ꝑ hoc remittitur pars pene. Tertio est meritum ecclesiastice vnitatis: et ꝑ illud adhuc fit remissio. Et sic ꝑm triplex meritum fit triplex pene ꝯdonatio: vt sic currat misericordia cuꝫ iusticia: ⁊ in qualibet est mutatio maioris ī minꝰ. Uñ pena eterna primo mutat in tpalē cū remittitur culpa. Scđo tpalis magna ⁊ supra vires cōmutat in penā cōpetētē viribus in sacerdotis absolutiōe: ⁊ qđ residuuꝫ est reseruat in purgatorio. Tertio vero pena illa ad quā q̄s tenet mutat in minorē in īdulgētijs. Hoc aūt pōt facere eccl'ia ex diuina autoritate. Thesauruꝫ em̄ meritoꝝ. s. xp̄i martyrū: ꝯfessorū: ac virginū: recōmēdauit eccl'ie dispēsandū: cū eccl'ie in prelatis tradidit claues regni celoꝝ. Et ꝑ hoc solui pōt rō eorū qui dicūt ꝙ inferior nō pōt absoluere a pena imposita a supiore. Nā licꝫ non possit autoritate ꝓpria: pōt tñ autoritatē ipsiꝰ superioris. Uel pōt dici ꝙ p̄latus dās īdulgētias nō absoluit oīno cōdonādo: sꝫ soluēdo de thesauro ecclesie. ¶ Sꝫ aliq̄s posset obijcere ꝙ eccl'ie nō sunt date claues: q: claues aut sunt ad claudēdū: aut ad aperiēdū. Sed đr Apoc. iij. Xp̄s aperit et nemo claudit: claudit ⁊ nemo aperit: ḡ eccl'ie nō sunt date claues. Uerūtñ in ꝯriū est qđ xp̄s dixit Petro Matth. xvj. Tibi dabo claues regni celoꝝ. Ex q̄bus v̄bis patꝫ ꝙ mediante Petro eccl'ia claues accepit. Qđ no. xxiiij. q. j. c. manet. c. qđcūq̄. c. oībus ꝯsideratis. ¶ Rñdet ergo Rich. dist. xviij. quarti. ꝙ claues regni celoꝝ date sunt eccl'ie. Et accipiuntur hic claues ad sil'itudinē clauiū materialiuꝫ ꝑ quas ostiū claudit ⁊ aperit. Claues em̄ eccl'ie sunt quedam ptās data eccl'ie in prelatis suis ad aperiēdū ⁊ ad claudēdū hoībus regnū celoꝝ: qđ claudit homini ꝑ pctm̄ vel ꝑ obligationē ad penā ꝑ pctō: ⁊ aperit ꝑ remotionē vtriusq̄. Est aūt ptās triplex aperiendi celum et claudēdi. ¶ Prima est autoritas: q̄ est in solo deo: q̄ solus aperit effectiue per infusionē gr̄e: ⁊ claudit ꝑmissiue ꝑmittēdo iusto iudicio hoīem ruere in peccatū gratiā nō ꝯferendo. ¶ Secūda est clauis excellentie q̄ est in xp̄o rōne humane nature: qui celū aperit ꝑ meritū passionis sue: ⁊ claudit ꝑ potestatē iudicialē sibi traditā. ¶ Tertia est clauis ministerij: scꝫ in p̄latis eccl'ie: q̄ celum aperiūt ministrādo sacramēta: q̄ operantur in merito passiōis xp̄i et v̄tute. ¶ Ad autoritatē ergo Apoca. dicenduꝫ ꝙ clausura regni celorū potest tripliciter accipi. Uel ꝓ illa qua erat clausum generi humano propter pctm̄ primorū parentum. Uel ꝓ illa qua claudet oībus reprobis in iudicio ꝑ sententiam diffinitiuam. Uel pro illa qua claudit interim homini per culpam et penam

remittendas. Prima clausura fuit vniuersalis ⁊ nō perpetua: et hāc xp̄s aperuit merito passionis sue. Et de hac d̄r Apoca.iij. Aperit ⁊ nemo claudit. Alia sil̄r clausura erit ꝑpetua: de qua Mat. xxv. Clausa est ianua. ⁊ de hac d̄r Apoc̄. iij. Claudit ⁊ nemo aperit. Alia clausura est ꝑticularis: ⁊ nō ꝑpetua: ⁊ hāc p̄lati eccl̄ie possunt ministerialiter aperire. Propterea nō mediocriter errāt hi q̄ dicūt īdulgētias nō valere: cū tota eccl̄ia rōnabiliter cōtrariū asserat et affirmet.

¶ De autoritate cōcedendi indulgētias ⁊ illarū varia concessione: ⁊ de causis ꝓ quibus cōceduntur. Cap̄m.ij.

Secundū mysteriū de indulgētijs declarādū d̄r cōcessio. In quo de ipsarū cōcessione tria consideremus.

Primo autoritatē.
Secūdo varietatē.
Tertio causalitatem.

¶ Primo cōsideremus autoritatē quis scz habet autoritatē indulgētias concedēdi. Et respondēt doc.s. Boñ. ⁊ Rich. vbi.s̄. ꝙ illi soli p̄nt indulgētias dare: quibus dispēsatio thesauri ecclesie commissa est: ⁊ ſm mēsurā cōmissionis sue. Et qr xp̄i vicario cōmissa est plenitudo potestatis ab ipso xp̄o: vt pz ex̄ de peni. ⁊ remis.c.cū ex eo. Iō pōt dare indulgētias per totā ecclesiā militantē: et tātas quātas sibi dare placuerit si adsit rōnabilis cā. Alij aūt habēt tantū de hac potestate quātū eis a xp̄i vicario cōcessum est: Ipse aūt per ius cōe hoc nō cōcessit nisi ep̄is: vel electis in ep̄os ⁊ suis legatis. Et iō nulli alij possunt indulgētias dare: nisi ex speciali cōmissione: nec p̄nt legati dare indulgētias nisi in ꝓuincia sua: nec ep̄i nisi in suo episcopatu. Archiepiscopi tñ possunt eas dare in episcopatibus suffraganeoꝝ suoꝝ: vt pz ex̄ de peni. ⁊ remis.c.nostro.in textu ⁊ in glo. Isti tñ in dedicatione basilice siue dedicetur ab vno siue a plurib⁹: nō debēt extēdere indulgētias vltra annum nec in anniuersario dedicatiōis vltra.xl.dies. Limitata est em̄ eis ptās a papa: ne ꝑ immoderatas remissiones claues eccl̄ie cōtemnerētur: ⁊ penitētialis satisfactio eneruaret̄. ex̄ de peni. ⁊ re.c.cū ex eo. Et si diceret̄ ꝙ oīs sacerdos hz claues: ergo pōt indulgentias concedere. Rñdet Boñ. ꝙ clauis nō est tota rō v̄tutis indulgētias faciēdi: sed ptās clauis cū iurisditione ⁊ autoritate thesauri dispensandi: que ordinarie solis cōpetit ep̄is ⁊ sacerdotib⁹: si eis ab ep̄is committatur.

¶ Scd̄o cōsideremus circa cōcessiones indulgentiarū varietatē. Scd̄m em̄ ꝙ apparet ex vsu ecclesie solēt indulgētie variari tripliciter. Cōcedunt̄ nāq; aut ſm numerū dierum vel annoꝝ: aut ſm partē pctōꝝ: aut ſm plenariā remissionē. Qñ cōcedūtur ſm numeꝝ dierū vel annoꝝ: vtputa qr dantur centū dies vel centū anni de indulgētia: tūc qui illā lucrātur absoluunt̄ a pnīa quā facere debuissent ꝓ pctīs suis ꝑ centū dies: vel ꝑ centū annos: siue in hac vita siue in purgatorio. Qñ v̄o cōceduntur indulgētie ſm partē pctōꝝ: vtputa qr cōcedit̄ tertie vel quarte partis remissio pctōrum: tūc q̄ illas lucrantur absoluunt̄ a pena quā tenebant̄ exoluere ꝓ illa parte: siue illa pena sit centū annoꝝ siue mille: siue plurium. Qñ aūt cōcedūtur indulgētie ſm plenariā remissionē: tūc qui illas lucrātur absoluunt̄ ab om̄i pena: ita ꝙ si tūc ex hac vita decederēt: statim ad celū euolarēt: ⁊ inter ciues celi nullo obstaculo impediti collocarent̄. ¶ Tertio cōsideremꝰ circa cōcessionē indulgētiarū causalitatē: ꝓ qua cā cōcedi possunt et debēt indulgētie. Et rñdet Boñ. ꝙ sicut videmꝰ in politicis ⁊ cōitatibus humanis ꝙ thesaurus reipublice ꝓpter duo maxime cōsueuit ꝓferri et cōicari exterius: sic in spūalibus est intelligendū. Profert̄ nāq; thesaurus extra propter gloriā p̄ncipis: sicut faciūt reges curiales: quēadmodū fecit rex Asuerus vt h̄r Hester.j. Alio mō ꝓpter vtilitatē cōitatis siue necessitatez. Vñ qñ ledit̄ cōitas preferūtur stipēdia et donatiua militi-

bus vt eant ad pugnaz. Sic thesaurus ecclesie ab his qui habēt dispēsare duplici ex causa debet aperiri: scz propter gloriā principis ⁊ laudē. Laus ꝟo ⁊ honor dei est in sctis suis. Et sancti honorātur in cōstructione basilicarū: visitatione earūdē: cōmemoratione virtutuz suarū. Et idē fit in predicationib⁹ ⁊ sermonib⁹. Jō ꝓ his oīb⁹ indulgētie recte fiūt. Cōis aūt vtilitas est defensio terre sancte: defensio fidei: promotio studij: ⁊ sil'ia: ꝓ q̄bus adhuc recte indulgētie cōcedunt. Et si diceret ꝙ nō licet dare spiritualia ꝓ tpalibus: qr illud esset simoniacū: sed in istis indulgētijs dant spiritualia ꝓ tpalibus. s. remissio pene pro pecunijs et alijs rebus loco elemosyne oblatis: ergo videt ꝙ non licet ꝯcedere hmōi indulgētias. Rñdet Rich. ⁊ Bona. ꝙ nō dātur spūalia ꝓ tpalibus nisi per accidēs. Cū em̄ dātur indulgētie ꝓ ecclesijs vel hospitalib⁹ cōstruēdis: non dantur vt in illis tēporalibus sistat: sed propter vtilitatē spiritualē consequentem. Unde nō dātur pro tēporalibus nisi inquātū ordinātur ad spiritualia. Jō qñ prelatus dat indulgentiā: nō dat eā pro elemosyna exteriori: non considerās datum sed fructū: videlz qr ex radice bone voluntatis procedit.

¶ De fructu indulgētie respectu existentium in mortali: ⁊ eoꝝ qui sunt in purgatorio: ⁊ illoꝝ qui post illarum acquisitionem erunt propter alia peccata damnandi. Capm. iij.

Tertiū mysterium de indulgētijs declarādum d̄r fructificatio. In q̄ de fructu indulgētie circa tria precipue dubitat.

Primo vtrū indulgētie prosint existētibus in mortali peccato.

Secūdo vtrum prosint his qui sunt in purgatorio.

Tertio vtrū prosint his qui illas lucrantur: ⁊ postea propter alia sua peccata damnantur ad infernum.

¶ Ad primū dubiū rñdet Rich. ꝙ non pōt fieri remissio pene manente culpa. Et iō cū per indulgētias nō remittatur culpa existentib⁹ in mortali pctō: nō remittit eis ꝑ indulgentiā aliq̄d de pena. Si tñ aliq̄s existens in mortali pctō facit illud qd̄ cōtinet in forma indulgentie: prudēter facit: qr bona facta in pctō mortali aliquo mō pctōrem disponunt de cōgruo ad penitētiā: ⁊ illa mediante ad susceptionē remissionis pctōꝝ ꝑ diuinā mīam. hec Rich. Boñ. ꝟo dicit ꝙ ad hoc vt indulgētie valeāt req̄rit duplex cōditio ex parte dantis. s. potestas vel autoritas de qua supra dictuz est: et honesta ac rōnabilis causa. Uñ nō esset credēda indulgētia alicuius valoris si q̄s daret eā eūtibus videre torneamenta. Sil'r ex parte accipiētis duplex cōditio req̄ritur. s. cōfessio cū vera contritione: ⁊ fides cū vera deuotione vt vere de pctīs sit penitēs: ⁊ vere cōfidens ꝙ pastoris indulgētia sibi valeat. ¶ Secūdo cōtingit dubitare vtrū indulgentie valeāt his qui sunt in purgatorio? Et quibusdā visum est ꝙ sic: ⁊ arguunt ꝙ oēs aīe sancte aut sunt de ecclesia triūphante: aut militante. Sed aīe existentes in purgatorio sctē sunt: nec sunt de ecclesia triūphāte: qr ī eo nulla est pena: ḡ sunt de ecclesia militāte. Sed oīb⁹ habētib⁹ gr̄am in eccl'ia militāte ꝓsunt indulgētie: ergo ꝓsunt illis qui sunt in purgatorio. Alij ꝟo tenēt cōtrariū: qr vt scribitur de peni. dist. j. c. si cui. §. alij econtra. Dñs par ius soluēdi voluit esse ⁊ ligandi. Si prelati eccl'ie non possunt ligare illos q̄ sunt in purgatorio: ergo nec eos soluere. Qd̄ verū nō esset si illis prodessent indulgētie. Rñdet Rich. ꝙ indulgētie nō ꝓsunt illis q̄ nō sunt de iurisditione illius q̄ eas cōcessit: vt pz ex̄ de peni. ⁊ re. c. qd̄ aūt. Nec illis q̄ nō faciūt illud ꝓ quo dātur indulgētie: q̄uis voluntatē habeāt faciēdi. Nā licz nō potēti operari volūtas reputet ꝓ facto quātum ad premiuz essentiale: nō tñ hoc est verū quātum ad quodlibet premiū accidētale. Uñ nec pro facto reputat quātū ad remissionem pene per indulgentias

obtinēde. Illi aūt q̄ sunt in purgatorio nō sunt sub iurisdictione prelatoꝝ ecclesie: qō satis datur intelligi cū dicit dñs Petro Matth. xvj. Quodcūq; solueris super terrā ꝛc. cōcedēdo ei potestatē super eos tm̄ q̄ sunt viuētes i hac mortali vita. Nō possunt etiā hi q̄ sunt in purgatorio facere illud p̄ quo datur indulgētia: iccirco indulgētie eis nō prosunt directe. Indirecte tm̄ eis p̄sunt inquātum existētes in hac vita faciūt pro eis illud qō cōtinetur in forma indulgētie: maxime si dētur indulgētie sub hac forma. Quicunq; fecerit hoc vel illud p̄ se vel p̄ patre suo defuncto vel alia persona in purgatorio existēte: dam̄ tot dies indulgentie. Et sic etiā ꝑm cōem opinionē doctoꝝ p̄sunt per modū suffragij: et nō p̄ modū indulgētie. Ad argumentuz ꝯo factū p̄ oppositione contraria dicit Rich. q̄ illi qui sunt in purgatorio cum ecclesia militāte quodāmodo cōicant in pena: ꝛ cū triūphante cū impossibilitate peccādi: cū vtraq; in charitate. Et iō q: cōiuncti sunt cū militāte ecclesia per charitatē ꝛ maxime auxilio indigēt: q: nō sunt in statu in quo possint penam assumere voluntariā per quā citius admitteretur ad visionē beatā: iō ecclesia p̄t eos iuuare cōicando eis merita viuoꝝ: nō tm̄ per modū autoritatis per quā directe iuuātur illi quibus directe p̄sunt indulgētie. ¶ Tertio cōtingit dubitare vtrū indulgētie p̄sint his qui illas lucrātur si post illarū adeptionē p̄pter alia pcta per eos cōmissa damnentur in inferno. Sed ad intelligēdū hāc difficultatez necesse est scire an p̄ culpā sequentē pcta dimissa redeāt. Et ad hoc nos dicimus ex sn̄ia Rich. in. iij. ꝛ dñi Bon̄. dist. xxj. q̄ pcta dimissa redire intelligi p̄t dupliciter. Aut quātū ad culpam: aut quātū ad penā. Primo modo pcta dimissa redire nō possunt: q: nulla res annihilata redire p̄t eadē numero nisi per diuinā potentiā. iuxta illud Auicēne. ij. Metaph̄. Oō annihilatum est nō redit. Peccatū aūt cū remittit̄ annihilatur: ꝛ per operationē diuine potentie reuerti nō p̄t: q: vt inquit Aug̃. li. lxxxiij. q. Deo autore nō fit hō deterior. Dicūtur tm̄ pcta dimissa redire inquātū sequēs culpa magis gravat q̄ si peccata illa nō fuissent dimissa. Quātum vo ad penā: vtrū dānatus p̄ pctis que cōmisit post pcta dimissa: puniat̄ tm̄ pro illis p̄ quibus dānatus est: aut p̄ aliis dimissis: ꝛ sic pcta redibūt quātu ad pennam. Rn̄det Rich. q̄ pena que debetur p̄ peccatis dimissis: aut est tota completa ante sequēs mortale peccatū: aut nō. Si nō: tūc dico q̄ remanet obligatus peccator ad solutionē refidui pene: si in illo pctō mortali moriatur p̄ pctis illis remissis quoad culpā non quoad penā. Et iō p̄ illis in inferno pena eterna punietur. Sed p̄ accidēs q: in pctō mortali nulla pena est satisfactoria in conspectu dei. Et iō quātūcunq; puniat̄ semp remanebit obligatus ad penā. Illa tm̄ pena erit minus intēsa q̄ si illa pcta nō fuissent ei dimissa. Si vo pena est soluta ante sequēs mortale: pcta remissa nō redeūt nisi inquātū aggravāt sequens peccatū p̄pter quā aggrauationez sibi maior pena debet. Propter hoc dī Naum. j. nō iudicabit deus bis in idipsum. Et de peni. dist. iij. versus finē. Diuina clemētia dimissa pcta vltr̄ in vitiū redire nō patit. Cū ergo existētibus in charitate p̄ indulgētias remittāt̄ pena talis p̄ peccatis debita: si post p̄pter alia peccata sequentia: tales in inferno dānentur nō amplius punietur p̄ peccatis illis p̄ quibus iā remissionē pene indulgētijs mediātibus obtinuerunt. Ergo currāt pctōres fitiētes ad fontem pietatis ꝛ clemētie dñi nostri ihesu xp̄i: de suis peccatis vere confessi penitētes indulgētias que cōcedunt̄ procurēt acquirere: vt sic a pena liberati scādere valeāt regna celoꝝ: vbi xp̄s deus dei filius regnat cū patre ꝛ spiritusancto per infinita secula seculoꝝ. Amen.

¶ Feria quinta post Letare: de vidualitate seruāda ꝛ de eius laudibus atq; pre-

coniis quibus sublimatur. Sermo.lj.

Nec vidua erat et turba ciuitatis multa cum illa: quā cū vidisset dn̄s mīa motus sup illā: dixit illi: Noli flere. Scribūtur hec v̄ba Luc.vij.c. ⁊ in euangelio hodierno. Usus est pietate multa saluator noster erga viduam: vnicū filiū suuz morte iam extinctū dolēter ⁊ amare lugentē. Ipsam quidē vt euāgelica lectio testat̄: primo cōsolatus est v̄bis: demū suscitatū filiū ei benigne restituit. Quo exemplo clarescit quāta sit vidualis status gratia quātusve decor: quantū etiā ⁊ meritū. Sed qm̄ multi sunt qui ignorāt preciū eius: ideo ad instructionē penitentiū hodierna die de viduitate cōficiemus sermonē: de quo tria mysteria principalia erūt declaranda.

Primū dicitur obseruationis
Scd̄m cōmendationis.
Tertium regulationis.

¶ Qualiter post primū maritū melius est tenere et obseruare viduitatē q̄ denuo nubere: tum ꝓpter iudiciū castitatis: tum ꝓpter signū charitatis: tū etiā ꝓpter beneficiū libertatis. Cap̄m.j.

Primū mysteriū dicit̄ obseruationis. In quo declarandum est quare post primum maritū melius est obseruare et tenere viduitatez q̄ ad secundas nuptias transire. Et assignari possunt tres principales rationes.

Prima est ꝓpter iudiciū castitatis.
Scd̄a ꝓpter signū charitatis.
Tertia ꝓpter beneficiū libertatis.

¶ Prima ratio est ꝓpter iudiciū castitatis. Qn̄ em̄ mulier nubit totiēs signum est magne incōtinentie. Un̄ Hiero. contra Iouinianū refert: q̄ portio minor cū laudaret̄ quedam bene morigerata que secūdum acceperat virū: respōdit. Felix et pudica matrona nunq̄ preter semel nubit. Et Ualeri⁹ li.ij. Que vno fuerāt contente matrimonio corona pudicitie honorabātur. Uerūtamē disputandum est: vtrū secūde nuptie sint licite? Et nō nulli arguūt q̄ nō. Nā Chryso.xxxj.q.j.c.hac rōne.ait: Scd̄am scilz vxorē accipere b̄m preceptū apl̄i licitū est: b̄m aūt veritatis rōnem vere fornicatio est. Itē ratione videt̄: qr bigamus nō pōt promoueri ad sacros ordines: sed pena nō infligitur nisi ꝓ culpa: ergo in bigamia est culpa. Sed in cōtrariū est autoritas Hiero.qui.xxxj.q.j.c.aperiant.ait: Aperiāt queso aures obtrectatores mei ⁊ videāt me secundas et tertias nuptias in dn̄o cōcessisse. Et iterū in eodē.c.ait: Nō dāno bigamos: immo nec trigamos: et si dici pōt octagamos. Et Aug̃.ibidē.c. deus.inq̄t: Deus masculū et feminā ꝓpagādi generis causa nuptiali castitate cōiūxit: ⁊ scd̄as nuptias q̄ in vnoquoqz testamēto ꝑmittunt̄ licitas esse mōstrauit. Et idez Aug̃.exponēs illud apl̄i.qd̄ si dormierit.dicit: Qd̄ si dormierit vir ei⁹: nō dicit primus vel scd̄s vel terti⁹: nec nobis diffiniendū est qd̄ nō diffinit apl̄s. Un̄ nullas debeo dānare nuptias nec eis verecūdiā inferre numerositate. ¶ Rn̄dēt doc.in.iiij.di.xlij. scz Richar. Bon̄. Petr⁹ de palude. Tho. ⁊ ceteri: q̄ nō tm̄ scd̄e nuptie sed etiā tertie et q̄rte ⁊ plures sunt licite. Rō: qr ꝑ mortē alterius cōiugū tollit̄ impedimētū primi matrimonij. Un̄ dicit Petrus de palude: q̄ si quis resuscitaret̄ a mortuis non posset ad vxorē viuētē redire: qr nō amplius sua vxor esset: nec ipse vir ei⁹ nisi denuo cōtraherēt. Propterea dicit apl̄s j.Cor.vij. Si dormierit vir ei⁹ liberata est a lege viri: cui aūt vult nubat tm̄ in dn̄o. Beatior tm̄ erit si sic permāserit b̄m meū cōsiliū. Ad dictū ergo Chryb̄. respōderi pōt q̄ improprie et largissime fornicationē sumit: scz ꝓ naturalis concupiscentie ardore: qui maxime consueuit mouere ad secūdas nuptias contrahendas. ¶ Ad scd̄m v̄o argumētū dicit Bona. q̄ non posse ascendere ad sacros ordines: nō est pena: qr etiā nec mutus vel alius naturaliter impeditus pōt ascen-

dere ad sacros ordines: qd nō fit ei in
penā: sed qr nō est idoneus. Sūt ergo
licite secūde nuptie ⁊ plures: ⁊ nō sunt
inhonorabiles. Ideo Hiero. ad Gerū-
tiā inquit: Uide qualia sunt scda ma-
trimonia q̄ lupanaribus p̄ferunt. Ait
em̄. s. apl's. j. Cor. vij. Meli⁹ est nube-
re q̄ vri. Adolescētula vidua q̄ ꝯtinere
nō pōt: maritū poti⁹ accipiat q̄ diabo
lum. Apl's ꝟo. j. Cor. vij. ait: Dico innu
ptis ⁊ viduis: bonū est illis si sic ꝑma-
neāt sicut ⁊ ego: ꝙ si nō se ꝯtineāt nu
bāt: meli⁹ est em̄ nubere q̄ vri. Et Hie-
ro. in epl'a ad Gerūtiā narrat de quo-
dā rome qui habuerat viginti vxores:
quas sepelierat. Et de muliere q̄ sepe-
lierat vigintiduos maritos: q̄ fuerunt
copulati matrimonio: ⁊ fuit magna ex
pectatio q̄s eoꝝ efferet ad sepulcrū ab
alio: ⁊ vicit maritus. Un̄ Hiero. sequit
di. Obsecro vt illa testimonia nō noue
ris: q̄bus incōtinētib⁹ ⁊ miseris subue
nit: sz poti⁹ lectites q̄bus pudicitia co
ronat. Facit insup adviduitatis laudē
ꝙ ⁊ turtures illā seruant. Qd Amb. in
hexameron ait: Discite mulieres quāta
sit viduitatis gratia: q̄ etiā in auib⁹ p̄-
dicatur. ¶ Scda ratio quare meli⁹ est
obseruare viduitatē q̄ trāsire ad secun
das nuptias: est ꝓpter charitatz signū
vt. s. ostēdat vxor quāta charitate virū
defunctū dilexerit. Un̄ Uergil'. iiij. enei
dos. Ille meos prim⁹ q̄ me sibi iunxit
amores Abstulit. ille habeat secum: ser
uetqz sepulcro. Et Hiero. contra Joui
nianū scribit: ꝙ cū Ualeria negaret se
cūdū virū accipe: respondit se hoc non
posse facere: qr primus adhuc viuebat:
q̄diu em̄ inq̄t vixero: vir me⁹ ꝑ amorē
viuet in corde meo. Et iterū ibidē reci-
tat: ꝙ dū Martia Catonis nollet iteꝝ
nubere: ⁊ virū defunctū semꝑ lugeret:
⁊ interrogata quē diē haberet vltimuz
luctus. ait: Quem ⁊ vite. ¶ Querere tn̄
posset hic aliquis: vtrū secūde nuptie
sint sacramētales? Respondet Bon. ꝙ
dupliciter est loqui de secūdis nuptijs
aut in se: aut in relatiōe ad p̄mas. Si
in se sic. Cū sit ibi cōsensus exp̄ssus in-
ter legitimas ꝑsonas: est vtiqz sacramē-
tum: nec est ibi carnis diuisio: sed vnio
carnis viri ⁊ mulieris. Si aūt loq̄mur
in cōparatione ad p̄cedētes: sic manet
in eis sacramēti ratio incōpleta ꝓpter
carnis diuisionē: qr in primis carnem
suā vniuit cū vno: in secundis cū alio.
Et talis diuisio tollit de plenitudine si-
gnificationis. ¶ Tertia rō quare meli⁹
est viduitatē seruare: est ꝓpter bn̄ficiū
libertatis. Uidua em̄ sua est dn̄a: ⁊ i pa
ce viuit: ⁊ si virū accipiat discrimini se
exponit: vt forte inueniat irosum lin-
giosum ⁊ se tribulantē. Un̄ Hiero ꝯtra
Jouinianū narrat: ꝙ cū quedā rogaret
vt secūdo nuberet: respōdit se hoc non
facere: qr bonū habuerat virū: ⁊ si secū-
dū acciperet: aut ille esset bon⁹ aut ma-
lus. Si bonus semꝑ esset in timore ne
illū perderet. Si malus semꝑ esset i do-
lore: qr post bonū virū aliū nunq̄ susti-
neret. Propter assertiones iā tactas cō-
ligi pōt quāta est preeminētia viduita-
tis. Uerūtn̄ vt predictū est: si que mulie-
res post viroꝝ mortē voluerint nubere
faciāt animo libero. Notādum tn̄ ꝙ ali-
que leges dicūt mulierē nō posse nube-
re infra tēpus luctus. i. vnius anni post
mortē viri: vt pz. C. de scdis nuptijs. l. i.
Tn̄ per licentiā apl'i ⁊ autoritatē pōt id
fieri immediate post mortez: ⁊ infamia
nubentis abolet: qr in his seculares le-
ges nō didignātur sacros canones imi-
tari: vt pz ex̄ de secūdis nuptijs. c. super
illa. ⁊. c. cum ꝟm apostolū.

¶ Qualiter cōmēdabilis est viduitas:
tū ꝓpter diuinā visitationez: tū ꝓpter
acceptationē: tum etiā ꝓpter diuinam
preceptionem. Capm. ij.

Secundū mysterium contem-
plandū de viduitate dicitur
commēdationis. Ostēditur
quātum sit commendabilis
triplici ratione.

Primo rōne diuine visitationis.
Scdo rōne diuine acceptationis.
Tertio rōne diuine preceptionis.

¶ Primo rōne diuine visitatiōis: qr de⁹ viduas gratiosissime visitauit. Vñ.iij. Regū.xvij. Epe famis missus est a deo Helias ad viduā sareptanā: que postq̄ dedit comedere Helie iuxta ꝟbū eius: hydria farine ei⁹ nō defecit miraculose: ⁊ lechit⁹ olei nō est imminut⁹ oīb⁹ illis dieb⁹. Et Judith p totū habek: q̄ grata fuerit vidua illa oīpotēti deo: cui tantā cōtulit gratiā: vt ꝓpr̄is manib⁹ interficeret Holofernē liberaretq̄ populū ab impetu ⁊ furore illi⁹. Luce ꝟo.ij.c. ōr: q̄ erat anna ꝓphetissa vidua vsq̄ ad annos.lxxxiij.q̄ vixerat cū viro suo annis septē a ꝟginitate sua. Et hec nō discedebat de tēplo: ieiunijs et obsecrationib⁹ seruiēs deo ac nocte. Vnic iesus paruulus ficut ⁊ Simeoni prebuit se vidēdū: illāq̄ dignat⁹ est visitare q̄ cōfitebatur dño: ⁊ loquebak de illo oībus qui expectabāt redēptionē israel. ¶ Secūdo dignitas viduitatis apparet rōne diuine acceptatiōis. Luc.nāq̄.xxj. scribit: quātum accepta fuit oblatio vidue pauperule. de qua etiā Hiero. in epla ad Juliānū sic loquit: Paupcula vidua: que duo era misit ī gazophilatiū: cūctos in oblatione munerum dei ōr superasse locupletes: que nō pōdere fuit: sed offerētiū volūtate pensak. ¶ Tertia ratio ōr diuine preceptionis. Dedit nāq̄ deus preceptū oībus regibus: principibus: iudicibus: ⁊ aduocatis: oībusq̄ hoībus: vt viduarū causas tuerenk: neq̄ illas opprimerent ⁊ molestarēt. Unde Esa.j. dñs ait; Querite iudiciū subuenite oppresso: iudicate pupillo: defendite viduā. ⁊ Exo. xxij. ait: Vidue ⁊ pupillo nō nocebitis. Si leseritis eos vociferabunt ad me: et ego audiā clamorē eor: ⁊ indignabitur furor meus: percutiāq̄ vos gladio ⁊ erūt vxores vr̄e vidue: ⁊ filij vestri pupilli. ⁊ per Hiere.xxij. Facite iudiciū ⁊ iusticiaz ⁊ liberate vi oppressum de manu calūniatoris. Aduenā ⁊ pupillū ⁊ viduā nolite cōtristare: neq̄ opprimatis inique. ⁊ iterū Hiere.v. dñs de hīs qui viduas spernunt ⁊ abijciūt sic loquit: Preterierunt sermones meos pessime. Causaz vidue nō iudicauerunt: causaz pupilli nō direxerunt: ⁊ iudicium pauperum non iudicauerunt. Nunquid super hīs nō visitabo dicit dñs: aut super gēte huiusce modi non vlaſcetur anima mea. ⁊ Job xxij. ait: Viduas dimisisti vacuas: ⁊ lacertos pupilloz cōminuisti. Propterea circundatus es laqueis ⁊ conturbat te formido subita. Jacobus ꝟo.j.c. ait: Religio munda ⁊ immaculata apud deuz ⁊ patrem hec est: visitare pupillos ⁊ viduas in tribulatione eor. Sed hodierna die nō solum nō visitantur: quinimmo vexantur: expoliantur: ⁊ turbantur a multis: rapiunk sua bona: ⁊ querunt iusticiam: nec inueniunt illā. Et qō̄ hīs deterius est: vltra damnum rerum patiuntur falsas: graueq̄ criminationes. Taceo reliquas molestias que eis inferuntur. O viduarū persecutores: o lupi rapientes illarū bona: o crudeles aduocati ⁊ iudices: o falsi notarij: o iniqui testes: quis docebit vos fugere aventura ira? Ut enim patet ex dictis: inter oīa peccata grauia maximum scelus est opprimere viduas.

¶ Qr vidue debēt esse mortificate ⁊ alie ne a cōuersatione hoīum: ac deuotioni feruēter inuigilantes. Cap.iij.

Certium mysteriū declarādū de viduitate ōr regulationis In quo scire licet q̄ tres sūt regule: quas vidue seruare tenentur.

Prima ōr mortificationis,
Scda cōuersationis,
Tertia deuotionis.

¶ Prima regula viduarū ōr mortificationis. Debent vidue esse mortificate ⁊ castigate ieiunijs: vigilijs: ⁊ disciplinis aliter in eis pudicitia tuta esse nō pōt. Vñ Paulus.j. Tim. v. Vidua que in delitijs est viuens mortua est. ⁊ Hiero. in epla ad Furiaz ait: O filia si apostolus corpus suum in seruitutem redegit ne cum alijs predicaret ipse reprobus efficeretur: quomodo tu iuuencula adhuc

in feruorē iuuētutꝫ polita dapibꝰ ⁊ vi-
no plena: poteris esse de castitate secu-
ra. hec ille. Reprehensibiles itaq̄ sunt
vidue ille que ocio vacantes comedūt
⁊ bibūt splēdide: dormiūt satis: poliūt
cutē ⁊ ornant: licꝫ se vidualibꝰ induant
vestimētis. ¶ Scd̄a regula viduarū di-
cit̄ ꝯuersationis. Debēt euitare quātū
possunt ꝯuersationē hoīm: nō solū se-
culariū: sed etiā sacerdotū ⁊ religiosoꝝ:
ac quorūcūq̄ q̄ spūalē vitā ꝓfitentur:
qm̄ reuera nihil tāviris q̄ mulieribus
adeo est periculosum sicut crebra ⁊ fre-
quētata etiā sub specie boni ꝯuersatio
⁊ collocutio maxime vbi etas cōsentit
advitiū. Hinc Hieronymꝰ ad Nepotia-
nū ait: Matrē ita tu vide: ne ꝑ illā vi-
dere cogaris quaꝝ vultꝰ ita cordi inhe-
reāt ⁊ tacitū viuat sub pectore vulnus.
Et Job. baptista sanctā matrē habuit
pōtificisq̄ filius erat et tn̄ nec matris
affectu nec patris opibꝰ vincebat̄: vt ī
domo parētū cū periculo viueret casti-
tatꝫ. hec ille. Et. xxxiij. di. c. hospitiolū.
Hospitiolū tuū aut raro aut nūq̄ mu-
lierū pedes terāt: qꝛ nō pōt toto corde
habitare cū deo: q̄ femīarū accessibꝰ co-
pulat̄. Si igit̄ periculosum est viris vo-
lentibꝰ seruire deo: cū mulieribꝰ ꝯuer-
sari: quāto magis ⁊ mulieribꝰ ipsis que
debilis sunt animi: inferiorisq̄ natu-
re. Debent enim vidue cauere oēs ma-
las suspitiōes. Hinc Hieronymus ad
Saluiniā. Caueto oēs suspitiōes ⁊ q̄c-
quid rōnabiliter fingi pōt: ne fingatur
ante deuita. Debent adhuc vidue libē-
ter inhabitare domū: audireq̄ Hiero.
di. ad Eustochiū. Rarus tibi sit egres-
sus in publicū mr̄es tibi q̄rant̄ in cubi-
culo. Et nō tm̄ viroꝝ: sꝫ ⁊ matronarum
nō frequētare domos: cuꝫ Hiero. dicat
iteꝝ ad Eustochiū: Nolo habeas cōsor-
tiū matronarū: nolo ad nobilium acce-
das domos: nolo te frequenter videri:
vt cōtemnas qd̄ esse noluisti. Cur facis
iniuriā viro tuo? Ad hoīs coniugē dei
sponsa quid ꝓperas? Disce in hac par-
te sanctam superbiā. Scito te illis esse
meliorē. hec ille. ¶ Tertia regl̄a vidua-
rū d̄r deuotiōis. Debēt itaq̄ esse deuo-
te timentes: diligētes: desiderantes: et
colentes deū. Unde ⁊ apl̄s. j. Timoth.
v. ait: Si qua vidua filios aut nepotes
habet: discat p̄mo domū suā regere: et
mutuā vicē reddere parentibus. Hoc
em̄ acceptū est coram deo. Que autem
vere vidua est ⁊ desolata: speret in deū
⁊ instet obsecrationibus ⁊ orationibus
die ac nocte. Huiusmodi viduis cōpa-
titur deus easq̄ cōsolatur tribuens in
hoc seculo suam gratiam: et in futuro
sempiternam gloriam: in qua viuit ⁊ re-
gnat deus per infinita seculorum secu-
la. Amen.

¶ Feria sexta post letare: de diuinitate
dn̄i nostri iesu xp̄i: q̄ lꝫ verus fuerit hō:
fuit etiā verus deus eiusdem cū patre ⁊
spiritusancto nature. Sermo. lij.



Tu es xp̄s fili-
us dei viui q̄ in hunc mū-
dum venisti. Scribūtur
hec verba Johan. xj. ⁊ in
euāgelio hodierno. Deri-
detur tam a gētibus q̄ a iudeis imma-
culata fides nostra: qm̄ predicat cōfite-
tur ⁊ adorat xp̄m crucifixū tanq̄ verū
deum dominatorē celi ⁊ terre. Verūta-
men veritas ista tā multipliciter est de-
clarata vt amplius merito negari non
possit. Ad cōfusionē tn̄ omniū eorū qui
contrarium tenēt: asserūtq̄ xp̄m puruꝫ
hoīem fuisse: nō deū: in presenti sermo-
ne curabimus ostēdere q̄ xp̄s est verus
dei filiꝰ ab eterno a patre genitus eius-
dem cū patre et spiritusancto substātie
siue nature. Et diffuse de sua bonitate
loquemur. Illā cōfitebat̄ deuotissima
Martha cū dicebat verba premissa in
themate: quare cū oībus veritas eluce-
scat q̄ filius virginis qui pro nobis in
cruce pepēdit fuerit deus verus: diuini-
tatem eius tripliciter insinuabimus.

Primo autoritate.
Secūdo experimento.
Tertio ratione.

¶ Quomodo autoritate veteris testamēti ⁊ Sibyllarū ostenditur xp̄m verū deum ⁊ hominē fuisse. Cap̄m. ſ.

PRimo insinuemus autoritate q̄ xp̄s fuerit verus deus. Et adduci possunt vtriusq; pagine scripture veteris: scz actoꝝ testamēti. Vñ Esa. ix. c. ait: Parvulus natus est nobis et filius datus est nobis: per hec v̄ba pronūcians xp̄i humanitatē. Deinde subdit: Et vocabitur nomē eius admirabilis: cōsiliarius: deus fortis: pater futuri seculi: princeps pacis. Et vt dicit Nico. de lyra. Translatio septuaginta interpretū hȝ: ⁊ vocabitur nomen eius magni consilij angelus. Et trāslatio chaldaica dicit: Et vocabitur nomē eiꝰ permanēs in secula Messias: in quibꝰ verbis exprimit xp̄i diuinitas. Et Viere. xxiij. scribit: Ecce dies veniūt dicit dñs: ⁊ suscitabo dauid germē iustū. Trāslatio chaldaica hȝ: statuā Messiā iustū. Et sequit: Et hoc est nomē qđ vocabunt eū dñs iustus noster. Et p̄m Nicolaum de lyra: vbi nos ponimus: dñs. In hebreo ponit nomē dei Tetragrammaton: qđ est nomen significans solam essentiā vnā diuinā: vt dicit Rabbi Salomon. Per hec v̄o v̄ba diuinitas ⁊ humanitas xp̄i manifestat. Et Baruch. iij. c. Vic est deus noster: ⁊ nō estimabitur alius ad illum. Post hec in terris visus est: ⁊ cum hoīb⁹ conuersatus est. Et Sibylla erythrea vt Augu. meminit. xviij. li. de ciui. dei. c. xxiij. versus quosdā composuit de fine mundi. Quoꝝ prime littere iuncte sonāt. Jesus christus filius dei saluator. Alie etiā sibylle nascitur⁹ predixerunt christū filiū dei de virgine immaculata. Ve oēs p̄m Jsiđ. etym. li. ⁊ Lactan. in. ſ. li. diui. instit. decem fuere Prima persica q̄ fuit de persis. Scđa libyca. Tertia delphica in tēplo delphici Appollinis genita: q̄ ante troiana bella vaticinata est: cuius plurimos versus opi suo Homerus inseruit. Quarta chymeria in italia. Quinta erithrea: de qua paulo ante tactū est noīe Erophila i Babylone orta: q̄ grecis Jlion petentibus vaticinata est peritura esse Troiā: ⁊ Homerū mēdacia scripturū. Dicta aūt erythrea: q⁊ in eadem insula eius inuenta sunt carmina. Serta Samia a samo insulā fuit cognominata. Septima cumana q̄ ⁊ cumea: de qua Vergiliꝰ. Ultima cumei iam venit carminis etas. Dicta autē cumana a cumis ciuitate q̄ est in cāpania: cuius sepulcrū adhuc est in sicilia. Octaua hellespōtia. in agro troiano nata. Nona phrygia. Decima tyburtina. Ab his oibus diuinitas christi p̄ multa aūt tpa q̄ in vterū virginis descendisset p̄phetata fuit. Quaruꝝ dicta etsi simul collecta legerim: tñ q⁊ vñ originaliter fuissent extracta inuenire nō potui: hic minime volui inserere: preter illud qđ dictum est p̄ Aug. de Sibylla erythrea. Memini etiaꝫ me legisse ⁊ vidisse in castro Papiēsi p̄phetiā Sibylle delphice: q̄ de xpo sic cōtinebat. Jnvltima etate humiliabit deus: ⁊ humiliabit p̄les diuina. Jūget hūanitati deitas: ⁊ puellari officio educabit deus et hō. Signa p̄cedēt apud iudeos: mulier vetustissima. ſ. Elizabeth pucra p̄cipiet stella orbis mirabit: ducatū p̄stabit: scz magis: ad ortū. ſ. xp̄i. Vic hūs pedes. i. annos triginta tres: eliget sibi de piscatoribus electis numerū duodenarium: vnūq; diabolū. ſ. iudā. Nō in gladio bellove eneadē vibē: regesq; subiuget: sed in hamo piscatorio delectione: ⁊ paupertate superabit diuitias: ⁊ superbiā deiciet. Vnic quattuor aīalia. i. euangeliste surget in testimoniū sectātes iustitiā: legēq; irreprehēsibilē: hunc p̄dicet a bestia: scz antixpo: ⁊ surget stella mira. i. pauquattuor aīalium habēs imaginē. Erit aūt bestia horribilis Machometh ab oriēte veniēs: cuius rugitus vsq; ad gētes punicas audiet. Ducuscq; Sibylla q̄ satis apte diuinitatē xp̄i p̄nūciauit. Jn hystoriis v̄o romanorum legitur: q⁊ tempore Constantini imperatoris ⁊ Helene matris eius inuentum fuit in ciuitate cōstātinopolitana sepulcrū quod:

dā in quo iacebat hō:laminā aureā habēs in pectore:in qua scriptuz erat. Jesus xp̄s filius dei nascet̄ de virgine maria. Credo in eū. O sol sub Cōstātini et Helene tp̄ibus iterū me videbis. Sil'e exēplū inuenit̄ in chronicis regū castelle. Dicit̄ em̄ ibi ꝙ apud Toletū in quodā saxo īuētus est liber satis vetustus: q̄ scriptus erat lr̄a hebraica:greca:ꝛ latina:loquēs de triplici mūdo mystico. Et in illo inter cetera dicebat̄: In principio tertij mūdi xp̄s filius dei nascetur de virgine Maria:ꝛ ꝓ salute hoīm patiet̄. Ac ꝛ Chalcidi⁹ sup.ij.thimei Platonis de stella q̄ apparuit magis in ortu xp̄i sic loquit̄: Nō fuit stella illa morbū ꝛ mortē denūciās:sed aduētū dei venerabilis:quā cū suspexissent chaldeoꝝ ꝓfecto viri sapiētes ꝛ in ꝯsideratione rerū celestiū satis exercitati quesisse dicunt̄ recētē ortū dei. Josephus v̄o in decimooctauo antiq̄tatum li.de xp̄o ait: Fuit aūt p̄dictis tp̄ibus sapiēs vir:si virū eū noīare fas est. Erat em̄ mirabiliū operū effector:ꝛ doctor hoīum eoꝝ q̄ libēter q̄ vera sunt audiūt:ꝛ multos quidē iudeoꝝ:multos q̄z ex gētilibus sibi adiūxit. Xp̄s hic erat. Hūc accusatione primoꝝ nr̄e gētis viroꝝ:cū Pilatus in cruce agēdū decreuisset: nō deseruerūt hi q̄ ab initio dilexerūt eum. Apparuit em̄ eis tertia die iterū viuēs ꝟm ꝙ diuinitus inspirati ꝓphete vel hec vel alia de eo innumera miracula p̄dixerūt. Angelus aūt q̄ virgini cōceptum nascituri dei nūciauit. Lu.j.c.subdidit. Qd̄ em̄ ex te nascet̄ sctm̄ vocabit̄ filius dei. Et Johānes baptista de xp̄i diuinitate sic dixit: Uidi ꝛ testimoniū ꝑhibui: qꝛ hic est filius dei. Idip̄m dixit Nathanael Johā.j.ꝛ Petrus Mat.xvj Audiam⁹ iterū ꝛ Paulū Heb.j.di. Multiphariam multisq̄ modis olim deus loquēs p̄ribus in ꝓphetis:nouissime diebus istis locutus est nobis in filio:quē cōstituit heredē vniuersoꝝ ꝑ quē fecit ꝛ scl'a. Et Rom̄.j. Qd̄ aūt ꝓmiserat ꝑ ꝓphetas in scripturis sctis de filio suo. Et ad Titū ij. Apparuit gr̄a dei ꝛ saluatoris nr̄i. Et ne ꝓlixitate dicēdi tediū audiētib⁹ ingerat̄: dimissis alijs testimonijs q̄ xp̄m acclamāt deū verū:subnotabimus vocē illā paternā:q̄ insonuit in monte: ptz Mat.xvij. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bn̄ cōplacui ip̄m audite. ꝛ Joh.xij.cū xp̄s dixisset: Pr̄ clarifica filiū tuum:audita est vox de celo. Et clarificaui:ꝛ iterū clarificabo. Et q̄dam de turba cōfusum sonū illius vocis audiētes dicebāt:tonitruū factū esse. Alij aūt dicebāt angelū illi fuisse locutum. Sz nō desunt heretici maledicti.s.Cherintus: Hebion: Paulus: Samoscetanus: Fotinus:ꝛ alij q̄ ꝟm Thom̄.iii.iiij. sum.cōtra gētiles tam p̄clara validissimaq̄ de xp̄i diuinitate testimonia infirmare ꝛ deijcere satagunt. Aiūt em̄ ꝙ de sil'ibus idē est iudiciū. Sed oēs illi in q̄bus deus inhabitat ꝑ gr̄am vocant̄ in scripturis filij dei ꝑ nūcupationē ꝛ adoptionez:ꝛ tn̄ nō sunt eiusdē nature sue subē cū ipso deo:ergo a sil'i dicet̄ de xp̄o ꝙ est dei filius ꝑ participationē: ꝑ adoptionē: vel nūcupationē: nō aūt ꝑ naturā. Probare aūt possum⁹ ꝑ scripturas: ꝙ iusti vocant̄ dei filij ꝛ dij. Vn̄ David in ps̄.lxxxj.ait: Ego dixi dij estis: ꝛ filij excelsi oēs. Et Joh.j.di: Dedit eis potestatē filios dei fieri his q̄ credūt in noīe eius. ꝛ Joh.x. Illos deos dixit ad quos sermo dei factus est. ꝛ.j.sue canonice.c. iij. Uidete qualē charitatē dedit nobis pr̄ vt filij dei nominemur ꝛ sim⁹. ꝛ Roma.viij. Ipse em̄ sp̄us testimonium reddit sp̄ui nr̄o ꝙ simus filij dei. ꝛ Jaco.j. Uolūtarie em̄ genuit nos verbo veritatis. Vmōi ꝓbationibus heretici venenosi suū virus effuderunt. Cōtra quos egregius Augu.in li.de eccl'iasticis dogma.de xp̄o ita loquit̄: Nat⁹ est ꝟm veritatē nature ex deo dei filij: nat⁹ ē ꝟm v̄itatē nature ex hoīe hoīs filius: vt nō appellatione: nō adoptione: sed natura in vtraq̄ natiuitate nascēdo filij nomē haberet. Ex quo dicto doctores theologi di.x.tertij li.colligūt vnā ꝓpositionē

ꝙ hec locutio Xp̄s filius dei ꝑ adoptio
nē: nullo mō est admittēda siue ꝓferat̄
simpl'r: siue cū determinatione: vtpote
si addat̄ inquātū hō: qꝛ filiatio respicit
ꝑsonā eo ꝙ xp̄us est vnus filius: ⁊ non
duo filij: lꝫ in eo sint due natiuitates. s.
eterna ⁊ tꝑalis. Adoptio aūt presuppo
nit quādā extraneitatē q̄ nullo mō con
uenire pōt persone xp̄i. Ad illud ṽo qd̄
heretici obijciūt. s. de sil'ibus idē esse iu
diciū. Respōdet Tho. in. iiij. li. sum. cō
tra gētiles: ꝙ aliter scriptura loquitur
de xp̄o ꝙ sit filius dei: aliter de nobis.
De ipso enim dixit Joh. iij. ⁊ Joh. vj. ꝙ
descēdit de celo: ergo erat anteq̄ꝫ de ce
lo descēdisset. Dicit eū vnigenitū Joh.
j. ⁊ Joh. viij. ipse dixit: Anteq̄ꝫ abraam
fieret ego sum. Que oīa diuinitatis ei⁹
veritatem ostendunt.

¶ Qꝛ experimēto miraculoꝝ xp̄i ostēdi
tur eius diuinitas: tum propter speciez
operum: tum ꝓpter modū: tum ꝓpter
documentum. Cap. ij.

Secūdo īsinuem⁹ exꝑimēto vl
exēplo ꝙ xp̄s fuerit verus
deus eiusdē cū p̄re nature.
Et de hoc ipse xp̄s dixit iu
deis in tēplo in porticu Sa
lomonis qn̄ circūdederūt eū interrogā
tes si esset xp̄s. Loquor vobis ⁊ nō cre
ditis. Opa q̄ ego facio ī noīe p̄ris mei:
hec testimoniū ꝑhibēt de me. Joh. x. Et
cū ꝓpter hmōi verba voluissent eū la
pidare. Dixit: Vos dicitꝫ qꝛ blasphemo
qꝛ dixi filius dei sum. Si non facio opa
patris mei nolite credere mihi. Si aūt
facio ⁊ si mihi nō vultis credere: operi
bus credite vt cognoscatis ⁊ credatis:
qꝛ p̄r in me est ⁊ ego in patre. Ex hoc di
cit Tho. in. iij. parte. q. xliij. ꝙ miracula
xp̄i fuerūt sufficiēs testimoniū diuinita
tis sue ꝓpter tria.

Primo ꝓpter speciē operū.
Scd̄o ꝓpter modū.
Tertio ꝓpter documentū.

¶ Primo ꝓpter speciē operū q̄ trāscen
debāt oēm potestatē create nature: pro
pterea fieri nō poterāt nisi virtute diui
na. Vn̄ Joh. ix. Cecus illuminatus dice
bat: A scl'o nō est auditū: qꝛ aperuit q̄s
oculos ceci nati. Nisi esset hic a deo: nō
poterat hec signa facere. ¶ Scd̄o mira
cula q̄ fecit xp̄s fuerūt sufficiēs testimo
niū diuinitatis sue: qꝛ faciebat miracu
la ꝓpria virtute ⁊ autoritate. Vn̄ Luc.
vj. scriptū est. Virtus de illo exibat ⁊ sa
nabat oēs. ⁊ Lu. vij. Resuscitans adole
scentulū imperatiue locutus est. Adole
scēs tibi dico surge. Et qn̄ resuscitauit
lazarus Joh. xj. ait: Lazare veni foras.
Neq̄ꝫ audiēdi sunt q̄ dixerūt aīam bea
tam: ⁊ p̄cipue aīam xp̄i virtute propria
posse miracula facere. Qm̄ vt dicit Ri
char. di. xiiij. iij. li. Miracula nō p̄nt fie
ri aliqua creata virtute. Vn̄ q̄uis xp̄s
qꝛ est deus ⁊ hō: possit rōne diuine po
tētie miracula facere: hoc tn̄ aīa ei⁹ non
pōt. Vn̄ Rich. li. j. de trinitate. c. ij. ait:
Illa ꝓdigia ⁊ signa q̄ fuerunt facta ad
cōfirmationē fidei nr̄e: nō nisi ꝑ diuinā
v̄tutē fieri potuerūt. Et si dicat̄ ꝙ in su
scitatione lazari xp̄s egit gr̄as deo p̄ri.
Respōdetur ꝙ aliud est gr̄as referre: ⁊
aliud suffragiū impetrare: ꝓpterea xp̄s
dixit loquēs ad patrē. Ego em̄ sciebā ꝙ
semꝑ me audis: sed ꝓpter ppl'm q̄ circū
stat dixi vt credāt: qꝛ tu me misisti: ideo
imperatiua voce clamauit. Lazare veni
foras. Alij ṽo q̄ miracula fecerūt nō ea
fecere virtute ꝓpria: sed virtute dei vel
virtute ipsius xp̄i incarnati. Vn̄ ⁊ Pe
trus vt scribit̄ in actibus apl'oꝝ dixit ei
q̄. xl. annis iacuerat infirmus ad portā
tēpli. In noīe iesu xp̄i nazareni surge et
ambula. Act. iij. ¶ Tertio miracula sunt
sufficiēs testimoniū xp̄i diuinitatis pro
pter documētū: qꝛ filiū dei se p̄dicabat.
Vn̄ Joh. v. dixit: P̄r meus vsq̄ꝫ mō ope
rat̄ ⁊ ego operor. ⁊ Joh. vj. Sicut misit
me viuēs p̄r: ⁊ ego viuo ꝓpter patrē. ⁊
Joh. viij. Si me sciretis: forsitā ⁊ p̄rem
meū sciretis. ⁊ Joh. x. Ego ⁊ p̄r vnū su
mus. ⁊ Joh. xvj. Exiui a p̄re ⁊ veni ī mū
dū: iterū relinquo mūdū ⁊ vado ad pa
trē. Nisi hoc fuisset verū nequaq̄ꝫ ei asti
tisset diuina virtus in miraculoꝝ patra

tione. Nā impossibile est ip̄m deū tam scelesto mēdacio ferre testimonium per opa infinite virtutis: q̄ sunt miracula vera. Et hoc Greg. in homel. de epiphania cōtra duros iudeos sic pulchre loq̄tur: Oīa elemēta autorē suū venisse testata sunt. Ut em̄ de his quasi quodam humano vsu loquar: deū hūc celi esse cognouerūt: qr ꝓtin⁹ stellā miserūt. Mare cognouit: qr sub eius plātis se calcabile p̄buit. Terra cognouit qr ꝯtremuit. Sol cognouit: quia lucis sue radios abscōdit. Saxa ⁊ parietes cognouerūt: qr tpe mortis eius scissa sunt. Infern⁹ cognouit: quia hos quos tenebat captiuos reddidit. Et tñ hūc quē deū oīa elemēta insensibilia senserunt: adhuc infideliū iudeorum corda deū esse minime agnoscūt ⁊ duriora saxis ad pniam scindi nolūt: eūq̄ cōfiteri abnegant: quem elemēta vt diximus aut signis aut scissionibus deū clamant.

¶ Qr apparet diuinitas xp̄i rōne sctīficationis aīarū: remissiōis pctōꝝ: ⁊ productionis mundi. Cap̄.iij.

Tertio insinuemus diuinitatē xp̄i rōne. Quecūq̄ em̄ attribuunt ꝟm veritatē alicui illa q̄ nō p̄nt conuenire nisi soli deo ille est deus: sꝫ xp̄o attribuunt ꝟm veritatē ea q̄ cōueniūt soli deo: ergo ipse est deus. Sunt aūt illa principaliter tria.

Primū est aīarū sctīficatio.
Scd̄m pctōꝝ remissio.
Tertiū mūdi ꝓductio.

¶ Primū qd̄ deo cōuenit est aīarū sctīficatio. Unde ipe Leuit. xxvj. ait: Ego dn̄s q̄ sctīfico vos. Hocipsuꝫ d̄r de xp̄o. Unde Heb. vlti. Jesus vt sctīficaret ꝑ suū sanguinem pp̄lm extra portam passus est.

¶ Scd̄m qd̄ deo conuenit est pctōꝝ remissio. Propterea ꝑ Esa. xliij. ipse sic loquit: Ego sum q̄ deleo iniq̄tates tuas. Sed ⁊ de xp̄o Mat. j. angelus dixit ioseph: Ipse em̄ saluū faciet pp̄lm suuꝫ a pctīs eoꝝ. Ex hoc Mat. ix. hr̄: Qd̄ cū q̄dam ex scribis murmurarēt intra se: qr xp̄s dixerat paralytico Mat. ix. Cōfide fili. Remittunt tibi pctā tua. Xp̄us r̄ndit: Ut q̄d cogitatis mala in cordibus vr̄is. Quid est facilius dicere: remittuntur tibi pctā tua. an dicere: surge ⁊ ambula. Ut sciatis aūt qr fili⁹ hoīs hꝫ ptātē in terra dimittēdi pctā: tūc ait paralytico. Surge tolle lectū tuū ⁊ vade in domū tuā. ¶ Tertiū qd̄ deo cōuenit est mūdi ꝓductio. Hinc est q̄ ꝑ Esa. xlvij. c. ait: Ego ipse. Ego primus: ⁊ ego nouissimus. Manus q̄ꝫ mea fundauit terrā ⁊ dextera mea mensa est celos. Sed de xp̄o etiā d̄r Job. j. In principio erat verbum. ⁊ j. Oīa ꝑ ipsum facta sunt: ⁊ sine ipso factū est nihil. Et mūdus ꝑ ip̄m factus est ⁊ mūdus eū nō cognouit. Nam cognouerūt iudei: qr in ꝓpria venit: et sui eū nō receperūt. Nō cognoscunt infideles: qr ip̄m purū hoīem existimātes: deū verū adorare recusant. Nō cognoscūt ⁊ mali xp̄iani: qui vt dicit Paulus ad Titū. j. ꝯfitent̄ se nosse deum: factis aūt negāt. O mūdanoꝝ supbia detestāda. O temeraria mētis humane curiositas. O deniq̄ īgratitudo maligna. Certe ille q̄ in cuna vagijt: in p̄sepio pānis fuit inuolutus: in terris cū hoībus conuersatus est: in cruce in medio latronū pependit: ⁊ in sepulcro vsq̄ in diē tertiū latuit: ipse verus deus est: q̄a mortuis resurgēs ascendit in celū: ⁊ sedet a dextris dei. Ipse ꝓpter nimiā charitatē suā qua dilexit nos: cum in forma dei esset: nō rapinā arbitratus est esse se ꝯlē deo: exinaniuit seip̄m formā serui accipiēs in sil̄itudinē hoīm factus ⁊ habitu inuētus vt hō: vt d̄r Phil. ij. O inēsa pietas: o ardētissima charitas patris nostri dei. De quo d̄r Job. iij. Sic deus dilexit mūdū vt filiū suū vnigenitū daret: vt oīs q̄ credit in euꝫ nō pereat: sed habeat vitā eternā. hoc Gregorius considerās xp̄m in cruce nudatū clauis confossum: vulneribus plenū: coronatū spinis: exti nctū morte crudeli: cū admiratione ad deum ac pietate clamabat. O inestimabilis dilectio charitatis: vt se

nuꝫ redimeres: filiū tradidisti. Nos vo cū ipso tā feruidū amorē recolētes: refe ramus grās būfactori nr̄o deo t dño ie su xpo: cui sit laus t gloria p infinita se culoꝝ secula. Amen.

¶ Sabbato post Letare: de veritate: q̄ litate: seu temporalitate horribilis illi⁹ bestie. s. antichristi qui apparebit in vl timis temporibus cum cōsummata fue rit iniquitas hoīm. Sermo. liij.

Ego sum lux mundi: q̄ sequit̄ me non ābulat in tenebris. Ver ba sunt redēptoris nr̄i originaliter scripta Jo hā. viij. t in euāge. hodier. In vltimis xpi⁹cū ꝓsummata erit iniq̄tas hoīum apparebit deo ꝓmittēte horribilis illa bestia: q̄ vocabulo cōi dr̄ antixp̄s. s. xpo cōtrarius: ꝓpterea saluator nr̄ p̄monu it oēs vt solidi essent atq̄ cōstātes i fi de: neq̄ desererēt ipsum saluatorē qui verbo t exēplo salutis viā nobis osten dit. Erat em̄ lux vera q̄ illuminat oēm hoīem venientē in hunc mūdū. Joh. j. Qm̄ aūt tpe pſecutionis antixp̄i multi deficiēt: q̄ xp̄m derelinquētes antixp̄m sequent̄ t colent: currentq̄ luce relicta post tenebras erroꝝ acvitioꝝ: iccirco in p̄senti sermone p eruditione p̄senti um de antichristo erimus tractaturi: eo q̄ nō ipse sed xps est oī studio ac co natu sequēdus. De ipso itaq̄ antichri sto tria mysteria principalia declara bimus.

Primū dr̄: veritatis.
Scōm qualitatis.
Tertiū tēporalitatis.

¶ Qr̄ per autoritates scripture t testi monia sanctorum ostenditur futurus antichristus. Cap. j.

Primū mysteriuꝫ de antixpo declarandus dr̄ veritatis. In quo apte debemus ostēdere qualr̄ verū est q̄ antixp̄s sit vēturus: q̄ ecclīam dei artius expugna bit: t christianos crudelissime pſequet q̄q̄ fecerit vnq̄q̄ quicūq̄ alius christiani nostis inimic⁹. Ad hoc aūt ꝓbandū sunt autoritates scripture t sctōꝝ testimo nia q̄ sequunt̄. Scribit nāq̄ Gen. xlix. c. q̄ Jacob patriarcha in extremo vite sue predicēs filijs suis q̄ vētura erāt: di xit de Dan. Fiat Dan coluber in via ce rastes in semita: mordēs vngulas equi vt cadat assessor eius retro. Et ly vt di cit magister i hist̄oꝝ scholasticis: in telligāt iudei hanc ꝓphetiam de Sam sone: qui fuit de tribu Dan. vt p̄z Judi cum. xiij. Et iudicauit pplm. vt habetur xv. c. Tñ glosa ordinaria dicit ibi sic. Dā nō solū coluber sed cerastes vocat̄: qui serpens esse cornutus perhibet̄: quo di gne antixp̄i aduersarius asserit̄: qm̄ cōtra sctōs morsu pestifero t cornu ptātis ar mabit̄. Ambro. sup̄ li. de būdictione pa triarcharū dicit prefatā ꝓphetiā de an tichristo debere intelligi. Ait em̄: Anti christus futurus est de tribu Dā: seuus iudex t tyrānus immanis: qui pplm iu dicabit: t tanq̄ sedens in via serpens deycere tētabit eos qui viā ambulātve ritatis. Hec ille. Sicut em̄ duodecim fuerūt apli: de quorum numero cecidit vnus: loco cuius successit Matthias: sic in numero duodecim tribuū filioruꝫ israel vna tribus ruit. s. Dan: que in an tichristo p̄sequet̄ christū: loco cui⁹ Apoc. vij. in visione br̄i Jobis supplet̄ tri bus Manasses: q̄ fuit filius Joseph: vt dr̄ Gen. xlj. Quare prophetia Jacob re cte ꝓnunciauit antichristū futurū. Da niel sup̄. xj. c. ita inq̄t: Adhuc aliud tem pus erit. s. antichristi: ꝑm Nico. de lyra: t faciet rex. i. antichristus iuxta volun tatem suam: t eleuabitur t magnifica bitur aduersum omnem deum: t aduer sus deū deoꝝ loquet̄ magnifica t dir getur. i. pſperabitur: donec cōpleatur iracūdia. s. dei ꝓpetrata quippe est diffi nitio: quasi dicat: sic est determinatū in dei p̄sciētia. Et deū patrū suoꝝ nō re putabit: t erit in cōcupiscētijs femina rū: nec quēq̄ deoꝝ curabit: q̄ aduersus vniuersa cōsurget. Et Dan. viij. c. Cum

creuerint iniquitates: cōsurget rex impudēs facie. s. antixp̄s: inuerecundus ad omne malum: ⁊ intelligens ꝓpositiones. Et roborabitur fortitudo eius: sed non in viribus suis. s. q: in viribus diaboli. Et supra quā credi pōt vniuersa vastabit: et ꝓsperabit̄ ⁊ faciet. Et interficiet robustos: scz illos q̄ inuenientur firmi in lege dei nolentes ei obedire: ⁊ populū sanctoꝝ ꝟm volūtatē suā: ⁊ dirigetur dolus in manibus eius: et cor suū magnificabit. Et in copia reruz omniū occidet plurimos ⁊ contra p̄ncipem principum: scilz deū consurget. Et sine manu conteretur: scilz q: illum deus interficiet: nō per manum hoīs: sed angeli. De ipso etiam antixp̄o prophetauit Job. s. sua canonica. c. ij. Audistis q: antixp̄s venit. i. veniet tēpore suo ꝟm Nicolaū de lyra. Et Apoca. xiij. Job. ait: Vidi de mari bestiam ascēdētem: habētē capita septē: ⁊ cornua decem: ⁊ super cornua eius decem diademata: ⁊ super capita ei⁹ noīa blasphemie. Et bestia quā vidi similis erat pardo: ⁊ pedes eius sicut pedes vrsi: et os eius sicut os leonis: et dedit illi draco virtutem suam: ⁊ potestatem magnaz. Et vidi vnum de capitibus suis quasi occisum in mortem: ⁊ plaga mortis ei⁹ curata est. Et admirata est vniuersa terra post bestiam: et adorauerunt draconem qui dedit potestatē bestie. Et adorauerunt bestiam dicentes: Quis sil'is bestie: ⁊ quis poterit pugnare cum ea. Et datum est ei os loquens magna: et blasphemias. Et data est ei ptās facere mēses quadragītaduos. Et aperuit os suū in blasphemias ad deū blasphemare nomen eius: ⁊ tabernaculum ei⁹: ⁊ eos qui in celo habitant. Et datū est illi facere belluz cum sanctis ⁊ vincere illos. Et data est illi potestas in omnez tribū: ⁊ populū: ⁊ linguam: ⁊ gentē. Et adorauerūt eaz oēs qui inhabitabant terram: quoꝝ non sunt scripta nomina in libro vite agni qui occisus est ab origine mūdi. Sanctus etiā Methodi⁹: quem cōmendat Hiero. in ꝓlogo sup Danielē: de quo etiā meminit magister historie scholastice. c. iiij. sup Gen. ita de antixp̄o dixit in libro quodam suo in quo tractat de primis et nouissimis temporib⁹. Veniet filius perditionis q̄ dr̄ antixp̄s: ⁊ putās q̄ sit de⁹ exaltabit cornua ei⁹ nimis. Et Paul⁹. ij. Thessal. ij. Reuelabitur ille iniquus quem dn̄s iesus īterficiet spiritu oris sui: ⁊ destru et illustratione aduentus sui eum cui aduentus est ꝟm operationez sathane in omni virtute ⁊ signis ⁊ prodigiis mendacibus: ⁊ in omni seductione iniquitates his qui pereunt. De antixp̄o etiā Dama. dixit. iiij. lib. suarū sententiaꝝ. Decet scire qm̄ oportet antixp̄m venire. Et Aug. xx. lib. de ciui. dei. c. xix. Nō veniet ad viuos ⁊ mortuos iudicādos xp̄s: nisi prius venerit ad seducendos in anima mortuos aduersari⁹ eius antixp̄us. Sed in quo templo vt deus sit sessurus incertū est: vtruz in illa ruina templi quod a Salomone constructus est: an in ecclesia? Et saluator nr̄ Job. v. ait: Ego veni in nomine patris mei non accepistis me. Si alius venerit in noīe suo ⁊ illum accipietis. Et Matth. xxiiij. Cū videritis abominationē desolationis que dicta est a Daniele ꝓpheta stantem in loco sancto q̄ legit intelligat. Predixerat quippe Daniel. ix. In dimidio hebdomadis deficiet hostia et sacrificium. Et erit in tēplo abominatio desolationis. Quod declarās Hilarius sup Matth. dicit: Totuz iudiciū aduentus futuri ponit dicēs: Cū videritis ⁊c. De antixp̄i em̄ temporib⁹ hec locutus est ꝓpheta. Abominatio em̄ ex eo dicta est q̄ aduersus deū veniens: nomen dei sibi vendicet: desolationis aūt abominatio: q: bellis ⁊ cordibus terram desolaturus sit. Deprehendimus ergo per tot testimonia verum esse q̄ antixp̄s veniet. Sz nōnulli hanc veritatē subterfugere querunt dicētes venisse iam antixp̄m. Nam aliqui sunt tenētes hereticos oēs antixp̄os fuisse.

Alij opinantur illum fuisse Neronem. Quidā vo arbitrant q fuerit spurcissimus machometh. Sz pmis rndemus nō esse negandū hereticos oēs mystice antixpos posse vocari. Quia t Joh. j. canonice. ij. c. Antixpi (ait) multi facti sunt. Et Piero. super illo vbo Matth. xiij. Multi venient in noīe meo dicentes: ego suz xps. inqt: Ego reo: oēs hereſiarchas antixpos esse: t sub noīe xpi docere q contra xpm sunt. Verūtn nō obstat quin verus t realis antixps venire debeat. Contra secūdos vo dicere possumus q nero non fuit antixps verus. Tū q: post ipm inuenti sunt t alij crudelissimi psecutores xpianorum: vt Domician?: Antoni?: Seuer?: Maximian?: Deci?: Aurelian?: Diocletian?: Maximin?: t ceteri. Tū q: antixps regnare debet p tres annos cū dimidio: sicut ptz in autoritate superi? allegata Apoc. vbi dr: q data est illi ptās facere menses. xlij. Et Daniel. xij. dr: q psecutio ei? durabit p tps. i. p annū t tpa. i. per duos ānos: t dimidiū tpis. i. dimidiū anni vm expositionē Piero. Nero aūt vm Orosiū t Eutropium regnauit annis. xiiij. Nō potuit etiā Nero eē antixps: q: antixps interficiendus est ab angelo: t Nero interfecit seipm: vt qui alijs crudelis extiterat: in seipo crudelitatis officiū exerceret. Sz adhuc q̄dā direrūt Neronē resurrecturū t futurū antixpm: de q̄bus dicit Aug. lib. xx. de ciui. dei. Multū mihi mira hec opinātiū tanta psumptio. Alios vo q̄ direrūt Machometh fuisse antipm: nuincere possumus ex verbis xpi dicētis Mat. xxiiij. Nisi breuiati fuissent dies illi nō fieret salua oīs caro. Persecutio autez machometh durauit tā p annos octogintos. Persecutio autē antixpi lz grauior t terribilior futura sit q̄libet alia: abbreuiat propter electos. Quare expectādus est antixps: de quo Paulus ij. Thessal. ij. c. ait: q reuelabit ille homo peccati filius perditionis: qui aduersatur t extollitur supra omne quod dicitur deus.

¶ De qualitatib? seu cōditionib? antichristi quantū ad eius natiuitatē: malignitatē: t potestatē. Lapl'm. ij.

Secundū mysteriū declarandum de antixpo dicit qualitatis. In quo notare debemus triplicem eius conditionem.

Prima dr: natiuitatis.
Scda malignitatis.
Tertia potestatis.

¶ Prima antixpi conditio dr: natiuitatis. Scom Methodiū nascet in Chorozaim nutrietur in bethsaida: Sz qui busdā videtur q nascetur in babylone vt dicit glo. sup. ij. Thessal. Et Piero. super Danielem. Verūtn nec hoc videt consonū veritati: nisi intelligamus babylonē mystice: prout significat confusionē: eo q babylon illa magna cecidit: t facta est inhabitabilis. Erquo dubium videtur in quo loco determinate sit nasciturus antixps. De gente vo credibile est t verisile q nasciturus sit vt Hierony. dicit super. xj. c. Dañ. de populo iudeoz. De modo autē lz quidā dicant q opere demonis generabitur succubi scilz qui assumpto corpore ī specie mulieris supponet se viro: t incubi qui. s. postea in specie viri cōmiscebit se mulieri. Tamen hoc nulla autoritate probari potest. Et vt Piero. dicit ad Paulinū. Qd de scripturis sanctis autoritatē nō habet: eadē facilitate contēnitur qua pbatur. Jccirco inherēdū est sententie Dama. qui ait: Non ex fornicatione generabit: t suscipiet omnem actū sathane. ¶ Scda cōditio antixpi dicitur malignitat?. Erit quidē homo malus vitiosus t nequā sicut vnq̄ aliquis fuerit in hac vita. Sed apud nōnullos dubiū videtur: vtrum antixps erit diabolus incarnatus quēadmodū xps fuit deus incarnatus: Et quibusdā videtur q sic. q: Greg. xvj. moral. ait: Caput iniquoz diabolus est: q ultimis temporibus illud vas perditionis in-

gressus antixp̄s vocabitur. Uerūtamē
Hiero. expresse ꝯriū dicit sup illo verbo
Danielis. vij. c. Ecce oculi hoīs erāt in
cornu illo. Nō putem⁹ inq̄t iuxta quo⁹
rūdā opinionē illud cornu. i. antixp̄m
diabolū esse vel demonē: sed vnū de ho
minibus in quo sathan habitatur⁹ est
corporal'r. Qd̄ dictū intelligēdū est nō
ꝙ istud fiat ꝑ assumptionē ⁊ vnionē in
supposito: q̄ vtputo incōueniēs est sup
positū qd̄cūq̄ creatū posse naturā ex⁹
traneā assumere: q̄ hoc est p̄uilegium
singulare suppositi increati. Quare di⁹
cēdū ꝙ diabolus in antixp̄o habitabit
ꝑ totalē illi⁹ hoīs possessionem. Et ad
hūc intellectū trahēda sunt v̄ba Greg.
Hoc etiā ip̄m sentire vr̄ Job. dama. q̄
de antixp̄o ait: Presciēs deus iniq̄tatē
future volūtatis eius ꝯcedet in eo ha⁹
bitare sathanā. Erit itaq̄ antixp̄s hō
purus ⁊ verus: lꝫ diabolo familiarissi⁹
mus: ex cui⁹ cōmercio multa scire ⁊ fa⁹
cere poterit. Uñ Greg. xxix. lib. moral'.
ait: Sicut em̄ cedrus arbusta cetera in
altū crescendo deserit: ita etiā antixp̄s
mūdi gl'iaꝫ tp̄aliter obtinēs: mēsuras
hoīm et hoīes culmine ⁊ signoꝝ ptāte
trāscēdet. Spūs q̄ppe ī illo est q̄ ī sub⁹
limib⁹ posit⁹ potētiā nature sue nō ꝑdi
dit vel deiect⁹. Cui⁹ iccirco virt⁹ nūc mi
nime ostēdit': q̄ dispēsatiōe diuine for
titudinis ligat'. ¶ Tertia antixp̄i cōdi
tio d̄r ptātꝫ. Accipiet nāq̄ ptātē a deo
sinēte ⁊ permittēte sup vniuersaꝫ terrā.
Attrahet nāq̄ paucis dūtaxat exceptꝫ
ad se oēs gētes: facietq̄ nō solum obli
uisci: verūetiā blasphemari nomē illd̄
qd̄ est sup oē nomē: nomen. s. dñi nr̄i ie
su xp̄i. Multaq̄ īpia loquet' ⁊ dicet cō
tra honorē ei⁹ ⁊ v̄ginis mr̄is: ac omniū
sanctoꝝ celi: inducetq̄ oēs populos vt
ip̄m colant ꝑ deo. Et vt d̄r Mat. xxiiij.
Erit em̄ tunc tribulatio magna qualis
nunq̄ fuit ab initio mūdi vsq̄ modo:
neq̄ fiet. Inuadet siq̄dē ille hō peccati
vniuersum orbē terraꝝ manu armata:
cōgregabitq̄ in p̄lium copias incredi⁹
biles; nec erit qui possit se defendere a
furore illaruꝫ. Largietur adhuc ampl'a
munera: ⁊ largissima dona his q̄ ei sp̄i
te sua adherebūt. Seducet et alios si
gnis ⁊ ꝑdigijs mendacib⁹. Et vt dicit
Mat. xxiiij. Surgēt pseudo xp̄i ⁊ pseu
do ꝓphete: ⁊ dabunt signa magna ita
vt in errorē inducant' si fieri pōt etiam
electi. Cessabūt tūc deo ꝑmittēte om̄ia
miracula vera. Cruciabunt' ꝑ xp̄o illi q̄
feruētes erūt: ⁊ nulla ꝯsolatione visita
bunt'. O quid erit tūc tātas nouitates
inspicere. O quāta horribilitas videre
dirui tēpla ⁊ eccl'ias dei: religionē dele
ri: contēni virtutes: ꝓphanari sacra: ac
pollui v̄gines: ac torq̄ri sine vlla pieta
te xp̄ianos. O quanta ignominia occu
pabit tūc mūdū qñ licebit vnicuiq̄ ꝑ
libito ad carnalitates ad spurcitiā oēs
⁊ ad lasciuias laxare habenas. Sꝫ hoc
ue erit tp̄s illud ī q̄ ꝓsperabit' diabolus
antixp̄s. Qm̄ vt p̄dictū est post tres an
nos cum dimidio deo iubente interfi
cietur ab angelo.

¶ Qꝫ s̄m aliquos vicinum est tp̄s anti
christi: tū ꝓphetiarū prenunciatiōe: tū
etatum annumeratione: tū etiā iniq̄ta
tum consummatione. Capl'm. iij.



Tertiū mysteriū declarandū
de antixp̄o d̄r tp̄alitatis. In
quo videdū est an ꝓximum
sit ⁊ vicinū tp̄s quo appare
re debeat pessim⁹ antixp̄s.
Et saluo iudicio meliore dicūt q̄daꝫ ꝙ
sic propter tria.

Prīo ꝓpter ꝓphetiaꝝ p̄nūciationē.
Scd̄o ꝓpter etatū annumerationē.
Tertio ꝓpt' iniq̄tatū ꝯsummationē.

¶ Primo ꝓpter ꝓphetiaꝝ p̄nūciatio
nē. Aiunt em̄ abbatē Joachim spū da
ruisse ꝓphetico. Ip̄e v̄o papalistā de
pinxit: in quo multa futura de statu ec
clesie prenunciauit. Ibiq̄ ponit duos
post istū q̄ Paulus secūdus vocat' sum
mos pōtifices esse futuros: post quos
⁊ terti⁹ depingit' q̄ coronā exhibet anti
xp̄o. Sꝫ ⁊ ego dico ꝙ lꝫ multa p̄diterit
Joachim: sctā Brigida: Methodius:
Merlin⁹: ⁊ ceteri q̄ spm̄ habuerūt pro

phetie: tñ vt mihi videt̃ dicta eoꝝ non intelligunt̃. Nam de Nicolao: Calixto: Pio: ⁊ Paulo põtificib⁹ maximis nihil inuentũ est qd̃ Papalista sonet ꝑm veritatẽ. Qd̃ si verũ sit relinquo arbitrio sapientiũ dicẽdũ: Et ꝓpterea rep̃hensibiles poti⁹ iudico q̃ laude dignos eos qui ꝓphetias q̃ in scriptura sacra non habent̃ nimis curiose legere ⁊ interpretari student: qm̃ sepius inueniunt̃ decepti. Scio etem̃ etiã graues ac sctõs viros in hocip̃o defecisse. Nã quidam egregius ⁊ sctũs p̃dicator diebus nr̃is cathalogo sanctorũ ascript⁹ bono zelo duct⁹ publice ⁊ sepissime p̃dicauit: imo inde sup̃ tractatũ copiosissime scripsit: Qd̃ suo tp̃e nat⁹ erat antixp̃s: habebat ipse quasdã ꝓphetias: aliquasq̃ rationes q̃bus inducebat̃: vt ita crederet et p̃dicaret. Sz reuera euidẽtia facti declarat ip̃m fuisse deceptũ. Et sic nõ audeo ꝑ aliquã ꝓphetiã quã nõ ĩtelligo temere diffinire q̃ tp̃s iã ĩmineat antichristi. ¶ Scd̃a rõ q̃ mouit aliquos vt dicerẽt ꝓximum iã fore antixp̃i tp̃s est ꝓpter etatũ ãnumerationẽ. Dicũt em̃ nos esse in sexta etate mũdi ex qua p̃terierũt. Mcccclxvj. anni. Et ex ꝯsequenti in breui mũdus habebit finẽ. Et cuz antixp̃s anteq̃ mũdus finiat̃ vẽturus sit: ergo veniet ĩ breui. Sed q̃d ad hoc dicendũ sit diffusi⁹ habebit̃ in sermone de cõtẽptu mũdi. ¶ Tertia rõ qua plerique astruere nitunt̃ antixp̃m cito esse venturũ est ꝓpter iniq̃tatũ ꝯsummationẽ. Dicunt̃ em̃ impletã iã et ꝯsummatã esse mensurã iniquitatũ ⁊ pctõrum: ac per hoc instare tp̃s: de quo. ij. Tim̃. iij. c. d̃r: In nouissimis dieb⁹ instabunt tempora periculosa: et erunt homines seipsos amantes cupidi: elati superbi: blasphemi: parentibus nõ obediẽtes: ingrati: scelesti: sine affectione: sine pace: criminatores: incõtinẽtes: ĩmites: sine benignitate: ꝓditores: ꝓterui: tumidi voluptatum amatores magis q̃ dei: habentes speciẽ quidẽ pietatis virtutem autẽ eius abnegantes. hec ille.

Quia v̄o omnia supradicta inuoluerũt hoĩes mortales: miserosq̃ ⁊ potissimũ eos qui nomẽ xp̃ianũ ꝓfitent̃: ꝓpterea etsi ratio tertia non cõcludat de facto q̃ vicinũ sit tẽpus antixp̃i: satis tamen efficax est ad nos monẽdũ vt illud timeam⁹ tp̃s. Heu heu: q̃s sine horrore cogitare q̃at quãtũ hodie superabũdauit iniquitas ⁊ refrigerata est charitas multoꝝ. O xp̃iana religio: o decora ⁊ ĩuiolata fides: persequunt̃ te hodie: deturpant: ⁊ ĩficiũt: nõ tm̃ alienigene: sed ⁊ tui q̃ fideles ⁊ xp̃iani vocari gloriantur. Illi sunt q̃ modicã aut nullaz habẽt ad dei cultũ reuerẽtiã. Illi q̃ ecclesiasticas dignitates ꝓ explendo ãbitionis sue appetitu furant̃ ⁊ rapiunt. Illi sunt qui collocauerũt vineam dñi sabaoth: idest ecclesiam sanctam: non agricolis fidelibus: sed vt ita dicã atrocissimis hostibus. Illi sunt q̃ ecclesiaꝝ bona lacerant: dissipant: in vsus malos expẽdunt ⁊ deuorãt sicut lupi. Illi sunt qui principantur: imperant ⁊ dominãtur populis sine iusticia: sine veritate: sine clementia. Illi sunt qui precepta dei viuentis negligunt ⁊ contemnunt. Non colunt deum non amant: non venerantur: ⁊ blasphemant nomen eius sanctuz: ⁊ in illo perierant: dies festos non seruãt: parẽtes aspernant̃: inuidi sunt: iracundi: litigiosi: seditiosi: percussores: homicide: humanum sanguinem crudeliter effundentes. Non erubescunt quasi iam publice adulterari: fornicari: et quod his fedius est contaminari: fetidissimo vitio sodomie. Auaricie autem locum dederunt: ita vt nulla sit amplius veritas: nulla fides: nulla charitas in eis. Lucrantur per vsuras: fraudes: simulationes: deceptiones: et alios indebitos modos. Licentiarunt linguam vt loquatur criminatiões: mẽdacia testimonia falsa: detractiones: susurratiões: scurrilitates: cõtumelias: ĩproperia: ⁊ ꝯuitia. Aperuerũt cor suũ ad concupiscendum huius seculi bona: et ad desiderãdũ delectari

in pctis carnis. Fregerūt multi votum qđ deo fecerāt. Finxerūt multi bonitatē vite: acceperūt ouiū vestimēta: intrinsecus aūt sunt lupi rapaces. O quāta peccata: ⁊ q̄enormia latent sub ouina pelle: o magne deus: o sapiētissime dn̄e: tu oīa vides: tu oīa deniq̄ nosti. Nos v̄o merito propter tāta facinora timere debemus ne in nos deseuiat ira sua: sinatq̄ per antixp̄m vexari mundū tēpestate magna. A qua nos liberet redemptor noster pijssimus: qui cū patre ⁊ spiritusancto viuit et regnat per infinita secula seculoꝝ. Amen.

¶ Dominica in passione in mane: de honore parentū exēplo xp̄i: qui in euangelio suū patrem honorare se asserit: scilꝫ quoad delectationē subiectionē et conuersationem. Sermo. liiij.

Ego honorifico patrem meum. Verba sunt redemptoris nostri originaliter Johā. viij. et hodierno euāgelio annotata. Facti sunt adeo vt plurimū impij filij ad parētes suos vt merito quilibet pater aut mater dicere possit illud Esa. j. Filios enutriui et exaltaui: ipsi autem spreuerūt me. Ut igitur etiā ⁊ ipsi iuuenes ⁊ adolescētes: ac pueri parētes colēdo: ad verā penitētiā reducātur: in presenti sermone de honore parentū dicere statui. Nam ⁊ Exod. xx. dn̄s deus dixit: Honora patrē tuū ⁊ matrē tuam: vt sis longeuus super terram. Christus v̄o in euāgelio hodierno patrē se honorare fatetur: vt sic nos etiam suo exemplo instrueret quid agere debemus. De ipso itaq̄ parētum honore tria mysteria declarabimus.

Primū d̄r dilectionis.
Scd̄m subiectionis.
Tertiū conuersationis.

¶ Qꝛ honorādi sunt parētes ꝓpter beneficiorū multiplicitatē: propter parentum charitatē: ⁊ ꝓpter irrationabiliuꝫ exēplaritatem. Cap̄m. j.

Primū mysteriū declarandū de parentum honore d̄r dilectionis. Debēt vtiq̄ filij qui parētes honorare volunt illos diligere: ⁊ ex corde amare ꝓpt̄ tria.

Primo propter beneficiorum multiplicitatem.

Scd̄o ꝓpter parentū charitatē.

Tertio propter irrationabilium animalium exemplaritatem.

¶ Primo filij debent parentes diligere ꝓpter bn̄ficioꝝ multiplicitatē. Quisnā explicet quot a parētibus filij beneficia receperūt? Ab illis equidez sumpserunt esse: qđ bonū tam grāde est: vt ipsuꝫ sit fundamentū omniū alioꝝ bonoꝝ. Nam qui nō hꝫ esse: nullū aliud bonū habere pōt: nō diuitias: nō gloriā: nō famā: nō scientiā: nō v̄tutes: nō gratiā: nō vitam eternā. Ipsum etiā esse bonū ab oībus est desiderabile. Vn̄ Aristo. ij. de aīa inquit: Oīa appetunt esse: ⁊ illi⁹ cā agunt quecūq̄ agūt s̄m naturā. Propter hoc bonū a parētib⁹ habitū libro de hebdomatib⁹ Boeti⁹ ait: Oīum bonoꝝ ipsum esse bonū est. Hinc etiā sapiēs Eccl. vij. c. ait: Honora patrē tuū: et gemit⁹ mr̄is tue ne obliuiscaris. Memento qm̄ non nisi ꝑ illos nat⁹ nō fuisses. Et Hiero. in epl'a de honore parētū ait: Honorandi sunt parētes: qꝛ primo sunt nobis cā nascēdi. Hoc beneficio motus Coriolanus romanus ꝯsul ab vrbis Rome obsidione cessauit. Scribit nāq̄ de illo Eutropius: q̄ postq̄ vicerat volscos et coriolos: vn̄ postea nomen accepit: exul factus romanis ad volscos in exiliuꝫ mittit: cū quib⁹ gratiose viuēs ab eis cōtra romanos dux fact⁹ est. Et post multas ciuitates et terras ab eis adeptas ad fossas quinq̄ miliū passuū ab vrbe castra posuit: secūdus post Tarquiniū superbū: qui ꝯtra patriā duxisset exercitū. Populatur inde romanū agruꝫ custodib⁹ inter populatores positis: qđ s̄m Frontinū de re militari: faciebat vt discordia oriret inter pr̄es ⁊ populū. Multitudo tandē ingens pacē expectās senatū mo

uit: vt ad Coriolanū oratores mitteret. Qui cū nō obtinuissent: iteruz missi alij nō recipiunt i castris. Mittunt postea sacerdotes cū suis insignib⁹ velati: qui minus fecerūt q̄z primi. Tunc matrone vt scribit Valeri⁹ sub rubrica de pietate erga parētes: ad Vecturiā matrē Coriolani. Voluminiaq; vxorē frequētes cōueniūt vt ipsa mater ⁊ vxor Coriolani duos eius filios in hostiū castra ducerēt: ⁊ vrbē preclab⁹ liberarēt quā armis tutari difficile erat. Cū ergo ad castra ventum est: nunciat Coriolano adesse ingēs mulierū agmen: q̄ spreuit eas: mox q̄dā familiariū: nisi me inq̄t decipiāt oculi: mater tua: cōiunxq; et liberi tui adsunt. Tūc Coriolan⁹ cū matri obuie amplexū ferret, dixit mater: Priusq̄z amplexum accipiā dic an ad hostē: an ad filiū venerim: ⁊ vtrū captiua in castris tuis sim. In hāc me lōga vita ⁊ senect⁹ traxit vt exulē te deinde hostē viderē. Potuisti populari hāc terrā q̄ te genuit ⁊ nutriuit. Si ego te nō peperissez roma nō oppugnaret. Si filiū nō haberē: libera in pria mortua essem. Vxoris deinde ac liberoz amplexus ab oīi turba mulieruz strauere virū. Tūc ad matrē vltus ait: Expugnasti ⁊ vicisti ira mea. Patriaz ergo vtero tuo dono: repēteq; agrum romanū armis hostib⁹ liberauit. Recordatus fuit ergo Coriolanus quātū matri debebat in cui⁹ vtero suscepisti esse. Vnde Viero. de honorādis parētib⁹ ait: Prebeat patribus amoris mixta formido: q̄ primi sunt nobis cā nascēdi. Exhibete patrib⁹ filij q̄ vos ptās paterni nois cogit: q̄ a deo est eoz meritis attributa: vt ipa de vobis erigat q̄ natura iubere nō potuit. Matribus q̄z debitā impēdite reuerentiā: que vobis vteri liuore seruientes pōdus corporis vestri tolerant atq; ignotam portātes infantiā famulatum quēdā exhibēt nascituris. Illo tpe non tm̄ sibi mater esurit: nec acceptos sola digerit cibos. Materno victu alitur et ille qui latet: eiusq; mēbra alteri⁹ comestione pascūtur: vt hō futurus alienis moribus saturetur. hec ille. Sunt ⁊ alia beneficia filijs a parētib⁹ oblata. Nā vt in plurib⁹ ipsi filios nutriūt aut nutriri faciūt ipos in etate infantili cū magna diligētia ab oībus cōtrarijs ptegunt ⁊ defendunt. Ipsi eis prouidēt de vita et tegumēto. Ipsi eis alludūt: applaudāt et blādiūtur vt a plāctu reuocent. Ipsi eos docēt vt loqui sciāt: immo vt sepissime vt bonos mores sequant. Propterea Viero. de honore parētū ait: Memēto erga parētū esse q̄ talis es: quoz manibus incremēta sumpsisti. ¶ Scōo filij debēt parētes diligere ꝓpter parētum charitatē. Nā quātūcūq; filij diligāt patrem ⁊ matrē: tū ab his plus diligūtur. Et hoc ꝑm Aristo. viij. Ethic. ꝓuenit ex triplici rōne. ¶ Prima rō est diuturnitatis tpis. Nā quātum amor magis durat: tāto vehemētior perficit. Amor aūt parētū ad filios diuturnior est q̄ filioz ad parētes. Statim em̄ cū filij nascunt parētes diligūt eos: nō tm̄ statim filij diligūt parētes: qz nō statim sunt tāte cognitiōis vt possint cognoscere q̄d sit diligendū: diuturnior est ergo amor parētum ad filios q̄ ecōuerso: ⁊ fortior est ⁊ vehemētior. ¶ Scōa rō est certitudinis prolis. Parentes igit̄ sunt magis certi de sua prole q̄ ipsa de parētibus et sic matres plus q̄ patres. ¶ Tertia rō est vnionis: qz filij vniūtur parentibus: eo q̄ ab ipsis habēt esse: ⁊ non econuerso. Jō dixit Alera. in. iij. volumine summe. q̄ de amore filijs erhibēdo nō dat preceptū: sicut nec de amore suipsius: quia ad hoc sufficiēter inclinat natura. Cū sicut humor ascēdit a radice ad ramos: ⁊ nō ecōuerso: sic naturaliter a parentib⁹ ascēdit amor ad filios: et nō econuerso. Jccirco amor parētū ad filios est naturalis. Amor vo filioz ad parētes debet esse gratuitus. Vnde Viero. in epla de honorādis parētibus ait: Sit tibi grata vita ipsorum quibus charior est vita tua q̄z propria. Redde amoris vicē colende pietatis. De hoc aūt amore parētū ad filios est exēplū de Dauid clemē-

tissimo.ij.Reg.xviij. Cũ em̃ Absalon fi
lius eius tẽtasset eum pellere regno ac
Dauid cõtra eũ mouisset exercitũ:cum
ipse Dauid remansisset in porta ciuita-
tis:precepit Joab ⁊ Abisai quibus cõ-
missa erat summa belle.dicẽs:Seruate
mihi puerũ Absalon. Itaq; egressus est
populus cõtra Absalonẽ ⁊ suos in cam
pũ ⁊ factũ est preliũ. Debellataq; est ab
exercitu Dauid gẽs Absalonis. Accidit
aũt vt absalon occurreret seruis dauid
sedẽs mulo. Cũq; ingressus fuisset mu-
lus subter cõdensam quercũ:adhesit ca
put ei⁹ quercui:⁊ illo ꝑ capillos suspẽso
mulus cui insederat pertrãsiuit. Qđ cũ
nunciatũ fuisset Joab:tulit tres lãceas
in manu sua: ⁊ infixit eas in corde absa
lonis. Cũq; adhuc palpitaret cucurre-
runt decẽ iuuenes armigeri Joab et in-
terfecerũt eũ. Cũ ꝟo nũcius curreret ad
Dauid: qui sedebat inter duas portas
⁊ speculator diceret:Uideo aliquem ve
nientẽ. dixit Dauid: O si bonus est iste
nuncius. Et appropinquans nũcius ad
Dauid ait: Salue rex. Benedictus dñs
deus qui dispersit oẽs contrarios regi
meo. Et ait rex: Est ne pax puero absa-
lon? Qui respondit ꝙ interfectus erat.
O dauid pater pijssime. O pater aman
tissime. Nõ cogitauit Absalonis rebel-
lionẽ.nõ dixit: Uolebat filius me⁹ sub-
ripere regnũ meũ:iõ merito est interfe-
ctus:immo paterno amore deuict⁹: con
strictus est lachrymas fundere:⁊ ascen-
dit cenaculũ porte:⁊ fleuit ⁊ sic loqueba
tur:Fili mi Absalon. Absalon fili mi:q̃s
mihi tribuat vt ego moriar ꝓ te? Absa-
lon fili mi. Fili mi absalõ. Uincebat er-
go paternus affectus Dauid animũ:vt
de mortuo filio licet sibi inimico: non
gauderet:sed poti⁹ angustiaret. ¶ Ter-
tio filij debẽt parẽtes diligere propter
brutoꝝ ⁊ irrationabiliũ animaliũ exem
plaritatẽ. Ipse equidẽ seuissime fere et
animalia siluestria:serpẽtes feroces: vo
lucresq; rapaces ad parẽtes suo modo
pietatẽ exhibent ⁊ amorem. De ciconia
em̃ in libro de natura animaliũ legitur:
ꝙ senescẽs pater aut mater ei⁹ ab ea in
tritur:alijs confouetur. et Ciconia filia
quecũq; põt beneficia parẽtibus indul
get. Quare vt dicit Ambrosius in hexa
meron. Auis pia romanoꝝ antiquo mo
re appellari solebat. Sed dũ hec loqui
mur admirari debemus: vnde est ꝙ in
multis filijs tãta iniquitas reperit. Nã
vsq; adeo plerique in patrẽ aut in matrẽ
crudeles effecti sunt: vt non solum eos
odiãt:nõ soluz nõ ament: sed mori illos
desiderent et affectent: immo visum est
tẽporibus nostris:scz Mccccl xx.in ciui
tate Bari filiũ gladio interimere ꝓpriũ
matrẽ. O genimina viperarũ. O oĩs hu
manitas inimici. O inexhonorantissimi
filij. O socij ꝓditoris Jude. Ecquid ne
quius cogitari aut dici põt vel audire
q̃ erga parentes vestros vestra iniqua
⁊ mala volũtas. Sed vt arbitrari pos
sum triplex est cã:cur filij parentes exo
sos habẽt. Prima cã est filioꝝ superbia
propter quã egre ferunt si a parentibus
corrigãtur:si illoꝝ reprimatur audacia
si moneãtur vt bene viuãt. Cõtra tales
est aureũ illud dictũ Salomonis Pro
uer.j. Audi fili mi disciplinã patris tui
⁊ ne dimittas legẽ matris tue: vt adda
tur gratia capiti tuo:et torques colli
tuo. Scđa causa quare filij odiũt parẽ
tes est auaricia:cupiũt equidẽ domini
⁊ potestatẽ habere sup paternis ⁊ ma
ternis bonis:⁊ cũ id assequi nõ valeãt
cõtra parẽtes cõcipiũt odium. Nõnulli
ꝟo viduas matres ⁊ vetulas nũc pote
bus nũc blãditijs falsis inducunt vt de
sua dote liberã eis faciãt donationem.
Qui tñ cũ id obtinẽt nullaz de matribus
curã gerũt. Et ꝓpterea caute agendum
est ⁊ q̃uis quis põt esse bonoꝝ suorum
dñs non det alicui bona sua. Ex hoc sa
piens Ecc̃i.xxxiij. c.ait: Filio et mulieri
fratri et amico nõ des potestatez sup te
in vita tua:⁊ nõ dederis alijs possessio
nem tuã:ne forte peniteat te ⁊ deprece
ris pro illis. Tertia causa quare multi
filij parentes odiunt est illorũ luxuria.
Ut em̃ dicit,ij.Esdre,iiij. Multi demũ

tes facti sunt propter vrores suas: propter illas qñq; filij parētes molestant: expellunt de domo ⁊ quasi amplius videre nō possunt. O filij diligite vrores vestras: sed non immoderato amore vt parentum vestroꝝ obliuiscamini. Memento semper q magis diligūt vos parentes vestri qꝫ vrores vestre.

¶ Qualiter filij debent esse parentibus subiecti: ⁊ de triplici gradu superioritatis spūalis: tpalis: ⁊ corporalis. Cap. ij.

Secundū mysteriū declarandū de honore parētū dicitur subiectio. Debent vtiq; filij esse parētibus subditi: illiq; obedire. Et de hoc ꝺ: Col. iij. Filij obedite parentibus vestris per oīa. ⁊ Ephe. vj. Filij obedite parentibus vestris in dño hoc eñ iustum est. Honora patrem tuū ⁊ matrē tuā: qꝺ est mandatū primū in ꝓmissione: vt bene tibi sit ⁊ sis lōgeuus sup terrā. ⁊ Piero. in epla de honorādis parētibus. ait: Imitamini filium machabeū: q̄ matri suadēti mortē obediuit: ⁊ durū imperiū gratāter aggressus est ne offenderet genitricē. Et redē ꝓt noster humilitatis magister: vt dicitur Luc. ij. Erat subditus illis: scz Joseph et virgini matri. Et Deut. xxj. qñ ler currebat seueritatis et iusticie dirit deus: Si genuerit homo filiū cōtumacem ⁊ proteruum qui non audierit patris ac matris imperiū: et coercitus obedire contempserit: apprehendent eum et ducēt ad seniores ciuitatis et ad portam iudicij: dicēq; ad eos. Filiꝰ noster iste ꝓteruus ⁊ cōtumax est: monita nostra audire cōtemnit: comesationibus vacat et lururie atq; cōuiuijs: lapidibꝰ eū obruet populus ciuitatis: et morietꝰ vt auferatis malum de medio vestri: et vniuersus israel audiens pertimescat. ¶ Notandum tñ ꝺm Alexā. in. iij. q tripler est gradus superioritatis ꝺm quē debet esse ordinata obedientia.

Prima est superioritas spūalis.
Scōa tēporalis.
Tertia corporalis.

¶ Prima est superioritas spiritualis: in qua est prelatꝰ cui obediendū est in spiritualibus ⁊ nō in tēporalibus: nisi per accidēs inquātū tēporalia qñq; ordinari possunt ad aliquā finez spiritualem. ¶ Scōa est superioritas temporalis in qua preest dñs tēporalis: qui mandare pōt ea que concernunt publicū ⁊ cōmune bonū: eiq; sub pena peccati obediendum est. vt ꝺ. xj. q. iij. c. qui resistit. c. si dñs. c. iulianꝰ. ⁊ ꝺi. viij. c. que cōtra mores. ¶ Tertia est superioritas corporalis in qua paterfamilias preest filijs et omni domui sue. Et ꝺm hanc pater pōt precipere ea que pertinēt ad necessitatē vel vtilitatē. Et ꝺm hoc filij debēt parētibus obedire. Unꝺ si parētes mādarent illa que pertinēt ad superiores spirituales vtputa q filij ieiunarēt in pane et aqua: qꝺ est officiū confessorū aut mandarēt ea que pertinēt ad superiores tēporales sine ipsoꝝ volūtate ⁊ auctoritate nō esset eis obediēdū. Multominus etiā nō debēt filij parētibus obedire in his q̄ cederēt in detrimentū ꝓprie salutis ⁊ esset cōtra diuinū honorē. Unꝺ Hugo de sctō victore. ait: Obedire debemꝰ parētibus in oībꝰ: exceptis his in quibus dei patris dilectio offenderetur. Et Piero. ad Furiā. Honora patrē tuum: sed si te a vero patre nō separat: tandiu sacto sanguinis copulam q̄diu ille suū nouerit conditorē. Alioquin tibi Dauid protinus clamat et dicit pō. xliij. Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurem tuā: ⁊ obliuiscere populū tuū et domū patris tui. Et cōcupiscet rex decorem tuū. hec ille. Et quibꝰ oībus colligimus q̄ grauiter errēt hi qui filios aut filias nō ex leuitate: sed ex volūtate bona deo seruire volētes impediunt ac a ꝓposito bono reuocare nitūtur. De quibus diffusius in sermone de religione dicemus: Nūc aūt hortari tm̄ sufficiat iuuenes ꝓpter xp̄m nō dubitare parētibꝰ nō obedire. Ipse eñ dixit Mat. x. Qui amat patrez aut matrē plus qꝫ me: nō est me dignꝰ. Sic cōfortabat sanctus Sebastianus iuue-

nes illos fide ⁊ sanguine ac passiõe ger
manos Marcũ. s. ⁊ Marcellianũ: duꝫ
ꝓ fide xp̄i decollari debebãt. Ad quos
aduenere parẽtes: vt eos a sancto pro-
posito reuocarẽt. Aduenit ⁊ p̄mo ma-
ter q̄ soluto crine scissisq̄ vestib⁹ vbera
ostẽdens aiebat: O predulces filij cir-
cundat me inaudita mesticia: et into-
lerabilis luctus. Heu me miserã amit-
to filios ad mortẽ vltro tẽdẽtes quos
si mihi hostes auferrẽt ꝑ media seque-
rer bella raptores: si violẽta iudicia cõ
cluderẽt: carcerẽ irrũperem moritura.
Nouũ hoc pereũdi genus est: ĩ quo car
nifex rogat̄ vt feriat: vita optat̄ vt per-
eat: mors inuitat̄ vt veniat. Nou⁹ hic
luctus: noua miseria: in qua natorũ iu
uẽtus spõte amittit̄: ⁊ parẽtũ miseran
da cogit̄ senect⁹ vt veniat. Hec dicẽte
matre pater senior adducit̄ manib⁹ ser
uuloꝝ: ⁊ puluere aspso capite hmõi vo
ces dabat ad celũ. Ad mortẽ vltro pro-
ficiscentib⁹ filijs valedicturis adueni:
vt q̄ mee sepulture parauerã: in filiorũ
sepulturas expẽdã infelix. O filij bacu-
lus senectutis mee: ⁊ geminũ visceruꝫ
meoꝝ lumẽ. Cur sic mortẽ diligitꝫ? Ue-
nite huc iuuenes: ⁊ flete sup iuuenes:
spõte peũtes. Uenite huc senes ⁊ me-
cũ super filios plangite meos. Deficite
plorãdo ocl'i mei: ne videã filios meos
gladio cedi. Aduenerũt etiã ꝯiuges cũ
filijs lamẽtãtes. Inter hec ceperũt cor
da martyrũ mollescere: quos tñ sanct⁹
Sebastian⁹ suis ꝟbis dulcissimis ꝯfor
tauit: adeo vt ꝓ xp̄o aĩose pati nõ dubi
tarẽt. Et sic decollati sunt. Quo exẽplo
edocent̄ iuuenes nõ eẽ illis curãdũ: si ĩ
his q̄ ad aĩe salutẽ ꝓprie ⁊ ad dei spe-
ctãt honorẽ: a parẽtib⁹ ꝯtriũ p̄cipit̄: et
ob h̄ sint eis ĩobediẽtes: vt deo pareãt
¶ Qꝛ filij debẽt cum parentibus cõuer
sari cum benignitate: cũ humilitate: et
cũ pietate. Capl'm. iij.

Tertiũ mysteriũ declarãdũ de
honore parẽtũ d̄r ꝯuersatio-
nis. Debent vtiq̄ filij cũ pa-
rentibus conuersari vt debẽt
et expedit tripliciter.

Primo cum benignitate.
Scd̄o cum humilitate.
Tertio cum pietate.

¶ Primo cũ benignitate: vt sint eis be
nigni ad ꝯsolandũ eos: nõ ad ꝯtristan
dũ. Nãvt inq̄t Hiero. hꝫ quãdã senect⁹
infantiã. Solẽt vtiq̄ senes eẽ tediosi:
suspitiosi: q̄rulosi: ĩmũdi: ⁊ in domo in
utiles. Nõ tñ ꝓpterea filij debẽt ꝑ im
patiẽtiam ꝟbis illos exasperare. Unde
Hiero. inq̄t: Nemo parẽtes asperis ver
bis ledat: hoc ora filiorũ aspernent̄ q̄d
parẽtes ledat audire. Et idẽ Hiero. de
honorãdis parẽtib⁹ ait ad filios. Audi
te filij salutiferã iussionẽ ⁊ precepta le
gis affectu debiti amoris implete. Ser
uite patrib⁹ futuri patres: ⁊ matres ve
stras tenera diligite pietate: vt vr̄e con
iuges mereant̄ matrũ noĩe nuncupari.
Nemo patrẽ asperis ꝟbis ledat: ne fiat
amara dulcedo. Hoc tñ fit inter parẽtes
⁊ filios q̄d dño iubẽte natura cõtinuit.
Affectũ sonet q̄cq̄d lingue dixerint libe
roꝝ. Inter charas cõiũctasq̄ personas
pietatis iura seruent̄. Hoc filioꝝ ora lo
quãtur: q̄d delectat parentes audire. Et
iterũ supradicto libello idẽ ait: Mere
em̄ cecitatis sue subire suppliciũ: q̄ pa
rẽtũ vultus vel toruo visu desperent: ⁊
elatis oculis leserit pietatẽ. Si q̄cq̄ sa
pitis filij: eo aĩo videte venerabiles fa
cies q̄s vosipsi cõspiciũt: et eorũ labris
dulcib⁹ osculis inherete: q̄r eorũ oscula
adhuc habetis in mẽbris. Senib⁹ serui
re perfacile est: q̄s nemo potat: nemo nu
trit succo corpis sui. Foueat̄ itaq̄ parẽ
tum senect⁹: ⁊ factis eoꝝ vicissitudo red
datur. hec ille. Cõtrariũ aũt facientibus
multa mala eueniũt. Uñ idẽ Hierony.
vbi. s̄. Irreuerẽs aũt fili⁹ q̄d a dño ipse
mereat̄ Salomonis dicta testãtur. Cõ
tumelijs afficiẽs patrẽ et contemnens
senectã matris: cõfundetur ⁊ in oppro
brijs erit. Filius derelinquẽs custodire
disciplinaꝫ patris meditabit̄ sermones
malicie. Maledicẽti patrẽ et matrẽ ex
tinguetur lumen: ⁊ pupille oculoꝝ eius

videbũt tedebras. Audi fili patrem qui genuit te: nec contempseris qꝛ senuerit mater tua. Parcat patri lingua quã genuit: ⁊ matrẽ suam nemo crudeli verbo ꝑcutiat. Sic te rapiet fili iuuenilis etatis autoritas vt noueris vnde sis natꝰ. Memento scripture sancte: vbi spiritu sancto loquẽte dictũ est Exod. xxj. Qui maledixerit patrẽ aut matrẽ: morte moriatur. hec ille. Que oĩa breuibꝰ verbis cõprehendẽs sapiẽs Ecc̃i. iij. ait: Fili suscipe senectã patris tui: ⁊ non cõtristes eũ in vita illiꝰ. Si defecerit sensu: veniãda illi. Suscipe inq̃t senectã laboriosaꝫ ⁊ onerosaꝫ recordãs infantie tue: qñ flebas turbabas domũ: inquietabas dormiẽtes: fatigabas matrem: fedabas pãnos: et alia faciebas q̃bꝰ infantilis etas solet esse molesta. Sicut enim tolerauit pater aut mater: immo suscepit et adiuuit infantiã tuam: sic ⁊ tu suscipe ⁊ non abhorreas senectã illoꝝ. Sequitur. Sapiens in autoritate preallegata dicens: Patris tui: nõ alieni: nõ canis: nõ inimici: sed p̃ris tui chari genitoris: amatoris: ⁊ benefactoris. O q̃ dulce vocabulũ pater aut mater. O q̃ gratũ verbũ filiꝰ aut filia. Hinc Hiero. ad matrẽ ⁊ filiam in gallijs cõmorãtes, ait: Mater et filia noĩa pietatis officioꝝ vocabula: vincula nature sunt. hec ille. Caueãt aũt filij ne qđ absit deficiẽtes sensu parẽtes derideant ⁊ maledicant sicut ⁊ Cham: qui maledictus fuit eo q̃ Noe p̃re suo dormiẽte eũ discoopertũ irrisit: vt hr̃ Gen̄. ix. ¶ Scđo filij debẽt cũ parẽtibus conuersari cum humilitate illos reuerẽdo atq̃ timẽdo. Maxime aũt filij debent timere ne sua culpa aut defectu a patre vel a mr̃e maledicãtur. Est em̃ hoc mõ paterna aut materna maledictio sagitta vulnerans ⁊ penetrãs intima cordis filioꝝ maloꝝ. Vñ Augu. xxij. li. de ciui. dei. c. viij. narrat q̃ apud cesareã capadocie q̃dã nobilis matrona fuit viri destituta solacio: decẽ filios habẽs septeꝫ mares ⁊ tres feminas. Quadã aũt vice mr̃ ab eis offendit: ⁊ maledictionẽ filijs imprecat. Subito imp̃cationẽ matris diuina vindicta subsequit: ⁊ oĩs pena horribili ⁊ fili feriunt. Nõ oẽs tremore sunt horribiliter ꝑcussi. Quapropter nimiũ dolẽtes ⁊ ciuiũ suoꝝ oculos nõ ferẽtes ꝑ totũ orbẽ vagari ceperũt. Et q̃cũq̃ ibãt oĩm in se ꝓuocabãt aspectũ. Ex his aũt duo frater ⁊ soror Paulus ⁊ Palladia Hyponiã venerũt. ⁊ Augustino qđ sibi aduenerat narrauerũt. Cũq̃ iã q̃ndecim diebꝰ añ pascha ecclesiã bti Stephani frequẽtantes sanitatẽ ab ipso martyre multis p̃cibus postulassent in ipso die pasche cuꝫ frequẽs ppl̃s p̃ns esset orone facta añ altare scti Stephani: ãbo frater ⁊ soror surrexerũt pariter sani. O filij supbi: o filij parẽtibus vr̃is insultãtes: o filij irreuerẽtes: inobedientes: ⁊ cõtumaces: timete paternã ⁊ maternã maledictionẽ. Timete insup ⁊ diuinũ iudiciũ. Nã sicut lõga vita speranda est ab illis q̃ parẽtes honorãt: vt hr̃ Exo. xx. Ita ⁊ breuis vita ⁊ infelicitate plena a malis filijs est ꝑtimescẽda. Tertio debẽt filij cũ parẽtibus cõuersari cũ pietate illis. s. in infirmitatibus necessitatibus ⁊ antiq̃tate pie subueniẽdo cũ facultas adest. Vnde Hiero. vbi. s̃. ait: Exolue fili qđ debes ⁊ officia debita q̃licũq̃ exhibe famulatu: parentibus v̄o nemo reddere põt quantuꝫ tenetur. Et Amb. super Lucaꝫ ait: Si paueris inq̃t matrẽ: nõ reddidisti ei cruciatus quos ꝓ te passa est: nõ labores q̃bus te gestauit: nõ alimẽta que tibi ministrauit. Audi etiam Hieronymum. O ingrate fili. vbi. s̃. dicentem: Quid ipsa memorẽ nutrimenta: ⁊ tenere infantie dulces iniurias: quas nutritoris affectus de suis parabolis sumit? Quid cibos in matre cõfectos: q̃ femineis manãtes ex mẽbris lacteũ soluunt in succũ: ⁊ fauces inualidas liq̃do sapore perfundunt? Cogente natura sumunt infantes de matre qđ bibant: ⁊ dente nõ nato hoc sit currentibus labris eliciunt: qđ non sit necesse mordere. Seruiũt materna posteris pectora seruiunt ipsis in cunabulis manꝰ

et terga: mēbris deuoluta lactētiū gra
tos artus accipiūt. Optat mater par-
uulū crescere: optat cito videre maiorē
eūq; numeris iuuenū miscere festinat
nunq̄ sibi forsitan seruiturum. His tot
tātisq; p̄cedētib⁹ factis: parētib⁹ ⁊ ma-
tri tota dz alacritate seruiri. Hec ille.
Prout fecit illa filia licz pagana: quā
laudat Ualeri⁹ rubrica de pietate erga
parētes. Hec matrē adiudicatam vt fa
me moreret in carcere per dies pl'imos
fingēs se visitatiōis cā ad eā accedere
velle īpetrato a carceris custode addi-
tu: tñ bñ excussa ne sibi alimēta porta-
ret ꝓprio lacte sustētauit. Qd dñ iudi-
ci innotuisset matri donauit vitā admi
rās filie pietatē. Curēt igit seruare filij
q̄ dicta sunt: p̄res v̄o ⁊ matres caueāt
ne ip̄is ꝓ q̄buslibet minimis defectib⁹
maledicāt. Hoc iō dico q: solēt plures
mulieres nō posse loq̄ absq; maledicti
onib⁹ ⁊ blasphemijs. O feroces mr̄es
cur filios vr̄os quos portastis in vtero
tot maledictiōib⁹ iugulatis? Ut tñ ꝓ-
pitius sit de⁹ oīb⁹ tā parētib⁹ q̄ filijs
cōsulo vt in hac die q̄primū ītraueri-
tis domū añq̄ comedere incipiatz oēs
filij ⁊ filie corā patrib⁹ ⁊ mr̄ib⁹ genufle
xi veniā petāt ⁊ postulēt bñdici. At et
ipsi parētes eos amplexātes: dulciter
osculent et bñdicāt sicq; acq̄rit in hoc
scl'o dei gr̄a: ⁊ in futuro eterna gl'ia: in
q̄ viuit ⁊ regnat marie v̄ginis fili⁹ amo
rosus redēptor nr̄ iesus: q̄ vt nobis da
ret exēplum honorādi parētes vt dicit
Lucas erat subditus illis Joseph. s. et
Marie vt dictum est supra. Amen.

¶ Dñica in passione infra diē: de male-
dictionib⁹ diuersarū creaturaꝝ irrōna-
biliū ⁊ intellectualiū: ⁊ ipsius dei oīm
creatoris. Sermo. lv.



Demonium ha-
bes. Judeorum blasphe
mantiū xp̄m verba sunt
ista original'r Job. viij.
⁊ in euāgelio hodierno.
Cōtremiscūt viscera mea ⁊ cor meū fit
gelidū totū: cū considero detestabil[illegible]
horribilēq; xp̄ianoꝝ abusum: q̄ p̄sum[illegible]
pserunt iam publice relaxare lingua[illegible]
suas ad maledictiones et ad blasphe-
mas dei ⁊ sanctoꝝ celi. Est aūt hoc mo-
lum adeo cōmune: adeo gñale: adeo q[illegible]
antiquū atq; īueteratū: vt ꝓpterea [illegible]
deat plerisq; aut paruū: aut satis le[illegible]
pctm̄: vel certū nullū. Quo fit vt iā [illegible]
vicis: in plateis: in domo: in foro: in [illegible]
uitate: in agro resonet contumelia de
summi ⁊ bñdicte matris ei⁹: ⁊ alioꝝ sa-
ctoꝝ. Et lz nōnulli ꝯfiteant ⁊ accusent
se maledicendo ⁊ blaspemādo peccati
nihilomin⁹ nolunt credere pctī huius
grauitatē. Eapropter in p̄senti sermo-
ne de peccato maledictionis sub quo [illegible]
blasphemiā intercludemus: aliqua ne-
cessaria studebimus declarare: vt [illegible]
ad pnīam verā voluerint redire: intelli-
gant quātum ipsis cauendū sit a male-
dictis. Nā et iudei pessimi dño iesu xp̄o
maledicētes: merito vidētur abhorrēdi
multo fortius et ipsi xp̄iani: qui fidem
eius profitētur. Distinguemus ergo tri-
plicem maledictionem.

Prima est facture irrationalis.
Scd̄a creature intellectualis.
Tertia nature diuinalis.

¶ Qr nō debēt xp̄iani maledicere crea-
turis irrationabilib⁹: eo q̄ ordinant ad
hoīem ꝑ subuentionē: significationē: [illegible]
per modum cōtinentis. Cap. [illegible]



Prima maledictio est facture
re irrōnalis: cū scz q̄s male-
dicit terre: lapidibus: arbo-
ribus: aīalibus: pluuie: ven-
tis: soli: lune: ac sil'ib⁹. Et de
hac maledictione sanctus Tho. ij. ij. q.
lxxvj. inq̄t: Maledicere reb⁹ irrōnabi-
bus inquātū sunt creature dei est pctm̄
blasphemie. Maledicere aūt eis sm̄ se
cōsideratis est ociosum ⁊ vanū: ⁊ ꝑ ꝯ[illegible]
illicitū. ¶ Sz posset aliq̄s arguere ostē-
dēdo nō eē illicitū maledicere creaturis
irrōnabilib⁹. Primo q: vt hr̄. ij. Reg. [illegible]
Audita Dauid morte Saulis et Jona-
the maledixit mōtib⁹ gelboe. Scd̄o q[illegible]

xp̄s vt hr̄ Mat.xxj.⁊ Mar.xj. Maledixit ficulnee:in qua nō inuenit nisi folia. Tertio:qꝛ Job vt dr̄ eiusdem.iij.maledixit diei suo:⁊ dicebat: Pereat dies in q̄ natꝰ sum:⁊ nox in qua dictū est: ꝯceptꝰ est hō dies illa v̄tat̄ ī tenebras. Rn̄det Tho.vbi.s̄.ꝙ bn̄dictio ⁊ maledictio ꝓprie pōt ꝑtinere ad illā rē cui pōt bonū aut malū contingere.s.rōnali creature. Ipsis ḡ irrōnabilibꝰ dr̄ ꝯtingere bonuꝫ aut malū in ordine ad creaturā rōnaleꝫ ꝓpter quā sunt. Ordinant̄ aūt creature irrōnales ad hoīeꝫ tripliciter. ¶ Prīo ꝑ modū subuētiōis:inquātū ex eis subuenit̄ hūane necessitati. Et hoc mō a deo. Gen̄.iij. post pctm̄ primoꝝ parentū maledicta est terra.vt scꝫ per eiꝰ sterilitatē hō puniret̄.⁊ Deut̄.xxviij. deꝰ dixit: Si audire nolueris vocē dn̄i dei tui: vt facias ⁊ custodias oīa mādata eiꝰ et cerimonias quas ego p̄cipio tibi hodie:veniēt sup te oēs maledictiōes iste ⁊ app̄hēdēt te. Maledictꝰ eris in ciuitate:maledictus ī agro. Maledictū horreū tuū ⁊ maledicte reliq̄e tue. Maledictus fructus vētris tui:⁊ fructꝰ terre tue:armēta boum tuoꝝ: et greges ouiū tuarum. ¶ Scd̄o ordinantur creature irrōnales ad hoīem ꝑ moduꝫ significatiōis. Et sic xp̄s maledixit ficulneee ī significationeꝫ synagoge ⁊ iudaice gētis q̄ nō habebat nisi folia v̄ba.s.legis sine fructu. Et ꝓpterea merito debebāt arescere:⁊ auferri ab ea regnū dei:qd̄ significatū fuit in ficulnea a xp̄o maledicta. ¶ Tertio ordinant̄ creature irrōnales ad ip̄m hoīem ꝓpter modū ꝯtinētis aut tp̄is:aut loci ⁊ sic Job maledixit diei in q̄ natꝰ erat ꝓpter culpā originalē quā nascēdo ꝯtrerat. Ita ꝙ maledictio illa nō arguit in eo aliquā īpatiētiā:sꝫ tm̄ arguit ⁊ explicat ꝙ die q̄ natꝰ est ⁊ ꝯceptꝰ ꝯtrit originalē culpā:q̄ radix est oīm passionū q̄s patimur ī hac vita. Dauid īsup maledixit mōtibꝰ gelboe ad explicādā cedē q̄ ī eis facta fuerat: ꝓpterea dicebat cū fletu ⁊ lachrymis. Mōtes gelboe:nec ros nec pluuia veniat sup vos in q̄bꝰ ceciderūt inclyti isrl̄ Saul ⁊ Jonathas amabiles ⁊ decori:aq̄lis velociores:leonibꝰ fortiores. Filie isrl̄ sup Saul flete. Et ego doleo sup te frater mi Jonatha. Quare nō est trahēdū in ꝯn̄am vt vnusq̄sq̄ ꝓ suo libitu facturis irrōnabilibꝰ maledicat. ¶ Qꝛ hō nō dꝫ maledicere creaturis intellectualibꝰ.s.creature infernali: creature terrestri ⁊ celesti. Cap̄.ij.

Secūda maledictio est creature intellectualis:q̄ adhuc triplex est. ¶ Prima est creatura intellectualis infernalis: q̄ est diabolus cui īquātuꝫ creatura dei est nō licet maledicere. Un̄ ī epl̄a Jude. Cū altercaret̄ Michael cū diabolo de corpe Moysi nō fuit ausus ī eū iudiciū inferre blasphemie. Altercatio aūt illa vt dicit glo.erat:qꝛ diabolꝰ volebat īuenire corpꝰ moysi qd̄ post mortem: vt hr̄ Deut̄.xxxiiij.deo nolēte vbi sit ignorat̄ ⁊ diabolus volebat vt sciret̄ vt sic traheret ppl'm ad idolatriā. Sꝫ angelus ꝓhibebat:⁊ tn̄ cū diabolo contēdēs volebat blasphemare eum. Jccirco Hiero. xxiiij.q.iij.c.si igit̄.ait: Si igit̄ michael non fuit ausus diabolo ⁊ certe maledictiōis dignissimo iudicium īferre blasphemie:quāto magis nos ab oī maledicto puri eē debemꝰ. Merebat̄ diabolus maledictū s̄ ꝑ os archāgeli blasphemia exire nō debuit. ¶ Scd̄a creatura intellectual̄ dici pōt terrestris.s.hō:cui pōt q̄s tripl'r maledicere. Prīo ex ꝯformatione dei ⁊ amore iusticie. Et de hac dr̄.xxiiij.q.iij.c.cū sctī viri. Cuꝫ sctī viri maledictiōis sniam ꝓferūt:nō in hanc ex voto vltiōis:sed ex iusticie amore ꝓrūpūt. Sic Gen̄.ix.dixit Noe: Maledictus chanaā seruꝰ seruoꝝ erit fr̄ibꝰ suis. Sic Act̄.viij. Petrꝰ maledixit Simoni di. Pecunia tua tecuꝫ sit in ꝑditionem. Scd̄o pōt q̄s hoī maledicere ex q̄dā leuitate vel subreptione sicut solēt multi facere:lꝫ ociose ⁊ bestial'r:q̄ nesciūt loq̄ cum socio sine maledictione.di. Sis suspēsus ꝑ gulas:nascatur tibi vermis canis:⁊ similia. Tertio pōt q̄s hoī maledi

cere ex liuore: odio ⁊ aĩo malo: ⁊ hoc cũ
sit cõtra charitatem pctm̃ est mortale.
¶ Tertia creatura intellectualis d̃r cele
stialis cui nullo pacto maledicere licet.
Sed heu q̃d referã. Nam tãta est corru
ptela xp̃ianoꝝ vt ꝓ nihilo ducãt blas-
phemare sctõs ⁊ gliosam virginẽ Ma
riã. Et sicut hi q̃ boni sunt deuotionem
habẽt ad virginẽ: ⁊ vltra illã suũ patro
nũ ⁊ aduocatũ fecerũt sctm̃ Antoniuz:
aliq̃ sctm̃ Frãciscũ: aliq̃ sctm̃ Nicolauz:
aliq̃ sctãm Katharinã: ⁊ hmõi. Ita pes
simi ⁊ maligni blasphematores blas-
phemãt virginẽ btãm: ⁊ ꝓ sua mala de
uotione: aliq̃ sctm̃ Antonium: aliq̃ sctm̃
Frãciscũ: Clarã: ⁊ hmõi. O ingratissimi
pctõres: o furẽtes animi: o venenosa et
amarissima lingua: o deniq̃ ꝑditissimi
hoĩes. Ecq̃d male fecere vobis sctĩ: in q̃
nocuerũt vobis? An non assidue ꝓ vr̃a
salute ĩtercedũt ad dn̄m. Nõne ⁊ virgo
illa pyssima mr̃ gr̃e: fons misericordie ꝓ
vobis indefessa est aduocata. Quid er-
go blasphematis illã ⁊ reliquos sctõs.
Sed reuera si seruaret̃ illud qd̃ d̃r in. c.
statuimus. ex̃ de maledic. s. ꝙ publice
blasphemãtes deũ vel virginẽ sctissimã
vel aliquẽ sctõꝝ publica pnĩa ꝑ septem
hebdomadas punirent̃: ĩ quarũ. s. qua
libet sexta feria in pane ⁊ aqua ieiuna-
rent: facerẽtq̃ alia q̃ cõtinent̃ ibi: ꝓfe-
cto nõ ita de leui ꝓrũperẽt in blasphe-
mias. Et lz pnĩe sint arbitrarie vt tactũ
est in p̃cedẽtibus: tñ laudo vt hi q̃ audi
unt cõfessiones ipsos blasphemos non
ita de leui absoluãt: qr facilitas venie
tribuit incentiuaz delinquẽdi: ꝓpterea
arguãt illos aspere: increpẽt dure: ⁊ pe
nitẽtiã iniũgãt salutiferã ⁊ fructuosaz.
Quisnã nõ videt quãta diligẽtia opus
sit ad blasphemos ⁊ maledicos emẽdã
dos. Difficile est vtiq̃ malã cõsuetudi-
nẽ derelinquere. O ꝟe mala ꝯsuetudo
qua hoĩes xp̃iani iniuriant̃ deo ⁊ sctis
eius. In hac soli xp̃iani demersi sunt:
qm̃ nõ est aliq̃ natio neq̃ iudeorũ: neq̃
gẽtiliũ ⁊ paganoꝝ in qua tot sint blas-
phemie ⁊ maledictiones sicut in popu-
lo christiano.

¶ Qr pctm̃ maledictiõis ⁊ blasphemie
dei est graue: tuz rõne abominationis:
tũ rõne superationis: tũ etiã rationis cõ
trariationis. Cap. ii.

Tertia maledictio est natu
diuinalis cũ. s. q̃s de deo ma
le loquit̃ cõuitia ⁊ cõtumelias
as maiestati sue inferẽdo. Et
de hoc dicit Rich. de sctõ victore. Su
leratissimũ genus pctĩ est qñ q̃s in de
vituperiũ delectat̃. ⁊ glo. sup illo verbo
Esa. xviij. ad ppl̃z terribilẽ ⁊c. Oẽ pctm̃
blasphemie cõparatũ leuius est. Et ite
rũ ibi. Nihil est horribiliꝰ blasphemia
que ponit os suũ in celũ. Quantum ꝑ
graue sit pctm̃ maledictiõis ⁊ blasphe
mie colligi põt ex triplici rõne.

Prima d̃r abominationis.
Scd̃a superationis.
Tertia cõtrariationis.

¶ Prima rõ d̃r abominationis. In ve
teri siquidẽ testamẽto abominabantur
p̃res antiq̃ vsq̃ adeo pctm̃ blasphemie
ꝙ ex mãdato dei de blasphemia con
uictum lapidabãt. Vñ Leuit. xxiiij. dixit
dn̄s. Educ blasphemũ extra castra: ꝑ
nãt oẽs q̃ audierũt manus suas sup
put eius: ⁊ lapidet euz oĩs ppl̃s. In lege
priores illi p̃res audire detestabantur
eos q̃ blasphemabãt. Jõ Act. vij. arbi
trãtes: licet falso Stephanũ blasphema
re cũ dixit: Video celos aptos. ⁊ infra.
Cõtinuerunt aures suas: ne. s. sm̃ glo.
audirẽt blasphemãtẽ: ⁊ nõ solũ audire
sed etiã noĩare nõ audebãt vocabulum
maledictiõis. Vñ cũ accusarẽt Naboth
vt hr̃. iij. Reg. xxj. bñdixit deo ⁊ regi. i.
maledixit. ⁊ Job vt hr̃ eiusdẽ. j. offere
bat holocausta pro filijs suis. Dicebat
em̃. Ne forte peccauerũt filij mei: ⁊ bñ
dixerint deo. i. maledixerint. Similiter
⁊ tp̃ibus his abominabilis est blasphe
mia apud infideles. Nã q̃cũq̃ blasphe
maret deũ in terris turchoꝝ aut sarace
noꝝ grauiter puniret̃. Ob qd̃ aut nũq̃
aut satis raro sentiunt̃ ibi verba blas
phemie ⁊ maledictionis. O xp̃iani pu

cipes:o potestates seculares:o cuiuslibet reipublice pr̄es:curate:⁊ vos legibus honestis punire blasphemos: ne deteriores infidelib⁹ habeamini. ¶ Secūda rō ostendēs grauitatē maledictionis ⁊ blasphemie dei d̄r superationis. Sup̄at em̄ tria pctā grauissima ⁊ execrāda. Primū est pctm̄ paganoꝝ seu infideliū: qꝛ vt ait Tho.ij.ij.q.xiij.arti.iij. sn̄ialiter. Infidelis ea de deo dicit ⁊ loquit̄: q̄ licꝫ falsa sint tn̄ credit esse vera. Xp̄ianus v̄o blasphemās loquit̄ cōtra veritatē quā credit. Scd̄m est pctm̄ homicidarū. Ut em̄ dicit Tho.ibidē. quātū ad nocumētū maius pctm̄ est homicidiū q̄ꝫ blasphemia: eo ꝙ magis nocet homicida hoī interfecto: q̄ꝫ blasphem⁹ deo blasphemato. Sed quātū ad obiectum maius peccatum est blasphemia q̄ꝫ homicidiū: qꝛ homcida licꝫ interficiēdo hoīem offendat deū: tn̄ p̄ricipaliter intēdit offendere hoīem. Sed blasphemus ⁊ maledicus intēdit principaliter ⁊ directe offendere ip̄m deū. Tertiū est pctm̄ iudeoꝝ crucifigentiū xp̄m. Unde Aug. ait: Magis peccāt blasphemātes deū triūphantem in celis: q̄ꝫ q̄ crucifixerunt eū ambulātē in terris. Rō huius est b̄m Alexā.in.ij.sum.q.cxlviij. mē. v. Tū qꝛ iudei nō cognouerūt ip̄m esse deum. Unde apl̄s. j.Coꝝ.ij.ait: Si cognouissent: nunq̄ꝫ dn̄m gl̄ie crucifixissent. Sed q̄ deū blasphemāt cognoscūt illū esse deū. Tū etiā qꝛ iudei nō ꝓmiserunt ei fidē in baptismo: sicut xp̄iani. Tuꝫ qꝛ fit maior iniuria rōne maioris status. ¶ Tertia rō ostēdēs grauitatē pctī maledictionis ⁊ blasphemie d̄r cōtrariationis. Cōtrariat̄ nāq̄ꝫ blasphemia ⁊ maledictio dei.

Primo nature.
Scd̄o scripture.
Tertio creature.

¶ Primo cōtrariat̄ nature q̄ dictat bn̄factorē suū esse cognoscendū. Nā ⁊ suo mō hoc faciūt aues celi ⁊ pisces maris: ⁊ bestie terre: quanto magis ad id obligat̄ hō rōnalis: ⁊ tn̄ inter oīa bn̄ficia: q̄ magna ⁊ multa sunt a bono deo homini collata: bn̄ficiū lingue est vnū singulare p̄stantissimū ⁊ egregiū. O blasphemator ingrate: o ferialis mēs: o impudica lingua. Cur nō soiū deo tuo gr̄as nō agis: sed qd̄ peius est illū crudeliter maledicis. Cur nō solum bn̄factori tuo laudes nō impēdis: sed illū potius turpiter vilipēdis. Cur tantū bn̄factorē nō solū nō recognoscis: sed potius ita īhoneste blasphemas. Dedit tibi ipse linguā: vt tu cū illa laudares eū: ⁊ bn̄dicares nomē sctm̄ ei⁹. ¶ Scd̄o blasphemia ꝯtrariat̄ scripture. Ip̄a vtiq̄ꝫ admonet ⁊ hortat̄ nos vt bn̄dicamus deū. Unde Tob̄.iiij.c.scribit̄: omni tp̄e bn̄dic deū. ⁊ Eccl̄i.xxxix. Bn̄dicite dn̄m in oībus op̄ibus suis. ⁊ Dauid ps̄.xv. Bn̄dicaꝫ dn̄m qui tribuit mihi intellectuꝫ. ⁊ ps̄.xxxiij. Bn̄dicaꝫ dn̄m in oī tp̄e: semp̄ laus eius in ore meo. ⁊ ps̄.cxliiij. Per singulos dies bn̄dicā tibi: ⁊ laudabo nomē tuū in seculū ⁊ in seculū seculi. ⁊ Rom̄.xij. Benedicite ⁊ nolite maledicere. ¶ Tertio blasphemia cōtrariat̄ creature. Oīs em̄ creatura laudat ⁊ bn̄dicit deū. vn̄ Aug. in sermone vnius martyris inq̄t: Oīa q̄cūq̄ꝫ fecit deus laudāt deū. Audistis in bn̄dictionibus ⁊ audistis in oī solennitate qn̄ legunt̄: qm̄ oīa laudāt deū: celestia: terrestria: angeli: hoīes: luminaria celi: arbores terre: flumina: maria: q̄cq̄d deus creauit: siue in celo: siue ī terra: siue in mari: laudat deū. Hec ille. Et sctā mr̄ eccl̄ia in matutinis cātat hymnū triū pueroꝝ: in camino ignis om̄es creaturas inuitantiū ad laudes ⁊ bn̄dictionē dei. Quid respōdetis igit̄ o blasphemi ad voces oīm creaturarū? Angeli celi laudāt ⁊ dicūt clamātes: Bn̄dict⁹ deus: sol: luna: stelle: ⁊ oīa celestia corpora dicūt: bn̄dictus deus. Terra: aq̄: aer: ignis: ⁊ cūcta q̄ in eis sunt dicūt: bn̄dictus deus. Boni ⁊ recti viri dicūt: bn̄dictus deus. Et vos cōtra morē oīm aliarū reruꝫ maledicitis: nisi forte dixeritis ꝙ exēplū sumitis ab his q̄ sunt dānati in inferno: de q̄bus d̄r Apoca.xvj. Blas-

phemauerunt deū celi pre doloribus ⁊ vulneribus suis. O ergo infernales homines: o blasphemi diabolici q̄ nō nisi cū dānatis blasphemādo ⁊ maledicēdo ꝯformatis ⁊ cōcordatis. Jccirco apparet q̄ꝫ graue sit pctm̄ vestrum: ꝓpterea clamauit Esa.j.c. Uhe gēti peccatrici: ppl'o graui iniquitate: semini nequā filijs sceleratꝫ. Dereliq̄rūt dñm: blasphemauerūt sctm̄ israel: abalienati sunt retrorsum. Et merito ꝓpheta cōminatur blasphemātibus ⁊ maledicētibus: q: ꝓpter blasphemias ⁊ maledictiones indignatus deus etiā ī pñti scl'o: blasphematores flagellat: ⁊ exterminat. Est de hoc exēplū.iiij. Reg.xix.de Sennacherib ob cuius blasphemiā angelus vna nocte exercitū illius aggrediēs. clxxxv. milia hoīm interemit: ipso tādē Sennacherib a ꝓprijs filijs interēpto. Refert insup Greg.in.iiij.dial.li.c.xviij.q Rome puer q̄nq̄ annoꝝ blasphemus in brachijs patris existēs: iusto iudicio dei a diabolo suffocatus est. Propter h̄ pctm̄ etiā deus mittit pestilētias: famē ⁊ guerras. vt d̄r.xxxij.q.vij.c. Flagitia. in glo. ⁊ in aut. vt nō luxurient contra naturā. Et vt ego vidi dieb⁹ meis. Jtalia sepius flagellata est multis tribulationibus: ⁊ pestilētijs: puto ꝓpter fetorē sodomie: ⁊ impietatem blasphemie. Nā lꝫ multa sint alia pctā q̄ cōmittunt hec tñ duo cōtaminare videntur quasi oēm carnē. Et vt de blasphemia dicaꝫ: nō sunt ab ea mundi ⁊ puri dñi: non ciues: nō rustici: nō agricole: nō artifices nō viri: nō mulieres: ⁊ qd̄ auditu horribile ē: nō sacerdotes: nō religiosi. Ex oīnāq̄ statu grādis multitudo extat que loquit verba blasphemie. O italia tanto vitio deprauata: o ppl'i tanto scelere deturpati: timeo ne deseuiat cōtra nos furor dei. Corrigat igit vnusq̄sq̄ seipsuꝫ ⁊ refrenet linguā suā: oēsq̄ pariter laudemus ⁊ bñdicamus deū: q̄ bñdict⁹ est ⁊ laudabilis: ꝑ infinita secula seculorum. Amen.

¶ Feria scd̄a post dñicā in passione: de pctō inuidie qua laborabāt pharisei contra christum iesum.

Sermo.lvj.

Miserunt principes et pharisei ministros vt apphēderent ... sum. Scribunt hec verba Joh.vij.c. ⁊ in eu... bodier. Cōmouebant pharisei ⁊ scribe ꝯ pyssimū iesum ex liuore ⁊ inuidia: ... nō poterāt sufferre vt alicui maior honor exhiberet q̄ ipsis: ⁊ ꝓpterea ... est mirādū si ita seueri fuerūt ꝯ innocentissimū filiū virginis: iō Gilbertus ... ait: Jta obliquat inuidia vt rectū natura nō videat. ⁊ Señ.ad Lucil. Perit ... iudiciū cū res in affectū trāsit. Voc... vitium satis infestat miseros mortales adeo vt vix possit aliquis immo nullus euadere laqueos inuidoꝝ. Jccirco ... senti sermone de inuidia erimus ... ri: de qua tria mysteria ꝓponimus principaliter declaranda.

Primū d̄r diffinitio.
Scd̄m offensio.
Tertiū cōditio.

¶ Qualiter diffinit a doctoribus ... inuidia: ⁊ q̄ dolor ex bono alterius ... test prouenire ex timore: ex defectu ... malignitate.

Primū mysteriū declarandum de inuidia d̄r diffinitio. ... quo vidēdū est q̄d sit inuidia. Et Jobes Dam.li.ij.suorum sniaruꝫ ait: Jnuidia est tristicia de ... nis bonis. Pro cui⁹ declaratiōe notandum ... ꝑm Alex.ij.volu.sum.q.clv. ⁊ Tho.ij.q.xxxvj.ar.j. q̄ dolor de alteri⁹ bono ... tripl'r ꝓuenire. ¶ Prīo ex timore ... cū q̄s dolet de bono alicui⁹: q: ... met sibi vel alijs nocumētuꝫ inferri ... hūc dolorē Aris.in.ij.rheto. dicit nō ... inuidiā: sꝫ effectū timoris: de q̄ Greg. ... xxij.moral. ita ait: Euenire plerūq̄ ... let: vt nō amissa charitate ⁊ inimici ... ruina letificet ⁊ rursus ei⁹ bonū sine ... die culpa ꝯtristet: cū ruei, te eo q̄sdā ...

erigi credim⁹: ⁊ ꝓficiẽte illo q̃sdã iniuste oppm̃i formidam⁹. Rõnabil'r nãq; vnusq̃sq; magis diligere dz seipsum q̃ alios: ⁊ cõe bonũ ⁊ multoꝝ q̃ ꝑticulare vel vni⁹. Sic letabant̃ de malo pharaonis filij isrl: q̃ Exo.xv. dicebãt: Cãtemus dño: gl'iose em̃ honorificatus est: equũ ⁊ ascẽsorẽ ꝓiecit ĩ mare ⁊ dũ erãt in captiuitate in manu ei⁹ dolebãt de ꝓsperitate illi⁹. Idip̃m fecerũt de ꝓsperitate ⁊ aduersitate holofernis aliorũq; q̃ ppl'm deiverare p̃sumpserũt. ¶ Scdo põt ꝓuenire dolor de alteri⁹ bono ex defectu. cũ s. q̃s dolet nõ ꝙ ꝓrim⁹ bonũ illud habeat sz q: illud sibi deficit ⁊ si q̃s dolet ex defectu boni qd̃ nõ est v̄e bonũ male agit sic dolẽdo: vt si q̃s doleat: q: nõ fornicat̃ sicut multi faciũt ⁊ sil'ia. Si v̄o doleat q: non hz bonũ qd̃ est v̄e bonũ ⁊ honestũ: recte ait: Et cũ dolor talis circa honesta versat̃ v̄m Arist.iij.rheto. vocat̃ zelus: de hoc dicebat Pau.j. Coꝝ.xiiij.c. Emulamini spũalia. ⁊ hiero. ad Letã de institutiõe filie. Habeat socias cũ q̃bus addiscat: q̃b⁹ inuideat: quarũ laudib⁹ mordeat̃. ¶ Tertio põt ꝓuenire dolor de alteri⁹ bono ex malignitate ⁊ iniq̃tate qñ displicet multꝫ absq; ipsorum cõmodo vel incõmodo ꝙ alij habeãt bonũ. Et h̄ vt p l'imũ euenire solet ex inani gl'ia. vñ Grego.xj.mora. ait: Prima nãq; soboles sup̃bie inanis gloria est: q̃ dũ opp̃ssam mẽtẽ corrũpit ĩuidiã mox gignit: q: dũ vani noĩs potentiã appetit ne q̃s hãc ali⁹ adipiscivaleat tabescit: ⁊ ex h̄ est ꝙ ĩuidia solet esse inter pares: q: vnusq̃sq; appetit alios in gl'ia v̄m suũ statũ aut gradũ supare. vñ nũq̃ rustic⁹ aut agricola ĩuidebit doctori de scĩa: nec mulier ĩuidebit militi de strenuitate vel fortitudine: nec mercator: aut ciuis religioso de fama sctĩtatꝫ ⁊ sic de alijs. Sz vnusq̃sq; ĩuidet alteri de his bonis: q̃ vel ipse hz vel h̄re intẽdit. Et tñ si h̄ fiat aĩo deliberato cuz sit contra charitatez: peccatum est mortale. Charitas inquit apl's.j.Coꝝ.xiij.nõ emulatur.

¶ Q̃ maligna bestia ĩuidie semꝑ offendit virtuosos ⁊ sctõs viros: vt ex multis pz exẽplis. Cap̃.ij.

Secundũ mysteriũ declarãdũ de inuidia d̄r offensio. Hec em̃ bestia maligna offendit semper virtuosos ⁊ sctõs viros. Vñ Ualerius li iiij. de amore ⁊ dilectione ait: Nulla tã modesta felicitas est q̃ malignitatis dẽtes vitare possit. ⁊ Gene. de consolatione ad Paulinũ. Inimica est semꝑ alienis ꝓfectibus inuidia. ⁊ Ouidi⁹.j. de remedio amoris. Summa petit liuor perflãt altissima vẽti. Sũma petũt dextra fulmina missa iouis. ⁊ Hora. Sepius ventis agitat̃ ingens. Pinus ⁊ celse grauiore casu. Decidũt turres: feriũtq; summos fulgora montes. ⁊ Hiero. in epitaphio sctẽ Paule. Semꝑ virtutes persequit̃ inuidia. Feriũtq; summos fulgura mõtes. Etem̃ oẽs scti emulos habuerunt. In paradiso quoq; serpens fuit: cuius inuidia mors intrauit in orbẽ terrarũ: Ipse quoq; dñs noster iesus xp̃us zelo est crucifixus. hec ille. Hec est em̃ illa inuidia de qua d̄r Sap̃.ij.qd̃ in autoritate Hiero. est iam dictum. Qd̃.s. per illã mors intrauit in mundum. Hec est illa fera pessima propter quam fratres Joseph eum interficere tentauerunt: ⁊ tãdem vendiderunt hismaelitis: dicentes p̃ri ꝙ fera pessima deuorasset euz. Hec est propter quam Saul odio graui cõmotus fuit contra Dauid: tentans sepius illum perimere: quod ⁊ fecisset: nisi Jonathas premonuisset eum: vt habetur.j. Regum.xviij. Inuidebat autem ei Saul: quia post interfectuz Goliath ⁊ debellatos philisteos: ad eum puelle cantabant: Saul percussit mille: ⁊ Dauid decem milia. Quid dicam de antiquis romanis? Qui toto orbe clarissimi ⁊ sue reipublice zelatores fuere p̃cipui. Nõne inuidie morsib⁹ laniati extitere? Patet hoc in furio camillo: de quo scribit Orosius ⁊ Tit⁹ Liui⁹: ꝙ cũ roman⁹ exercitus per decẽ ꝯtinuos annos ma-

gnas clades accepisset: creat⁹ dictator cū capanetibus ⁊ faliscis maxima cuꝫ prosperitate conflixit: ⁊ victis duobus populis: predam inter milites partit⁹ est. Deinde Uehiētiū ciuitatē obsedit: quam tandē cepit. Ista victoria fuit cū tanta gloria romanoꝝ ꝙ dictator sublatis ad celum manib⁹ precatus est ꝙ si cui deoꝝ romana felicitas nimia videretur ei⁹ inuidia sub aliquo suo incommodo satiaretur: atqꝫ inter preces subito lapsu decidit. Quod omen ꝟm Ualerium ad sui damnationē: qua postea pressus est pertinuisse tradit. Naꝫ postq̄ ad vrbem triumphans redijt tribuni multiqꝫ ciues. Camilli ꝟtuti emuli: diffamabant gloriam eius cōtēdentes hostilem predā nō equo iure fuisse diuisam: ⁊ ista pēdente inuidia falscoruꝫ ciuitatē romano subegit imperio. Post quod a. L. Apulegio tribuno plebis accitus ꝓpter inequā Uehiētium prede distributionem: intercurrente illis diebus adolescentis sui filij morte: vt hinc publico ⁊ inde priuato cruciaretur incōmodo: in exiliū pellitur damnatus. xv. milib⁹ eris. Camillus ꝟo ab vrbe discedēs humiliter deos p̄cat⁹ est: vt si hoc iniuste pateretur q̄ primuꝫ se ciuibus ⁊ ingrate patrie necessariū fieri vellent. Quod subsecutum est. Nam galli senones obsessam vrbē preter capitoliū capere quare missum est ad Camillum ꝓ auxilio. Qui mox veniēs ingrata in patriam ab hostib⁹ liberauit. vt dicit Aug. lib. v. de ciui. dei. c. xviij. De Scipiōe insup africano dicit Ualerius maximus lib. iij. de fiducia sui. c. vij. ꝙ cū post plurimos triumphos vocaretur ad reddendum computū de pecunie quantitate tanq̄ indignatus tale fertur dedisse responsum. Cuꝫ frater meus totam vobis subiugauit asiam: et ego totam africam: nec opes asiane fratrem meū: nec africane me diuitē fecerunt: sed inuidia fecit vtrunqꝫ gloriosum. Et vt scribit Liuius: tāta fuit inuidia ciuium contra scipionem ꝙ cum accusaret a tribunis plebis: nil aliud ad obiecta respondit: sed dixit: O quirites: hoc die vici carthaginem magna sperātē: ⁊ accipere leges nostras iussi. Recordor em̄ hunc diem anniuersarium illum esse: quo ante aliquot annos vici Hannibalē. Et vt scribit Ualerius de fiducia in lib. iij. c. vij. lauream suā capiti suo imposuit ⁊ subiunxit Equū diem hunc litibus ⁊ iniurijs semp immunem esse. Me ergo in capitolium Jouem optimū: ⁊ Mineruā ceterosq deos qui capitolio ⁊ arci president ceteram salutandos: eo ꝙ in die istor sepe ac feliciter pro republica dimicauit. Uosqꝫ oēs hortor venire mecū orare deos vt vobis mei similes duces omni tēpore largiantur. His dictis ⁊ senatū totū ⁊ vniuersum equestrē ordinē ciuitatē plebē comitē habuit: adeo ꝙ paucissimi cū tribunis remanserūt: q̄ tandē vt inquit Ualeri⁹: dolore anni atq inuidia tabescētes: ⁊ pudore obruti turbis immiscuere: ⁊ cū ceteris ꝓsecuti sunt eū. Scipio aūt non modo capitoliū: sed ꝑ totā vrbē oīa deoꝝ templa cū ppl'o romano circūiuit non minus honore reus triūphās de inuidis q̄ victor olim triūphauit de hostib⁹. Et cum videret necesse esse aut succūbere emulis: aut vlcisci: neutrū experiri decreuit sed poti⁹ volūtariū sibi elegit exilium abijtqꝫ Linternū suā villulā asperitatis litariā: ⁊ īcultā: haud ꝓcul a Cumis ciuitate cāpanie. O igit inuidia rapacissima: o ꝟtutum emula: o pestilētissima oīm ꝟtuosoꝝ inimica. Ex dict(vtiq) clarū est qualr ip̄a virtuosis ⁊ sctis quietis aut pacē habere nec finit nec patitur.

¶ De triplici mala cōditione inuidie scilicꝫ propria flagellatione: charitatiua oppositione: et diabolica assimilatione.

Capitulum ...

Tertium mysteriū declarandū de inuidia d̄r condicio. Est vtiqꝫ triplex mala conditio propter quaꝫ inuidia est abominanda.

Prima d̃r ꝓpria flagellatio.
Scd̃a charitatiua oppositio.
Tertia diabolica assimilatio.

¶ Prima mala conditio inuidie d̃r ꝓpria flagellatio. Est vtiq; officiũ ei⁹ flagellare ⁊ affligere ꝓprium subiectum. Propterea Isid̃. in lib̃. differentiarum ait: Inuidus animo medullit⁹ estuãs a semetipso liuoris ꝓprij semp exigit penas. ⁊ Hiero. ad Asellã de fictis amicis exclamat dicens: O inuidia p̃mum tui mordax. ⁊ Socrates dicebat: Utinam inuidi in oĩbus ciuitatib⁹ oculos ⁊ aures haberent vt de oĩbus ꝓfectib⁹ torquerent̃. Quot em̃ sunt hoĩm felicium gaudia: tot sunt ĩuidoꝝ gemit⁹. ⁊ Horatius. Inuidia siculi non inuenere tyranni. Maius tormẽtũ. ¶ Scd̃a mala conditio inuidie d̃r charitatiua oppositio. Opponit̃ siq̃dẽ charitati ꝓximi. Illa tñ charitatẽ docent nos sancti: et ipse sctũs sctõꝝ xp̃s iesus. Vñ Paulus j. Coꝝ. xiiij. ait: Sectamini charitatẽ. ⁊ xvj. c. ait: Om̃ia operavr̃a in charitate fiant. ⁊ Eph̃. iij. In charitate radicati ⁊ fundati. Et. iiij. c. In charitate crescamus. ⁊. v. c. Estote imitatores dei sicut filij charissimi: ⁊ ambulate in dilectione sicut ⁊ xp̃s dilexit nos. ⁊ ad Col̃. iij. Sup oĩa charitatẽ habẽtes. ⁊. j. Joh̃. iij. Qui nõ diligit fratrẽ suũ manet in morte. Et xp̃s iesus Joh̃. xiij. Mãdatũ nouũ do vobis vt diligatis inuicẽ. Et ibidem. In hoc cognoscent oẽs q̃ mei discipuli estis: si dilectionẽ habueritis ad inuicẽ. Aduertẽter igit̃ sp̃uales confiderent hi qui ꝑ penitẽtiã se affligũt: cogitẽt religiosi q̃ seculũ derelinquunt vt deo seruiãt: quãtũ malũ sit inuidia: que cũ charitate stare nõ põt. Ip̃a eq̃dẽ sola venenũ est cuiuscũq; alteri⁹ boni: q̃ vt inq̃t Aug̃. super Joh̃. Dilectio sola discernit ĩter filios dei ⁊ filios diaboli. Signent se oẽs signo crucis: baptizent̃: cantẽt oẽs alleluya: intrẽt ecclesias: impleãt parietes basilicarũ: nõ discernunt̃ filij dei a filijs diaboli nisi charitate. Magnũ iudiciũ: magna discretio. Quicq̃d vis habeas si non habes charitatẽ nihil habes. Alias virtutes si nõ habes: hanc habe et legẽ implesti. Hec Aug̃. ¶ Tertia mala conditio ĩuidie d̃r diabolica assimilatio. Ipsa siquidem assimilat hoĩes malignis spiritib⁹. Nã quid est alterius inuidere felicitati q̃ diaboli officiũ exercere. Jõ xp̃s inuidis phariseis Johan. viij. ait: Vos ex patre diabolo estis. Nos v̄o curemus esse filij dei: oẽm ĩuidiã a cordibus nr̃is expellẽtes: vt sic valeam⁹ in hoc seculo acq̃rere dei gr̃am: ⁊ in futuro sempiternã gloriã: in qua viuit ⁊ regnat ipse benedictus deus per infinita secula seculorum. Amen.

¶ Feria tertia post dñicã in passiõe: de pctõ detractionis a quo abstinere debent q̃ verã penitẽtiã deoq; acceptam agere volunt. Sermo. lvij.

Quidã em̃ dicebant q̃ bonus est: alij aũt nõ: sed seducit turbas. Scribunt̃ hec v̄ba Joh̃. vij. ⁊ in euangelio hodierno. Loquitur vnusquisq; de altero s̄m q̃ ei afficitur: ita q̃ qui diligit non saturatur laudibus: qui v̄o inuidet aut odit: libẽter detrahit ⁊ vituperat. Propterea pharisei inuidẽtes xp̃o sequacesq; sui causa detractionũ morsib⁹ lacerabãt. Nec potuit pijssim⁹ iesus vitare oblocutoꝝ dẽtes q̃nĩmo vt ptz ĩ hodierno euãgelio: publice a multꝫ accusat⁹ est ⁊ noĩatus pctõ: ⁊ male. Ista nãq; solet esse pessima inuidoꝝ ꝯditio vt oĩa ĩ malã partẽ ĩterp̃tent̃ ⁊ trahãt ac de oĩb⁹ male dicant: Venit inq̃t xp̃s Mat. xj. Johãnes baptista nõ mãducãs nec bibẽs ⁊ dicũt demoniũ hz. Venit fili⁹ hoĩs mãducãs ⁊ bibẽs: ⁊ dicũt ecce hõ vorax ⁊ potator vini. Cũ v̄o detractio apd̃ q̃ꝑles minimũ pctm̃ eẽ reputet̃: iõ in h̃ sermõe de ip̃a aliq̃d disseram⁹ oñdẽtes: quãtũ expediat penitẽtibus a talivitio penit⁹ abstinere: de quo tria mysteria p̃ncipalia erũt declarãda

Primū d̄r malignatio.
Scd̄m modificatio.
Tertium offensio.

¶ Qr maligna sit detractio: tū respectu ꝯrietatis: tū respectu generalitatis: tū etiā respectu crudelitatis. Capl'm. j.

Primū mysteriū declarandū de detractione d̄r malignatio. Est siq̄dē pctm̄ hoc satis malignū ⁊ g̃ue triplici rōne.

Primo rōne ꝯrietatis.
Scd̄o rōne generalitatis.
Tertio rōne crudelitatis.

¶ Primus actus d̄r casualitatis: cuz q̄s aliū interficit nō volūtate: sed casu: vt inquit Ray. in sum. sua. Casu fit homicidiū: vt cū quis ꝓijcit lapidē ad auez: vel ad aīal: ⁊ alius transiens ex insperato occidit̄: vel incidit arborez ad cuius casuz aliquis opprimit̄. Sed distinguēdum est: qꝛ interficiens casu aut dabat operā rei licite: aut illicite. Si illicite vt puta si ꝓijciebat lapidez versus loca ꝑ q̄ consueuerūt hoīes transitū facere: et similia: hic homicida reputat̄. vt. xv. q. j. c. merito. §. itaq; ex p̄missis. Vñ si clericus ludo: vel exercitatione viriuz: vel venatione iaculum mittens alium perimit: qꝛ hoc ab eo debet esse penitus alienum: homicidij reus efficit̄: vt ptz. l. di. c. clerico. ⁊ ex̄ de presump. c. j. Si v̄o interficiens casu dabat operam rei licite: vt quia magister causa disciplinę verberabat discipulum: vel qꝛ deponebat aliquis fenum de curru: vel arborē ꝓpriaz sibi necessariam incidebat: ⁊ similia. hic si adhibuit diligentiam quam potuit: videlicz respiciendo ⁊ proclamando nō nimis tarde vel remisse: sed tempore cōgruo ⁊ alte: ita ꝙ si aliquis erat ibi vel veniebat: poterat fugere ⁊ sibi cauere: ⁊ magister non excessit modum in verberando discipulum: non imputabitur ei homicidium si casu contingat. Si autez dabat operā rei licite: ⁊ nō adhibuit diligentiam debitā: homicidiū imputabit̄ ei. Vnōi distinctio ponit̄ di. l. c. sepe

cōtingit. ⁊. c. si duo fratres. ⁊ ex̄ de ho-
mi. c. Jobes. ⁊. c. q̄dā vt asseris. Scd̄s
act⁹ in quo homicidiū non est pctm̄ d̄r
necessitatis: cū quis aliū īterficit se de
fendēdo ne occidat̄ ab eo. Notandum
tn̄ ꝟm Ray. ī summa sua: ꝙ aut necessi
tas occidēdi fuit euitabilis: q̄r poterat
euadere absq̄ occisione: ⁊ tūc est reus
homicidij: aut fuit necessitas ineuita-
bilis: q̄r occidit hoīem sine odij medi-
tatiōe: īmo cū dolore animi se ⁊ sua li-
berādo cū al's nō poterat euadere: et
sic occidēs nō peccat: nec astrīgitur ad
pnīam nisi ad cautelā ꝓpter ambiguū
duplicitatis. vt pz. xxiij. q. v. c. excōmu
nicatoꝝ. Et licz quidā dixerint ꝙ istud
intelligitur de laicis tm̄ et nō de cleri-
cis. Ueruntn̄ verior est opinio ⁊ cōmu
nior ꝙ clericus interficere pōt ī neces-
sitate ineuitabili: et nō peccat nec effi-
citur irregularis. sicut habet̄ ex̄ de ho-
mici. in. c. significasti. et ex̄ de sen. excō.
c. dilecto filio. li. vj. ⁊ in cle. si furiosus.
de homi. q̄r vt d̄r. ff. de iusti. ⁊ iure. l. vt
vim vi. Uim vi repellere licet cū mode
ramine īculpate tutele. ¶ Terti⁹ actus
in quo homicidiū nō est peccatū dicit̄
vtilitatis: cū scilicz quis aliuz occidit:
vel in bello iusto pugnādo: vl' ex auto-
ritate officij iuris ordine seruato: male
ficos puniēdo. Naz Exo. xxij. dixit de⁹:
Non patieris maleficos viuere sup̄ ter
rā. Exquo dicit Tho. ij. ij. vbi. s̄. ar. ij.
ꝙ sicut licitū est occidere aīalia bruta:
inquātū natural'r ordinant̄ ad vsuz ho
minū: sic īperfectū ordinat̄ ad ꝑfectū.
Sic cū oīs ꝑs ordinet̄ ad totū: sic īmp
fectū ad ꝑfectū. Oīs em̄ ꝑs natural'r ē
ꝓpter totū: vn̄ et ꝓ salute toti⁹ corpis
laudabiliter ꝑciditur mēbrū putridū.
Jccirco cum quelibet singularis perso
na cōparet̄ ad totā cōmunitatez sicut
ad totū: vn⁹ hō periculosus cōmunita
ti et corruptiu⁹ alioꝝ laudabil'r ⁊ salu
briter occidit̄: vt bonum cōmune serue
tur q̄re nec iudex peccat reos ad mortē
condēnando ex debito officij: et amore
iusticie. Nec minister peccat si iussus a
iudice occidat condēnatum. vt habet̄
expresse. xxiij. q. v. c. miles. ⁊. c. cū mini-
ster. c. lex eterna. c. officia. ⁊. c. q̄ malos
percutit. Et vtinā hmōi seueritas abū
daret in illis: ad quos spectat alioꝝ cri
mina punire. Ueruntn̄ hodie puniunt̄
nō rei ⁊ malefactores amore iusticie sz
illi tm̄ q̄ lz rei sunt fautores tn̄ nō hn̄t.
¶ Q̄ non solum manu sed etiam mul-
tis alijs modis homicidium damnabi-
liter cōmitti potest. Capitulum. ij.

Secundū mysteriū de homi-
cidio aperiendū d̄r modi-
catio. In quo videndum est
quot modis homicidiū cō-
mittit̄. Et loquendo de ho-
micidio proprie dico ꝙ committi po-
test tripliciter.

Primo suasione.
Scd̄o auxiliatione.
Tertio operatione.

¶ Primo suasione vel consilio. et ꝟm
Guil'. hoc intelligit̄ de cōsilio exhorta-
tionis vel approbationis: nō de consi-
lio simplicis opinationis. si q̄s em̄ que-
renti alicui in gn̄e: an liceret xp̄iano cle-
rico vel laico paganū occidere: nō aīa
persuadēdi sed exponēdi quid hoc ca-
su sentiret respōderet hoc esse licitum
non fieret irregularis: licz ille cui tali-
ter respondisset paganū postea interfi-
ceret ex cōfidentia illi⁹ responsionis: sz
etiā iste errasset in rn̄dendo. Jnno. fo.
in glo. sup̄. c. ad audiētiā. ex̄ de homi.
dicit sic: Jntelligitur ꝯsilium vel man-
datū dedisse in mortē alicuius qn̄ sua-
sit illud vel rogauit vel mādauit: vl' ali-
os consuluit vtilitatē que sequeret̄ ex
homicidio oñdēdo. ¶ Scd̄o cōmittit̄
homicidiū auxiliatione: cū scilicz quis
auxiliatur occisori astando: ministran-
do arma: monēdo: cōfortando: ⁊ hmōi.
Ut em̄ d̄r Rom̄. j. Non solū qui faciūt
sed etiam q̄ consentiūt facientibus di-
gni sunt morte. ¶ Tertio cōmittit̄ ho-
micidium operatione: ⁊ hoc multiplr.
¶ Primo veneno aut venenosis medi-
cinis. Sic occiderunt Alexandrū ma-

gnum: Cassander: Philippus: ⁊ Solla filij antipatris ꝟm. Q. Curtiũ. Dederũt nãq; in potũ venenũ sibi: quo hausto ꝟm Justinũ in media potione velut telo ꝯfossus ĩgemuit deportatusq; est a cõuiuio semianimis. Maliuoli autẽ dicebant eum ebrietate perire. Quarto itaq; die indubitata morte: sentiẽs tumultuãtes milites q; rex occidebat̃ insidijs pia orone sedauit: cũctisq; dexterã porrigẽs eos osculatus est: sicq; defecit anno etatꝫ sue. xxx. Venenosis insup herbis atq; medicinis carnales q̃dã ⁊ libidinose mr̃es filios suos adhuc in vtero latitãtes pimũt. Medici autẽ ⁊ aromatarij vel incuria vel negligentia vel malicia dũ venenosas medicinas egrotis tribuũt: in hũc errorẽ prolabunt̃. Taceo reliqua q̃ dicere possem tã de mulierib⁹ q̃ de viris: qm̃ sufficere dz eis q̃ venenis vtunt̃: stimulus cõsciẽtie sue. ¶ Scdo cõmittit̃ homicidiũ ope cũ maleficijs ⁊ incãtationib⁹. Vidi ego Janue cõbustam ⁊ affixam palo quãdã sclauã: q̃ suũ dñm ac dñam cum his diabolicis supstitiõib⁹ ĩterfecerat. ¶ Tertio cõmittit̃ homicidiũ ope pcutiẽdo manu. Sic Cayn ĩterfecit fratrẽ suũ Abel. vt dr̃ Gen̄. iiij. Et h̃ vtiq; peccatũ satis graue est atq; crudele: tũ q; est ꝯ p̃ceptũ dei q̃ ait Exo. xx. Nõ occides. Tũ q; est ꝯ opificiũ eius q̃ corpus ⁊ aĩam mirabili sapientia sua vniuit. Est etiã hoc pctm̃ ꝯ corpus ꝓximi ⁊ sepe ꝯ aĩam eius: q; dũ interficit̃ non est ꝯtritus. Est ꝯ parentes interfecti q̃ excitant̃ ⁊ cõmouent̃ ad odiũ. Est ꝯ rempublicã q; homicida oẽs leges oĩaq; iura spernit. Est ꝯ angelũ custodiẽtẽ q̃ nõ parũ de suo custodito ĩterfecto dedignat̃. O igit̃ homicida ptinax et superbe: o pctor nequissime: o crudelior oĩ fera pessima: cõtine manũ tuã: noli seuire in ꝓxios tuos. Si peccasti hactenus age pnĩam. Si ĩ ꝓposito es occidẽdi desine ab ira ⁊ derelinq̃ furorẽ: vĩce teip̃m: et noli pctm̃ tã horrẽdũ tãq; deo exosum ĩmortali cõmittere. Noui nãq; q̃plures q̃ tãdẽ leti facti sunt: eo mutauerũt ꝯsiliũ suũ. Propterea dico ⁊ iterũ dico: Nolite locũ dare diabolo: nolite effundere sanguinẽ hoĩs qm̃ int̃ cetera pctã homicidiũ maximi est nocumẽti. Vñ posito q̃ homicida hr̃et in ptãte vel destruere celũ ⁊ terrã ⁊ oĩa q̃ in eis sunt: dũmõ talis destructio non veniret in dãnuꝫ hoĩm: vel interficere hoĩem: maius malũ cõmitteret illũ interficiẽdo q̃ deuastãdo cũcta corpora celestia: et oĩa alia q̃ sunt ĩ hoc mũdo. Maiorẽ siq̃dẽ ĩiuriã faceret deo hoĩeꝫ interficiẽs: q̃ q̃ sine hoĩs dãno celũ priuaret luminarib⁹ suis: aerẽ volucrib⁹: terram arboribus: et mare aquis.

¶ Q; leges oẽs tam diuine q̃ humane acriter ⁊ grauissime dãnat ac puniunt homicidas. Capl'm. iij.

Tertiũ mysteriũ aperiendum de homicidio dicit̃ punitio. Punitur siquidẽ homicidiũ grauiter triplici pena.

Primo pena legali.
Scdo pena cõsciẽtiali.
Tertio pena diuinali.

¶ Primo punit̃ pena legali. Scriptuꝫ quippe est in lege veteri Exod. xxj. Qui percusserit hoĩem volens occidere: morte moriat̃. Idẽ dicit lex ciuilis. ff. ad. l. cor. de sica. l. j. ⁊. C. ad. l. cor. de sica. l. is q̃ cũ telo. Scdm v̄o legẽ canonicã homicida est irregularis: ⁊ nõ põt ꝓmoueri: ⁊ eijcit̃ iã ꝓmot⁹: sicut pꝫ. l. di. c. si q̃s viduã. ⁊. lj. di. c. aliq̃ntos. ⁊ de pe. di. j. c. piculose. ⁊ ex̃ ne cle. vl̃mo. c. sniam sanguinis. ⁊ ex̃ de homi. c. sicut dignũ. ⁊. c. significasti. ¶ Scdo punit̃ homicidiũ pena ꝯsciẽtiali. Nam in foro pnie ꝟm Rich̃. in. iiij. homicida astringi dꝫ ad satisfaciẽdũ: ⁊ q̃uis nõ possit restituere vitã; obligat̃ tñ ad restituẽdum alia bona ꝓ illo dãno cõpẽsata qualitate lesi: ⁊ quãtitate dãni: ⁊ possibilitate dãnificantis. Et hanc restitutionẽ debet facere ad arbitriuꝫ boni viri. Et q̃ talis teneat̃ ad restitutionem pꝫ: quia quãto hõ aliũ plus dãnificat: tãto ma

gis ad restitutionē tenet. Bona autem corpis bona exteriora excedūt. Scotꝰ aūt ī. iiij. di. xv. dic̄ ꝙ ꝓ satisfactiōe homicidij expedit homicide. Primo ꝙ exponat vitā suā in cā iusta: vtpote ꝯ ecclesie inimicos: vel ꝯtra hereticos seu alios infideles: et hoc ordinādo laborē ⁊ periculū suū in satisfactionē illiꝰ quē ipe occidit: vt si cui nō pōt in corporalibus satisfacere: satisfaciat ī spūalibus bonis. Scdo si p̄dicti casus nō occurrāt totā vitā suā in orone ⁊ pnīa debet ordinare ad illius subleuationē quem ipse occidit. Tertio quoqꝫ si interfectꝰ alios sustentabat. s. p̄rem vel matrem: aut alios sibi ꝓpinquos seu paupes: obligat̄ talis interfector oībus illis ad iantā restitutionē quātā illis abstulit per interfectionē illius. Sed ego puto Scotū om̄ia supradicta intellexisse de quadā cōgruitate: nō necessitate ⁊ precipue primū scꝫ de exponēda vita ꝓ aīa interfecti: qd̄ si ipse intelligi voluit de necessitate expedire. ego salua reuerentia sua id non credo neqꝫ teneo: qm̄ vt inquit Hiero. ad damasum papā. Lex iusticie tenax clementiā non habebat. Sed quicūqꝫ adulter fraudator homicida: ⁊ vt breuiter dicā qualicūqꝫ mortali crimine detinebat̄: nulla venia penitētie laxabat̄ a crimine: oculū ꝓ oculo: dentem pro dente: aīam ꝓ aīa iubebatur exoluere. Sed misit deus filium suū natū ex muliere factū sub lege qui austeriatē legis euāgelij gratia tēperauit. htc ille. Et ꝓpterea mihi videt̄ ꝙ occisori penitēti satisfaciat quelibꝫ alia satisfactio sibi īposita ad arbitriū discreti cōfessoris absqꝫ hoc ꝙ vitam suā exponat periculo mortis: q: talis obligatio satis esset dura atqꝫ periculosa. Induceret nāqꝫ quoslibet homicidas in desperationē ⁊ deus benignus desperationē maxime odit: quia vt ait Hiero. ad Rusticū monachū. Nihil sic offendit deū sic̄ cor impenitēs. Solum desperationis crimen est qd̄ veniā consequi non pōt. ¶ Tertio punit̄ homicidiū pena diuinali. Est vtiqꝫ sepissime deus homicidarū seuissimus vltor: ⁊ robustissimus ꝑsecutor: cuius iudicio fit vt homicide feriētes gladio: gladio feriant̄. Et omissis que in scripturis habētur ⁊ notissima sunt. Patet etiā hoc in exēplis gentiliū. Crudelis ⁊ homicida Cyrus ꝟm Justinū ⁊ Paulum Orosium in bello occisus fuit: eiusqꝫ caput in vtrē hūano sanguine plenū missum est. Crudelis ⁊ homicida Nero: vt dicimus in sermone de antixp̄o interfecit semetipsum Domicianꝰ ꝟm Eutropiū ⁊ Orosiuꝫ qui senatores nobilissimos occidit: multos etiā cōsobrinos suos a cubicularijs suis occisus est āno etatis sue. xlv. Hannibal carthaginensis qui ex crudelitate captiuos romanos oneribus ⁊ itinere fessos: vt dicit Valerius sub rubrica de crudelitate. succisa prima ꝑte pedū relīquebat: quosdāqꝫ fratres ⁊ propinquos ferro vsqꝫ ad mortē decertare cogebat: venenose extinxit. Nā fugerat post carthaginē deuictā ad antiochū regē: ad quē a senatu romano missi fuere legati q̄ regē ad pacē cogerēt: hānibalēqꝫ deposcerēt: cū hānibal de fuga atqꝫ salute oīno desp̄asset veneno hausto qd̄ more regio sub gēma ferebat īclusuꝫ obijt. sicqꝫ ab his q̄ ad eū cōp rehēdēdū missi fuerāt exanimis est īuētꝰ ꝟꝫ Eutropiū. De interfectoribꝰ etiā cesaris sic scribit Sueto. Nullꝰ fere triēnio superuixit: nullusqꝫ naturali morte obijt. Nā pars naufragio: pars p̄lio defūcta est. Quidā se illo pugiōe quo Cesarē vulnerauerāt occiderūt. Diebꝰ etiā nostris multa nobis exēpla mōstrata sunt: ex q̄bꝰ vnū tacendū minime puto. In ciuitate Eugubij quidā iuuenis noīe petrꝰ impedire volēs testm̄ p̄ris iaꝫ defuncti: vnū de executoribꝰ Laurētiū scꝫ de eustrotijs de Florētia filiū dñi Pale manu propria interfecit. Erā ergo Padue vbi ⁊ dñs Palas supradictꝰ etiā morabat̄: egoqꝫ sibi nūciaui dolēdū casuꝫ ⁊ inopinatū filij: hortans illū plurimū ad patiētiā,

Sequēti ẏo quadragesima cū Senas accessissem repperi ibi homicidā illuz: qui sepius ad me veniēs precabaturvt ab vroze interfecti q̄ florentie tūc erat per meas litteras sibi veniā impetrarē qđ cū obtinere nō valuissem: ille miser in ciuitate Senarum stare decreuit: et dū habitaret in quodā hospitio: venerūt duo ex florētia p̄cio ducti q̄ hospitē pecunia corrūpētes in ei⁹ cellario p̄fatū iuuenē occiderūt amputauerūtq; digitū eius his q̄ illos miserāt p signo ferendū. Dū autē simul irent in itinere duo illi ceperūt ꝓtēdere vnusq; ī sociū irruēs ipm peremit. At ꝛ ille captꝰ est ꝛ ꝑm iuris regulas vita priuatꝰ in partesq; diuisus tanq̄ duoz homicidiorū p̄ditissimꝰ re⁹. O igit terribilis iusticia dei q̄ homicidis etiā ī hac vita repēdit vicē. Timere igit illā oēs q̄ p̄opti estis ad ritas ꝛ ab homicidio vobis caueatꝭ vt sic valeatis acq̄rere in hoc secꝰo dei gratiam: ꝛ in futuro gloriam. Amen.

¶ Sabbo post dnicā ī passiōe: de sacratissima cōione: ad quam oēs fideles se debēt disponere ꝛ p̄parare. Sermo. lxj.

Qui manducat meā carnē ꝛ bibit meum sanguinē in me manet ꝛ ego ī illo. Verba sunt redemptoris nr̄i originaliꝝ Joh. vj. Amplius nō est differēdū dicere ꝛ loq̄ de sctissima cōione: qm̄ iā appropinquat tp̄s quo fideles cūcti ad illaz deuote sumendum esse debēt expediti. Sūt tn̄ multi q̄ obliti salutis sue: cōicare aut negligūt aut renuūt ꝛ ꝓtēnūt: q̄b⁹ in hoc sermōe ostēdere statui quāta sit necessitas suscipiēdi sanctissimuz eucharistie sacramētū. Opus eq̄dē est cū verbis vitatis ꝓterere duriciē obstinatoz: qm̄ nihil periculosꝰ aut dānabiliꝰ ipis p̄t euenire q̄ separi ab amore: a benivolētia: ꝛ a gra dn̄i nostri iesu xp̄i. Jpe vtiq; in vbis in themate allegatis se mansurū pollicet cū eo q̄ eius carnē māducat ꝛ sanguinē bibit in sacramēto altaris. Ut igit rūpant corda durissima eoz qui cōionē fugiūt: de ipsius necessitate locuturi tria mysteria proponimus declaranda.

Primū ꝺ: obligationis.
Secūdū exclusionis.
Tertium conditionis.

¶ Qꝛ obligentur ad cōmunionem homines: tuz ad memoriam passiōis xp̄i: tum propter ecclesie preceptum: tum etiaz propter christi comminationem.

Capitulum. j.

Primum mysteriū de cōione declarādū ꝺ: obligationis. Obligant q̄dem hoīes ad cōicandū suscipiēdūq; sanctissimū sacrm dn̄i nostri iesu christi triplici ratione.

Primo rōne recordationis.
Secūdo rōne preceptionis.
Tertio rōne cōminationis.

¶ Primo rōne recordatiōis. Institutū q̄dē fuit sacramētū altaris a dn̄o iesu xp̄o vt fideles sui illud sumētes recordarent amoris quē nobis oñdit dū p nr̄a salute passionē acerbissimā crudelēq; mortē patiēt̄issime tolerauit. Un Mat. xxvj. ꝛ Lu. xxij. ipse ait: Hoc facite ī meā cōmemorationē. Et Paul⁹. j. Cor. xj. ait: Quotienscūq; māducabitis panē hūc ꝛ calicē bibetis: mortem dn̄i annūciabitis donec veniat. Et idē ponit ī sn̄ia de ꝑse. di. ij. c. scriptura. c. q: passus. c. semel xp̄s. c. semel īmolatꝰ ꝛ. c. in xp̄o. ꝛ. c. q: corpus. Eusebius ita loquit: Q: corpus ita assumptū ablaturus erat ab oculis ꝛ illaturus syderib⁹: necessariū erat vt die cene sacrm nobis sui corporis ꝛ sanguinis ꝓsecraret vt coleret iugiter p mysteriū qđ semel offerebat in p̄ciū: vt q: quotidiana ꝛ indefessa currebat p omniū salute redemptio: perpetua esset redēptionis oblatio: ꝛ perennis victima illa iugiter viueret in memoria: ꝛ semꝰ p̄sens eēt in gratia. hec ille. Cū ergo sacrm hoc venerabile fideliter ꝛ deuote sumptū xp̄s passum ad mentem renocet: ingratis-

simi ꝓfecto cēsendi sunt illi qui saltē semel in anno cōicare nolūt. O obstinate mētes q̄ tāti bñfactores nec etiā perraro recordari vultis. O impia aīa peccatrix nō sic fecit erga te filiꝰ dei bñdicti. Nūq̄ ipse te obliuioni tradidit. Quinimmo semꝑ fuit memor tui nascēdo: sugēdo vbera: in cuna vagiēdo: peregrinādo: vigilādo: ieiunādo: orādo: predicando: patiēdo ⁊ moriēdo. Propter te nāq̄ oīa ista fecit: semꝑ te videbat: semper te diligebat: semꝑ tecū in corde suo colloquebatur atq̄ dicebat: O aīa delicata: o aīa insignis ⁊ nobilis: propter te sum factꝰ hō: ꝓpter te sum carne vestitus: ꝓpter te fero quoscūq̄ labores: ꝓpter te deniq̄ affixus in cruce pēdeo. Quare hic xp̄s subdit illud Threnoꝝ. iij. Recordare pauꝑtatis ⁊ trāsgressionis. i. afflictionis mee: potationis fellis et absinthij: o ferrea mēs: cur non audis vocem amorosi iesu? Cur illū nō inspicis: et ꝓ suo amore ac cōmodo tuo vitia et pctā deponis. Cur sacramētū eius in memoriā ipsius vt debes nō accipis? Cur non cōpateris doloribus cruciatibus ⁊ afflictionibus eius? Quibus oībus grauior est ingratitudo tua. Audi ipsum o peccator: audi inquam: audi de cruce ad te clamantē ⁊ dicentē ꝟm Bern̄. Vide hō que pro te patior: vide penas quibꝰ afficior: vide clauos quibus cōfodior. Non est dolor sicut quo crucior. Cū sit tantus dolor exterior: intꝰ est tñ dolor grauior: tā ingratū dū te experior. Ad hanc ergo ingratitudinē euitandā facit cōmunio altissimi sacramenti: qđ vt predictū est: signū est memoratiuū dñice passionis.

¶ Scđo obligant hoīes ad cōmunionē ratione preceptionis. Precepit nanq̄ sancta mater ecclesia fidelibus cunctis vt cōmunionem suscipiāt. De hoc autē pro varietate temporū varia facta sunt statuta. In ecclesia siquidem primitiua dum sanguis xp̄i recēs feruebat in corde credentium cōicabant oēs quotidie: vt ptz Act. ij. ⁊ de cōse. dist. ij. c. peracta. Lapsu ꝟo tꝑis vsus cōionis deductus est ad dies dñicos. Et de hoc dixit Augu. de cōse. dist. ij. c. quotidie. Quotidie eucharistie cōionem accipere nec laudo nec vitupero. Oibus tñ diebꝰ dñicis cōmunicādum hortor. Succedēte ꝟo tꝑe statutū fuit vt ter in anno hoīes cōicarēt: videlz in pascha dñi natali: ⁊ pente costes: vt exp̄sse pz de conse. dist. ij. c. etiā nō frequētius. ⁊. c. seculares. Notādum tñ qr qđ đr de cōse. dist. ij. c. A q̄busdā in cena dñi: scz ꝙ cōicādū erat in die cene intelligitur de cōsilio: non de precepto. Tꝑe ꝟo in quo charitas refriguit ecclīa obligauit laicos ad cōionē tm̄ semel in anno: sicut ptz ex̄ de peni. ⁊ remis. in. c. oīs vtriusq̄ sexus. Et tñ tāta est in multis nequicia maleq̄ volūtatis obduratio ꝙ nō solū cōicant semel in anno: verūetiam sine cōione per annos ⁊ annos perdurāt. ¶ Tertio obligātur ad cōmunionē rōne cōminationis. Dicit em̄ xp̄s cōminanter Joh. vj. Nisi manducaueritis carnē filij hoīs ⁊ biberitis eius sanguinē: nō habebitis vitā in vobis.

¶ Qr excusant a pctō qui nō cōicant semel in anno ꝓpter punitionē vel defectū: ⁊ de his q̄ indispositi sunt. Cap. ij.

Secundū mysteriū declarādū de cōmunione dicitur exclusio. Excludunt etem̄ a cōione nōnulli qui cōicare nō debēt iuxta statutum ecclesie prefatuz: scilz semel in anno propter tria.

Primo propter punitionē.
Scđo ꝓpter defectionē.
Tertio propter indispositionē.

¶ Primo ꝓpter punitionez. Nā nōnullis interdicta est cōmunio semel in anno: lz cōtriti sint ⁊ cōfessi: propter punitionē precedentiū peccatoꝝ. Vñ. xxxiij. q. ij. c. latorē. đr de patricida aut matricida: ꝙ non dz cōicare vsq̄ ad tres annos. Et vt dicit Rich. in. iiij. Nulli notorio ⁊ manifesto ac infami pctōri: cum ad pnīam reuertitur: est statim eucharistia ministrāda. Tū ꝓpter reuerētiā sacramēti. Tum vt ꝓbetur cōuersio vera vel ficta. Tum ne alij pusilli scandalizē-

tur. Posset tñ cõtrarium fieri vbi articulus pietatis vel necessitatis aliqñ aliter fieri suaderet: puta qꝛ esset tã feruida penitẽtia: compũctio et lachrymarũ abundantia: ꝙ etiã alios ad deuotionẽ prouocaret vel mortis periculũ immineret. Nã in extremo vite nulli penitenti est eucharistia denegãda: vt ꝓbat̃ dist. l.c. penitẽtes. ⁊. xxvj. q. vj. c. si presbyter. ⁊. c. agnouimus. ⁊ ex̃ de elec. in. c. licet. ¶ Scda ratio quare aliqui excludunt̃ a cõione d̃r defectiua siue defectionis: qñ scz aliq̃s deficit sensu aut rõne fatuitatis: aut rõne etatis. De etate aũt in qua q̃s ad cõionem sit inducẽdus dicit Alexan. in. iiij. summe. ꝙ stãdũ est arbitrio boni viri: qui potissime cõsiderare hz an ille q̃ cõmunicare dz tantã habet fidẽ ⁊ discretionẽ vt distinguere sciat inter sacramentũ in quo realiter ꝯtinetur xp̃s: ⁊ materialẽ panẽ seu vinũ. ¶ Tertia rõ quare aliqui excludunt̃ a cõione d̃r indispositionis: qꝛ nõ sunt dispositi cũ firmo ꝓposito a vitijs abstinere: qui vt dicetur in tertio mysterio: si sic cõmunicauerint: peccãt. Et rursus si nõ cõmunicauerint semel in anno: a pctõ non sunt immunes. Et si dicat̃ ꝙ nõ videt̃ peccare q̃ cõionem omittit: qꝛ se ad illã indispositum videt: cũ hoc accedat ad sacramẽti reuerẽtiaz. Respõdeo ⁊ dico ꝙ nõ peccat propter reuerentiã sacramẽti sed propter indispositionez suã: eo ꝙ quilibet pctõr tenetur disponere se ad correctionẽ ⁊ emẽdationẽ. Exquo dicit Alexãder in. ij. summe. ꝙ qñ pctõr cogitat de sua mala vita: ⁊ excitat̃ intrinsecus a dei gratia gratis data: et extrinsecus a ꝟbis scripture a voce predicatorum: ab exẽplis bonoꝝ viroꝝ: vt pctã deponat: si in tali actu nõ agit operã vt conterat̃ de nouo mortaliter peccat: pctõ scilz negligẽtie: ad qd̃ sequuntur alia pctã: scilz contẽptus diuine gratie: obduratio cordis et impenitentia. Iccirco friuola est atqꝫ periculosa excusatio illius qui dicit cõmunicare nolo: qꝛ nõ sum dispositus peccata relinquere. Nã licz nõ sit cũ peccato cõmunicanduz: tñ a peccato est abstinẽdũ. O quot detinet illaqueatos diabolꝰ. O quot sunt fornicatores: adulteri: sodomite: vsurarij: ⁊ sil̃es: qui nullam in suo corde mentionem faciunt de emẽdatione sua. O insensati: o reprobi: o maligni inimici creatoris nostri dei. O dãnandi cruciatibus eternis: cur duriciam vestrã voluntatẽqꝫ in malo perseuerãtẽ nõ inspicitis? Flete super vosmetipsos. Flete inquã: qꝛ in breui ꝓ dilectione momẽtanea luetis penas eternas. Heu heu quãta crudelitas: quanta impietas: quãta feralitas nõ cõpati ꝓprio periculo: ꝓprio dãno atqꝫ iacture. O luxuriosi domate vestrã libidinẽ. O auari refrenate vestrã cupiditatẽ. O superbi deponite iras: rancores: ⁊ odia: ⁊ nolite fugere: nolite contemnere christum deũ. Ipse est q̃ ad nos venit. Ipse nobis offert seip̃m ĩ sacramẽto altaris. Sed dicet aliquis. Ecq̃s scire põt si sine pctõ ⁊ mũdus sit? Inq̃t em̃ sapiẽs Eccs ix. Nemo scit vtrũ amore an odio dignꝰ sit. ⁊ Dauid in pñ. xviij. Delicta q̃s intelligit. Cui ego respõdeo: ꝙ etsi certitudinaliter de cõi lege nullus se sciat esse in charitate: tñ per cõiecturas et signa põt vnusq̃sqꝫ id credere atqꝫ tenere. Sunt aũt he cõiecture: dolor de pctis cõmissis propositũ ab illis in posterũ abstinẽdi: humilis ⁊ diligẽs cõfessio: prompta satisfactio: ad bonũ operandum expedita volũtas. Uerũtamen vt predictum est si quis oĩno se ad hoc indispositu̅z viderit a sacra cõmunione omnino abstineat.

¶ De tribus cõditionibus que precipue obseruari debẽt ab his qui sanctissimũ sacr̃m deuote sumere volũt. Cap̃. iij.

Tertiũ mysteriũ declarandum de cõmunione dicit̃ cõditio. Cõmunicare siquidẽ volẽtes debent corpus xp̃i cum deuotione fide ac reuerentia suscipere: quibꝰ necessaria sunt maxime tria.

Primum est mundicia.
Secundum diligentia.
Tertium reuerentia.

¶ Primū qđ cōicantibus est necessariuz dicā mūdicia: que est tripler. Prima est mūdicia mētalis: vt scilz mēs mūda sit ab omni ꝓposito malo et ab omni actu cuiuscunqz peccati mortalis. Et de hac dicit apls. j. Cor. xj. c. Probet aūt seipz sum hō: ⁊ sic de pane illo edat: et de calice bibat. Qui em̄ māducat ⁊ bibit indigne iudiciū sibi māducat ⁊ bibit. Notā dum tū ꝙ potest quis dici indignꝰ isto sacramēto dupliciter. Aut rōne ꝓprie iniquitatis: et sic est indignꝰ oīs existēs in peccato mortali. Aut rōne ꝓprie paruitatis ⁊ infirmitatis: ⁊ sic etiam quilibet quantūcunqz sanctus indignus est. Propterea oīs communicās dicit: Dñe nō sum dignus. Sed illi qui ꝓpter suā impietatē et malicia indigni sunt: iudiciū sibi manducāt ⁊ bibūt: dū sanctissimū sacramētū suscipiūt. O sacerdotes: o religiosi eucharistiā frequētantes notate verba signate mysteria. Ihe mūdo a scādalis. Et quis enumerat quot sunt q̄ pollura ore presumūt accipere corpus xpi. Verūtamen circa hoc dubiū oritur vtrū peccet sacerdos dās eucharistiam illi quē scit esse in pctō mortali. Et respondet Rich. in. iiij. ꝙ talis pecō: aut nō petit eucharistiam sibi dari ⁊ tūc sacerdos dādo peccaret. Aut petit ⁊ tunc distinguo: q: aut suū pctm̄ est occultū: aut manifestū. Si manifestū tunc sacerdos dādo sibi eucharistiam peccaret: q: legitimam contra ipsum hz exceptionez quam sibi publice obijcere pōt. Et accipio hic manifestū nō ꝓ oīi eo qđ ꝓbari pōt: qđ magis ꝓprie dr manifestabile ꝙ manifestum. Vñ si sacerdos sciret parrochianū suū esse in crimīe: qđ legitime cōtra eū posset ꝓbare: ita ꝙ illud crimē nescirent cū ipso nisi duo vel tres testes per quos hoc ꝓbare posset: non ꝓpter hoc deberet eucharistiā negare illi in publico petēti: q: iam inferret sibi penā ante criminis ꝓbationez: qđ fieri non debet: vt ponitur. xj. q. iij. in. c. eoz. Sed accipio hic manifestuz ꝓ notorio. Est aūt peccatū notoriū: vel per sentenciam vel per cōfessionē factā in iudicio: aut p euidētiaz rei que tergiuersatione aliqua celari nō pōt. ex de coha. cleri. et mulie. c. vlti. Si aūt peccatū suū est occultum. Aut petit in occulto: ⁊ tūc sacerdos sibi dādo peccaret: q: habet contra eū legitimā exceptionē: quā sibi i occulto obijcere pōt: ⁊ ipsuz dz monere ne petat in publico: vt habet de cōse. dist. iij. c. nō prohibeat. Aut petit in publico et tūc est distinguendum: q: aut de aliena parrochia: ⁊ tūc peccaret sibi dādo. Aut est de parrochia sua: ⁊ in tali casu sacerdos tenet sibi dare: q: cōtra eū nō hz legitimā exceptionē: quā ei publice obijcere possit. ex de offi. iudi. ordi. c. si sacerdos. Sic xps cōicauit Judā quē sciebat ꝓditorē: ne peccatū ei⁹ occultū panderetur: vt dr. j. q. j. c. xps. ⁊. vñ. q. j. c. aduertas. Illi ergo qui cū pctō mortali cōicare presumūt Jude filles efficiunt. ¶ Secūda mūdicia necessaria cōicare volentibus dr cōfessionalis. Debet nāqz qs ante sacramenti susceptionē mundare se per confessionē factā sacerdoti. Sed hic dubitare cōtingit: vtrū cōtritus nō confessus peccet mortaliter cōicando? Et respōdet Rich. ꝙ distinguēdū est: q: aut talis habet copiā cōfessionis idonei: ⁊ tēpus sufficiēs ad cōfitendū: ⁊ loquēdū loquerā aut nō. Primo mō suscipiēdo hoc sacramentū mortaliter peccat: q: ad hoc ꝙ homo sit dignus hoc sacramentū suscipere: requiritur ꝙ reconciliet deo ⁊ ecclesie: que reconciliatio est per cōfessionem ⁊ absolutionē. Secūdo modo subdistinguendū est: q: aut imminet scandalū persone sue: aut cōis hoc est populi: aut q: iam incepit sacrum mysterium si sacerdos est: ⁊ in quolibet istoz casuz liciatū est cōicare cū ꝓposito confitendi. Si tū nō adest aliquis predictoz casuū tenet expectare quousqz habeat copiā cōfessoris. ¶ Tertia mūdicia que requiritur in volentibus cōicare dr corporalis. Pro cuius intelligētia notandū sm Bona. ⁊ Rich. in. iiij. dist. ix. ꝙ alia est immūdicia corporalis que est cōiuncta

spūali: ficut pollutio ꝓueniēs ex crapula. vel ex turpib⁹ cogitationib⁹ precedē tibus: ⁊ cū hac nō licet ad sacramentum accedere. Alia est immundicia pure corporalis nullū horrorē immūdicie in aīa generas: vt immūdicia in pede: ⁊ hec nō impedit. Cū pollutio prouenies ex infirmitate: vel debilitate nature nō impedit vsum sacramēti: licꝫ laudabile sit ob reuerētiā abstinere. Silr immūdicia menstruoꝝ nō ꝓhibet mulierē cōicare: qz est immūdicia pure naturalis. Simile pōt dici de illa infirmitate: que Leui. xv. vocat fluxus seminis. Et si diceretur ꝙ tales in veteri lege reputabantur immūdi: ⁊ arcebant ab ingressu in tēplu: ⁊ ab esu agni. Respōdēt ꝓfati doctores ꝙ istud nō tenetur hodie: qz lex data est in onus ⁊ in figurā: ⁊ per illas immūdicias significabant immūdicie spūales. Dicit tn Boñ. ꝙ deus diligit mūdiciam corporalē que excitat deuotionē mētis: ⁊ abominat immūdiciā corporalem que est via ad irreuerētiā mētis. Unde qui immūdis manib⁹ tractaret corpus xpi: ꝓpter irreuerētiā sacramēti nō esset immunis a pcō. ¶ Scōm principale qō requirit ⁊ est necessariū cōicantibus ōr diligentia: que adhuc triplex esse pōt. ¶ Prima est diligentia examinationis. Debet quidē quilibet qui vult communicare examinare diligēter seipsum: vt cōfiteatur de oīb⁹ peccatis mortalib⁹: de quibus memor esse potest qm̄ si quis omisisset cōfiteri aliquod peccatū mortale ꝓpter suā voluntariū negligentiā licꝫ psuaderet sibi ꝙ ꝓpter confessionē aliorū esset mundus: cōicando peccaret mortaliter. Et ñ ꝙs facta diligentia sua nō recordarek nisi de vno peccato: et de illo dūtaxat cōfiteretur in particulari: ⁊ de oblitis in generali cōicando gratiā xpi obtineret ꝑm Scotū in. iiij. dist. ir. Immo multotiēs oblita peccata ꝑ frute sacramenti ad memoriā reducuntur. Et tūc tenek hō post susceptum corpus xpi ꝙcitius pōt cōfiteri de illis in speciali: qō etiā factū est a nobis: dū dirimus de reiteratione cōfessionis. ¶ Scda diligētia est feruētis oratōnis. Debent vtiqꝫ qui cōicare habēt: per aliquod spaciū ante orare feruēter. ¶ Tertia diligentia est pie meditationis. Debēt em̄ pie meditari ⁊ cōtēplari clementiā et amorem dñi nostri iesu xpi ꝙ nobiscū esse dignatur in venerabili sacramēto. ¶ Tertium qō est necessariū cōicantibus ōr reuerētia. Debēt nāqꝫ corpus xpi sumere cum reuerentia ⁊ honore genuflexi: videlꝫ et pectora sua tūdētes dicētes Lēturionis ꝛba Mat. viij. Dñe nō sum dignus tē. Et de hoc deuotissimū est exēplū illud: mēteqꝫ sollicita speculādū: qō de beato Hieronymo. Eusebi⁹ in ei⁹ trāsitu narrat. Scribit em̄ sic: Quidā frater ad locū accedēs sanctissimuꝫ corpus iesu xpi secū tulit: qō vbi Hieronym⁹ vir dñi videre potuit: nobis et auxiliantib⁹ ꝑstrauit se in terrā protinus ⁊ voce ⁊ lachrymis quātum poterat clamabat dicens: Dñe ꝙs ego sum vt sim dign⁹ ꝙ sub tectuꝫ meū intres? Audeuit hoc pcō: hō? Certe dñe nō sum dignus. Nūquid ego melior suꝫ ꝙ oēs patres mei? Tu Moy si noluisti vno ictu oculi te monstrare. Cur nūc tantū te humiliasꝫ vt patiaris ad hoiem descēdere publicanū ⁊ peccatorē? Cūqꝫ proximus esset sacerdos: erigēs se vir religiosus genibus flexis eus cūctis tenētibus magnis lachrymis et suspiriis ⁊ ꝙpluries percutiens pectus suū dixit: Tu es dñs meus et de⁹ meus qui ꝓ me passus es: an forte alius? Certe tu es ille: qui cū deus esses solus ante tēpora ⁊ fine principio genit⁹ a deo patre eterna et inuestigabili generatione: qui cū ipso patre et spiritusancto vnus deus es permanēs illud qō eras et es. Intra vnius puelle corpusculū te clausisti factus hō. Tu nēpe es ille super quē in Jordane baptismate Johanne vocē subito paterna celitus intonuit Mat. iij. Hic (inquit) est filius me⁹ dilectus in quo mihi cōplacui ipsuꝫ audite. Et spūssanctus in te in columbe specie descendēs te esse vnuꝫ cum patre ⁊ idē

in substãtia declarauit. Tu bone iesu ꝓ me crucis tã grande (in isto tuo quod cerno) p̃sens corpore suptulisti suppliciũ: vt mortẽ quã meis incurrerã flagitijs interimeres ⁊ aĩas antiquoꝝ quas dudũ diabolica nequicia infernalibus mãsionib⁹ detinebat recupares ⁊ totã humanã naturã q̃ corruerat ĩ mortem perpetuã: tuo cũ ip̃a pacificato p̃re ad vitã interminabilẽ reuocares. Tu es vita vitalis ⁊ amabil' atq; iocũda. Multaq; alia addidit v̄ba mysterijs deuotissimis plena. Quibus finitis vir dñi gl'iosus sacramentũ suscipiẽs ad terrã supinus redijt. Deinde manus in modũ crucis supra pectus tenẽs. Simeonis ꝓphetevaticiniũ decantauit. Quo finito apparente luce quadã mirabili: ex hac vita migrauit. Elaborem⁹ itaq; oẽs vtrũ oĩ deuotiõe qua possum⁹ sacramentũ hoc frequẽtem⁹ vt sic mereamur in hoc seculo participes fieri diuine gr̃e: et in futuro sempiterue gl'ie: in qua videbim⁹ deũ sicuti est: q̃ viuit ⁊ regnat per oĩa secula seculorum. Amen.

¶ Dominica in ramispalmaruz in mane de contemptu mundi: ad quem nos christus rex regum induxit verbo pariter ⁊ exemplo. Sermo. lxij.



Ecce rex tu⁹ venit tibi mãsuetus sedẽs sup asinã. Scribunt̃ hec verba Mat. xxj. ⁊ in euãgelio hodierno. Inuigilandũ est accuratissime ab oĩb⁹ nobis: ne decipiamur a blanditijs proditoris mundi. Allicit equidez nos apparenti suauitate dulciq; armonia bonoꝝ temporaliũ. Cui si p̃buerimus aures mentis ĩmemores facti gl'ie celestis ruem⁹ in pelagus vastissimuz inferni tenebrosi sicut illi q̃ syrenarũ cantus nõ curãt euitare. De quibus sic dicit Hiero. ad matrem ⁊ filiã in gallijs commorãtes. Narrant gentium fabule cantibus syrenarum nautas in sara precipites: et ad orphei cytharaz arbores bestiasq; vt silicum dura mollita. Hinc ⁊ Hiero. in ꝓlogo Josue dicit: Nos ad patriam festinãtes mortiferos syrenarũ cantus surda debemus aure pertransire. Propterea saluator nr̃ in omni vita suaverbo pariter ⁊ exemplo contẽnere mũdũ nos docuit. Pro cui⁹ contẽptu hac die mãsuetus ⁊ humilis sedere voluit sup asinã. Et qm̃ rarissimi sunt q̃ ei⁹ exemplũ sequant̃: pluresq; inueniunt̃ dilectores q̃ ꝯtẽptores mundi. Iccirco in presenti sermone de mũdi ꝯtẽptu dicemus: notabimusq; tres p̃ncipales rõnes quare sit contẽnendus.

Prima rõ d̃r diuine ordinationis.
Scd̃a finalis cõsummationis.
Tertia maligne cõditionis.

¶ Q̃ mũdus cõtemnẽdus est: eo q̃ de⁹ ita ordinauit: ⁊ de causa ꝓductiua mũdi ⁊ tẽpore ac vnitate. Capm. j.



Prima ratio quare cõtemnẽdus est mũdus d̃r diuine ordinationis. Ordinauit enim deus vt hõ diligeret ipsum deũ summũ bonũ: non autẽ mundũ. Vñ magr̃ sen. j. dist. ij. libri ait: Fecit de⁹ rationalẽ creaturã vt summũ bonũ intelligeret: intelligẽdo amaret: amãdo possideret: possidẽdo frueretur. Sed pro huius partis pleniore intelligẽtia tria sunt de mũdo declarãda.

Primũ dicit̃ causalitas,
Scd̃m tẽporalitas.
Tertiũ vnitas.

¶ Primũ declarãdũ d̃r causalitas. vtrũ scz. causa efficiẽs ꝓductiua mũdi fuerit ipse de⁹. Et circa hoc sunt tres opiniones. Prima p̃horum q̃ nesciẽtes intelligere qũo aliquid fieret ex nihilo: sunt multa falsa de mũdo locuti: sicut pz de democrito ⁊ epicuro: qui vt Lactan. ait in. j. di. insti. dixerũt oĩa fortuitu esse facta. Cõtra q̃s licz alij p̃hi dixerint mundum esse factũ: vt pz. j. de celo ⁊ mũdo. ⁊ ij. Methauroꝝ. tñ errauerũt aliqui asserẽtes illũ factum esse a deo de sui essentia. Sed hec positio sequentibus p̃his apparuit improbabilis q̃ dei essentia

nobilissima et oīno inuariabilis fieret corporaliū ⁊ variabiliū materia que de se est imperfecta nisi perficiat ꝑ formā. Anaxagore aūt opinio fuit vt dixit Aristo. j. Physi. ⁊. ij. de aīa. ⁊ in. j. de generatione: ꝙ mūdus erat fact⁹ ex principijs existētibus scꝫ materia ⁊ forma: sed forme latebāt in materia anteq̄ intellect⁹ illas distingueret. Platonici v̄o posuerūt mundū ex principijs existētibus materia ⁊ forma: sed materiā posuerūt per se et formas separatas. Tales milesius vt refert Lactā. in. j. diui. insti. dixit deū ex aqua cūcta formasse. Vñ materiā rerum posuit in humore: ⁊ principiū causamq̄ nascēdi cōstituit in deo. Omitto q̄d senserit Crisippus: q̄d Cleantes: q̄d zeno: q̄d Empedocles: ⁊ ceteri q̄ ideo errauerūt: qꝛ nescierūt contēplari omnipotētiā dei: que ex nihilo pōt facere aliquid. Vñ ex nihilo creauit angelos: ex nihilo materiaꝫ primam: ex nihilo creat aīas nostras. Propterea dicit magister di. xij. ij. libri. Creare est ex nihilo aliq̄d facere. Hoc aūt nos intelligim⁹ ex reuelatione dei facta Moysi eximio prophetarū. qui in princi. Gen̄. j. ita scripsit: In principio creauit deus. i. ex nihilo ꝓduxit ꝟm glosam. celū ⁊ terram. Ex quo de pb̄is dicimus illud Lactantij in. j. diui. insti. Omissis terrenis hmōi pb̄ie autoritatibus nihil certi asserētibus aggrediamur viā rectā: quos equidē si putarem satis idoneos ad bñ viuēdū duces esse: ⁊ ipse seq̄rer: ⁊ alios vt seq̄rent hortarer. Sed cum magna inter se cōcertatione dissideāt secūq̄ ipsi plerūq̄ discordēt apparet eoruꝫ iter nequaq̄ esse directū. Siquidē sibi q̄q̄ vt est libituꝫ ꝓprias vias impsserūt: cōfusionēq̄ maximā inq̄rentibus veritatē reliquerunt. Nobis aūt q̄ sacr̄m religionis accipim⁹ cū sit veritas reuelata diuinitus om̄es vtriusq̄ sex⁹ sine vllo discrimine ad celeste pabulū cōuocamus. hec ille. Sileant ergo pb̄i ⁊ erroribus suis circa productionē mūdi imponāt iā finē. ¶ Secunda opinio est hereticoꝝ. Nam manichei vt cōmemorat Aug. in li. de natura boni. ponētes duo principia. vnū. s. deū oīm inuisibiliū: aliud diabolū oīm visibiliū: dixerūt mūdū istū visibilē factum fuisse atq̄ ꝓductū a diabolo tenebrarū principe. Hāc aūt heresim ꝑditissimam conant ipsi ꝓbare autoritate: rōne: ⁊ exemplo. Autoritate cōtendūt ꝓbare dicētes: ꝙ diabolus in scripturis vocatur princeps ⁊ deus mundi huius. Vñ Johā. xij. xp̄s ait: Nūc iudicium est mūdi: nūc princeps mūdi huius eijciet foras. ⁊ Job. xiiij. Venit em̄ princeps mundi huius: ⁊ in me non habet q̄cq̄. Et de se Job. xviij. pilato dixit: Regnū meū nō est de hoc mūdo. ¶ Scd̄o arguūt manichei rōne sic. Nullū malū est a deo: qꝛ vt hr̄ Gen̄. j. Vidit deus cuncta q̄ fecerat: ⁊ erāt valde bona. ⁊ Diony. in li. de diuinis noībus ait: A summo bono nō egreditur nisi summū bonum: sed mundus est malus: ergo nō est a deo. Qd̄ aūt sit malus patet: qꝛ si esset bonus esset diligendus: qꝛ ꝟm Dionysium vbi. s̄. Bonū est naturaliter diligibile: sed oīs p̄dicat mundū fore contemnendū. Unde Job. j. cano. ij. ait: Nolite diligere mundum: neq̄ ea que in mūdo sunt: qꝛ si quis diligit mundum non est charitas patris in eo. ⁊ Jaco. iiij. scribitur: Adulteri an nescitis qꝛ amicitia huius mundi inimica est deo? Quicūq̄ ergo voluerit amicus esse huius seculi: inimicus dei constituitur. ⁊ Job. vij. de mundo xp̄us dixit: Nō pōt mundus odisse vos: me aūt odit: qꝛ ego testimoninm perhibeo de illo: qꝛ opera eius mala sunt. ¶ Tertio superinducunt manichei ad suum errorē confirmandū exemplum qd̄ Mat. recitat. iiij. c. quando ostēdit diabolus christo omnia regna mundi promittens se ea illi daturum si cadens adorasset euꝫ: ergo videt ꝙ ipe erat dñs mundi. Sed certe mentiūtur manichei ⁊ scripturas corrumpunt: distrahūtq̄ a veritate sensus. Quoniam vt ait magister historiarum scholasticarum in principio Gen̄. ⁊ Alexā. in. ij. summe. q. xiiij. mem. j. ar. ij.

et Bon. ⁊ Rich. dis. ſ. parte. ſ. ar. ij. a. ſ. ad. ij. ſcdi libri. Mundus in ſcriptura multiplr accipi ꝓſuevit. Nā aliqñ accipiť ꝓ deo: aliqñ ꝓ oi creatura ſeu oñi creata natura: aliqñ ꝓ ipo hoīe: aliqñ ꝓ vita ꝓſenti: aliqñ ꝓ vitioſa vita malox. Probať hec acceptio multiplex ſatis clare. Nā Joh. ſ. c. ō: de verbo dei: In mūdo erat. i. in parte ſm Aug. Et mūdus ꝓ ipm factus eſt. i. oē qđ reperitur ſiue in celo ſiue in terra. Et mūd⁹. i. hō eū. ſ. verbū incarnatū nō cognouit: qđ dictū refertur ad iudeos. Qz etiam hō intelligať nomine mūdi ptz ꝓ illud qđ dť Joh. iij. Sic deus dilexit mūdum vt filiū ſuū vnigenitum daret: vt omnis q̄ credit in eū nō pereat: ſed habeat vitā eternā. Qz etiā mundus accipiať ꝓ vita preſenti patz in verbis xpi dicentis Joh. xvj. Exiui a patre ⁊ veni in mundū: iterū relinq̄ mundū ⁊ vado a prem. Qđ etiā mūdus accipiať ꝓ vita malox ⁊ iniquox hominū: colligiť ex verbis xpi Joh. xv. diſcipulis dicentis: Qz de mundo non eſtis: ſed ego elegi vos de mūdo: ꝓpterea odit vos mūdus. Diabolus itaq̄ ō: princeps mūdi: non ꝙ ab ipo mūdus creať ſit: ſed q: eſt oīm malox caput. ſm illud Gre. xvj. moral. Caput iniquox diabol⁹ eſt. Et hoc mō mūdus ō: mal⁹: et merito odiēd⁹ atq̄ ſpernēdus. Explicauit hocp̄z Joh. cū ſubdidit in autoritate prealegata. Nolite diligere mūdū ⁊c. Oē qđ eſt in mūdo concupiſcētia carnis eſt: ⁊ concupiſcētia oculox: et ſuperbia vite. ſ. Johā. ij. Dicať itaq̄ diabolus ꝓnceps malorū rōne ꝓtracta. Et a Paulo vocať dei⁹ huius ſeculi nūcupative: ſicut ab eodem Phil. iij. guloſox venter dicitur deus. Et per hec dicta ſatis ſufficiēter reſpōſum eſt ad autoritates ac rōnem quas manicheus induxerat. Ad exēplūm vo dicimus ꝙ diabolus qñ ꝓmittebat xpo: mēdaciter loquebatur: Voluiſſet vtiq̄ decipere eū mēdacio ſuo: ſicut decepit in paradiſo terreſtri ꝓmos homines ⁊ ḡtidie decipit ſibi credēteꝫ, ꝓptereq̄ Job. viij. c. xps de ipſo dixit: In veritate non ſtetit: quia non eſt veritas in eo. Cū loquitur mendaciū ex ꝓpriis loquitur: q: mēdax eſt ⁊ pater ei⁹. Stēt ergo confuſi manichei cū diabolo ꝓpter ſuos de mūdi ꝓductiōe ampli⁹ nō loquant. ¶ Tertia eſt opinio vera ſanctoꝝ ꝙ mundus eſt in eſſe ꝓductus a deo: quā tota eccleſia in ſymbolo apoſtolox ꝓdicat docens: Creatorē celi ⁊ terre. Et in ſymbolo patrū. Factorē celi ⁊ terre viſibilium oīm ⁊ inviſibiliū. Que veritas colligiť ex dictis ſcripture vtriuſq̄ teſtamenti. Vñ ſapiēs Eccli. ſ. ait: Unus eſt altiſſimus creator oīm oīpotēs: et rex potēs ⁊ metuēdus nimis. Et Judith. xiij. Benedictus dñs qui creauit celū ⁊ terram. Et Dauid in pſ. lxxxviij. Tui ſunt celi: tua eſt terra: orbē terrarū ⁊ plenitudinē ei⁹ tu fundaſti: aquilonē ⁊ mare tu creaſti. ⁊ Eſa. xlviij. Ego prim⁹ ⁊ ego noviſſimus. Man⁹ mea fundauit terrā: ⁊ dextera mea mēſa eſt celos. ⁊ Joh. ſ. Oia ꝓ ipſum facta ſunt. ⁊ Ephe. iij. In deo q̄ oīa creauit. ⁊ Coloſſen. ſ. In ipſo cōdita ſunt vniuerſa in celis: et in terra viſibilia et in uiſibilia. ⁊ Heb. ſ. In principio tu dñe terrā fundaſti: ⁊ opera manuum tuarū ſunt celi. ⁊ Eccl. iij. Dñe tu feciſti celū ⁊ terrā. ⁊. xvij. Dei⁹ qui fecit mundū ⁊ oīa que in eo ſunt. ⁊ Apoc. x. Juravit per viventē in ſecula ſeculox: qui creauit celū ⁊ terrā. Hoc inſup vt premiſſum eſt pbi ex̄plures cōfirmāt: licz in modo ꝓducēdi deficiāt. Vñ Lac. li. ſ. di. inſti. Orpheus (inq̄t) veruſtiſſimus poetarū deū verū ⁊ magnū primogenitū appellat: eo ꝙ ante ipſum nihil ſit genitum ſed ab ipſo ſunt cūcta generata. ⁊ Macrobius li. ſ. de ſomno Scipionis ait: Deus qui prima cauſa eſt: vocať vnus omnia que ſunt: quecq̄ videnť eſſe principes et origo eſt. Et vt inq̄t Aug. ūb. xſ. de civ. dei. c. iij. Exceptis prophetici vocibus mūdus ipe ordinatiſſima ſui mutabilitate ⁊ mobilitate: ⁊ viſibilium omnium pulcherrima ſpecie: quodāmodo tacet ⁊ factū ſe eſſe; et nō poſſe a deo ineffabiliter

ter atq; inuisibiliter magno ⁊ ineffabiliter ac inuisibiliter pulchro se fieri potuisse ꝓclamat. Et idē li. x. cōfes. Interrogaui de deo meo celū: solē: lunā: ⁊ stellas. Et rñderunt. Neq; nos sumus qō queris: ⁊ dixi oibus que circūstant fores carnis mee. Dicite de deo meo aliquid. et exclamarunt voce magna. Ipse fecit nos. Interrogatio mea: itētio mea: ⁊ respōsio eox: species eox. hec ille. Et q̄b' oib' cōsiderare debem' q̄ admirāda sit sapiētia creatoris: q̄ timēda ⁊ veneranda potētia: q̄ ve laudāda ac benedicēda bonitas: que nobis fiūt notissima dum inspicim' mundū istū ab illo ꝓductum de nihilo: in quo oia sunt ordinatissima ⁊ nihil est superfluux atq; diminutum. ¶ Scōm de mūdo declarandū ō: tpalitas. Et hic videdū est: vtrū mūdus fuerit a deo ꝓductus ex tpe: aut ab eterno: ⁊ q̄busdā visux est Aristotelē tenuisse q̄ mundus fuerit ab eterno: ꝓpterea q:. s. Physicox dicit: q̄ materia est ingenita Et in. s. de celo ⁊ mūdo. q̄ celū est ingenitū: ⁊ nullū ingenitū incepit esse: ergo vniuersitas rerum nō incepit esse. Propterea Boñ. s. dis. ij. li. ar. s. q. ij. ait: Excellentior inter ꝓbos Aristoteles ꝑm q̄ sancti ei imponunt: ⁊ cōmentatores exponūt: ⁊ ꝓba ei' pretēdūt in hūc errores dilapsus fuit. Quidā tñ moderni dicūt illū nequaq̄ sensisse neq; intendisse probare q̄ mūdus oino non ceperit: sed q̄ nō cepit motu naturali. hec Boñ. Et. s. Tho. q. xlv. ar. s. prime partis. dicit: Nō pōt ꝓbari demōstratiue mūdū semper fuisse nec rōnes quas ad hoc Arist. iducit sunt demōstratiue simpliciter: sz ꝑm q̄d ad ꝺicēdū positionibus antiquox ponētiū incipe ꝑm quosdā modos in ⁊itate impossibiles. Et q̄ ita sit apparet ex tribus. Primo q: tā in. viij. phyb. q̄ in. s. de celo ⁊ mūdo p̄mittit quasdā opiniones. vt Anaxagore ⁊ Empedoclis ⁊ Platonis: ꝺ quos rōnes ꝺictorias inducit. Scō q: vbiq̄ de hac materia loquit inducit testimonia antiquox: qō nō est demonstratoris; sed psuadentis. Tertio q: expresse dicit i. s. Topi. q̄ q̄dā sunt ꝓbleumata dialectica: de q̄bus rōnes nō habemus s. vtrū mūdus sit eternus. Et cū ꝓbat materiā ingenitā: hoc facit tō: q: materia nō h3 subiectū de q̄ fit: ⁊ sic ꝓbat celū ingenitū: q: nō habet subiectū exquo generet: tō materia ⁊ celū nō inceperūt p generationē vt q̄dam ponebāt. Sed q̄q̄d Arist. senserit ⁊ ceteri phi de eternitate mūdi: a nob' parui facienda est: qm̄ scriptura sacra testat mūdū nō fuisse ab eterno. Vñ ꝓuer. viij. Sapia dei' deus dei filius cuz p̄e eternus ⁊ cuz spūsctō ait: Dñs possedit me in initio viarū suarū: anq̄ q̄q̄ faceret a principio ab eterno ordinata sum: ⁊ ex antiq̄s añ q̄ terra fieret. Ipse adhuc iesus bñdict' deus icarnatus Joh. xvij. inq̄t: P̄ clarifica filiū tuū clarita te quā habui añ q̄ mūdus fieret. Unde apte innuit mūdū ab eterno nō fuisse. Rō añt est ꝑm Tho. vbi. s. Q: volūtas dei est cā rerū. vt no. de ꝓse. di. ij. in. c. reuera. ⁊. c. omnia. Sic g̃ necesse est oia esse sicut necesse est deū velle: cū necessitas effect' ex necessitate cāe depēdeat: vt ō: v. Meta. Absolute g̃ loquēdo nō est necesse deū aliq̄d velle nisi ipm̄. Vñ non est necessariū deū velle q̄ mūdus semp fuerit: sed eatenus mūdus est q̄ten' deus vult ipm̄ esse: cū esse mūdi ex dei volūtate depēdeat sicut ex sua cā. Et si dicas: Cur de' nō ꝺidit mūdū añ q̄ cōderet aliud? Rñdet Aug. li. s. sup Gen. ꝓtra manicheos: q: noluit. Et si adhuc petatur cur noluit. Adhuc rñdet q̄ nō possumus assignare cām volūtatis diuine: q: tūc esset dare aliq̄d maius volūtate diuina: q̄ est falsum. Ō magr̄ sen. s. di. ij. li. ait: Volūtatis dei cā querēda nō est. Tūc g̃ de' mūdū ꝓdurit cū voluit ⁊ sibi placuit. Q̄ etiā cōfirmat Macrobius li. ij. de somno Scipionis dicens: Quis nō hinc estimet ipm̄ mūdū cepisse: ⁊ nec lōgā retro eius etatē cum ab hinc vltra duo retro annox milia de excellētū rerum gestarū memoria: nec greca quidē extet hystoria, Nā supra Ninum nihil m

libros preclarū redactum est. Si enim ab initio: immo ante initium fuit mundus: cur per innumerabiliū seriem seculoꝝ nō fuerit cultus: quo nunc vtimur inuētus: nō litterarū vsus: quo solo fulcitur eternitas. Vmōi oīa vidētur eternitati rerū repugnare: dū opinari nos faciunt certo mūdi principio paulatim singula queq; repperisse. ¶ Tertium de mūdo declarādū d̄r vnitas. Circa quod querit̄: vtrū mundus sit vnus aut plures? Et lz Anaxagoras ⁊ Democrit⁹ dixerint esse infinitos mūdos: tñ scriptura mūdū noīat in singulari: q̄r vnus est ⁊ non plures. Ratio est ꝟm Tho. vbi. s. q. xlvij. art. iij. Q̄r vnus est ordo in reb⁹ creatis exñs: ꝓpterea mūdus d̄r vnus vnitate ordinis: ꝟm ꝙ quedā ad alia ordinant̄. Nā quecūq; sunt a deo: ordinē habent adinuicē: ⁊ ad ipsum deū. Quare necesse est ꝙ oīa ad vnū mūdū pertineant. Vinc Aris. xj. metaphi. ex vnitate ordinis in rebus existentis cōcludit vnitatem dei gubernantis. Fecit ergo deus vnū mundū: licz constet ex diuersis distinctisq; ꝑtibus ⁊ naturis. Oīm v̄o que sunt finē voluit esse hoīem rationalem ꝟm illud phi. Sumus quodāmō finis oīm eoꝝ que sunt. Dicit tñ Boñ. j. dis. secūdi. ꝙ hō d̄r finis sub fine. Sed deus est finis principalis ⁊ vltim⁹: qm̄ omne officiū oēm motū: oēmq; operationē cuiuscūq; create nature: deus ad vsum hoīs deputauit. Illi nāq; seruiūt elementa: obsequūtur celestia corpora: ⁊ assistunt ad custodiam angeli. Et cur ista nisi vt omnia diligāt benignissimū deū? qui non ideo fecit mundū ad hoīs vsum vt inde ipse contēneret̄: sed poti⁹ vt ab hoīe cognosceret̄ ⁊ amaret̄ ꝓpter tot exhibita beneficia. O igit̄ ingratissima aīa que creaturā ī amore preponis creatori tuo: bonū sūmū ⁊ increatū negligis atq; spernis ꝑ bono vilissimo ⁊ creato. Nō sic aīa peccatrix nō sic: Euigila ⁊ suscipe celū: ꝯtēplare ibi deū creatorē: benefactorē: ⁊ gl̄ificatorē tuū tibi dicētē atq; clamātē, Noli diligere mūdū: dilige me qui illū ad te tā ordinat̄ creaui. Noli me obliuiōi tradere Noli ꝑmomētanea dilectiōe ꝑdere eterna gaudia ⁊ obligare te ad eterna supplicia. ¶ Q̄r mūdus est cōtēnēdus: q̄r finitus ⁊ cōsummabit̄: ⁊ q̄d cognosci pōt a nobis de hmōi fine ⁊ cōsūmatiōe. Cap. [illegible]

Secūda ratio quare cōtēnendus est mūdus d̄r finalis cōsummatiōis. Habebit nāq; mundus iste cōsummatiōis ⁊ finē: nec durabit semp. Ad cuius clariorē intellectum in hac parte circa tria dubitare contingit.

Primo circa noticiam generalē.
Scd̄o circa noticiā certitudinalē.
Tertio circa noticiā cōiecturalē.

¶ Primo cōtingit dubitare de fine mūdi circa noticiā generalē. Utrū. s. in generali cognoscere possum⁹ ⁊ scire ꝙ mūdus habebit finē? Et rñdeo ꝙ sic: eo ꝙ sctē scripture: oēsq; doctores id tenēt ⁊ cōfitent̄. Uñ. j. Job. ij. c. ait: Trāsit mūdus ⁊ concupiscētia eius. ⁊. j. Cor. vij. Paulus ait: Preterit figura huius mūdi. ⁊ xp̄s Lu. xxj. ⁊ Marci. xiij. ⁊ Mar. xxiiij. Celū ⁊ terra trāsibūt. ⁊ Dauid in ps̄. cj. ⁊ ad Heb. j. Opa manuū tuarum sunt celi. Ipsi peribūt: tu aūt ꝑmanes: ⁊ oēs sicut vestimentū veterascent. ⁊ sicut opertoriū mutabis eos: ⁊ mutabuntur. ⁊ sapiēs Eccs. iij. Oīa tp̄s habēt: ⁊ suis spacijs trāseūt vniuersa sub sole. ⁊ Augu. lj. q. noui ⁊ veteris testamenti. ⁊ xij. sup Geñ. ad lr̄am. Incōueniens est mūdū eternū dicere: quē cū videm⁹ passioni subiectū: ⁊ ꝑ singula senectute deficere credimus ⁊ finiri. ⁊ Grego. in moral. exponens illud Job. xiiij. c. Vō cum dormierit: non resurget. Donec atterat̄ celū: nō euigilabit. Et nisi huius mūdi finis aduenerit: humanū genus a somno mortis nō euigilabit. Sed posset aliquis arguere cōtra ex dictis phorum ⁊ etiā sctōꝝ. Nā Plinius li. j. historie naturalis ait: Mūdum minime esse credi pōt eternū immēsuz: neq; genitū: neq; interitū vnq̄. ⁊ Arist. li. j. de planetis.

Mundus totalis est ꝑpetuus ⁊ sempi
ternus: nec cessabit vnq̄ generare aīa-
lia ⁊ planetas ⁊ oēs suas spēs. ⁊ idē in
ij. de gn̄atione. Semp ꝯtinua erit gn̄a-
tio ⁊ corruptio ⁊ nunq̄ deficiet. Rich.
etiā in. iiij. xliij. di. ar. iij. q. j. dicit: ꝙ fuit
opinio quorūdā pb̄oꝝ ꝙ cū oīa natura
lia ꝑ influētiā corpoꝝ celestiū disponā-
tur: qn̄ oēs partes celi redibūt ad p̄mū
sue creationis locū tūc oīa generabilia
⁊ corruptibilia eadē numero que ante
fuerant reuertentur. Et hoc ꝑ naturaꝫ
vl̄em: que sicut Auicēna ī. vj. Metaph.
est virtus infusa in substātias celorum
gubernās vniuersitatē generationum.
Illa aūt celi dispositio erit in cōplemē
to. xxxvj. miliū annorū ab isto instanti
quo creatū est firmamentū. Hāc v̄o opi
nionē deridēdo cōmemorat Augu. xij.
de ci. dei. c. xiij. di. ꝙ qui sic tenuerūt ꝓ-
fitebātur Platonē iterū lecturū ī acha
demia: easdēq̄ futuras scholas illosq̄
pb̄os qui ante fuerūt. Uerūtn̄ oēs pb̄i
qui de mūdi eternitate loquuntur: aut
ex ꝑte ante: aut ex parte post: vt inquit
Aug. x. c. p̄fati li. xij. dicūt ꝙ putāt: non
ꝙ sciūt: Et ꝯ ponētes annoꝝ rerūq̄ is-
lam reuolutionē supradicto. c. xiij. inq̄t:
Absit vt nos ista credamus. Semel em̄
xp̄s mortuus est ꝑ pctis nr̄is: resurgēs
aūt a mortuis iam nō morit̄: mors ei vl
tra nō dn̄abit̄: ⁊ nos post resurrectionē
semp cuꝫ dn̄o erimus. hec ille. Sunt tn̄
nōnulli obijcientes ex dictis sacre scri-
pture. Nā Eccl̄s. j. d̄r: Gn̄atio p̄terit ⁊ ge
neratio aduenit: terra aūt in eternū ma
net. Et de sole luna stellis ceterisq̄ ce-
lestib⁹ corporibus Dauid ps̄. cxlviij. ait
Statuit ea ī eter. ⁊ in se. se. Ergo nō de
ficiēt: ⁊ ex cōsequēti mūdus durabit in
eternū: ⁊ semp erūt terra elemēta ⁊ ce-
lestia corpora. Cui obiectioni respōdere
possumus ex dictis Sco. in. iiij. di. xliij.
q. j. in respōsione ad scd̄m argumētū: cū
quo ꝯcordāt ceteri theologi in. iiij. dist.
xlviij. Dicimus ergo ꝙ mūdus pōt cōsi
derari dupl̄r. s. quātū ad suā sub̄am vel
eēntiā: ⁊ quātū ad suas opatiōes, Mū
dus ergo manebit quātū ad sub̄am: sed
nō quātū ad opationē. Un̄ Rich. dicit
ꝙ cessabit motus corpoꝝ celestiū: qr vt
hr̄ Apoc. x. Angelus iurauit ꝙ tp̄s am-
plius nō erit: sed impossibile est esse mo
tū sine tp̄e: ḡ motus celi cessabit: nō q̄-
dē ꝑ naturā sed ꝑ volūtatē intelligētia
rū mouētiū obediētiā voluntati creato
ris in desinēdo mouere: sicut ex amore
eius mō sibi obediūt in mouēdo. Qua-
propter cōueniēter a pb̄o. xij. Meta. d̄r
Cā prima mouet̄ in rōne amati ⁊ desi-
derati. Si tn̄ pb̄s in suo verbo sanū ha
buit intellectū: tūc aūt placebit creato
ri vt amplius intelligentie corpora cele
stia nō moueāt: qr tūc habebitur finis
motus corpoꝝ illoꝝ. Intelligētie enim
mouent illa corpora vt ꝑ motū eoꝝ fiat
renouatio influētiarū ⁊ cōtēperātia: q̄
req̄rit̄ ad gn̄ationē ⁊ corruptionē quo-
usq̄ impleat̄ numerus electoꝝ. Oē aūt
qd̄ ꝑ aliquē finē mouet̄: illo fine habi-
to rōnabile est ꝙ ab illo motu q̄escat.
Tho. etiā ī. iiij. sum. ꝯ gētiles. c. vlti. ait:
Quia oīa corporalia quodāmō sunt ꝓ-
pter hoīeꝫ: ꝯsummato electoꝝ numero
necesse est vt toti⁹ creature corporee sta-
tus immutet̄ vt cōgruat statui hoīm q̄
tūc erūt. Et qr tūc hoīes īcorruptibiles
erūt: a tota creatura corporea tollet̄ ge
nerationis ⁊ corruptionis status. Et sic
nō germinabit ampli⁹ terra: nō ambu-
labūt in filuis aīalia: nō volabūt aues
in aere: nō fiet vicissitudo tēpoꝝ: nō al-
ternatio diei ⁊ noctis: nō videbunt̄ ho
mines inhabitare terrā: nō reperientur
ciuitates: castella: ⁊ oppida: nō edificia
nō agriculture: nō exercitia ⁊ artes: nō
erūt dn̄ia principatus ⁊ regna. Si aūt
q̄reret̄: ergo q̄d erit? Rn̄deo ꝙ ī fine se-
culi oēs hoīes morient̄: ⁊ oēs postea re
surgēt. Exurget aūt flāma cōflagratio-
nis: ⁊ diluuium ignis. s̄m illud ꝓphete
Dauid ps̄. xcvj. Ignis an̄ ip̄m p̄cedet. ⁊
de illo dicit glo. sup. ij. Theb. ij. ⁊ Beda
in glo. sup. ij. Petri. iij. c. ꝙ tātū ascēdet
quātuꝫ aqua diluuij fuit altior sup oēs
mōtes terre. Et lꝫ aliq̄ voluerint cōten-

dere ꝙ diluuiū illud fiet naturaliter: eo
ꝙ illius ignis generatio erit naturalis
qꝛ virtute ignis elementi ⁊ corpoꝝ cele
stiū: generabit̄ in materia terrestri aq̄a
⁊ aerea. Et allegāt Senecā i li. de q̄stio
nibus naturalibus. ⁊ Arist. i. ij. Meta.
q̄ aiūt: Dixit Empedocles arsuram esse
terrā: cū vniuersa sidera cōueniēt in si-
gno cancri: ⁊ vniuersalē inundationem
futurā cū eadē turba siderū: cōueniēt in
capricorno. Tñ Rich. in. iiij. di. xlvij. ar.
ij. q. iij. dicit: ꝙ sicut purgatio mūdi per
aquā diluuij fuit supnaturalis ad pur
gandū mundū de hoībus malis ꝟm ꝙ
manifeste inuit text⁹ facre scripture: ita
⁊ illius ignis ꝓductio erit supernatura
lis. Nec est incōueniēs ꝙ eius ꝓductio
nem p̄cedat vehemēs siccitas naturalr
generata illius ignis ꝓductioni cōcor-
dans: non tñ sicut dispositio necessaria:
sed cōgrua. Quare aūt prima purgatio
mūdi fuit ꝑ aquā: ⁊ scd̄a ꝑ ignem. Dicit
Boñ. xlvij. di. iiij. ar. ij. q. j. ad vlti. ar. ꝙ
rō est: qꝛ sicut in principio ardor regna-
uit ꝯcupiscētie: sic in senectute mūdi fri
gus auaricie. Refrigescet em̄ charitas
multoꝝ: ⁊ iō qꝛ purgatio dꝫ fieri ꝑ con
trariū: sicut purgatio ardoris ꝯcupiscē
tie facta est ꝑ aquam: sic purgatio frigo
ris malicie ⁊ auaricie fiet ꝑ ignez. Post
resurrectionē vo erit ꝑ amicis dei dies
lōgissima: iocūdissima: atq̄ leta q̄ nūq̄
habet noctē: qñquidē oēs electi cuꝫ aīa
simul ⁊ corpore conregnabūt hinc cum
xp̄o. Pro dānatis aūt reprobis fiet nox
amara ⁊ tenebrosa q̄ ꝑ infinita scl̄a ꝓ-
trahetur: in qua nūq̄ deerūt luctus: ge
mitus: suspiria: ⁊ vhe: qñ ⁊ ipsi cū aīa si
mul ⁊ corpore tremēdas penas inferni
luent. ¶ Scd̄o contingit dubitare circa
noticiā certitudinalez vtrū possit aliq̄s
certitudinaliter scire quātū tp̄s sit vsq̄
ad cōsummationē scl̄i? Et respōdet Ri-
char. xlvij. di. iiij. ꝙ nō: qꝛ vt tactū est su
perius: ꝯsummatio scl̄i nō depēdet a cā
naturali: sed a voluntate diuina. Ideo
xp̄us dicit Mat. xxv. Nescitis diē neq̄
horā. ⁊ Mar. xiij. De die aūt illa vel ho
ra nemo scit: neq̄ hō: neq̄ angeli in ce
lo: neq̄ filius. ⁊ ꝟm Aug. sumit̄ hic filius
ꝓ capite rōne mēbroꝝ: ⁊ nō rōne ꝓpri
ꝑsone: qm̄ xp̄s nouit oīa: oīumq̄ sciam
habuit: vt dꝛ in. iij. sen. sed nulli mēbro
suo declarauit q̄diu erit mūdus dura-
turus. Hinc Lu. xij. dixit: Estote parati
qꝛ qua hora nō putatis filius hoīs ve-
niet. ⁊ Mar. xiij. Uidete vigi. ⁊ ora. ne
sci. em̄ qñ tp̄s sit. ¶ Tertio cōtingit du
bitare circa noticiā ꝯiecturalē: vtrū sq̄
cōiecturas aliq̄s posset q̄s asserere mo-
dico tpe mundū fore duraturū? Et q̄dā
dicūt ꝙ sic inducētes suo mō tres prin-
cipales cōiecturas. Prima est etatū an-
tiquitas. Dicūt em̄ etates mundi etati
hoīs cōparari: qd̄ Aug. sentire videt̄ su
per Ioh. ⁊. xxij. lib. de ci. dei. in fine. Si
cut ergo sex sunt etates hoīs: ⁊ in sexta
nō pōt diu viuere: ita ergo in sexta eta-
te mūdus diu durare neq̄t. Prima etas
hoīs est infantia: q̄ durat vsq̄ ad septi
mū annum. Scd̄a est puericia vsq̄ ad
xiiij. annū. Tertia est adolescentia vsq̄
ad. xxv. annū. Quarta est iuuētus vsq̄
ad. l. Quinta est senectus vsq̄ ad. lxxx.
Sexta est decrepitus vsq̄ ad mortem.
Cū aūt ad illā ꝑuenit iam certus est ꝙ
mors nō multū tardabit. Et lꝫ q̄nq̄ se-
nes cōfortent seipsos dicātq̄ adolescen
tes etiā moriunt̄ allegātes illud dictus
Tullij in li. de senectute. Frustra sperat
adolescēs se diu victurū. Quid em̄ stul-
tius q̄ incerta ꝑ certis habere: qm̄ etiā
illa etas multo pluries q̄ senect⁹ mor-
tis hꝫ casus. Facilius em̄ adolescentes
in morbos incidūt: grauius egrotāt: tri
stius curant̄. Tñ vrbana cōfutatio hui⁹
snīe est quā facit sctā Marcella: de qua
Hiero. in epl̄a ad Principiā ait: Orbata
patris morte: viro quoq̄ post nuptias
septimo mēse priuata est. Cūq̄ eā cerea
lis Inus: clarū inter cōsules nomē est:
ꝓpter etatē ⁊ antiquitatē familie ⁊ in-
signē: qd̄ maxime viris placere ꝯsueuit
decorē corporis ac moꝝ tēperantiā am-
bitiosus peteret: suasq̄ lōgeuus pollice
retur diuitias: sed nō quasi in vxorez: ⁊

quasi in filiā vellet donationes trāsfundere. Albinaq; mater tā darū p̄sidiū viduitate domus vltro appeteret. Illa respōdit: Si vellē nubere ⁊ nō eterne me pudicitie dedicare: vtiq; maritū quererem: nō hereditatem. Illoq; mādante: posse ⁊ senes diu viuere ⁊ iuuenes cito mori: elegāter lusit. Iuuenis quidē pōt cito mori: sed senex diu viuere non pōt. hec ille. Si ergo mors vicina ē senectuti: ergo finis imminet mūdo iā senescēti. Est equidē prima etas eius ab Adaz vsq; ad Noe. Secunda a Noe vsq; ad Abraā. Tertia ab Abraā vsq; ad Dauid Quarta a Dauid vsq; ad captiuitatem babylonis. Quinta a captiuitate babylonis vsq; ad xp̄m. Sexta a xp̄o vsq; ad finē mūdi. Ex ista aūt sexta etate fluxerūt. Mccccl xvj. anni: quare videt ꝙ parum est illud qđ supest. Scđa coniectura quam sumūt alij de ꝓpinquitate finis mūdi est antixp̄i vicinitas. Asserūt em̄ ꝑm ꝓphetias antixp̄m fore de ꝓximo vēturū: post cuius aduētū nō multum durabit mūdus. Tertia coniectura est pctōꝝ cōsummata iniq̄tas. Refriguit quippe charitas multoꝝ: ⁊ ex oī parte supabundat malicia: ⁊ ingratitudo occupauit cūctos habitatores terre. Uerūtamē cū cōiecturis hmōi aut similibꝰ nō audeo ego affirmare q̄cq̄ de vicinitate finis mūdi sequēs in hoc Augustinum qui lib̄ xviij. de ciui. dei. c. liij. ait: Frustra annos qui huic remanent seculo cōputare ac diffinire conamur: cum hoc scire nō esse nostrum ex ore veritatis audiuimus. Quos tñ alij quadringentos: alij quingentos: alij etiā mille ab ascēsione dñi vsq; ad vltimū eius aduentū cōpleri posse dixerūt: Quēadmodus aūt q̄sq; eoꝝ astruat opinionē suā lōgū est demōstrare: ⁊ nō est necessariū. Cōiecturis q̄ppe vtunt humanis: non ab eis aliq̄d certū de scripture canonice autoritate ꝓferr. Oim v̄o de hac re calculantiū digitos resoluit: ⁊ q̄escere iubet ille qui dicit Act. j. Non est vestrum nosse tempora vel momenta que pater posuit in sua potestate. hec ille. Quare vt optime hanc partem concludam: oī curiositate dimissa dico: ꝙ satis debet esse omnibus nobis: qꝛ cito deficiemus ⁊ in breui rapiet nos violētissima mors Tunc ergo nobis deficiet quando vita presenti priuabimur.

¶ Qꝛ contemnendus est mundus: quia est falsus ⁊ vanitate plenus: sicut apparet in exemplis eorum qui dilexerunt illum: ⁊ qꝛ dilectores suos ducit in damnationem. Cap. iij.

Tertium mysterium siue tertia ratio quare contemnendus est mundus dicitur maligne conditionis. Reperit siquidem in huius mundi temporibus bonis triplex mala conditio.

Prima đr falsitatis,
Scđa vanitatis.
Tertia dānabilitatis.

¶ Prima ꝯditio bonoꝝ huius mūdi đr falsitatis. Sūt nāq; hec bona huiꝰ mūdi falsa: nō vera: si in eis finis ꝯstituat: qm̄ ad veritatē boni qđ nos btōs facere dz: req̄ritur exclusio oīs mali: ⁊ cuiuscūq; ꝯrij. Sed in hac vita nullus euitare pōt labores: dolores: angustias calamitates ⁊ erūnas: q̄bus p̄mit mortaliū genus. Ex quo Hiero. ad Heliodorū de vita Nepotiani ait: Ubiq; luctꝰ: vbiq; gemitus: ⁊ plurima mortis imago. Et Boe. li. ij. de ꝯsola. Quis est inq̄t tā cōposite felicitatis: vt nō aliqua ex parte cū status sui q̄litate rixet. Anxia em̄ res est humanoꝝ bonoꝝ cōditio: ⁊ que vel nūq̄ tota ꝓueniat vel nunq̄ tota ꝑpetua subsistat. Huic cēsus exuberat: sed est sibi pudori degener sanguis. Hunc nobilitas notū facit: sed angustia rei familiaris inclusus mallet esse ignotꝰ. Ille vtroq; circūfusus vitā celibē deflet. Ille nuptijs felix: orbꝰ liberis alieno cēsum nutrit heredi. Aliꝰ ꝓle letat: filij filieve delictis mestꝰ illachrymat: iccirco nemo facile cū fortune sue ꝯditiōe ꝯcordat. h̄ ille, Quare q̄si ꝓ miraclo narrat

felicitas. Q. Metalli. de quo Valeri⁹ lib. vij. c. j. rubrica de felicitate. ait: Q. Metellum nasci in orbe terrarū principem voluit: fortuna parentes ei nobilissimos dedit adiecit animi rarissimas dotes et corporis vires: vt sufficere laboribus posset: vxorem pudicitia et fecunditate cōspicuā: consulans decus: imperatoriā potestatem: speciosissimi triumphi pretextū largita est. Fecit vt eodē tpe tres filios ꝯsulares: vnū etiā censorem triumphalē videret: ⁊ quartum pretorem: vtq; tres filias nuptui daret: earūq; sobolem sinu suo exciperet. Hunc vite actū eius finis cōsentaneus excepit. Nā vltimo senectutꝫ spacio defunctum: leuiq; genere mortꝫ inter oscula complexusq; charissimorum pignoꝝ extinctū: filij ⁊ generi humeris suis per vrbē latum rogo imposuerūt. hec ille. Sꝫ rarissima sunt huiusmodi exempla. Propterea dicit Lucan⁹. Felix qui potuit mundi euitare ruinas. Quinīmo audiūtur omniū regū: oīm principum: oīmq; magistratuū sepius deflende querele. Nec potest aliq̄s diu persistere quin tamen clamet et dicat: Heu mihi quia circundederūt me mala. Patet hoc in exēplo illo qd̄ Tullius refert in libro de finibus bonoꝝ ⁊ maloꝝ. Quod etiā recitat Valeri⁹ de mutatione morum ⁊ fortune. lib. v. c. ix. Et Plinius in historia naturali. Polycrates inquit: Samioꝝ tyrānus adeo fortunam sibi obsequiosaꝫ habuit: ꝙ oīa desiderata perficiebat. Ad moderādaꝫ igitur fortune inuidiam sumpto in manu anulo: quem preciosum possidebat in mare iecit: sed inopinate illū repēte recuperauit. Nam post dies paucos a piscatoribus piscis captus q̄ anulū sorbuerat tyrāno donatus est. Accidit tandem ꝙ aduersus Dariū persaꝝ regem duxit exercitum: ⁊ ꝙ Orinthes ꝓfect⁹ Darij illum acie fuderit: ceperitq;. ⁊ in summo magalensis montis vertice suspendi iusserit. Et relictus auib⁹ lacerādus: q̄ vbiq; felicissime in terra vixerat ꝙ ī aere miserrime expirauit. Quid de infelicitate alioꝝ referā: qui se beatos crediderunt? Legātur historie q̄ vt plurimum illos infelici dolorosaq; morte ac violenta extinctos esse describunt. Ninus rex assyrioꝝ qui bella finitimis intulit quinquaginta annis: vt refert Paulus ⁊ Orosi⁹ lib. j. post deuictā asiā scythiā ⁊ zoroastrē dū deficientē a se oppugnat vrbē: sagitte ictu interijt. Balthasar rex babylonis: vt ait Joseph⁹. i. antiquitatum libro. obsessa babylone a medis ⁊ persis: Dario scilicꝫ ⁊ Cyro: intantū venit in obliuionem sui: vt celeberrimū iniret conuiuiū ⁊ in vasis tēpli biberet: ⁊ obsessus vacaret epulis. Unde in nocte captus est ⁊ iugulatus Cyrus rex persarum: vt Orosius vbi. s. cōmemorat: qui gangē fluuiuꝫ in quo miles submersus fuerat in quadringētos sexaginta alueos cōminuit: a Thamari massagetarum regina superatus occiditur. Xerxes ille rex potētissimus qui subuertit montes: vt Hiero. ait ad Heliodoꝝ de vita Nepotiani: ⁊ maria constrauit: bello in grecia infeliciter gesto contēptibilis suis factus: ꝟm Justinum per Arthabanū profectū suum occiditur. Darius vt cōmemorat. Q. Curtius: ab Alex. magno superatus a suis captus apud tharam oppidū Parthie detentus: in vehiculo catenis ⁊ cōpedibus aureis vulneribus cōfossus: ⁊ letaliter vulneratus dimissus: sicq; miserabiliter expirauit. Alexāder magn⁹ post tot celebres gloriosasq; victorias: subiectionēq; vniuersa asie: imino pene totius orbis: per Cassandrū filiū antipatris vt. Q. Curtius dicit venenatus est. Nam Cassander ille ⁊ Philipp⁹ ⁊ Solla fratres eius ministrare regi solebāt qui in potu illi venenū dederunt: quo hausto ꝟm Justinum in media potiōe velut telo cōfossus ingemuit: deportatusq; est a conuiuio semianimis. Maliuoli aūt dicebāt eū ebrietate perire: qd̄ ⁊ Solin⁹ sentit in lib. de mirabilib⁹ mundi. Contra quez est Tullius lib. j.

de diuinatione. ⁊ Justin⁹. ⁊. Q. Curti⁹. Quarto itaq; die Alex. indubitata mor te sentiens tumultuātes milites: quia rex occidebat insidijs: pia oratione se dauit: cunctisq; dextram porrigēs eos osculatus est. Tandē morit anno eta tis sue. xxxij. ⁊ mense vno. cū regnasset annis. xij. put pz. j. Mach. j. c. Romu lus fundator vrbis rome: vt ponit Tit⁹ Liuius: apud paludē capree tēpestate magna orta ⁊ tonitruis circūdat⁹ nube nusq̄ apparuit ⁊ nomine Quirini īter deos ꝯsecratus est. Seruius Tullius sextus Romanorū rex a tarquino sup bo occisus est. Pyrrhus rex epyrotarū: qui romanis bella intulit in fauorē ta rētinoꝝ: venitq; romā vsq; Preneste a romanis tandē victus ad patriam re diēs ꝑm Justinū Sparthanis indixit bellū: quib⁹ relictis Argos inuasit: vbi feruide magis q̄ caute pugnās ictu sa xi emuris iacti mactatus est. Hānibal penoꝝ dux q̄ annis quattuordecim in italia romanos cōtriuit: postea in afri ca a Scipione deuict⁹ ꝓfugus: ⁊ dāna tus exilio ad Antiochū magnū regē sy rie veniēs: vt Justin⁹ meminit. Quia a romanis petebatur: fugereq; nequiret veneno raptim hausto: qd̄ more regio sub gemma ferebatur inclusum obijt. Sicq; ab his q̄ ad eū cōprehēdendum missi fuerant exanimis inuentus est. Pompeius magni Pōpei genitor ꝑm Orosiū fulmine ꝑcussus perijt. Pōpei⁹ magnus fili⁹ ei⁹ qui. xxij. reges oriēta les vt ait Orosi⁹ superauerat: a Cesare deuictus cū fugisset in Alexādriam ad Ptolomeū regē: cui teste Eutropio pō peius a senatu tutor dat⁹ fuerat ꝓpter iuuenilē etatē ei⁹: cuiq; regnū summa fide seruauerat ⁊ paterna pietate resti tuerat: cōsilio Theodoli Fotini ⁊ Achil le: siue timore ne Pōpei⁹ Alexādriam occuparet: seu despecta infelicitate ei⁹ siue credens placere multū victori Ce sari: per Achillē prefectū regni occisus est. Florus aūt dicit in quarto lib. Pō peius suo gladio trucidat⁹ sub oculis vxoris sue: liberorumq; suoꝝ moritur. Cesar vt Suetoni⁹ narrat: mortuo Pō peio in eodē mense: sed interiectis die bus quinquies triūphauit. Primo de Gallia ⁊ Britānia. Secūdo de egypto. Tertio de Pharnace ⁊ Ponto. Quarto de Juba ⁊ Africa. ⁊ Quinto de Hispa nia. Fuitq; illi gl'ia multa in vsurpato imperio annis tribus et mēsib⁹ septē. Tandē Caio Cassio ⁊. M. Bruto cōtra eum cōspirantib⁹ princeps orbis. xxiij. plagis confossus occubuit anno. lvj. etatis sue Marcus Antoni⁹ nepos Ju lij Cesaris ex sorore Julia ab Octauia no Augusto vict⁹ in Alexandria ab eo dem Cesare obsessa: ꝑm Plutarchum gladio se peremit dū annū ageret eta tis. lvj. Caius Gallicula imperator ro man⁹ terti⁹ ab Octauiano sceleratissi mus auar⁹ ⁊ libidinosus: adeo vt dua bus sororib⁹ stuprum intulerit: crude lis omnib⁹ et exosus Rome in palatio occisus est: vt habet in chronica Mar tiniana cum regnasset annis trib⁹: mē sibus decem: dieb⁹ octo. Nero impera tor quint⁹ ab Augusto: q̄ nat⁹ est pre missis pedib⁹: vt scribit Plini⁹ lib. vij. historie naturalis. Vitiosus: auar⁹: et lasciu⁹: ab vrbe fugiens ꝑm Eutropiū xxxij. anno etatis sue. ⁊ imperij. xiiij. se ipsum interfecit. Domicianus impera tor ꝑm Suetonium ⁊ Eutropium a cu bicularijs suis. vij. vulneribus occisus est anno etatis sue. xxxvj. et cum dede core sepult⁹. Heli⁹ pertinax imperator vulnerib⁹ obtrūcat⁹ est. Mauric⁹ im perator ob īuidiā occisus est: cū īperas set anno vno. Antoni⁹ impator tertio imperij sui anno: interfect⁹ est a tumul tu militari rome cū matre sua. Maxi mian⁹ imperator cuz imperasset annis trib⁹ apud Aquileiā deserētib⁹ cū suis militib⁹: cū filio suo adhuc puero occi sus est. Gordian⁹ impator sexto īperij sui anno postq̄ de persis triūphauit ve niēs Romā ꝓpe vrbē: fraude Philip pi occisus est. Deci⁹ impator cū impe rasset annis duobus in bello barbaro

peremptus est. Ualeri⁹ impator a rege Persarū deuictus est: ⁊ in seruitutē redactus. Nā q̄diu vixit rex eiusdē ꝓuincie pedē ceruicib⁹ ei⁹ imponēdo: solit⁹ erat equū ascēdere. Aurelian⁹ impator fraude sui serui occidit. Tacit⁹ imperator septimo mēse īperij sui subita morte preoccupatus est. Probus impator sexto anno imperij sui militari tumultu vexat⁹ est. Clarus impator fulmine perijt. Diocletian⁹ impator veneno extinctus est. Cōstantinus fili⁹ Cōstantini magni a ducib⁹ fratris sui Cōstantij peremptus est. Julian⁹ apostata a sctō Mercurio milite miraculose occisus est. Uales impator quarto imperij sui anno a Gottis in bello perempt⁹ est. Et ne si omnia hmōi exēpla diceremus tediū oriret in mētib⁹ auditoꝝ: ꝯcludim⁹ breuiter ꝙ cūcta hui⁹ seculi blandimēta amaritudine sunt ꝑmixta. Nec pōt homo ab illa se liberare ꝓ libito voluntatis sue. Non em̄ potuere p̄dicti potētes impatores ⁊ reges euitare illā cum omni potētia sua. Nō valuerūt se ab illa defendere viri fortes. Nō anthe⁹: nō Hercules: nō Samson: nō Hector: nō Achilles: nō deniq̄ quilibet alij. Neq̄rūt etiam ⁊ ipsi philosophi cū philosophia sua declinare malignitatē seculi. Quinīmo passi sunt ⁊ ipi incommoda multa: persecutiones: captiuitates: exilia: cruciat⁹: ⁊ dāna rerū. Propter que oīa merito mundus est ꝑuipēdēdus.

¶ Secūda cōditio bonoꝝ hui⁹ mundi dicitur vanitas. Posito em̄ ꝙ cūcta feliciter dilectorib⁹ eius ad votū succederent: tn̄ vana sunt: caduca ⁊ breuia: nullusq̄ pōt in illis diutius īmorari. Oīa nāq̄ que in mundo sunt: cito in breui deficiunt. Jdeo ait Hugo. li. j. de aīa: Dic mihi vbi sunt amatores mūdi: qui ante pauca tpa nobiscū fuerūt? Nihil ex eis māsit nisi cineres ⁊ vermes. Homines fuerūt sicut tu: comederunt: biberūt: riserūt: duxerūt in bonis apparentib⁹ dies suos: in pūcto aūt descenderūt ad inferna. Hic caro eoꝝ v̄mib⁹: illic aīa eoꝝ eternis deputatur supplicijs donec rursus infelici collegio colligati sempiternis inuoluant incēdijs. hec ille. Cui ꝯsonat snīa Baruch ꝓphe c. iij. di. Ubi sunt p̄ncipes gētiū: ⁊ qui dn̄ant sup bestias q̄ sunt super terras. Qui in auib⁹ celi sunt: qui argētū thesaurizant: ⁊ aurū in quo ꝯfidūt hoīes: ⁊ nō est finis acq̄sitiōis eorū. Qui argētū fabricant: ⁊ solliciti sunt: nec est inuētio opeꝝ illorū. Exterminati sunt et ad inferos descēderūt. Dicite igit̄ o amatores mūdi: vbi sunt tot clari viri: q̄ reputabant beati. Ubi sunt reges Assyrioꝝ? Belus: Ninus: Semiramis: Zamenus: Ari⁹: Athaius: Xerxes: Aramethes: Bolch⁹: Balli⁹: Alchadas: Manach⁹: Methalen⁹: Sper⁹: Manul⁹: Sparetus: Aminites: Boloth⁹: Bolosparis: Lamp̄des: Sofores: Mithre⁹: Tantanes: Thime⁹: Eupales: Offratenes: Gazepes: Sardanapalus: qui regnauerunt cum tanta gloria: successiue ꝟm Pau. Orosium li. j. annis mille centū. lx. vsq̄ ad Sardanapalū. Ubi sunt reges Persarum atq̄ medorū: rex Darius: rex Cyr⁹: Cābises: Xerxes: Arthurxerxes: et ceteri. Ubi sunt reges Athenienfium: Cecrops: Gianaus: Amphitrion: Erichthoni⁹: Pacleon: Erichtheus: Panchion: Ege⁹: Theseus: Menesteus: Damoson: Nichites: Obūdes: Themistes: Melampus: Codr⁹: Archipus: Thesipus: Fabras: Magetes: Digenitus: Agamestor: Eschil⁹. Ubi sunt reges Lacedemonioꝝ: Herascheus: Egis: ⁊ Thetrat⁹: Labotes: Doristus: Agaselscus: Archila⁹: Thelet⁹: Calchamines. Ubi sunt reges Siccionioꝝ: Gessip⁹: Egialch⁹: Europs: Thelicin⁹: Apis: Egialcha: Thellyō: Elgior⁹: Mesap⁹: Erath⁹: Orast⁹. Orthopol⁹: Marath⁹: Pylob⁹: Siccion: Jnach⁹. Ubi sunt Ptolomei et Pharaones: qui regnaueruut in egypto. Ptolomeus primus a quo ꝟm Justinuz alij dicti sunt Ptolomei propter claritatez nominis ei⁹. Ptolome⁹ Philadelphus: Ptolo-

meus: Euergetes: Ptolomeꝰ Philopa-
ter: Ptolomeꝰ Epiphanes: Ptolomeꝰ
Philometor: Ptolomeꝰ Phyton: Pto-
lomeꝰ Euergetes seruus: Ptolomeus
Alexander: Ptolomeus Dionysiꝰ. Ubi
sunt Judices et reges iudeorū: Moy-
ses: Josue: Othoniel: Ayoth: Sanga-
ra: Delbora: Barach: Gedeon Albima-
lech: Thola: de Jsachar Hyair Galadi-
tes Jepthe Abesan. Helonica Abdon
Sanson Heli et Samuel. Hi omnes
fuerunt iudices successiue. Regum au-
tem primꝰ fuit Saul post quem regna-
uerunt Dauid: Salomon: Roboam:
Abias: Assa: Josaphat: Joram: Ocho-
zias: Johas: Joatan: Amasias: Ozias
Achaz: Ezechias: Manasses: Amon:
Joachim: Sedechias: Aristobolꝰ: Ale-
xander: Herodes. Ubi sunt reges lati-
norum? Janꝰ Saturnꝰ Picꝰ Faunus
et Latinꝰ. Ubi sunt reges Albanorum?
quorum primꝰ fuit Ascaniꝰ Enee filiꝰ:
qui condidit Albam ꝑm Titum Liuiū
cui successerunt Posthumꝰ Siluius fi-
lius eiꝰ sic dictꝰ: quia in silua et vena-
tione nutritꝰ est. Eneas siluiꝰ: Latinꝰ
siluiꝰ: Alba siluiꝰ: Egyptꝰ siluiꝰ: Capis
siluiꝰ: Carpentꝰ siluiꝰ. Tyberiꝰ qui suf-
focatꝰ in Tyberi: fluuio nomen dedit.
Nam ante Albula dicebatur: Agrippa
siluiꝰ: Aremulꝰ: Auentinꝰ: Procꝰ: Amu-
liꝰ. Ubi sunt reges romanorꝫ. Primꝰ ro-
mulus Scd̄s Numa pompilius: Ter-
tius Tullus hostiliꝰ. Quartꝰ Anchus.
Quintꝰ Tarquinꝰ priscꝰ. Sextꝰ Ser-
uiꝰ tullꝰ. Septimꝰ Tarquinꝰ superbꝰ.
Ubi tot gloriosi senatores: consules: di-
ctatores: inuictissimiq; duces qui flo-
ruerunt in vrbe. Brutꝰ: Luciꝰ: Tarqui-
nus: Collatinꝰ: Spuriꝰ: Cassiꝰ: Corio-
lanꝰ: Caiꝰ: Flauiꝰ: Luciꝰ: Uirginiꝰ: Lu-
ciꝰ quintꝰ: Cincinatꝰ: Furiꝰ: Camillꝰ:
Appiꝰ: Claudiꝰ. Q. Ceciliꝰ: Metellus:
Balcharicus. Scipio asma: Scipio a-
phricanꝰ. Scipio emilianꝰ: Curiꝰ den-
tatꝰ. Q. Fabiꝰ: Caiꝰ: Flaminiꝰ et cete-
ri? Ubi sunt tot imperatores qui ibi re-
gnauerūt quorum aliquos in precedē-
tibꝰ nominauimꝰ? Ubi sunt tot sapien-
tes seculi: philosophi: astrologi: histo-
riographi: oratores: et poete? Ubi ta-
les milesiꝰ Chilo lacedemoniꝰ: Solon
athenienſis: Periander corinthiꝰ: Pi-
thacꝰ mithilenꝰ: Byas priēneꝰ: Pytha-
goras samiꝰ: Plato: Socrates: Aristo-
teles: Diogenes: Anaximales: Zeno:
Empedocles: Epicurus: Anaxagoras:
Democritꝰ: Heracliꝰ: Leucippus: Hy-
parcꝰ: hi omnes philosophi. Hali abra-
gel: Albumasar: Ptolomeꝰ: hi astrolo-
gi. Hieronymꝰ egyptiꝰ: Beeosiꝰ chalde-
us: Manetam: Sutoriꝰ: Calinicꝰ: Dyo-
dorꝰ: Possidoniꝰ: Theon: Andronicꝰ:
Aphricanꝰ: Tertulianꝰ: Phrygiꝰ: Da-
res: Trogꝰ: Pompeiꝰ: Justinꝰ abbreui-
ator eiꝰ: Josephꝰ iudeꝰ: Titꝰ liuiꝰ. hi hi-
storiographi. Lisias: Demosthenes: he-
gesias: Cyreneꝰ: Antiochꝰ: Ascalonita:
Apolloniꝰ: Niconiꝰ: Cicero: Cato cen-
sorinꝰ. hi oratores. Ouidiꝰ: Juuenalis
Lucanꝰ: Uergiliꝰ: Horatiꝰ: Terentiꝰ:
Persiꝰ: Tibullꝰ. hi poete. Ubi sunt de-
niq; omnes quos etiam diebꝰ nostris
et vidimꝰ ⁊ cognouimꝰ: quos mundus
tulerat in sublimi? Perijt certe memo-
ria eorꝫ cū sonitu (vt ait ꝓpha) ⁊ dn̄s ī
eternū ꝑmanet. ps̄. ix. O q̄cito q̄ve re-
pēte euanescūt: velut fumꝰ oīa q̄ ī hoc
mundo credunt̄ ⁊ reputant̄ bona. Qd̄
cōsiderās Salomon in Eccl'astes. c. ij.
dixit: Magnificaui opera mea: edifica-
ui domos: et plantaui vineas: feci hor-
tos et pomeria ⁊ cōseui ea cuncti gene-
ris arboribus. Extruxi mihi piscinas
aquarum: vt irrigarem siluas lignorum
germinantium. Possedi seruos ⁊ ancil-
las: multamq; familiam habui: armen-
ta quoq; et magnos ouium greges: vl-
tra oēs qui fuerūt ante me in hierusa-
lē. Coaceruaui mihi argētū et aurum:
⁊ substantias regū ac ꝓuinciarū. Feci
mihi cantores ⁊ cātatrices: ⁊ delitias
filiorꝫ hominū. Cyphos ⁊ vrceolos in
ministerio advina fundēda: ⁊ supgres-
sus suꝫ opibꝰ oēs q̄ ante me fuerunt in
hierusalē. Sapiētia quoq; ꝑseuerauit

mecū: ⁊ oīa que desiderauerūt oculi mei nō negaui eis: nec prohibui cor meū q̄n oī voluptate frueret: ⁊ oblectaret se in his que preparauerā. Et hāc ratus sum partē meam si vterer labore meo. Cūq̄ me cōuertissem ad vniuersa opera q̄ fecerāt manus mee: ⁊ ad labores in quib⁹ frustra desudauerā: vidi in oībus vanitatē ⁊ afflictionē animi: ⁊ nihil permanere sub sole. Quāta aūt fuerit magnificētia ⁊ gloria Salomonis ptz. Primo si cōsideret ei⁹ potētia: ⁊ diuitiaꝝ copia ⁊ fame claritas: ac delitiarū affluentia. Nā vt habet.iij. Reg.j.c. Uiuēte dauid patre et ipso imperāte et volēte vnctus fuit in regē: ⁊ dixit oīs populus: Uiuat rex Salomon. Et ascēdit vniuersa multitudo post eū ⁊ populis canētiū tibijs: ⁊ letantium gaudio magno: ⁊ insonuit terra a clamore eorū. Et vt d̄r.iij. Regū iiij.c. Regnauit sup oēm israel: ⁊ erat in ditione sua habēs oīa regna secū a flumīe terre Philistijm vsq̄ ad terrā Egypti offerentiū sibi munera: et seruientiū ei cūctis dieb⁹ vite eius. Erat aūt cibus Salomonis per singulos dies triginta chori simile: ⁊ q̄dragīta chori farine: decem boues pingues: ⁊ viginti boues pascuales: ⁊ cētum arietes: excepta venatione ceruoꝝ ⁊ capraruz atq̄ bubalorū: ⁊ auium altiliū. Habebat salomō quadraginta milia p̄sepia equoꝝ curialiū: ⁊ duodecim milia equestriū. Et vt scribit x.c. prefati li. Regina Saba donauit ei cxx. talēta auri: ⁊ aromata multa nimis ⁊ gēmas preciosas. Scd̄m aūt Catholicon apud aliquos est quinquaginta librarū. ꝟm alios.lxxij. In scd̄o v̄o libro Paral. c.ij. narrat: qualiter Salomon volēs edificare domū dei: ⁊ palatiū suū numerauit septuaginta milia virorum portantiū humeris suis. et.lxxx.milia q̄ cederēt lapides in mōtib⁹: prepositosq̄ eoꝝ tria milia sexcētos. Fecitq̄ fieri edificia speciosa valde: diffundebaturq̄ fama ei⁹ per vniuersum orbē: ⁊ tñ depravatuz est cor ei⁹: vt adamaret mulieres alienigenas. Habuitq̄ oēm delectatio

nē in q̄buscūq̄ ꝟm sensualē appetitū hilomin⁹ oīa preterierūt ⁊ defecerūt. Ipse conquerit in.c.j. Eccs di. Uanitas vanitatū ⁊ oīa vanitas. Ob qd̄ Chrys. super Joh. ita pulchre loquit: Uanitas vanitatū (inq̄t salomō) ⁊ oīa vanitas. Hūc versiculū si saperēt qui in potētia versantur: in parietibus suis oībus et vestibulis scriberēt: in domo: in foro: in egressib⁹: ⁊ ante oīa in ꝯsciētijs suis vt semp eū ⁊ oculis cernerēt ⁊ corde sentirēt: q̄m multe sunt rerū facies et imagines false: q̄ decipiūt incautos. Istud oportet q̄tidie carmē salutare et in pūdijs ⁊ in cenis: ⁊ oībus cōuentib⁹ libenter vnūquēq̄ ꝓximo suo canere: a ꝓxima suo libēter audire: q: vanitas vanitatū ⁊ oīa vanitas. hec ille. Que v̄ba nō immerito ponderāda sunt vt sic cognoscatur mūdi miseria. ¶ Tertia conditio bonoꝝ huius mūdi d̄r damnatio. Ipsa etem̄ se diligētes ducūt in dānationem eterne mortis. Et vt Greg. ait: Momentaneū est qd̄ delectat: sed qd̄ cruciat est eternū. Jō Augu. in quodā sermone inquit: Nulla maior insania q̄ꝫ ꝑ delectatione momentanea perdere eterna gaudia: et obligare se ad eterna supplicia. Audite ergo o mortales hoīes: ⁊ cōsiderate que dicta sunt: ad mentēq̄ vestrā currite: ⁊ reducite cor ⁊ animū ad amorē dei: et ad beatitudinez ei⁹ inardescat desideriū vestrū: reuocate affectū a proditore mūdo illūq̄ spernite: vt sic possitis in hoc seculo adipisci dei gratiam: ⁊ in futuro sempiternā gloriā. Amen.

¶ Feria scd̄a hebdomade sancte: de mysterijs sacramēti eucharistie: quoꝝ noticia fideles excitat ⁊ inflāmat ad feruorem ⁊ deuotionem. Sermo.lxiij.



Memoriaz fecit mirabilium suoꝝ misericors ⁊ miserator dominus escā dedit timētibus se. Illuminati ꝓphete v̄ba sunt ista originaliter ps.cx. Ostēdit nobis dn̄s iesus xp̄s ardētissimā charitatē

ſuā nō ſolū in cruce ⁊ paſſione: verūetiā et multis alijs diuerſiſq; modis: et poſtiſſimū cū inſtituit ſanctiſſimū ſacramētū pretioſiſſimi corpis ⁊ ſanguinis ſui. Quoniā aūt tāto feruētius chriſtianoꝝ aīe cū reuerētia ⁊ deuotione ad illud ſumendū animari poſſunt: quāto clariꝰ eiꝰ myſteria cognoſcūt ⁊ intelligūt: ideō in preſenti ſermone de eo aliqua aperiemus: qm̄ ſi xp̄s illud fecit in memoriā eius et ſuoꝝ mirabiliū: niſi nos tāti beneficij recordaremur merito de ingratitudinis vitio venirem⁹ culpādi. De ipſo itaq; ſacramēto venerabili tria myſteria erūt a nobis declaranda.

Primū dē inſtitutionis.
Scōm figurationis.
Tertiū fructificationis.

¶ Qualiter xp̄s inſtituit ſacramentum euchariſtie in cena; ⁊ ordinauit apoſtolos ſacerdotes: ⁊ quare hoc ſacramentū conficitur in ſpecie panis ⁊ vini: et ſub duplici ſpecie: et an ſub vtraq; debeat ſumi. Lapm. ſ.

PRimuꝝ myſterium declarandū dicatur inſtitutionis. In quo contingit dubitare circa ſeptem.

Primo circa tempus.
Scō circa horam.
Tertio circa ordinem.
Quarto circa materiam.
Quinto circa ſpeciem.
Sexto circa additionē aque.
Septimo circa obligationē.

¶ Primo circa tēpus dubitaſ quare hoc ſacrm̄ inſtitutū fuit tpe legis gr̄e: et nō ante. Ad qō reſpōdet Alexā. in. iiij. ſum. q. xxx. mē. ſ. ar. ij. ⁊ Boñ. diſt. viij. iiij. pte ſ. ar. ij. q. ſ. ꝙ iſtud fuit cōueniēs ꝓpter duo. Primo ꝓpter rem contētā: que eſt corpus xp̄i verū: vt plenius declarabit in ſequēti ſermone. Scō fuit cōueniēs ꝓpter efficaciā: que eſt charitatis vinculum: que in noua lege apparere ⁊ abundare debuit. Et ex hoc inſtitutū eſt imminēte paſſione in ſignū amoris quem xp̄s ad genus humanū habebat. Nam nō ſolum voluit dare nobis ſua. i. obſequia oīm creaturarū: ⁊ ſuos. i. angelos in adiutoriū: ſed etiā ſeipſum dedit in filiū p carnis aſſumptionē. ſm illud Eſa. ix. Filius datus eſt nobis. Dedit ſe in ſocium p nature noſtre cōfirmationē. ſm illud apl̄i Phil. ij. Habitu inuentus vt hō. Dedit ſe in magiſtrū p doctrine predicationē. ſm illud Job. xiij. Vos vocatis me magiſter et dñe: et bene dicitis: ſum etenim. Dedit ſe in lucē per exēpli operationē. ſm illud Job. xiij. Exēpluꝝ enī dedi vobis vt quēadmodū ego feci: ita ⁊ vos faciatis. Dedit ſe in patrē per gratie regenerationē. ſm illud Joh̄ā. ſ. Quotquot aūt receperūt eum dedit eis poteſtatē filios dei fieri his ꝙ credūt in noīe eius. Dedit ſe in holocauſtum meddullatū per paſſionem. Et tādem dedit ſeipſum in cibū ad ſpūalem refectionē. O inflāmata charitas ieſu xp̄i. O ardēs amoꝝ clementiſſimi cordis ſui. Superabūdanter ꝓfecto oſtēdit nobis quātū nos ipſe dilexit: et propterea tunc ſacramentū eſt inſtitutū cū amoꝝ eius bulliebat atq; feruebat. Vñ Job. xiij. dicitur: Cum dileriſſet ſuos qui erant in mūdo: in finē dilexit eos. i. ſm glo. maiora ſigna dilectionis oſtēdit. ¶ Scō dubitatur circa horā. Et vt colligitur ex dictis euāgeliſtarū: xp̄s hoc ſacramentū inſtituit hora cene: qū iam comederant ipſe et apoſtoli agnū paſchalem. Exquo pleriq; nō bene intelligentes dicere voluerūt ꝙ hoc ſacramentū nō debet confici ante prandium: ſed poſt cenā. Arguunt eñi ſic. In operādo debemus nos cōformare xp̄o tāq; exēplari. iuxta illud Exodi. xxv. Inſpice ⁊ fac ſm exēplar qō tibi in monte mōſtratum eſt: ſed xp̄s hoc ſacramentū poſt cenam confecit: ergo et a nobis debet cōfici poſt cenam. ¶ Cōtra iſtos ho eſt tex. de cōſe. diſt. ſ. in. c. ſacramenta. Sacramēta inquit altaris non niſi a ieiunis hoīb⁹ celebrētur. Ratio eſt ſm Richar. in. iiij. diſt. viij. ar. ij. q. ſ. ꝓpter maiorē ſolēnitatem ⁊ ſobrietateꝝ miniſtri; ⁊ maiorē reuerentiā ſacramēti,

Nec valet obiectū eo ꝙ xp̄s rationabi-
liter cōfecit post cenā: qꝛ voluit termina
re figuraꝫ ⁊ legē in esu agni paschalis:
⁊ introducere veritatē in institutionez
sacramēti. Vmōi autē ratio nō cōuenit
ad hoc vt a nobis debeat post cenā con
fici. Et sic hoc sacramentū cōfici debet
a ieiunis: vt patet de cōsecra. di. ij. in. c.
liquido. Et ꝟm Rich. vbi. s̄. q. ij. sumit̄
hic ieiuniū ꝑ priuatiōe cuiuslibet alimē
ti ante scilꝫ q̄ꝫ quis sumat cibum vel po
tū: si etiā postea in die pluries comestu
rus sit. In casu tamē necessitatis immi
nēte mortis periculo pōt hoc sacramen
tum post alios cibos sumi. Etiā si sacer-
dos ante missam lauerit os suū: et casu
aliquo gutta illiꝰ aque intrauerit in sto
machum: nō ꝓpter hoc tenet̄ dimittere
missam: precipue in die solenni: qꝛ hoc
nō videtur impedire dignā preparatio-
nem presbyteri: nec reuerētiā sacramēti.
Et de similibus idem iudiciū habeatur.
¶ Tertio cōtingit dubitare circa ordinē
qn̄ scilꝫ apostoli fuerunt a xp̄o ordinati
sacerdotes: ⁊ acceperūt cōsecrandi pote
statem. Ad qd̄ respōdet Rich. in. iiij. di
stin. xxij. ar. iiij. q. ij. Tertio queritur in
quo actu cuiuslibet ordinis imprimat̄
character in respōsione ad argumentuꝫ
ꝙ xp̄s ordinauit apostolos sacerdotes:
cū dedit eis potestatē conficiendi Luce
xxij. ⁊ Matth. xxvj. dicēs: Hoc facite in
meā cōmemorationē. ¶ Quarto dubita
tur circa materiā in qua sacramētuꝫ est
cōficiendū. Et respōdēt doc. in. iiij. dist.
xj. ꝙ materia cōgrua huic sacramento
est panis de frumēto: ⁊ vinū de vite: eo
ꝙ xp̄s ita instituit. Et hoc rōnabiliter.
Primo quidē quātū ad vsum huius sa-
cramēti: qui est māducatio. Sicut enim
aqua assumit̄ in sacr̄o baptismi ad vsuꝫ
spūalis ablutionis: qꝛ corporalis ablu-
tio cōueniēter fit in aqua. Ita panis et
vinū quibus cōiter hoīes reficiūtur in
hoc sacramēto assumūtur ad vsum spi-
ritualis māducationis. Scd̄o quātū ad
effectū cōsideratū in vnoquoqꝫ sumen-
tium: qꝛ vt Amb. dicit super epistolā ad
Corinth. hoc sacr̄m valet ad tuitionem
corpis ⁊ aīe. Iō caro xp̄i sub specie pa-
nis ꝑ salute corporis. Sanguis v̄o sub
specie vini ꝑ salute aīe offertur. Tertio
quātū ad effectū respectu eccl̄ie que cō-
stituit̄ ex diuersis fidelibus: sicut panis
cōficit̄ ex diuersis granis: ⁊ sicut vinum
ex diuersis vuis. Notandū tn̄ ꝟm Tho.
in. iij. pte. q. lxxiiij. ar. iij. in responsione
ad tertiū argumētū: ꝙ si farine tritice
admisceret̄ aliqua quātitas modica et
parua alteriꝰ farine poterit exinde cōfi-
ci panis: q̄ est materia huius sacramēti
qꝛ modica ꝑmixtio non soluit speciē: se-
cus v̄o si esset magna. ¶ Quinto dubi-
tatur circa speciē quare. s. sacr̄m hoc cō-
ficitur sub duabꝰ speciebꝰ. Ad qd̄ respō-
det Alexā. de ales in. iiij. q. xxxj. mē. ij. ꝙ
hoc principaliter fit duplici rōne. Pri-
mo propter duplicis nature a xp̄o sumi-
ptionē ad vtriusqꝫ redēptionē: vt ostē-
deret xp̄s totā humanā naturā. i. aīam
⁊ corpus assumpsisse vt vtrūqꝫ redimi-
ret. Panis em̄ ad corpus refert̄: vinū ad
aīam. Scd̄a rō est ꝓpter duplicem xp̄i
immolationē. s. in vita et in morte. Nā
expectatio et preparatio ad mortez fuit
mors quedā que ergo fuit in vita repre-
sentatur specie panis: que aūt in morte
specie vini. ¶ Sexto dubitat̄ circa addi-
tionē aque. Vtruꝫ aqua sit de substātia
siue integritate sacramēti. Ad qd̄ respō-
det Bon̄. in. iiij. dis. xl. ar. j. q. iij. di. ꝙ de
integritate huiꝰ sacr̄i sunt quattuor: scꝫ
materia: forma: ordo: ⁊ intētio cōsecrā-
tis. De cōgruitate aūt ⁊ bene esse sunt q̄
sunt his annexa. Aqua ergo cum nō sit
aliquod hoꝝ nō est de necessitate sacra-
menti: sed annexū est materie. s. vino: et
adiūgitur vino: ⁊ in ipsum cōuertit̄: et
postmodū in sanguinem: ⁊ iō est de con-
gruitate apponēda: tn̄ admiscēda est vi-
no: vt d̄r ex̄ de cele. missa. c. vlti. Cuius
ratio multiplex est ꝟm Alex. Prima ꝓ-
pter exēplū dn̄i. Probabiliter em̄ credi-
tur ꝙ dn̄s hoc sacramentuꝫ instituit in
vino aqua permixto: vt dicit Damasc.
⁊ Cyprianus, de cōse. di. ij. c. scriptura,

Scda rō est ꝓpter signū vnionis corporis mystici cū capite. Vñ de cōse. dist. ij. c. cū om̄e. dr: Cū in calice vino aqua admiscetur: xp̄o populus adunat: ⁊ credētium plebs ei in quē credit copulatur ⁊ iungit. i. copulāda ⁊ iungēda significat ꝑ fidē ⁊ dignā sacramenti susceptionē. Ex quo Rich. in. iiij. dist. xj. refert: ꝙ propter hmōi significationē tātū dz apponi de aqua ⁊ de vino ꝙ aqua possit trahi ad naturā vini. Populus em̄ trahendus est ad xp̄m. Et iō multi sunt illi reprehensibiles q̄ plus ponūt de aqua q̄ de vino. Est quidē ꝑniciosus abusus vt dr in. c. ꝑniciosus. ex̄ de cele. mis. Tertia rō quare aqua admiscet vino est ꝓpter fluxū aque de latere xp̄i: a quo lāceato: vt hr̄ Job. xix. Cōtinuo exiuit sanguis ⁊ aqua. Jō de ꝯse. di. ij. c. in sacr̄oꝝ oblationibus. dr: Nō dz in calice dn̄i aut vinuz solū aut aqua sola offerri: ſ vtrūq; ꝑmixtū: qr vtrūq; ex latere xp̄i ī passione sua ꝓfluxisse legit. Notanduz tn̄ ſm magistrū sentē. c. penul. xj. dist. iiij. ꝙ si sacerdos consecret vinū sine aqua vere cōuertit in sanguinē. Nā ⁊ grecoꝝ ecclesia dr aquā nō apponere sacramento: vt ait Jnno. de officio misse. ꝑte. iij. c. xxvj. ⁊ tn̄ ecclesia nō negat ipsos cōfiteri sanguinē xp̄i. Jlle tn̄ qui aquā nō apponeret reprehēdēdus esset ꝓpter rationes iā dictas. ¶ Septimo dubitat circa obligationē: vtrū scz populus debeat cōicare sub vtraq; specie. Ad quod respōdet sanctꝰ Tho. iij. parte. q. lxxx. arti. xij. ꝙ circa vsum huiꝰ sacramēti duo possunt cōsiderari. Vnū ex parte ipsius sacramēti: aliud ex ꝑte sumētiū. Ex ꝑte ipsiꝰ sacramēti ꝯuenit ꝙ vtrūq; sumat. s. corpꝰ ⁊ sanguis: qr ī vtroq; cōsistit perfectio sacramēti. Et iō qr ad sacerdotem pertinet hoc sacramentū cōsecrare ⁊ perficere: nullo modo dz corpus xp̄i sumere sine sanguine: ꝓut pz de cōse. di. ij. in. c. cōperimus. Ex parte aūt sumentiū requiritur summa reuerētia ⁊ cautela: ne aliquid accidat qd̄ vergat in iniuriā tanti sacramēti. Qd̄ precipue posset accidere in sanguinis assumptione q̄ quidē si incaute sumeret de facto posset effundi. Et qr crescēte multitudine populi christiani in qua cōtinētur senes ⁊ iuuenes quoꝝ quidā nō sunt tāte discretionis: vt cautelā debitā circa vsum huiꝰ sacramenti adhiberēt: ideo ꝓuide obseruatur vt populo sanguis sumēdus nō detur: sed solū sumat a sacerdote: ⁊ etiam ſm aliquos nō datur sub vtraq; specie propter periculū erroris ne scz communis populus crederet xp̄m nō esse totū sub vtraq; specie.

¶ De figuris que precesserūt sacramentum eucharistie et de septem ꝓprietatibus manne appropriatis huic sacramēto. Cap̄m. ij.

Secundū mysteriū declarandū de sacramēto eucharistie dr figurationis. Fuit nāq; cōgruū hoc sacramentum prefigurari ſm Alex. ⁊ Bon̄. in. iiij. dist. viij. parte. j. arti. j. q. j. ꝓpter tria. ¶ Primo ꝓpter dignitatē: qr predicandū ⁊ expectandū erat sicut donū dei excellentissimum: ideo figure huiꝰ sacramēti preire debuerūt in quibꝰ refulciretur expectatio fideliū: et dignitas huius sacramēti famosior ostēderetur. Vñ figurarū premissio nō fuit aliud q̄ fame eiꝰ diuulgatio. ¶ Scda rō est ꝓpter difficultatem. Jnter cetera em̄ sacramēta hoc est difficillimū ad credēdum immo inter cetera credibilia: ideo homines debuerunt ad hoc assuefieri quadā figurarū manuductione. ¶ Tertia ratio fuit propter significationem: qr hoc sacramento xp̄s passus significatur ⁊ cōtinetur. Congruebat aūt xp̄m passum aliqua figura presignari. Similiter aūt ⁊ hoc sacramentum quo significatur et cōtinetur. Precesserunt autem non vna sed plures figure. Qr sicut dicit Aug. in. iiij. de trini. oportebat qr per multa eramus a deo decisi: ꝙ multa vitam venturam conclamarent scilz christuz. Et ſm Alexan. licz res p̄figurata tātis figuris sit vna ſm suam substātiā: tamē illius sunt multi

effectus ⁊ multe ꝓprietates siue cōdi-
tiones quarū multiplicitatē respiciūt
ipse figure diuerse. Magister v̄o sentē
tiarū dimissis alijs figuris que assigna
ri possent: tm̄ q̄ttuor enumerat: sacrifi
ciū scz Melchisedech: agnū paschalē:
manna: ⁊ sanguinē qui fluxit de latere
xp̄i. Que figure sufficienter enumeran
tur duplici ratione. Prima est respect⁹
siue relatio figurarū ad legem nature
moysaice ⁊ euāgelice: vt. s. ꝑ oblationē
melchisedech ostendat̄ fuisse prefigura
tū sacramētū in lege nature. Per agnū
paschalē ⁊ māna in lege scripture. Et ꝑ
sanguinē q̄ fluxit de latere xp̄i in lege
gratie. Scd̄a rō est si attendam⁹ ad ea
que presignant̄. Nā in hoc sacramento
est visibilis forma: ⁊ hec p̄figurata est
in sacrificio. Melchisedech: ⁊ est res
contēta: ⁊ hec figurata est in agno pa-
schali: et res significata tm̄: et hoc in
māna. Et virtus dās efficaciā: ⁊ hoc in
sanguine qui defluxit de latere christi.
Uerūtm̄ solerter est aduertendum ꝙ in
māna qd̄ pluit dn̄s patrib⁹ in deserto.
Exo. xvj. c. septē cōditiōes reperiuntur
cōueniētes huic sacramēto ineffabili.
Prima est modus gn̄ationis. Secūda
est locus descēsionis. Tertia tp̄s recol-
lectiōis. Quarta termin⁹ mēsuratiōis
Quinta ritus p̄parationis. Sexta au-
sus reseruationis. Septima gustus sa
poratiōis. ¶ Prima conditio erat mo-
dus generationis: q̄ in nocte inuisibi-
liter de celo descendebat. Quid em̄ de
signat̄ ꝑ noctē nisi fidei nostre status?
Sicut em̄ in regno celoꝝ nulla est ob-
scuritas tenebrosa: ⁊ in inferno nulla
pōt luciditas apparere: sic in presenti
pegrinatiōe nō est lux clara visiōis dei-
fice sicut in celo: nō obscura tenebrosi-
tas eterne dānatiōis sicut in īferno: sz
nocturna fidei lux stellari ⁊ lunari non
q̄dē solari lumīe illustrata q̄b⁹ lumīb⁹
videm⁹ ⁊ cognoscim⁹ hoc sacramētuz.
¶ Scd̄a ꝯditio illius māne erat locus
descēsionis: q̄ descendebat in deserto
circa castra filioꝝ israel solū: eisq̄ defe
cit cū intrauerunt terrā promissionis.
Sic hoc sacramentū nō nisi in eccl[illegible]
⁊ in eius fide veraciter consecrat: atq̄
in deserto presentis vite tm̄modo fre-
quentat̄. Cū autē ad repromissam [illegible]
tiū terrāventum fuerit: iam nō ampl[illegible]
hoc sacrificium offeret: sed gloriosus
iesus in cōsummato felicitatis loco [illegible]
spiciet̄ ineffabiliter exaltat⁹. ¶ Tertia
conditio erat tp̄s recollectionis. Sex
em̄ diebus poterat reperiri: precepit
moyses ex pte dn̄i feria sexta pro sab-
bato recolligi. Sabbato autem egressi
quidā de populo vt colligerent: nō in-
uenerunt. Sic ⁊ istud viuificum sacra-
mentum non nisi sex diebus presentis
peregrinationis reficere hz. Sed sabba-
to sempiterne quietis inuenient̄ rex no-
ster iesus xp̄s nō mystice sacramēto ve-
latus: sed manifest⁹ ⁊ decore regio glo-
riosus. ¶ Quarta cōditio est terminus
mēsurationis: q̄ ꝑ singula capita mēsu-
ram gomor ex parte dn̄i moyses colligi
instituerat: nec q̄ plus collegit plus ha-
buit: nec q̄ minus: minus inuenit. Sic
q̄dē istud mirabile sacramētū nequaq̄
ꝯtinet minorē iesum ī minori hostia q̄
in maiori: nec plus in plurib⁹ q̄ in vna.
¶ Quinta ꝯditio erat rit⁹ p̄parationis:
q̄ illud māna ignez optime sustinebat:
nā manna liquidū colligebat̄ simile co-
riandro: ⁊ prope ignē ponebat̄ ⁊ efficie-
batur durū: deinde attriturabatur ⁊ ex
ei⁹ farina cōficiebatur panis. Sed si po-
nebat̄ ad solē liq̄fiebat et cōtabescebat.
Sic istud bn̄dictū sacramentū perfecte
ignē sustinet deuoti ⁊ feruētis amoris:
atq̄ rōnes ab amoris fornace ꝓcedē-
tes ꝑfecte cōcludūt hui⁹ sacr̄i irrefraga-
bilē v̄itatē. Sed sol curiositatis hūane
⁊ fantastice rōnis ad ꝑsecutionē sacr̄i ꝑ
perfidiā eū liquescere facit. ¶ Sexta cō-
ditio est ausus reseruationis. Nā preci-
piens Moyses ꝙ nullus seruaret ex eo
vsq̄ ī mane: qui voluerūt reseruare in-
uenerūt ꝙ scaturire cepit v̄mibus atq̄
cōputruit. Sic hoc sacr̄m reseruatuz ab
his q̄ ad illud nolūt accedere scatet ver-

mibus: qꝛ ipsi tales deteriorant̃ ⁊ indu-
rãtur: vt pꝫ. lxxxij. di. in. c. p̃sbyter. ¶ Se
ptima cõditio erat gustus saporatiõis:
qꝛ vnicuiqꝫ sapiebat iuxta desiderij sui
appetitũ. Aliqui em̃ cũ summa delecta-
tione vescebãtur cibo illo sapidissimo:
nonnulli v̄ro murmurãtes dicebant. Aĩa
nostra nauseat sup̄ cibo isto leuissimo.
Nũeri. xxj. Sic hoc sacratissimũ sacra-
mentũ sumẽtib⁹ diuersimode sapit: ꝟm
diuersas dispositiões quas ĩ eis format
vel desideriuꝫ charitatis vel indeuotio
malignitatis. O q̃t sunt obstinati pecca
tores ⁊ p̃sumptuosi q̃ corpus xp̃i sumen
tes nullũ ex eo percipiũt gustũ. Alij v̄ro
q̃mirabiliter ꝓpter deuotionẽ et fideꝫ
recreãtur ⁊ consolãtur. De quo etsi mul
ta possent exẽpla narrari: vnũ tm̃ referã
qd̄ rome euenit. Tẽpore nanqꝫ Eugenij
quarti quedã notabilis ⁊ spũalis domi
na deo deuotissima Frãcisca nomine de
põtianis: singulis dieb⁹ festis sacramen
ti cõmunionẽ de manu sacerdotis reue
rentissime suscipiebat: sentiebatqꝫ dele-
ctationẽ admirabilẽ: adeo vt sepi⁹ post
cõmunionẽ per magnũ tẽporis spaciuꝫ
raperetur in extasim. Quodã v̄ro die dũ
in ecclesia sancte Cecilie trans tyberim
expectaret accipere cõmunioneꝫ: sacer-
dos ille qui celebrabat: aut leuitate du-
ctus: aut diaboli tentatione deuictus:
tentauit sibi dare hostiam nõ consecra-
tam. Cũqꝫ ori eius appropinquasset re-
cusauit illã sumere dicens: Parcat tibi
deus o pr̃ sacerdos: q̃ me nõ solũ decipe
credidisti: sed etiã idolatrã facere volui
sti. Quibus verbis cõmotus sacerdos
veniã petijt: ⁊ peccatũ postea confessus
rem alijs studuit enarrare.

¶ De septẽ fructibus quos acquirunt
hi qui fideliter ⁊ deuote sctãm cõioneꝫ
suscipiunt. Cap̃. iij.



Tertiũ mysteriũ declaranduꝫ
de sanctissimo sacramẽto d̄r
fructificationis. Deuote em̃
cõicãtes multos fructus cõ-
sequuntur: ⁊ p̃cipue septẽ.

Primus d̄r gratificatio.
Scd̄s remissio.
Tertius satisfactio.
Quartus defensio.
Quintus releuatio.
Sextus cibatio.
Septimus glorificatio.

¶ Primus fructus d̄r gratificatio. Con
fert em̃ sacr̃m deuote cõicãtibus gratiã.
Rõ est ꝟm Tho. iij. parte. q. lxxix. arti. j.
Tũ qꝛ in eo cõtinet̃ xp̃s: q̃ sicut veniens
in mũdo venit cũ gratia ꝟm illud Job.
j. Gratia ⁊ veritas p̄ iesuꝫ xp̃m facta est.
Ita veniens in isto sacramẽto. Tũ qꝛ re
presentat̃ passio eius q̃ fuit gratie effe-
ctiua. Tum qꝛ sumit̃ sub specie cibi nu-
trientis. Vñ sicut cibus p̃stat vitã: ita ⁊
hoc sacr̃m: ꝓpterea vocat̃ eucharistia:
idest bona gr̃a. Nã d̄r sacrificium respe
ctu p̃teriti. s. passionis xp̃i quam rep̃sen
tat. Et d̄r cõmunio respectu p̃sentis: q̃si
cõis vnio: qꝛ vnit membra cuꝫ corpore:
vel in corpore mystico. Et dicitur viati-
cuꝫ respectu futuri: qꝛ est prefiguratiuũ
vite: ⁊ quia passio vnio ⁊ gloria sunt ex
gratia: ideo noĩatur eucharistia. ¶ Se-
cundus fructus deuote communicãtiũ
d̄r remissio. Remittuntur nãqꝫ per hoc
sacramentum peccata venialia: vt habe
tur de ꝯse. di. ij. c. cũ omne. c. si quotiẽs.
⁊. c. ante benedictionẽ. Quantũ aũt sit
istud. s. remissionem venialium habere:
patere põt si consideretur quantũ ipsa
aĩam ledant. Nam lꝫ eternam damna-
tionem non inducant: tm̃ inferunt duo
p̃cipua nocumenta. Primum est: qꝛ di-
minuunt feruorem charitatis. Secũdũ
qꝛ obligant ad penã tp̄alem. Ex quo di-
cit Boñ. in. iiij. di. xx. parte. j. ar. j. q. j. per
totũ. ꝙ si quis moritur tm̃ venialia ha-
bens vadit ad purgatorium. ¶ Tertius
fructus deuote communicantium dici
tur satisfactio. Hoc siquidem sacramẽ-
tum satisfacit pro peccatis. Secundum
enim Tho. iij. parte. q. lxxix. ar. v. hoc sa
cramentum simul est sacrificiuꝫ ⁊ sacra
mentuꝫ. Sed rationem sacrificij habet
inquantum offertur. Rationem v̄ro sa
cramenti inquantum sumitur. Et ideo

effectū sacramēti habet in eo q̄ sumit: effectū aūt sacrificij in eo q̄ offert: vel ī his ꝑ q̄bus offertur. Si ergo ꝯsideret vt sacr̄m: habet duplicē effectum. Uno modo directe ex vi sacramēti. Alio mō quasi ex quadā cōcomitātia. Ex vi q̄dē sacr̄i directe hꝫ illū effectū ad quem est institutū: nō est aūt institutū ad satisfaciēdū: sed ad spūaliter nutriēdū ꝑ vnionē ad xp̄m ⁊ ad mēbra eiꝰ sicut ⁊ nutrimētū vnit̄ nutrito. Sed q̄ hmōi vnitas fit ꝑ charitatē ex cuiꝰ feruore aliq̄s consequit̄ remissionē nō soluꝫ culpe: sꝫ etiā pene: inde est ꝙ ex cōsequenti per quandā cōcomitātiā ad p̄ncipalē effectū hō ꝯsequet̄ remissionē pene: nō q̄dē totiꝰ: sed ꝟm modū sue deuotionis atq̄ feruoris. Si aūt ꝯsideret̄ inquātum est sacrificiū: hꝫ vim satisfactiuaꝫ: et prodest his ꝑ q̄bus offertur tā viuis q̄ defunctis. Sed in satisfactione magis attēditur affectꝰ offerētis q̄ qualitas oblationis. Quis ergo hec oblatio ex sui quātitate sufficiat ad satisfaciēdū ꝑ oī pena: tñ fit satisfactoria illis pro quibꝰ offertur: vel etiā ꝑ offerentibus ꝟm quātitatē sue deuotiōis: et nō ꝑ tota pena. Hinc Alex. papa. de ꝯse. di. ij. in. c. nihil. ait: Nihil in sacrificijs maius esse pōt: q̄ corpꝰ ⁊ sanguis xp̄i: nec vlla oblatio hac potior est: sed oēs hec p̄cellit: q̄ pura ꝯsciētia dn̄o est offerēda. ¶ Quartꝰ fructꝰ deuote cōicantiū d̄r defensio. Defendit vtiq̄ hoc sacramentū p̄seruando a pctīs futuris. Ut em̄ ait Tho. vbi. s̄. arti. vj. Peccatū est quedā mors spūalis anime. Uñ hoc modo preseruatur aliq̄s a pctō futuro: quo preseruatur corpꝰ a morte futura. Quod quidē fit dupl̄r. Uno mō inquātum hominis natura interius roborat̄ cōtra interiora corruptiua: ⁊ sic preseruatur a morte ꝑ cibū ⁊ medicinā. Alio modo ꝑ hoc ꝙ munit̄ cōtra exteriores impugnationes: et sic p̄seruat̄ ꝑ arma quibꝰ munit̄ corpꝰ. Utroq̄ aūt modo hoc sacr̄m cōseruat a pctō. Nam p̄mo quidē ꝑ hoc ꝙ xp̄o coniungit ꝑ gr̄am: roborat spiritualē vitā hoīs tanq̄ spiritualis cibus ⁊ spūalis medicina. ꝟm illud ps̄. ciij. Panis cor hoīs ꝯfirmat. Et Aug̃. sup̄ Job. ait: Securꝰ accede: panis est: nō venenū. Scd̄o inquantū est signū passionis xp̄i ꝑ quā victi sunt demōes repellit ipoꝝ impugnationē. Unde Chryb. sup̄ Job. ait: Ut leones flammā spirantes de mensa dn̄i recedimus terribiles demonibꝰ facti. Notandū tñ ꝙ lꝫ hoc sacr̄m inquātū est de se habeat v̄tutē p̄seruatiuā a pctō: nō q̄ aufert hoī possibilitateꝫ peccādi: eo q̄ hō ī statu vie ē huiꝰ ꝯditiōis ꝙ pōt fecti in bonum ⁊ in malum. ¶ Quintus fructus deuote cōicantiū dicit̄ releuatio. Si enim homo post deuotā cōmunionē in peccatū rueret: facilius ab illo surgere potest q̄ si ante illud nō cōmunicasset. Ratio est: q̄ vt diximus per sacram cōmunionē aīa roboratur ⁊ fortificatur: et iō facilꝰ est forti resurgere q̄ debili. ¶ Sextus fructꝰ deuote cōicantiū d̄r cibatio. Cibat vtiq̄ hoc sacramentū spūaliter aīam ⁊ multotiēs miraculose reficit ipsum corpus. Dicit̄ em̄ de beata Katharina de senis: ꝙ sepiꝰ cōione suscepta ꝑ dies plurimos sine cibo ⁊ potu ꝑsistebat absq̄ aliqua sui corpis lesiōe. ¶ Septimus fructꝰ d̄r glorificatio. Facit etiā hoc sacramentū ad augmentum glorie que sequit̄ ad augmentū gratie. Quāto em̄ aīa ꝑficit ⁊ crescit in gr̄a tāto copiosiorē gloriā ꝑmeret̄. Sed q̄ deuote ⁊ humiliter suscipit sacramentum eucharistie ꝑficit in gr̄a: vt tactū est superius: iccirco abundātius gloriā obtinebit. Currite igit̄ oēs ⁊ cōsciētijs a peccatis emūdatis sacrā cōmunionē accipite: q̄ saluator noster dixit Job. vj. Si quis māducauerit ex hoc pane viuet in eternum: hic per gratiā et in futuro per gloriā. In qua viuit ⁊ regnat ipse iesus dei filius cum patre ⁊ spiritusancto per cūcta secula seculoꝝ. Amen.

¶ Feria tertia hebdomade sancte: de veritate sacramēti eucharistie in q̄ vere et realiter ꝯtinetur ipse xp̄s. Sermo. lxiiij.

Caro mea vere est cibus: ⁊ sanguis meꝰ vere est potus. Verba sunt redēptoris nr̄i originaliter Joh. vj. Inter cetera fidei nostre credibilia maximū et admirabile est realis ac vera existentia corporis ⁊ sanguinis xp̄i in sacramento altaris sub speciebꝰ panis et vini. Hoc vtiq; nisi fides credat: sermo non explicat. Verūtn̄ ad ꝯfundendā perfidiā infideliū consolādosq; fideles qui id credūt in hoc sermone de veritate altissimi sacramēti v̄ba faciemus. Est em̄ necessariū simpliciter credere ⁊ firmiter cōfiteri ꝙ a dn̄o iesu xp̄o audiuimus dictum: carnē. s. suā vere esse cibū: ⁊ suū sanguinem vere esse potū: scz in sacramēto altaris in quo vere et realiter continetur. Ad qd̄ probandū ⁊ fideliter persuadendum procedemus tripliciter,

Primo per autoritates,
Scd̄o per rationes.
Tertio per exempla.

¶ Qr oēs tā theologi q̄ sacra cōcilia et doctores antiqui tenēt ⁊ cōfitent̄ dn̄m Jesum xp̄m realiter esse in sacr̄o altaris sub speciebus panis ⁊ vini. Cap̄m. j.

Primo probanda est veritas corporis et sanguinis christi ī sacr̄o altaris ꝑ autoritates,

Primo theologoꝝ,
Scd̄o cōcilioꝝ.
Tertio doctoꝝ.

¶ Primo itaq; theologi oēs Rich. s. arti. j. q. j. Bon̄. par. j. ar. j. q. j. Tho. Sco. ⁊ ceteri di. x. iiij. li. dicūt: ꝙ opi. quorūdā fuit ⁊ error pessimus ꝙ xp̄s nō esset in altari: nisi tm̄ sicut in signo: ⁊ d̄r mādu cari: qr signuz eius tm̄ accipit̄. Sed iste error ꝯtrā pietatē fidei est: que tantum beneficiū sibi a deo datuz recognoscit ⁊ gratias agit: ꝙ in carne sua ⁊ natura ꝓpria sit nobiscū. Est etiam cōtra sacramenti dignitatem ⁊ excellentiā: in quo relucet diuina potētia ⁊ bonitas altiꝰ ceteris sacr̄is. Nā cetera sacr̄a excellit: ⁊ quasi cōsummatiuū est alioꝝ oīm: sicut charitas oīm virtutum. Manifestatur nāq; oīpotentia dei in opis singularitate. Cū em̄ panis in corpus xp̄i verū ⁊ integrū in multis altaribus cōuertit̄ nullo remanente cōi: ostēdit se deus posse supra oēm potentiā operatiuā in cōuersione. Et ꝑ hoc ꝙ idē in pluribus locis supra imaginatiuā: ⁊ per hoc ꝙ taz magnum ⁊ integrū in tā parua specie facit existere nō cōtractū: ostēdit se posse supra potentiā intellectiuā. Error igit̄ p̄tactus detractus est a quodā Berengario rome corā. cxiij. ep̄is. vt habetur de ꝯse. dist. ij. in. c. ego Berengarius. Ideo catholice dicendum est s̄m Franciscuz de mayro. in quodam sermone de corpore christi: ꝙ sub specie panis que videt̄ in hostia quattuor esse creduntur. Primo quidem creditur ibi esse corpus christi ex vi verborum: quia verba consecrationis de solo corpore faciunt mentionem. Secundo est ibi sanguis christi ex ꝯcomitantia immediata: quia sanguis immediate disponit corpus ad vitam. Tertio est ibi anima christi ex concomitantia propinqua: quia licz anima non viuificet corpus nisi mediante sanguine: tamen pertinet ad eandem naturā: ⁊ ideo cōcomitatur ipsum propinque. Quarto est ibi diuinitas verbi ex cōcomitantia remota: qr licz diuinitas cum tribus precedentibus faciat vnum suppositum: tn̄ nō pertinet ad vnā naturā. Similiter etiam in calice ista quattuor esse credūtur: sed alio ordine. Primo est ibi sanguis ex vi verboꝝ: ꝑ eo ꝙ verba consecrationis calicis de solo sanguine faciunt mentionē. Scd̄o est ibi corpus ex concomitātia immediata: qr corpus sanguinis est immediatum receptaculum. Tertio est ibi anima ex concomitātia ꝓpinqua: qr ꝑtinet ad eandē naturam humanā. Quarto est ibi diuinitas ex cōcomitantia remota: qr nō pertinet ad eandem naturā: q̄uis ad idē suppositum. Et ista q̄ttuor significauit saluator nr̄ ibi esse dicēs Joh. vj. Ego suz pa

nis.ꝑ hoc dās intelligi corpus. Et subiūgit:viuus.ꝑ hoc denotās aīam ꝑ quā corpus viuificat. Et qꝛ aīa sine corporeo sanguine viuificari nō pōt:iō subintelligit hic sanguis. Deinde addit:q̄ de celo descēdi ꝓpter diuinitatē. Quare totus xp̄s ꝯtinet sub specie panis:ꝛ totꝰ sub specie vini. Scd̄o ad ostēdēdā veritatē sacr̄i facit autoritas sacroꝝ ꝯcilioꝝ Scribit em̄ ex̄ de cele.missa.i.c.cū marthe. Dr̄ hoc sacr̄m mysteriū fidei:qm̄ aliud ibi credit q̄ cernat:ꝛ aliud ibi cernitur q̄ credat. Spēs panis ꝛ vini cernitur:ꝛ credit veritas carnis ꝛ sanguinis xp̄i. Et ex̄ i.c.j.de sum.tri.ꝛ fi.ca.sic scribit:Una est fideliū vl̄is eccl̄ia extra quā nullus oīno saluat:i qua idē ipse sacerdos est ꝛ sacrificiū iesus xp̄s:cuius corpus ꝛ sanguis in sacr̄o altaris sub speciebus panis ꝛ vini veraciter ꝯtinetur trāssubstātiatis pane in corpus:ꝛ vino in sanguinē virtute diuina:vt ad ꝑficiēdum mysteriū vnitatis accipiamus ipsi de suo qd̄ accepit ipse de nr̄o. Sed ꝓpter dicta in p̄all.c.cuꝫ marthe.notāda sunt ꝟm Fran.de may.quattuor documēta. Primū ꝙ in hoc sacr̄o ꝓprie non videt xp̄s oculo corporali: qꝛ accidētia q̄ ibi cernunt nō sunt i corpore xp̄i sicut in subiecto. Et si q̄rat quare xp̄s in hoc sacr̄o corpus suū dedit nobis velatum sub accidētibꝰ. Respōderi pōt ꝟm Frā. vbi.s̄.ꝙ id fecit ꝓpter quattuor rōnes. Prima est ꝓpter humilitatē:vt.s.hoīes in hoc sacr̄o humiliarent credentes ea q̄ sunt supra intellectū:in hoc em̄ sacr̄o valde necessaria est captiuatio intellectus in obsequium xp̄i. Scd̄a rō est propter fidelitatē:vt.s.fides habeat meritum:qꝛ vt Grego.dicit in homel. Fides nō habet meritum vbi humana rō p̄bet experimentum. Tertia rō est ꝓpter indignitatē.s.quoad malos qui īdigni sunt clare ꝯspicere corpꝰ dn̄i iesu xp̄i. Quarta rō est ꝓpter ībecillitatē quoad oēs: qꝛ claritatē corpis iesu xp̄i nullus viator naturaliter pōt inspicere. Scd̄m documentū ꝙ lꝫ ꝓprie ibi nō videat xp̄s: tn̄ nō errāt fideles qui dicūt dn̄m se vidisse in manibus sacerdotis: qꝛ nullus errat:cuius verba possunt verificari eo mō quo verificat scriptura diuina: in q̄ dr̄:ꝙ aliqui viderūt deū oculo corporali:sicut de Moyse dr̄:ꝙ vidit dn̄m cernendo corporalem rubum Exo.iij.non ꝙ ibi viderit diuinitatē:sed qꝛ dn̄s assistebat illi rubo. Et ita corpꝰ xp̄i suo mō assistit speciebus q̄ in hoc sacramento cernuntur. ¶ Tertium documentum: ꝙ in hoc sacramento adoratio non est dirigenda ad illud qd̄ cernit:sed ad illud qd̄ creditur tm̄:qꝛ illud est dignum adoratiōe. ¶ Quartū documētū:ꝙ an̄ cōpleta verba ꝯsecrationis hostia nō est adoranda donec eleuet a sacerdote vel adoret:qꝛ nōdum ibi constat esse corpꝰ xp̄i. Tertio ad ostendendā veritatem sacramenti sunt autoritates sctōꝝ doctorum. Ex quibus oībus quattuor tm̄ inducemus noīatissimos ꝛ famosos doctores.s.Ambrosiū:Augustinū:Gregorium:ꝛ Hilariū. Amb.em̄ in li.de sacramētis:ꝛ ponit de ꝯse.di.ij.in.c.panis.ij.ait:Panis est in altari vsitatus ante verba sacramētoꝝ:vbi aūt accessit consecratio:de pane fit caro xp̄i. Et idem in li.de officijs.ꝛ habetur in.c.ante benedictionē.de ꝯse.di.ij.Ante bn̄dictionem alia species noīat:post benedictionem corpus significat. Et idem de ꝯse.di.ij.in.c.reuera.ait:Hoc qd̄ cōficimus corpus ex virgine est. Et idē de ꝯse.di.ij.in c.oīa.ita pulchre loquit: Oīa quecūq̄ voluit dn̄s fecit i celo ꝛ in terra:ꝛ quia voluit sic factuꝫ est. Ita lꝫ figura panis ꝛ vini videatur: nihil tn̄ aliud q̄ caro christi ꝛ sanguis post consecrationem credenda sunt. Un̄ ipsa veritas ad discipulos hec inquit:caro mea est pro mūdi vita. Et vt mirabiliꝰ loquar: nō alia plane q̄ que nata est de maria ꝛ passa est in cruce:ꝛ resurrexit de sepulcro. Et Aug.de ꝯse.di.ij.c.nos autē.dicit:Nos aūt in specie panis ꝛ vini quā videmus res inuisibiles.i. carnem ꝛ sanguinem honoramus.ꝛ idē in.c.non omnis. Nō

oīs panis sed accipiens bn̄dictionē xp̄i fit corpus xp̄i. Et idem in epl'a ad Hyreneū. Perfectus panis de celo: corp⁹ est ex virgine. Greg. aūt in homel'. paschali. ⁊ habetur in. c. quid sit. de ꝯse. dist. ij. Mysteriū fidei d̄r qd̄ credere debes ꝙ ibi salus nostra cōsistat. Prouidens em̄ nobis dn̄s dedit hoc sacramentū salutis: vt qr nos quotidie peccamus: ⁊ ille iam mori nō pōt: per illud sacramentū remissionē cōsequamur. Quotidie em̄ ipse comeditur ⁊ bibitur in veritate: sꝫ integer ⁊ viuus atqꝫ immaculatus permanet. Et ideo magnum ⁊ pauendū est mysteriū: qr aliud videt̄: ⁊ aliud intelligitur. Hilarius de ꝯse. dist. ij. c. corpus. ij. ita loquitur: Corpus xp̄i qd̄ sumitur de altari figura est: dum panis ⁊ vinuꝫ extra videtur: veritas aūt dum corpus ⁊ sanguis christi in veritate interi⁹ creditur. Cōfiteri igitur debemus ⁊ indubie credere dn̄m iesum xp̄m in sacr̄o altaris v̄e ⁊ realiter contineri.

¶ Qr rationibus fidelibus probari pōt etsi non demonstratiuis veritas carnis ⁊ sanguinis christi in sacramēto eucharistie. Cap̄. ij.

Secundo ꝓbanda est veritas corporis ⁊ sanguinis xp̄i in sacr̄o admirabili eucharistie per rōnes nō quidē naturales ⁊ demōstratiuas sed fideles ac persuasiuas. Et colligi pn̄t principaliter tres.

Prima d̄r distantiua.
Scd̄a cōceptiua.
Tertia cōmutatiua.

¶ Prima d̄r distātiua. Maior em̄ distātia est: vt dicit Bon̄. di. x. iiij. parte. ij. ar. j. q. j. inter ens ⁊ nō ens: qꝫ inter ens ⁊ ens. Si ergo deus potuit de nihilo producere oīa que sunt in celo ⁊ ī terra: cur non poterit mutare vnum ens in aliud ens: ⁊ conuertere panem in carnē: ⁊ vinum in sanguinem? Ideo Amb. in lib. de sacramētis ait: De totius mūdi operibus legistis: qr ipse dixit ⁊ facta sunt: ipse mandauit ⁊ creata sunt. ps̄. cxlviij. Sermo igitur qui potuit ex nihilo facere qd̄ nō erat: nō poterat ea que sunt in id mutare qd̄ nō erat? Nō est enim minus dare qꝫ mutare nouas naturas rebus. ¶ Scd̄a ratio d̄r ꝯceptiua. Si corpus xp̄i supernaturaliter ⁊ miraculose potuit a virgine concipi: cur nō poterit in sacr̄o ex miraculo realiter contineri. Ideo ait Amb. vbi. s̄. Quid hic queris nature ordinē in christi corpore: cū p̄ter naturam sit ipse dn̄s natus ex virgine. Sed nō immerito dubitari pōt vtrum nobilior sit virtus transsubstātiandi panem in carnem: ⁊ vinuꝫ in sanguinē xp̄i virtute virginis ipsum cōcipientis. Et nōnulli tenere voluerūt ꝙ sic: tum qr sacerdos cōficit corpus xp̄i paucioribus verbis q̄ cōceperit virgo: tum qr virt⁹ cōceptionis in virgine terminata fuit ad corpus xp̄i passibile ⁊ mortale: ⁊ virtus transsubstantiandi terminatur ad corpus christi impassibile ⁊ immortale. Cōtra istos tn̄ sic asserētes dicit Bon̄. x. di. iiij. vbi. s̄. q. ij. ꝙ dupliciter est loqui de virtute transsubstantiante ⁊ de cōcipiente. Uno mō ꝓut sunt in suo fonte ⁊ primo principio: vt dicat̄ virtus concipiendi: que operata est cōceptionem principaliter: ⁊ ꝓpria autoritate: ⁊ similiter virtus transsubstantiandi: ⁊ sic nō est cōpunctio s̄m magis ⁊ minus in se: cū sit vna ⁊ eadē virtus diuina nō intēsa nec remissa. Sed si ipsa comparet̄ ad manifestationē factā ꝑ hos effectus iudicandum est ꝙ se habēt sicut excedentia ⁊ excessa: lꝫ enim vtrūqꝫ sit nobilissimum: ⁊ ostendat potentiā esse summā: in cōceptione tn̄ magis laudatur maiestas diuina: ⁊ in trāssubstātiatione magis captiuat̄ ratio nostra. Scd̄o modo possumus loqui de hac duplici virtute ꝓut dicitur cōmunicari creature s̄m ꝙ dicitur ꝙ virgini data est potestas concipiēdi: ⁊ sacerdoti per verbū potestas cōficiendi: ⁊ sic loquēdo simpliciter virtus cōcipiēdi dignior: excellētior: ⁊ nobilior est: tuꝫ qr subiectū magis nobilitat, Maius em̄ est esse matrē dei q̄ esse

sacerdotē:tū qꝛ actio est singularior et
p̄clarior. Maius em̄ est cōcipere q̄ ꝯfi
cere:qꝛ terminus actionis plus accipit
a cōcipiente matre q̄ a ꝯficiente sacer
dote. Accepit em̄ a matre humanitatez
ꝛ esse. In ꝯseratione v̄o corporis christi
nō accipit esse. Iccirco respondendū est
his, q̄ ꝯriū tenere voluere dicentes virgi
nem cōcepisse xp̄m mediantibus pluri-
bus verbis q̄ sacerdos cōficiat. Quos
nescio si insanos aut ignorantes nomi
nem:eo ꝙ cōparatio ista nulla est:quia
verba sunt de necessitate ꝯsecrationis:
nō aūt ꝯceptiōis. Uñ si sacerdos nūq̄
ꝓferret verba nunq̄ cōsecraret. Beatis-
sima aūt virgo nō cōcepit christuz ex vi
verboꝝ:sed ex merito virtutum suarū:
ob qđ posito ꝙ cum dixit: Ecce ancilla
dñi obmutuisset:remanētibus in ea tñ
virtutibus supradictis adhuc cōcepis-
set christum. Similiter male intelligūt
qui virtutē transsubstantiandi hoc mō
preferunt virtuti cōcipiendi:qꝛ illa ter
minat̄ ad corpus impassibile ꝛ immor-
tale ꝛc. Nam arguunt quasi corpus xp̄i
consecratione fieret. Sed certe non fit.
Nam non fit eius humanitas:qꝛ facta
est in conceptione:non fit gloria corpo-
ris:qꝛ facta est in resurrectione:non fit
perfecta etas:qꝛ etas trigintatrium an
noruz spacio est perfecta. vnde argumē
tum deficit vt diximus:qꝛ arguit acsi fa
ceret:sed per consecrationem nihil no-
uum fit. Sz hoc solum fit vt qđ erat in
celo perfectū ꝛ gloriosum:idem sine mu
tatione sui fit in sacramēto virtute trās
substantiādi. ¶ Tertia ratio manudu-
cens nos vt firmiter credamus corpus
xp̄i esse in sacramento altaris dr̄ cōmu-
tatiua. Nam legimus sepius fuisse per
diuinam virtutem immutatam naturā
Iō Amb. in.c.reuera. de ꝯse.di.ij.in q̄t:
Forte dices aliud video:quō tu mihi as
seris ꝙ corpus xp̄i accipiam? Et hoc no
bis adhuc superest vt ꝓbemus:quātis
igitur vtimur exēplis vt ꝓbemus hoc
nō esse qđ natura formauit sed qđ bñ-
dictio cōsecrauit maiorēq̄ vim esse be-
nedictionis q̄ nature:quia benedictio
ne etiam natura ipsa mutatur. Uirgaz
tenebat moyses ꝛ proiecit eam ꝛ facta
est serpens. Rursus apprehēdit caudā
serpentis ꝛ in virge naturā reuertitur.
Uides ergo ꝓphetica gratia bis muta
tam esse naturam:ꝛ serpentis:ꝛ virge.
Currebant egypti flumina puro meatu
aquarū:subito de fontiū venis sanguis
cepit erūpere:nō erat potus in fluuijs.
Rursus ad ꝓphete p̄ces cruor cessauit:
fluminū aquaꝝ natura remeauit. Circū
clusus erat vndiq̄ ppl's hebreoꝝ. Vinc
egyptijs vallatus: inde mari clausus.
Uirgaz leuauit moyses:separauit se aq̄
ꝛ in muroꝝ specie cōgelauit:atq̄ inter
vndas via pedestris apparuit. Iorda-
nis retrorsum cōuersus contra naturā:
in sui fontis reuertit̄ exordiū. Nōne cla
ret naturā ꝛ maritimoꝝ fluctuū:vel flu
uialis cursus esse mutatā. Sitiebat po
pulus patruz:tetigit moyses petram:ꝛ
aqua de petra fluxit. Nunquid nō p̄ter
naturam operata est gratia:vt aquā vo
meret petra quam nō habebat natura?
Marath fluuius amarissimus erat: vt
sitiens populus bibere nō posset: misit
moyses lignū in aquā ꝛ amaritudinem
suā aq̄rū natura deposuit:quā infusa su
bito gr̄a tēperauit. Sub heliseo ꝓpha
vni ex filijs ꝓphetarū excussuz est ferrū
de securi:ꝛ statim mersuz est. Rogauit
heliseū qui amiserat ferrū:vt illud sibi
acquireret. Misit heliseus lignum in
aquaz ꝛ natauit ferrum:vtiq̄ ꝛ hoc p̄-
ter naturā factū esse cognouimus. Gra
uior est ferri species q̄ aquaruz liquor.
Aduertimus igit̄ maioris potentie esse
gratiam q̄ naturam:ꝛ adhuc tñ ꝓphe
tice benedictionis miramur gratiaz:ꝙ
si tantū valuit humana bñdictio vt na
turam cōuerteret:quid dicemus de ip̄a
consecratiōe diuina:vbi ipsa verba dñi
saluatoris operantur. Nam sacramētū
istud qđ accipis christi sermone confici
tur. hec Amb. Qui in talibus ꝛ similib'
exemplis nobis ostendit quanta potest
magnus ꝛ excelsus deus:cuius potestas

ti atq; virtuti immense ⁊ infinite ascribuntur omnia miracula sacramenti altaris.

¶ Qualiter miracula ⁊ exempla operata in sacramento altaris ostendunt ꝑ ibi esse corpus christi.

Capitulum.iij.

TErtio ꝓbanda est veritas sacramenti per exempla. Nam deus bñdictus etsi nō semp q̄nq; tñ ad cōfusionē cordiuꝫ inflatoꝝ multa de hoc sacro ostēdit mira atq; stupēda. Inter q̄ illud vnuꝫ est celeberrimū ac memoria dignū qđ euenit dum sctūs Antonius de padua Arimini ꝑdicabat. Ibi nāq; hereticꝰ quidam aderat q̄ male sentiebat de corpore xp̄i: atq; i cōemptū corporis xp̄i hostias nō cōsecratas sepius asino suo ꝓbebat in cibū. Cum ꝙ hoc innotuisset Antonio fidei defensori acerrimo: illuꝫ ad se vocatū dure redarguit: veritatēq; sacri ei fideliter ꝓsuasit. Cūq; ille pertinax i suo sensu maneret: assereretq; asinū suū ꝓsepe tali cibo fore depastū: cōuenit cū eo Antonius: vt de hoc experientia fieret ꝑ dies tres asinus sine cibo transiret: ⁊ die tertia Antonius in foro celebrata missa: ⁊ reseruato sacro illud inter hostias non cōsecratas reponeret atq; illo mō asinus famelicus inuitaretur ad pabulū qđ cū factū fuisset coraꝫ multitudine maxima aīal illud appropinquās sponte in qua corpus xp̄i ītra hostias nō ꝓsecratas reuerēter recondi tum erat ⁊ miraculo dei cognouit dñm suū: ⁊ caput ⁊ pedes inclinās humiliter adorauit: neq; cura sibi fuit de cibo: q̄ indigeat. Cūq; verberibus ab illo hereticō angeret: traheret: ⁊ voluere semp faciebat vt prius ob qđ hereticus ille et alij ꝑplurimi oī errore depōsito ad veram fidē redierit. Antonius aūt deo gratias referēs sacrm honorifice in loco debito posuit ⁊ ꝓseruauit. De multis etiā cōpertū est q̄ ex priuilegio spāli corpꝰ xp̄i vid erūt aut in specie pueri: aut carnis: aut sanguinis. Qđ fit ꝑm Tho. iij. parte. q. lxv. ar. v. ꝓ immutationē oculoꝝ suoꝝ q̄ sic vidēt: quoꝝ oculi imutāt ac si erꝑsse viderēt exterius carnem aut sanguinē vel puerū nulla trāsmutatione facta ex parte sacri. Qđ ꝓz ex eo quia alius videt sub specie panis. Nec tñ hic ptinet ad aliquā deceptionem: q⁊ talis spēs diuinitus format in oculo ad aliquā veritatē figurādā. ad hoc. s. q̄ manifestet ꝺe corpus xp̄i esse sub hoc sacro sicut etiā xp̄s absq; deceptione appuit discipulis eūtibus in emaus. Dicit em̄ Aug. in li. q. euāgelij: q̄ cū fictio nra refert ad aliquā significationē nō est mēdaciū: sed aliq̄ figura. Sūt itaq; multa huius sacri ꝑclarissima testimonia: q̄ tñ oia si deessent sufficere nobis ꝺz verbuꝫ xp̄i dicentis Mat. xxvj. Hoc est corpus meū: de quo dicere possum⁹ qđ ysaac dixit dū filiū tāgebat Gen. xxvij. Vor q̄dē vor iacob est: sed manus manus sunt Esau. Nā in tactu ⁊ in odoratu Esau eū repūtabat: in voce tñ iacob eū ꝓfitebat Sic in hoc admirabili sacro sensib⁹ nris scz visui: odoratui: gustui: ⁊ tactui: accidētia panis se offerunt: sed ipsi auditui vitas carnis xp̄i. O igit̄ ineffabile sacrm o inexplicabile signū amoris ihesu xp̄i: o denicq; triūphale priuilegiū nobis exhibitū. Nō est em̄ aut fuit aliq̄n tā grādis natio: q̄ habeat deos appropinquātes sibi: sicut adest nobis deus nr̄: ergo i oī deuotione qua possumus celebrem⁹ huius sacri mysteria quo nobis aduenīat gra: ⁊ tandē perēnis ⁊ eterna glia: in q̄ ipse dñs ihesus viuit ⁊ regnat cuꝫ patre ⁊ spiritu sancto per infinita secula seculorum. Amen.

¶ Feria q̄rta hebdomade sctē de sacro eucharistie ad qđ deuote suscipiendū fideles inuigilare debēt Sermo. lxv.

ACcepit panez ⁊ gratias agens fregit ⁊ dirit: Accipite ⁊ manducate: hoc est corpus meū quod ꝓ vobis tradetur: hoc facite in meaꝫ cōmemorationē.

Doctoris gētiū verba sunt ista.j. Cor. xj. Satis vtile ⁊ ꝓficuū esse arbitratꝰ sum: si adhuc de sacramento ineffabili eucharistie nōnulla dixero: qm̄ quanto magis illiꝰ ꝑconia fidelibꝰ innotescūt: tanto ardentiꝰ excitātur ad illiꝰ vsum: deuotāq; susceptionē. Jccirco ꝑterea que dicta sunt adhuc videbimꝰ quedā nō īmerito de hoc bn̄dicto sacr̄o dilucidanda. Proponemꝰ itaq; tria principalia mysteria q̄ apl's in verbis ꝑallegatis explicauit ⁊ annotauit: videlicꝫ

Primū d̄r trāssubstātiationis.
Secundū manducationis.
Tertium consecrationis.

¶ De transsubstātiatione panis in carnem ⁊ vini in sanguinē xp̄i ⁊ de conditionibus admirandis ipsiꝰ transsubstātiationis. Capitulum.j.

Primum mysteriū annotatū ab apostolo d̄r trāssubstantiationis. Quia xp̄s panem accipiēs ⁊ gratias agēs panē illum benedixit ⁊ ꝯsecrauit conuertitq; substantiam eiꝰ in substantiam corporis sui: sic ⁊ in sacr̄o isto substātia panis in sub̄am corporis xp̄i ⁊ sub̄a vini in sub̄am sanguinis eiꝰ v̄e conuertit̄. Ad qd̄ pleniꝰ intelligēdum quattuor sunt dubia declarāda. ¶ Primū vtrū in ꝯsecratione sit vera trāsmutatio siue cōuersio panis in corpꝰ xp̄i: an panis simul maneat cū corpore? Ad quod respondet Alex.in.iiij. suo volumine.q.xxxviij.mē.j. ꝙ aliqui errātes dixerunt ꝙ in hoc sacr̄o non est aliqua conuersio: sed ad prolationē verborum sine cōuersione aliqua fit diuina v̄tute vt corpꝰ xp̄i sit ibi. Tn̄ hec positio est cōtraria sctōꝝ autoritati: vt pꝫ. Est etiā ꝯ cōgruitatē sacr̄i: diminuitq; vtilitatez meriti. Nā multiplex est rō quare congruit vt panis cōuertat̄ in corpꝰ xp̄i et nō maneat simul. Pr̄ia est vitatio idolatrie. Si em̄ sub sacr̄o maneret panis fortassis qn̄q; indistincte adoraret̄ cuꝫ dn̄o. Scd̄a ratio est efficacior deductio ad ip̄m xp̄m cōprehendēdū. Spēs em̄ panis q̄ modo deducit īmediate ad dominū xp̄m cōprehendēdū ⁊ vescēdum: tunc mediate deduceret: qꝛ ꝑmo deduceret ad cōprehēsionē panis: ⁊ post ad cōprehēsionem dn̄i. Tertia rō est spūalior refectio: mō em̄ illa refectio est spiritualis oīno: tunc esset etiā carnalis: qꝛ tūc cibꝰ carnalis assumeret̄ ⁊ nō solū spūalis. Quarta rō est v̄itatis īsinuatio.s.vt credatur ꝙ sit tm̄ cibꝰ anime ⁊ nō corporis ⁊ ꝙ hoc cibo fit vnio spiritualis ⁊ nō corporalis. Opinio ad hoc pretacta minuit vtilitatē meriti: quia ponēdo ꝙ accidētia nō pn̄t eē sine subiecto īnitēdo rōnibꝰ humanis: meritū fidei diminuit. Jō dicēdū ꝙ tota sub̄a panis ꝯuertit̄ in sub̄am corporis xp̄i remanentibꝰ accidentibus sine subiecto.

¶ Scd̄m dubiū declarandū: vtrum in ista ꝯuersiōe annihilet̄ sub̄a panis? Et ad hoc rn̄det Rich.in.iiij.di.xj. arti.j. q.iij.di.ꝙ q̄uis post ꝯuersionem sub̄e panis in sub̄am corporis xp̄i nihil de sub̄a panis remaneat: tn̄ qꝛ sub̄a corporis xp̄i in quā ꝯuersa est aliq̄d est: ānihilata nō est. vn̄ substātia panis nō est in nihilū redacta: sꝫ in meliꝰ cōmutata scꝫ in corpꝰ xp̄i: nō tn̄ ꝑm Alexā.vbi.s. de pane illo accipit esse corpus xp̄i: sed ip̄a essentia panis sine oī mutatiōe facta in corpꝰ xp̄i mutatur in illud. Jdeo Hugo li.ij.de sacramentꝫ.parte.viij.c.ix.ait: Non sic corpꝰ xp̄i in pane consecrari dicimꝰ: vt de pane corpus xp̄i esse accipiat: nec quasi corpꝰ nouum subito factum de mutata essentia: sed in ip̄m verū corpꝰ mutatā essentiā: nec ipsam substantiā panis ⁊ vini in nihilū redactam: qꝛ desijt esse qd̄ fuit: sed mutataꝫ potiꝰ quia cepit esse aliud qd̄ nō fuit.

¶ Tertium dubiū declarandū: vtrū illa cōuersio fiat in instanti vel successiue. Et respondet Rich. vbi.s. ꝙ fit in instanti: quia vt accipi potest a commentatore.iiij.Meta. Omnis successio in mutatione causatur vel ex resistentia mobilis ad motorē: vel medij ad motorem vel ratione vtriusq; ⁊ puto ꝙ sub-

resistentia ipsius medij debeat cōpre-
hendi diuisibilitas spacij ꝑ cōpationē
ad limitationē virtutis in motore. Vñ
q̄uis corpale medium angelo nō resi-
stat: tamē q: limitate virtutis est: non
posset se transferre ab oriēte in occidē-
tē pertranseundo spaciuz in instanti.
Virtus aūt cōuertēs substantiam pa-
nis in corpus xp̄i nō est limitata. Illa
em̄ cōuersio fit ꝑ virtutē diuinam que
infinita est. Nec sibi resistit substantia
panis: q: tota natura ꝑfecte subdit̄ vir
tuti diuine. Nec est aliquod mediuz ꝑ
qd̄ ista cōuersio fiat: hoc em̄ nō habet
locū ꝓprie loquēdo nisi de mutatione
locali. Panē em̄ nō esse corpus xp̄i ni-
hil positiuū dicit: ⁊ tamē si esset mediū
nō oporteret ꝙ causaret successionem
in diuina operatione. Deus em̄ vnum
lapidē transferre posset ab oriēte in oc
cidētē ꝑ totū mediū in instāti. Nō em̄
opz ꝙ diuisibilitas medij causet succes
sionē in mutatione nisi cū hoc mutās
sit limitate v̄tutis. ¶ Quartū dubium
declarādū vtrū v̄tus trāssubstātiatiua
principali⁹ respiciat sacerdotē q̄ v̄ba.
Et rn̄det Rich. di. viij. quarti. ar. iij. q.
iij. ꝙ virtus p̄dicta principalius respi
cit sacerdotē: q: qñ dñs operat̄ aliquē
effectū mediante instrumēto animato
cuiusmodi est seruus ꝟm ph̄m. j. politi
corū. ⁊ inanimato v̄tus dñi principa-
lius respicit instrumētū animatum q̄
inaīatū. In transsubstantiatiōe aūt sa
cerdos se hz sicut instrumētū aīatum:
⁊ v̄ba sicut inaīatū. ideo v̄tus dñi p̄n-
cipaliter operātis principali⁹ respicit
sacerdotē q̄ v̄ba. ¶ Scda ratio est: q:
qñ plura instrumenta per ordinē se ha
bentia cōcurrūt ad eundē effectum: vt
manus ⁊ pēna ad scripturā v̄tus prin
cipalis motoris principalius respicit
illud instrumentū qd̄ est sibi ꝓpinqui⁹
⁊ mediante quo aliud instrumētū mo-
uetur vnde v̄tus scribētis principali⁹
respicit manū q̄ pēnā. Ad transsubstā
tiationē aūt cōcurrūt plura instrumen
ta ꝑ ordinem se habentia. s. sacerdos ⁊
verba: quorū sacerdos est propinquior
principali agenti: quia sibi est similior:
⁊ eius representat personā. Est etiam
prolationis verborū causa ideo virt⁹
transsubstantiatiua principali⁹ respi-
cit sacerdotem q̄ verba. ¶ Tertia ratio
est: q: virtus transsubstantiatiua sacer
dotē respicit permanente ratione cha
racteris qui in sacerdote ꝑmanet: ver-
ba autē sicut sunt trāseuntia respiciūt
transeuntē non per aliquē transitū ex
parte virtutis ꝓut est in p̄ncipali agē
te: sed per transitū ipsoꝝ verborū ꝟm
quid: tamen predicta virt⁹ respicit p̄n-
cipalius verba q̄ sacerdotē: inquātuz
verba magis de propinquo se habent
ad effectū q̄ sacerdos: ꝟm quem mo-
dū etiam dici potest ꝙ virtus scriben-
tis principali⁹ respicit pēnā q̄ manū.
¶ De multiplici manducatione corpo
ris christi: ⁊ de dubijs que circa illā ha
beri possunt. Capl'm. ij.

Secundū mysteriū quod an-
notauit apostol⁹ in thema-
te d̄r manducatiōis asserēs
quod xp̄s dixit Mat. xxvj.
Accipite ⁊ manducate hoc
est corpus meū. Ad quod pleni⁹ intelli
gendū quattuor sunt dubia declaran-
da. ¶ Primū quot sunt modi mandu-
candi corpus xp̄i? Et respōdet magr̄ in
iiij. di. ix. ꝙ est duplex. vnus sacramen
talis: alius sp̄ualis. Que distinctio ꝟm
Boñ. ar. j. q. j. oritur vno modo a dispo
sitione sumentiū: q: quidā accedūt ma
le dispositi: ⁊ hi māducant sacramēta-
liter. quidā bene ⁊ hi sp̄ualiter. Scd̄o
accipitur a modo sumendi: quia q̄daz
suscipiunt ore corporis: ⁊ non cordis: ⁊
hi sacramentaliter. Quidaz v̄o ore cor
dis: ⁊ hi spiritualiter. Comedere igit̄
sacramentū spiritualiter est illud susci
pere cū fide īformata charitate. Come
dere autez sacramental'r est illud susci
pere cū fide sine charitate. Qui māduc-
cant sacramentaliter tm̄ suscipiunt sa
cramentū: sed non effectuz illius. Qui
v̄o manducant spiritualiter effectum

gratie consequuntur. ¶ Scdm dubiũ: vtrum mali sumant corpus christi veraciter? Et respondet Tho.iij.parte.q. lxxx.ar.iij.⁊ Boñ.in.iiij.di.ix.ar.ij.q.j. ꝙ circa hoc q̃dã antiq̃ errauerunt dicẽtes: ꝙ corpus xp̃i verũ a malis non sumit̃: q: nõ decet tantã maiestatem ⁊ carnẽ tã sanctam ⁊ purã in corpus peccatis subditũ introire. Ideo asserebãt ꝙ corpus xp̃i verũ a specieb⁹ abscederet: ex quo peccator ip̃z labijs ore ⁊ polluto contingeret. Sed hoc est erroneũ eo ꝙ manẽtib⁹ specieb⁹ corp⁹ xp̃i sub eis esse non desinit. Species aũt manet q̃diu substantia panis maneret: ⁊ sibi adesset. Manifestũ est aũt ꝙ substantia panis assumpta a pctõre non statim esse desinit si manet q̃diu ꝑ calorẽ naturalẽ digerat̃. Unde tãdiu corpus xp̃i sub speciebus sacr̃alibus manet etiã a peccatoribus sumptũ. Quare doctores oẽs dicũt ꝙ peccatores veraciter ⁊ sacramentaliter lz nõ spũal'r: corpus xp̃i suscipiant. qd̃ cãtat eccl'ia in ꝓsa in festo corporis xp̃i dicẽs: Sumũt boni: sumũt mali: sorte tñ inequali vite vel interitus. Et Aug̃.sup Job. ait: Multi de altari accipiunt: ⁊ accipiendo moriunt̃. Ad idẽ est.c.⁊ sctã.⁊.c. sicut iudas. de ꝯse.di.ij. ¶ Tertiuz dubium vtrũ peccator qui cũ certa scientia in petcato sumit corpus xp̃i: sumat illud dãnabil'r. Et ꝙ sic ptz per dictuz apl'i di. ꝙ iudiciũ sibi manducat ⁊ bibit. Q: nõ est ꝟm Boñ. q: ip̃m corp⁹ aliquã maculã det anime: sed q: peccator ipsum cõtemnit dum se preparare non vult ⁊ mundare. Sed aliquis obijcere potest si manducare corpus xp̃i cũ peccato peccatum est: ergo a simili ⁊ videre ergo quotienscunqꝫ existens in peccato mortali videt corpus xp̃i peccat mortaliter. Rñdet Tho.vbi.s̃. ad.iiij. arg.⁊ Boñ.vbi.s̃.q.ij.ad vltimũ ꝯtra. ꝙ visus non pertingit ad substantiaz corporis xp̃i: sed soluz ad species sacramentales sed ille qui manducat nõ solum sumit species sacramentales sed etiam xp̃m qui est sub eis: ⁊ ideo a visione corpis xp̃i null⁹ baptizatus ꝓhibetur: non baptizati aũt non sunt admittendi: etiaz ad inspectionez huius sacramenti. vt pz ꝑ Diony. in libro angeli. hierar. sed ad mãducationez non debent accedere nisi illi qui bene dispositi ⁊ mundati sunt quare nõ est simile videre ⁊ sumere hoc sacramentum. ¶ Quartũ dubiũ est: vtrũ accedere ad hoc sacramentũ cũ conscientia peccati sit grauissimũ oĩm pctõꝝ? Et q̃busdaz videt̃ ꝙ sic. Primo quia glo. sup illd. j. Coꝝ.xj. Qui manducauerit ⁊c. De indigne manducante ait: Ac si xp̃m occiderit puniet̃: sed pctm̃ xp̃m occidentium videt̃ fuisse grauissimũ: ergo ⁊ hoc peccatum. Secũdo arguũt: q: Hiero. dicit ĩ quadã epl'a. Quid tibi cũ feminis qui ad altare cum dño fabularis. Dic sacerdos dic clerice qual'r cum eisdem labijs filium dei oscularis: quib⁹ osculatus es filiã meretricis. O iuda osculo filiũ hoĩs tradis? Et q̃b⁹ verbis videt̃ ꝙ fornicator accedens ad mensaz xp̃i peccat sicut peccauit iudas peccato enormi ⁊ grauissimo. Respõdet tñ Tho. vbi.s̃.ar.v.ꝙ aliqd̃ pctm̃ põt dici graui⁹ alio dupl'r. Uno modo per se: alio modo ꝑ accidens. Per se quidem ꝟm rationem sue speciei: que attenditur ex parte obiecti: ⁊ ꝟm hoc quanto id contra qd̃ peccatur est maius tanto pctm̃ est grauius: ⁊ q: diuinitas xp̃i est maior humanitate ipsi⁹: ⁊ ip̃a humanitas est potior q̃ꝫ sacramenta humanitatis: inde est ꝙ grauissima pctã sunt que cõmittunt̃ in ip̃am diuinitatez sicut est pctm̃ infidelitatz ⁊ blasphemie. Secũdario aũt sunt grauia pctã q̃ cõmittunt̃ ĩ hũanitatẽ xp̃i. Tertio aũt loco sunt pctã q̃ cõmittunt̃ ꝯtra sacr̃a q̃ pertinent ad humanitatem xp̃i. Et post hoc sunt alia peccata cõtra puras creaturas. Per accidens aũt vnũ peccatũ est grauius alio ex parte peccantis: puta peccatũ quod est ex ignorantia vel infirmitate leui⁹ est peccato qd̃

est ex contemptu vel ex certa scientia Et eadē ratio est de alijs circunstātijs. Scd̄m hoc ergo cōicare in pctō mortali in q̄busdā pōt esse grauius: sicut in his q̄ ex actuali cōtēptu in cōscīa peccati ad hoc sacr̄m accedūt. In q̄busdā v̄o minus graue: puta in his q̄ ex quodam timore ne deprehendant̄ in pctō cū cōscīa peccati hoc sacr̄m suscipiāt. Sic ergo ptz q̄ hoc peccatū est multis alijs grauius ꝟm suā spēm: nō tn̄ oīm grauissimum. ¶ Ad primum ergo dicēdum q̄ pctm̄ indigne sumentium hoc sacramētum comparat̄ peccato occidētiū xp̄m ꝟm similitudinē: qr vtrūq̄z cōmittit̄ ɔtra corpus xp̄i: non tn̄ ꝟm criminis quātitatē. Peccatū em̄ occidentiū xp̄m fuit multo grauius. Primo q̄dem qr illud peccatū fuit contra corp⁹ xp̄i in sua specie ꝓpria: hoc aūt est ɔtra corpus xp̄i in specie sacramenti. Scd̄o qr illud pctm̄ ꝓcessit ex intentione nocendi xp̄o nō aūt hoc pctm̄. Similiter fornicator accipiens corpus xp̄i cōparatur iude osculanti xp̄m quātū ad similitudinē criminis: qr vterq̄z ex signo charitatis xp̄z offendit: non tn̄ quātū ad criminis quātitatē. Hec tn̄ similitudo nō minus cōpetit alijs pctōrib⁹ q̄ fornicatorib⁹. Nā ⁊ ꝑ alia peccata mortalia agitur ɔtra charitatē xp̄i: cuius signū est hoc sacr̄m tāto magis quāto pctā sunt grauiora. Scd̄m q̄d tn̄ pctm̄ fornicationis magis reddit hominem ineptū ad perceptionē huius sacramēti: inquātū scz ꝑ hoc pctm̄ spūs marīe carnis subijcit ⁊ ita ipedit̄ feruor dilectionis q̄ requirit̄ in hoc sacr̄o. Plus tn̄ ponderat impedimentū ipsi⁹ charitatis q̄ feruor ei⁹. Unde etiā pctm̄ infidelitatis: quod funditus separat hominē ab eccl̄ie vnitate simpl̄r loquēdo maxime hoīem ineptum reddit ad susceptionē hui⁹ sacramenti: vn̄ grauius peccat infidelis accipiens hoc sacramētū q̄ pctōr fidelis: ⁊ magis cōtēnit xp̄m ꝟm q̄ est sub hoc sacramento preerti m si nō credat xp̄m vere sub hoc sacramēto esse: qr quātuz est in se diminuit sctītatē hui⁹ sacramēti v̄tutē xp̄i opantz ī hoc sacr̄o: qd̄ est ɔtēnere ip̄m sacramentum in seipso. Fidelis autē qui cū consciētia peccati sumit ɔtēnit hoc sacr̄m non in seipso: sed quātū ad vsum indigne accipiens.

¶ De potestate consecrandi cōcessa sacerdotib⁹ rite ordinatz ꝟm formā ecclesie q̄ soli cōficere possunt. Capl̄m. iij.

Tertiū mysteriuz qd̄ apostol⁹ annotauit d̄r cōsecrationis. ibi. Hoc facite in meā cōmemorationē. Lu. xxij. In q̄b⁹ v̄bis ꝟm Frāciscū data fuit potestas cōsecrandi apl̄is q̄ vt dictum est in precedentib⁹: fuerūt tūc a xp̄o ordinati sacerdotes. Sed hic q̄ttuor dubia adhuc occurrūt aperienda. ¶ Primū vtrū angeli habeāt potestatē consecrandi. Et rn̄det Alex. in. iiij. q. xxxv. mē. j. q̄ nō: eo q̄ deus talē potestatem ipsis nō dedit: ⁊ hoc cōgrue. Primo qr virtus trāssubstātiandi elementum in corpus xp̄i ⁊ sanguinē: data est verbo sensibili. vn̄ cui⁹ est ꝓferre verbū sensibile eius est ministerial̄r mediāte v̄bo tali cōsecrare. Inquit em̄ Aug. j. q. j. ī c. detrahe. Accedit verbū ad elementū ⁊ fit sacr̄m. Scd̄a rō est: qr si sacr̄a ministrarent̄ homini ꝑ angelos: esset hō in sua reparatione subiectus angelice nature: ⁊ sic nō esset ꝑ xp̄m solū restitutus in pristinā dignitatē. ¶ Scd̄m dubiū vtrū aliquis nō sacerdos possit cōsecrare? Et rn̄deo q̄ nō. īmo si oēs homines mūdi nō sacerdotes essent sctī ⁊ iusti: ⁊ ꝑ annos ⁊ annos dicerēt v̄ba cōsecratiōis sup debita materia cū intētiōe ɔsecrādi nūq̄ ɔsecrarent. Ideo scribit̄ ex̄ de sum. tri. ⁊ fi. ca. c. j. Hoc vtiq̄z sacramētum nemo potest cōficere nisi sacerdos qui rite fuerit ordinatus ꝟm claues ecclesie: quas ipse concessit apostolis eorūq̄z successoribus iesus christus: ⁊ ecclesia cantat sic. Sacrificium istud instituit: cuius officiuz committi voluit solū presbyteris qui

bus sic congruit vt sumant ⁊ dent cete
ris. Et. xxv. dist. in. c. perlectis. dicitur:
Ad presbyterū pertinet sacramentum
corporis ⁊ sanguinis dñi in altario dei
conficere. ¶ Tertium dubiū vtrū sacer
dotes mali ⁊ peccatores possint conse
crare? Et rñdet Boñ. in. iiij. dist. xiij. ꝙ
sic: quia officium consecrandi nō est ex
propria sanctitate: vt quidam heretici
dicunt: sed ex autoritate. Tho. v̄o i. iij.
parte. q. lxxxvij. ait: Non ex hoc ipo ali
quis desinit esse minister xp̄i ꝙ est ma
lus: q̄ dñs habet bonos ⁊ malos mini
stros: qui cū autoritatem habent con
secrandi: consecrare possint. Vñ Aug.
j. q. j. c. intra. ait: Intra catholicaz ec
clesiā in ministerio corporis ⁊ sangui
nis dñi: nihil a bono maius: nihil a
malo minus perficitur sacerdote: quia
nō in merito consecrantis: sed in v̄bo
perficitur creatoris: ⁊ in virtute spiri
tussancti. Ad idem est. c. ꝓpheta. c. vt
euidenter. c. cum scriptura. c. multi se
culariū. ⁊. c. sacerdotes. ¶ Quartū du
bium vtrū sacerdotes heretici: scisma
tici: excōmunicati: vel degradati: pos
sint cōficere? Et respōdet Boñ. in. iiij.
di. xiij. ar. j. q. j. ꝙ aliqui voluerunt di
stinguere ꝙ sacerdotes mali quidā oc
culte sunt mali: ⁊ tales possunt ꝯsecra
re. Alij v̄o sunt manifeste mali ⁊ ab ec
clesia precisi: sicut heretici: ⁊ alij predi
cti: ⁊ tales non possunt. Et ad hoc alle
gant dictū Aug. j. q. j. c. extra catholi
cā. Extra catholicā ecclesiam non est lo
cus veri sacrificij. ⁊ Hieronymi in. c.
odit. qui dicit: Odit dñs sacrificia he
reticoꝝ: ⁊ a se ꝓijcit: ⁊ quotiēs in noīe
eius congregati fuerint detestatur fe
torē eoꝝ: ⁊ claudit nares suas. Habēt
etiā ibi. c. nō oportet. Sed tamen posi
tio ista falsa est: vt patebit. Ideo dicen
dū ⁊ melius ꝙ sacerdotes oēs p̄nomi
nati consecrare possunt: q̄ potestas cō
secrādi eucharistiā vt inquit Tho. ꝑte
iij. q. lxxxij. ar. j. ⁊ oēs theologi ꝑtinet
ad characterem sacerdotalis ordinis.
Character aūt indelebilis est. Ideo di
cendū ꝙ in sacramento duo attēdunt
scz sacramēti veritas: que cōsistit quā
tū ad rē primā: ⁊ sacramenti vtilitas
que consistit: quātū ad rē vltimā: q̄ est
incorporatio vel vnio: quātū ad corp
mysticū. Si de veritate sacramenti lo
quamur veritas saluat̄ vbi ex ꝑte mi
nistri est ordo ⁊ intentio ⁊ verbi prolo
tio: cū adest debitū elementū. Si aut
loquamur quātū ad vtilitatē dicendū
ꝙ sacerdos bonus conficit ad vtilita
tē suā ⁊ assistentiū. Malus occultus ad
dānū suū tm̄: nihilominus ad vtilitatē
assistentiū qui deuote audiūt missam.
Sed precisus ⁊ hereticus ad dānatio
nē suā: ⁊ omniū assistentiū. Quia ergo
in precisis ⁊ hereticis manifestis poni
tur sacramētū om̄i fructu: q̄uis sit ibi
corpus xp̄i verū: ideo loquunt̄ sacri ca
nones ipsorū sacrificia detestantes nō
rōne operati operis sz dāni. Rich. v̄o
in. iiij. ar. j. q. j. dicit: ꝙ prefatos sacer
dotes posse hoc sacrificiū cōficere intel
ligitur dupliciter: aut de iure: aut de fa
cto. Primo modo nō oīs sacerdos pōt
hoc sacramētū cōficere: q̄ nec irregula
ris: nec suspensus: nec interdictus: nec
excōmunicatus: nec scismaticus: nec he
reticus: nec degradatus hoc sacramen
tū pōt de iure cōficere: q̄ cuilibet pre
dictoꝝ ꝓhibitus est potestatis sacer
dotalis vsus: vnde cōficiendo grauissi
me peccant. Scdo modo scilz de facto
quilibet ipsoꝝ pōt vt predictū est. Con
siderēt itaq̄ laici quāta est sacerdota
lis dignitas: quāta sacerdotibus data
est potestas. Non sint ipsi sacerdotū iu
dices ⁊ ex consequenti sacramentoꝝ cō
tēptores: de quo plenius diximus in ope
re de virtutibus. Uenerentur ⁊ colant
illos vt patres: ⁊ dños ⁊ tanti sacramē
ti ministros. Preparent se oēs cū om̄i
humilitate ⁊ reuerētia ad sacram com
munionē de illoꝝ manibus suscipien
dā. Ipsi v̄o sacerdotes studeant ꝑ viri
bus nitorē mentis ⁊ anime cōseruare:
viuereq̄ munde ⁊ caste vt sic digne cō
ficere possint ⁊ dispēsare fidelib⁹ absq̄

ꝓprio detrimento: imo cū merito ⁊ benedictione dei sacratissimū corpus filij eius dñi nr̄i iesu xp̄i: qui est bñdict⁹ ⁊ laudabilis ꝑ īfinita scl'a scl'oꝝ. Amē.

¶ Feria quinta in cena dñi: de exēplis a xp̄o nobis exhibitis: in quibus eum sequi debemus ⁊ precipue tēpore sacre eucharistie cōmuniōis. Sermo.lxvj.

Exemplū enim dedi vobis vt quēadmodū ego feci: ita ⁊ vos faciatꝫ. Pijssimi iesu verba sunt ista Joh̄is. xiij. c. ⁊ in euangelio hodierno. Suscepturi sanctissimū sacramētū hodierna die vel in ꝓxima solēnitate paschali diligenter: ac sollicite inuigilare debem⁹: vt ad illud accedam⁹ cū omni mundicia: puritate ac reuerentia. Id aūt facere poterim⁹ si voluerimus imitari exēplavirtutū: que docuit nos ipse xp̄s in vltima sua cena. In illa nanq̄ docuit nos oēs q̄d cōmunicando essemus facturi. Iccirco in presenti sermone pro morali declaratiōe euāgelij de exēplis moralib⁹ sp̄ualiter in eo contentis: ⁊ a dño iesu xp̄o nobis oblatꝫ erim⁹ tractaturi: qm̄ ad illa xp̄s iesus nos ī v̄bis ī themate p̄missis inuitat. ¶ In q̄b⁹ totū euāgeliuꝫ hodiernum complectēdo septēexēpla deuotissima declarabim⁹.

Primū d̄r memorāde mortalitatis.
Scd̄m cōsummande charitatis.
Tertium tolerande aduersitatis.
Quartū cōtemnende prosperitatis.
Quintū obseruande castitatis.
Sextum exercende humilitatis.
Septimum desiderāde felicitatis.

¶ Qualiter xp̄s docuit nos exēplo suo memores esse mortis acerbissime quaꝫ ꝑ nobis pctōrib⁹ ex charitate ⁊ amore patientissime tolerauit. Capl'm.j.

Primū exēplū q̄d xp̄s nobis exhibuit dicit memorande mortalitatis. Ipse etem̄ memor erat mortis sue q̄d euāgelista exp̄mit dicēs Joh̄. xiij. Ante diē festū pasche: sciens iesus q̄r venit hora ei⁹ vt transeat ex hoc mūdo ad patrē: cū dilexisset suos q̄ erant in mundo in finez dilexit eos. Pro q̄ꝝ verboꝝ declaratiōe tria sunt notāda.

¶ Primū quid per hoc nomen pascha intelligat. Et ad hoc sic dicit Aug̃. sup Joh̄. Pascha nō sicut q̄dam estimant grecū nomē est: sed hebreū. Opportunissime tñ occurrit in hoc noīe quedā cōgruētia vtrarūq̄ liguarū. Quia em̄ pati grece paschi d̄r ⁊ ideo pascha passio putata est: vel hoc nomen a passione sic appellatū. In sua v̄o lingua hoc est in hebrea pascha transitus d̄r: propterea q̄ tunc p̄mū pascha celebrauit ppl's dei: qñ ex egypto fugiens rubruꝫ mare ꝑtrāsiuit. v̄m aūt Nico. de lyra dicebat pascha iudeoꝝ trāsit⁹ eo q̄ tunc angel⁹ trāsijt ꝑ egyptū interficiēs primogenita egyptioꝝ: ⁊ filios israel saluās. ¶ Scd̄z notādū q̄ paschale festū apud iudeos incipiebat a vespa diei ī qua luna erat. xiiij. Dies autē festiuus apud eos incipit a vespa vnius diei: ⁊ durat vsq̄ ad vesperā sequentis diei. vñ Leuit. xxiij. c. d̄r a deo. A vespe vsq̄ ad vesperū celebrabitis sabbata vr̄a: ⁊ sic dies pasche solēnis erat luna. xv. ꝓpter q̄d eñdē diē quē Joh̄es nomīat. ante diē festū pasche ꝓpter naturalez distinctionē dierū. Marcus noīat primū diē azymoꝝ: q̄r a vespe precedentis diei incipiebāt comedere azyma. Quare v̄m Hiero. om̄esq̄ theologos. di. xj. q̄rti. tenendum est q̄ iesus fecit cenam luna. xiiij. ⁊ passus est luna existēte. xv.

¶ Tertiū notādū q̄ sicut xp̄s recordabatur mortꝫ de ꝓximo sibi īminentis: ita ⁊ qui vult cōicare mortem xp̄i ad suā mētē reuocare dz: hoc docuit apl's cū dixit. j. Coꝝ. xj. Quotienscunq̄ mādūcabitis panem hunc: ⁊ calicē bibetꝫ mortem domini annunciabitis donec veniat.

¶ Qualiter xp̄s nos docuit exēplo suo vt memores sim⁹ īmēse charitatis sue: qua nos dilexit. Capl'm.ij.

Ecūdū exēpluz quod docuit nos xp̄s d̄r ꝯsummande charitatis: s. de quo euangelista scribit. Joh. xiij. Cū dilexisset suos q̄ erāt in mūdo: ī finez dilexit eos. i. ſm glo. maiora signa dilectionis oñdit. Dilexit nāq; dñs seruos suos iustos ⁊ sctōs: reos ⁊ peccatores: ꝓ eis patiēdo ⁊ moriēdo. Ob quod Hiero. ad Damasuz papā de filio ꝓdigo ait: Que maior pōt esse clemētia: q̄ vt dei filius hoīs putaret: decē mēsiū fastidia sustinere: partꝰ expectaret aduentū: ꝑ singulas adolesceret etates: ⁊ post ꝯtumelias vocū: alapas: ⁊ flagella crucis: ꝓ nobis fieret maledictꝰ: vt nos a maledicta legis absolueret. Et apl's Ro. v. inq̄t: Cōmēdat suā charitatē deꝰ in nobis: ⁊ qm̄ cū adhuc pctōres essemus: xp̄s ꝓ nobis mortuꝰ est. Si ergo xp̄s tātū dilexit nos vt sanguinē suū ⁊ vitā daret ꝓ nobis: nos debemus ⁊ illū diligere: ac ꝓ eiꝰ amore ꝓximoꝝ odia deponere. An nō heretici vl' ingrati habēdi sunt illi q̄ xp̄m non diligūt ꝓ q̄bꝰ mori dignatꝰ est? Propterea scribit sic de ꝯse. di. ij. in. c. iterat. Sēp xp̄i mors ꝑ scl'i vitā posteris est nūcianda vt discāt q̄ charitate dilexit suos q̄ ꝓ eis mori dignatus est. Cui oēs debemus vicē repēdere charitatꝫ: qz ad hoc prior dilexit nos cū essemꝰ gehēne filij: vt eū diligeremꝰ a morte iā liberati. Et Cassiod. in li. de dilectiōe dei ait alloquēs aīam sic. Audi aīa mea ⁊ auribꝰ ꝑcipe diuinā clementiā. Quis abyssuz tā ineffabilis gr̄e ꝯsiderauit? Quis de fonte tante dulcedinis gustauit ⁊ non amauit? Quare nō diffundis in deum vniuersos affectꝰ quos dirigis ad vanitates ⁊ īsanias falsas? Cur q̄so diligis aliq̄d ꝑter illū q̄ tā benigne taz miseri corditer a tot miserijs te redemit? Jugi scrutinio ⁊ assidua meditatiōe reuolue qual'r vnigenitꝰ dei p̄ris cū eēt splēdor ⁊ figura substātie eiꝰ post exinanitionez vsq̄z ad formā serui: post lachrymas: post labores: post sudores: post contumelias: post flagella: post sputa: post liuores: post coronā spineā: pro te affixus in cruce q̄nq̄z pepēdit. Ab eo eleuabat ad patrē in sacrificiū vespertinū vt te ad amplexus amicabiles inuitaret. Vide aīa mea ne īgrata sis in tanto cumulo bñficioꝝ. Jngratitudo enim est perēptoria salutꝫ. hec ille. Qñ ergo xp̄s cōspicit hoīem q̄ nō diligit cōquerit de illo. vt Aug. inq̄t li. v. ꝯtra heres. di. Cū essem vnicus p̄ris mei reconciliaui te: cū inter mōtes ⁊ siluas errares: q̄siui te: humeris meis portaui te: laboraui: sudaui: caput meū spinis opposui: manus meas ⁊ pedes clauis obieci: lancea latus meū aperui: vt te mihi copularem: ⁊ tu diuideris a me.

¶ Qual'r xp̄s nos exēplo suo docuit aduersa libēti animo tolerare ⁊ ī tribulationibꝰ esse patientes. Capl'm. ij.

Ertiū exēplū q̄d nobis xp̄s dedit d̄r tolerāde aduersitatis.

Tolerauit eū iudā ꝓditorē suū equo ⁊ patienti aīo: quē ī cena retinuit cōmūicauitq; eū cū alijs discipl'is: ne eiꝰ pctm̄ occultū faceret manifestū: vt hr̄. j. q. j. i. c. xp̄s. ⁊ hoc euangelista exp̄ssit cū dixit Joh. xiij. Et cena facta: scz quātum ad esum agni paschalis: nō tñ cōpleta quātum ad alia cibaria. Sequit cū diabolꝰ iam misisset in cor vt traderet eū iudas simonis schariotꝫ: sz ſm Nico. de lyra: q̄ die precedēti eū vēdiderat suggestiōe diaboli hanc ꝓditionē in cor ipsiꝰ mittētis. Sequit tex. sciēs q̄ oīa dedit ei pater in manus: ⁊ q̄ a deo exiuit: ⁊ ad deū vadit. Que verba exponēs Greg. iiij. moral'. ait: Sciebat eū q̄ in manu sua ip̄os etiā ꝑsecutores acceperat vt ipse in se ad vsuz pietatis intorqueret q̄cq̄d eoꝝ cōtra se malicia ꝑmissa seuiret. O quāta erat patiētia ⁊ lōganimitas bñdicti iesu xp̄i: qñ ī cena illa respiciebat ꝓditorē: videbatq; cor eius malignū: ⁊ tñ nō eijciebat eū: nō ostendebat sibi turbulentā faciē nō inferebat cōtumelias illi ⁊ cōuitia sz modis oīb'

mãsuetissimis quãtũ ĩ se erat: q̃rebat re uocare illũ a cogitatu maligno. O patiẽtia ĩuictissimi xp̃i iesu bñdicti. Hãc docuit nos v̄bo cũ dixit Lu. xxj. In patientia vr̃a possidebitꝫ aĩas vr̃as. ⁊ Mat. v. Bti q̃ ꝑsecutionẽ patiunt̃ ꝓpter iusticiã qm̃ ipoꝝ ẽ regnũ celoꝝ. De patiẽtia aũt laudib⁹ multa dicta sunt a nobꝫ in ope de v̄tutib⁹: iõ pauca ꝫ sufficiãt.

¶ Qual'r xp̃s nos exẽplo suo docuit cõtẽnere ꝓspera mũdi hui⁹: ⁊ ne ĩ illis fiduciam habeam⁹. Capl'm. iiij.

Uartũ exẽplũ qd̄ xp̃s nos dedit cõtẽnẽde fuit ꝓspitatis.

q De q̃ euãgelista scribit Joh. xiij. Surgit a cena ⁊ ponit vestimẽta sua. i. deponit. ꝑ hoc innuẽs deponẽdũ esse oẽm scl'i huius affectũ neq̃ cõfidẽdũ esse in bonis presentis vite. Qd̄ Hiero. dixit: sic scribẽs in epl'a ad exuperãtiũ. Si fieri põt imitare ioseph: ⁊ egyptie dñe palliũ derelinque. nudus xp̃z: nudũ seq̃re. Nec solũ a xp̃o eiusq̃ sctis: verũetiã a gẽtilibus sꝑ monemur: vt hui⁹ vite gaudia paruipendam⁹ respuamusq̃ oĩa bona ei⁹. Uñ ⁊ Señ. ad Lucillum ait: Noli huic trãq̃llitati cõfidere. Et iteꝝ ad eũ dẽ. Clamo vitate q̃ vulgo placent q̃ casus ad oẽ fortuitũ bonũ suspitiosi pauidiq̃ subsistite. Et fera ⁊ piscꝫ sepe aliqua oblectatione decipit̃: munera ista fortune putatis ĩsidie sunt. Quisquis vestrũ tutã agere vitã volet: ista fiscata bñficia deuitet q̃plurimũ: in q̃bus hoc quoq̃ miserrimi fallimur: q̃ dum hr̃e putam⁹ ĩ p̃cipitia cursus iste deducit: ⁊ hui⁹ eminẽtꝫ vite exit⁹ cadere est.

¶ Qual'r xp̃s exẽplo suo nos docuit obseruare ⁊ custodire sibi valde acceptaꝫ virtutem castitatis. Capl'm. v.

Uintũ exẽplũ a xp̃o nobis datũ fuit obseruãde castitatis.

q Qd̄ euãgelista explicauit cũ dixit Joh. xiij. Et cũ accepisset linteuꝫ p̃cinxit se. Nos etiã lũbos p̃cinctos habere debemus. ꝑm illud Lu. xij. Sint lũbi vr̃i p̃cĩcti. Que v̄ba exponẽs Grego. in homelia: ait: Lũbos em̃ p̃cingim⁹ cũ carnis luxuriã ꝑ ꝯtinẽtiã coartam⁹. Sꝫ vt dicit Aug. quẽ allegauim⁹ in ꝑmõe de luxuria. Inter oĩa xp̃ianoꝝ certamĩa duriora sunt p̃lia castitatis: in q̃b⁹ quotidiana est pugna ⁊ rara victoria. O quanta multitudo dãnat̃ ꝓpter vitia carnis. Ecq̃s explicet quot sunt illi q̃ vt persistãt in miserijs ⁊ turpitudine cõfiteri ⁊ cõmunicare postponũt. Quis etiã enumeret quot inueniunt̃ q̃ post ꝑpetrata nefandissima ⁊ fetidissima pctã carnalia p̃e verecũdia illa nõ cõfitent̃ ⁊ sine vera emẽdatiõe ꝯscĩe accedũt ad sacrã cõmunionẽ. O ĩfelix ꝯditio taliũ sic faciẽtiũ: q̃ iudiciũ dei mãducãt ⁊ bibũt.

delitate moti tale vinum datum ꝓ chri
sto ⁊ alijs duobus latronibus accepe-
runt sibi ꝑm ꝙ dictū erat Amos. ij. Vi-
num damnatorum bibebant: ⁊ loco ei⁹
posuerunt acetum cū felle mixtum. Ta
lem potum cum gustasset iesus noluit
bibere. Nec contradicit Marcus. xv. cu
ius textus habet. Et non accepit: qr nō
accepit ad bibendum: sed ad gustandū
solum: vt sic impleretur in eo qd̄ dictus
est in ps̄. lxviij. Et dederūt in escā meaz
fel: ⁊ in siti mea potauerunt me aceto.
¶ Scd̄o multo dolore fatigatus est xp̄s
ꝓpter conclauationem: qn̄. s. cruce iam
parata atq; disposita: ⁊ in terra collo-
cata ꝑm cōem opinionem exuentes ne-
quā illi magno impetu dn̄m iesum chri
stum ad terram ꝓiecerunt vt clauis eū
configerent. Et lz euangeliste non om̄ia
dicāt: qr tm̄ essentialia scribere curaue-
runt: nihilominus verisimiliter credere
possumus: ꝙ ita nudatus ⁊ genuflexus
iesus vt se super crucē extēderet oculis
ad celum leuatis in corde suo dixit: Su
scipe sctē pater eterne me dilectū filiuz
tuū: quē tibi offero in sacrificiū imma-
culatū pro salute humani generis: ⁊ re
missione pctōꝝ. Ecce iaz nō offerunt̄ ti-
bi legalia sacrificia hircoꝝ: aut agnorū:
vel similiū: sed caro innocentis mei filij
tui. Triginta ⁊ tres anni elapsi sunt q̄-
bus hāc crucē semꝑ aspiciēs in illā mori
ꝓ humani generis redēptione cōcupi-
ui ⁊ desideraui. Tandē ꝓiciēs se super
crucem: manus suas ⁊ pedes liberalissi
mo gestu extēdit. Acceperūt aūt clauos
crucifixores: ⁊ cōfixerūt eū. Malleorus
aūt ictus ⁊ sonitus audiri poterāt a vir
gine mr̄e: cuius cor clauis illis acutissi-
mis: q̄ manus ⁊ pedes: ossa ⁊ carnes fi-
lij sui rūpebāt cōfigebat̄. Crucifixi sunt
etiā cū eo duo latrones: quos pleriq; vo
luerūt tenere fuisse cruribus alligatos
tm̄. Sed ego dico ꝙ fuere cōclauati: qr
vt inq̄t Aug. sup Job. Pēdētes ī ligno
clauibus ad lignū manibus cōfixi: pro
ducta morte necabant̄. Scripsit autē ⁊
titulū Pilatus: ⁊ posuit sup crucē. Erat
aūt scriptū Jesus nazarenus rex iudeo
ruz: litteris hebraicis: grecis: ⁊ latinis.
Ubi querit̄ a doctoribus cur hac tripli-
ci lingua deo volente titulus ille fuerit
scriptus. Et respōdet Chryb. Credibile
est multos gentiles simul cū iudeis pro
pter festum cōuenisse: ⁊ ideo vt nullus
ignoraret nō in vna lingua: sed in trib⁹
scripsit. ⁊ Aug. dic̄: Tres lingue ibi pre
ceteris eminebant. Hebraica propter

iudeos in dei lege gloriātes. Greca ꝓ-
pter gentiū sapientes. Latina ꝓpter
romanos multis ac pene oībus tūc gē
tibus imperantes. Theophilus ṽo in-
quit: Significat aūt superscriptio tri-
plici sermone signata: dn̄m esse regem
practice: philosophice: necnō theologi
ce. Nam per latinas litteras figuratur
practica: eo ꝙ romanū imperiū poten
tissimū satisq; officiosum in expeditio
nib⁹ fuit. Per grecas ṽo philosophia
figuratur. Greci nāq; erga naturaliuꝫ
speculationē insudauerūt. Demuꝫ per
hebraicas theologia protendit dū iu-
deis est credita rerū diuinarū agnitio.
Dicebant ergo pilato pōtifices iudeo-
rum. Noli scribere rex iudeoꝝ: sed quia
dixit: Rex sum iudeoꝝ. Respōdit Pila
tus. Quod scripsi scripsi. Milites aūt
diuiserunt sibi vestimēta sua: ⁊ tunicā
mittentes sortem: erat aūt tunica incō
sutilis. i. sine sutura desuper cōtexta ꝑ
totū: super quā miserūt sortes. Et licꝫ
Johānes dicat Johā. xix. Et psalmista
ps̄. xxj. Qꝛ sortes miserunt super eis. s.
alijs indumentis xp̄i: tn̄ ſm Nicol'. de
lyra. illud debet intelligi ꝑ synecdochē
idest sup aliquid eoꝝ. i. super tunicaꝫ.
¶ Tertio vexatus est iesus multo dolo
re qn̄ crux fuit eleuata a terra: ⁊ posita
in foramine atq; plantata: in q̄ iā nat⁹
erat fructus nostre saluatiōis: anteq̄
in mōte caluarie defigeret. In ipo aūt
motu ⁊ eleuatione crucis: ac plantatio
ne pōdus corporis per tres clauos vel
quattuor ſm quosdā sustinebat. Ideo
membra illa debilitata incredibili cru
ciabantur dolore. Sed ⁊ tunc mestissi
ma mater filiū intuens contemptibilē
confusibilē: despectū: deformem: gran-
di angustia plenū: plagis attritum: in
medio latronū pendentem: adiutorio
Magdalene ⁊ Johānis quātū potuit
cruci ꝓpinquā se fecit. Ubi mutatā cer
nens aspectus filij sui venustatē ⁊ ele-
gantiā: consideransq; q̄graui suppli-
cio detinebat lamētabiles voces emit
tebat. Hoc aūt expressit Johannes qn̄
dixit: Stabat autē iuxta crucē iesu ma
ter ei⁹: ⁊ soror matris eius Maria cleo
phe: ⁊ Maria magdalene. ¶ Sed dub
bium hic est: q: Luce. xxiij. dicit: Sta
bant omnes noti eius alonge. Sed di
cit Nicol'. de lyra: sequendo Aug. in li.
de cōsensu euāgelistaruꝫ: ꝙ in tāto in
teruallo erāt: vt ⁊ iuxta dici possent: q
in cōspectu eius presto aderāt: ⁊ alōge
respectu turbe ꝓpinquius circūstantis
cum Centurione ⁊ militibus. Preter
euntes autē blasphemabant eū mouē
tes capita sua ⁊ dicentes: Mat. xxvij.
⁊ Marci. xv. Uah qui destruis tēplum
dei: ⁊ in triduo illud reedificas. Sal
ua temetipsum. Si filius dei es desce
de nunc de cruce. Similiter et princi
pes sacerdotum illudentes cū scribis
et senioribus dicebant: Matth. xxvij.
Marci. xv. et Luce. xxiij. Alios saluos
fecit: seipsum non pōt saluū facere. Ie
sus autem in tot persecutionib⁹ ⁊ ma
ledictis dixit verbum illud primum in
cruce omnis patientie exēplum Mat.
xxiij. Pater dimitte illis: quia nesciunt
quid faciunt: opere implens qd̄ verbo
docuit qn̄ dixit: Orate pro persequen
tibus ⁊ calūniantibus vos. Impropera
rabāt etiā ei latrones qui crucifixi erāt
cum eo: Lucas ṽo dixit ꝙ vn⁹ tm̄ blas
phemabat: quē alius reprehendit. Sꝫ
Aug. in lib. de consensu euangelistarū
dicit: ꝙ Johannes loquitur in plurali
ponens plurale ꝑ singulari ſm vsita
tum loquendi modū. Uel pōt dici ſm
Hiero. ꝙ primum vterq; blasphema
uerit: deinde vnus credidit in christuꝫ
et priorē negationē sequenti confessio
ne emendauerit. Unde Hiero. sequit:
In duobus latronibus vterq; popu
lus ⁊ gentiliū ⁊ iudeoꝝ primo dominū
blasphemauit: postea signoꝝ multitu
dine alter exterritus egit penitentiā: ⁊
vsq; hodie iudeos īcrepat blasphemā
tes. Hec ille. Dixit ergo latro penitens
Luce. xxiij. Dn̄e memento mei dum ve
neris in regnum tuū. Respiciens autē
iesus benedictus huius latronis con

tritionem: fidē: spez: atq; charitatem: respondit ei ꝟm verbū qđ in cruce ꝓtulit dicens: Luce. xxiij. Hodie mecū eris in paradiso. O felix ꝓmissio. O breuis tāte felicitatis adimpletio. Nullus āte latronem hoc verbū audiuit. Promissa siquidē fuit patribus et ꝓphetis eterna vita per xp̄m: sed nulli sicut latroni ita breui spacio designata.

¶ Q in inspectione xp̄s vehemēter doluit ꝓpter querelationē: ꝓpter recordationē: ⁊ ꝓpter cōmendationē.

¶ Scđi articuli dolor quartus.

Quart⁹ dolor scđi articuli đr inspectionis. Cū em̄ de cruce inspexisset matrē asperrimo dolore vulneratū est cor eius ⁊ p̄cipue ꝓpter tria.

Primo ꝓpter querulationē.
Scđo ꝓpter recordationē.
Tertio ꝓpter cōmendationē.

¶ Primo doluit xp̄s ꝓpter q̄relationē. Audiebat nāq; q̄relas matris ingemētis ⁊ dicētis sibi vocabulū illud qđ per triginta ⁊ tres annos cū tanta dulcedine vtriusq; cōmemorauerat. In passione v̄o illud ꝓferebat cū corde pleno dolore merore ⁊ amaritudine. Poterat ergo virgo illa sanctissima lamētari ⁊ dicere: Fili mi aīe mee olim consolatio ⁊ gaudiū: nunc aūt gladi⁹ penetrabilior oī mucrone acutissimo. Fili mi quē nouē mensibus in vtero tenui: quē paruo lacte paui: quē totiens infantē et paruulū pānis inuolutū: in cuna reposui: ⁊ amorosis amplexib⁹ strinxi īter vbera mea et osculata sum. O q̄ infelix mihi ⁊ tibi facta est dies ista. Et q̄s poterit mederi vulnerib⁹ dolor̄ meor̄: ⁊ mitigare angustiā miselle matris tue: cum inspiciā te filiū meū vt leprosuz factū: q̄ speciosus eras pre filijs hoīm: vt maleficū ⁊ reū cū iniq̄s deputatū. Qui sanctus sanctor̄ es: vt fatuū ⁊ stultum cerno: in quo reconditi sunt oēs thesauri sapiētie dei: vt hostē et oīm inimicū: q̄ oībus affabilis benign⁹ ⁊ human⁹ semper astitisti et sup̄ oīa velut oblitū mei vidue matris tue. Nā ecce iā morieris ⁊ nihil mihi dicis. Et q̄d faciā ego sine te filio meo? Quo diuertā? Ad quē confugiā. Tu mihi pater: tu mihi frater: tu mihi blādus fili⁹ eras: tu mee diuitie: tu mee delitie: tu mea gl'ia. O me desolatā: q̄ tantū filiū in cruce video deficere. O amātissime fili loq̄re mihi matri tue: loquere vt audiā vocē tuā cygneo canore dulciorē. Loq̄re inquā vt sic saltē audiēs v̄ba tua patiētior fiā ad tolerādā que me cruciat ꝓ amore tuo penā Non deneges mihi qđ postulo. Exaudi me ⁊ v̄bo tuo ꝯsolare ne deficiā in hac tribulatione. O fili mi lumen oculorū meor̄ condescēdisti latroni misericorditer loquēs ei. Acq̄esce itaq; voto matris tue: ⁊ dic mihi q̄d factura sim. Cui me orphanā derelinq̄s? His vel sil'ibus querelis pulsabat mestissima mater aures afflictissimi filij sui: q̄ nō minorem penā experiebat̄ in mēte ꝓpter teneritudinē matris q̄ sentiebat in corpore a planta pedis vsq; ad capitis verticē vulnerato. Ideo ꝟm quendā deuotuz: tacitus ī corde suo dicebat carmen illud vulgare siue ei⁹ sn̄iam. Matre mia bn̄dicta molto te vego afflicta. El tuo lachrymare e vna sagitta. Che el cuor mio ha passato. Nō plāgere o mr̄e mia El tuo lachrymare e pena mia. Supporta fin chio sia da morte resuscitato.

¶ Scđo doluit xp̄s ꝓpter recordationē. In talib⁹ nāq; mysterijs recordabatur: ⁊ in seip̄o ꝯferebat dicens: O mea mater quō oīa gaudia q̄ de me suscepisti ꝯuersa sunt in merorē ⁊ luctū? Ubi nā sunt angeli in mea natiuitate cātātes? Ubi pastores ad p̄sepe veniētes? Ubi oriētales reges in cuna me adorātes? Ubi grata ꝑ triginta ⁊ tres annos vtriusq; ꝯuersatio ⁊ familiaritas? Ubi tot ⁊ tāta de me p̄dicata miracula: ꝓpter que oīa letabat̄ cor tuū? Heu me nūc vides tantū filiū tuū factū in derisum oī ppl'o: ⁊ abiectissimā mortē pati.

¶ Tertio doluit xp̄s ꝓpter cōmēdationē qn̄ aperiēs os suū mellifluū dixit ei

Job.xix. Mulier ecce filius tuꝰ.s.iohā
nes euāgelista: q̄ secū iuxta crucē asta-
bat. Et vt doctores dicūt nō vocauit eā
materno noīe: sed cōi ne ex teneritudi-
ne noīs materni: si exprimeret aggra-
uaret animꝰ eiꝰ. Deinde cōmēdans eā
discipl'o dixit: Ecce mater tua.q.d. De-
puto te ad eiꝰ obsequiū. Et ex illa hora
accepit eā discipulus in suā.s.curā ⁊ di
ligentiā. O quot doloꝝ aculeis pūctuꝫ
fuit cor virgineū ex vna parte: cū mu-
lieris nō matris audiuit vocabulū. licꝫ
ex parte altera aliqual'r ꝯsolaret: qꝛ fi-
lius amātissimꝰ eiꝰ iesus eā cōmēdaue
rat dilecto discipulo. Ideo Aug. ait su
per h̄ passu Job.xix. Ex illa hora ⁊c.
Hec nimiruꝫ est illa hora: de qua iesus
aquā ꝯuersurus in vinū dixerat matri:
Quid mihi ⁊ tibi est mulier? nondū ve
nit hora mea. Tunc em̄ diuina facturꝰ
nō diuinitatis: sed infirmitatis matrē
velut incognitā repellebat. Nunc autē
humana iā patiēs ex quo fuerat factus
hō: affectu cōmēdabat hūano. Mora-
lis igitur insinuat locus et exēplo suo
instruit p̄ceptor bonus: vt a filijs pijs
impendatur cura parentibus tanq̄ li-
gnum vbi erant fixa membra moriētis
esset cathedra magistri docentis.

¶ Qꝛ xp̄s vehementer doluit in clama-
tione ꝓpter mūdi horrorē: ꝓpter sui cō
fusionē: ⁊ ꝓpter patris derelictionem.

¶ Tertij articuli primus dolor.



Primꝰ dolor tertij articl'i d̄r
clamationis. Oñdit em̄ in
clamore suo īmēsitatē dolo
ris: ⁊ potissimū ꝓpter tria.

Prīo ꝓpt mūdi horrorē.
Scdo ꝓpter sui cōfusionem.
Tertio ꝓpter patris derelictionē.

¶ Primo ostēdit xp̄s īmēsitatē doloris
in mūdi horrore. qñ.s.insensibiles crea
ture crudelitatē q̄ in ip̄m fiebat horrē-
tes modo suo patienti iesu cōpati vise
sunt. A sexta nanq̄ hora tenebre facte
sunt sup vniuersam terrā vsq̄ in horā
nonā. Et vt Lucas.xxiij.inq̄t: Sol ob-
scuratꝰ est: et velum tēpli scissum est in
duas partes: a summo vsq̄ deorsum: et
petre scisse sunt: et terra mota est. Vbi
apparet ꝑturbatio corporꝝ supioꝝ pri-
mo: deinde inferioꝝ. Qualiter aūt fuit
illa tunc solis eclipsis doctores varie
sunt opinati. Hieronymꝰ nāq̄ dixit q̄
ille tenebre fuerunt facte ꝑ retractionē
radioꝝ solis diuina virtute. Origenes
aūt dixit q̄ hoc factū est ꝑ interpositio
nē nubiū dēsarū. Sꝫ in hoc magis cre
dendū est Dionysio ariopagite: q̄ dicit
in epl'a ad Policarpū hoc fuisse ꝑ īter-
positionē lune īter terrā ⁊ solē: sicut fie
ī eclipsi solis. Et ibidē dicit: q̄ ipse hoc
vidit tūc existēs in egypto vbi est aeris
puritas. Vidit igit lunā ab oriēte ascē
dētē ꝟsus meridiē ⁊ supponētē se soli.
Hiero. aūt et orige. nō loquunt de illa
eclipsi asserēdo q̄ sic fuerit vt dicūt: sed
q̄ potuit sic fieri. Quare sequēdo Dio-
nysiū dicimꝰ q̄ illa eclipsis non potuit
esse naturalis: sꝫ miraculosa ⁊ hoc mul
tipliciter. ¶ Prīo qꝛ luna erat q̄ntadeci
ma: ⁊ tūc distat a sole ꝑ diametrū celi.
Eclipsis aūt solis nō pōt fieri natural'r
nisi tp̄e ꝯiunctionis solis ⁊ lune: ꝓpter
qd̄ dicit Dionysiꝰ q̄ mirabat qꝛ nō erat
tp̄s conueniēs ad talē coniūctionem.
¶ Scd̄m miraculū fuit qꝛ trāsacta ecli
psi luna redijt ad oriētē: ita q̄ in vespe
fuit in oriēte sole existente in occidēte:
⁊ sic orbes eoꝝ sunt ad pristinū statum
restituti. ¶ Tertiū miraculū fuit: qꝛ ꝑs
oriētalis solis primo fuit obscurata: et
iterum vltimo illuminata: ꝯrio aūt mō
fit in eclipsi naturali. ¶ Quartū mira-
culū fuit: q̄ luna fuit īmobilis sub sole
per tres horas. In naturali ꝟo eclipsi
continue mouet sub sole: vt etiā refert
Chryb. ¶ Quintū miraculū fuit: qꝛ illa
eclipsis abstulit lumen vniuersis parti
bus terre: licꝫ aliq̄ hoc velint intelligi
tm̄ de terra Judee. Verūtn̄ vt apparet
ex dictis dionysij fuit in egypto: fuit in
grecia: ⁊ fuit Rome: ⁊ sic in alijs mūdi
partibꝰ. Vñ Orosius ait: Cū dn̄s pati-
bulo affixus est maximo terremotu per
vrbē Romā facto: saxa in mōtibꝰ scissa;

maximarūq; vrbiū plurime partes pl⁹ solita cōcussione ceciderūt. Eodēq; die ab hora diei sexta sol in totū obscurat⁹ est: terra nox subito obducta terris est: adeo vt stellas tunc diurnis horis: vel potius in illa horrēda nocte toto celo visas fuisse referat. Eusebi⁹ etiā ī chronica asserit se legisse: ꝙ tūc in bithynia que est in Asia fuit magn⁹ terremot⁹: ⁊ maior solis obscuratio q̄ vnq̄ fuerit: ⁊ ꝙ dies hora sexta in tenebrosaz noctē versus sit: ita vt stelle viderent in celo: ⁊ ꝙ in Nicea q̄ est vrbs Bithynie multas edes terremotus subuerterit. De illius eclipsis miraculo. Dionysi⁹ in epistola ad Apolophaniū q̄ secum erat in Egypto illo tpe postea sic scripsit. Cum reperimus: qr ⁊ erat notissimū solē pati molestias nō debere: aio ad te vaste peritie sacrariū: adhuc nescimus tante rei mysteriū. Quid inquā speculum doctrine Apolophani his secretz ascribis atq; tu mihi ore diuino: ⁊ nō humani sensus sermone? O bone Dionysi diuinarū ꝑmutationes sunt rerum. In historia v̄o scholastica legit: ꝙ pbi ad h̄ adducti sunt vt dicerent: Aut deus nature patit aut ordo nature peruertit. De turbatione corporz inferiorū clara sunt oīa. Tm̄ de velo sciēdū est ꝑm Nicolaū de lyra: ꝙ erat iuxta tēplū inter sanctū ⁊ sanctū sanctoꝝ. Cui⁹ scissio significauit impletionē v̄itatis in morte xp̄i q̄ latebat in figuris veteris testamēti. ¶ Scdo fuit īmēsus dolor xp̄i ꝓpter sui cōfusionē: qn̄ ꝯsiderabat q̄ cōfusibiliter patiebat: qr precedēti dn̄ica ab oī ppl'o ita venerabiliter fuerat suscept⁹. Erat etem̄ passio ei⁹ ignominiosissima ⁊ despecta valde: de qua al's deo dante suo loco dicem⁹. ¶ Tertio īmensus fuit dolor xp̄i propter patris derelictionē. Ideo clamās circa horā nonaz voce magna dixit: Hely hely lamazabathani. Qd est interp̄tatū. hely. i. de⁹ meus. lama. i. quare. zabathani. i. dereliquisti me. Ubi glo. d̄r: deus eum deseruisse in morte: qr potestati ꝑsequētiū eū exposuit. Subtraxit em̄ ꝓtectionē: sed non soluit vnionē. Quidā aūt illic stātes. s. milites romani ꝑm Hierony. idioma hebraicum ignorātes dicebāt: Heliam vocat iste. At et mater verba illa audiēs ⁊ intelligēs: illorūq; vim cōsiderās vndiq; experiebat merorem. ¶ Qr xp̄s vehemēter doluit in potatione ꝓpter amaricationē: ꝓpt̄ pctōꝝ obstinationē: ꝓpterq; mr̄is lamētationē ¶ Tertij articuli secundus dolor.

Secūdus dolor tertij articuli dicitur potationis: qn̄ iterꝝ clamans dixit: Sitio: oblataq; fuit ori ei⁹ spongia potu amarissimo repleta. Tūc doluit xp̄s propter tria.

Primo propter amaricationem.
Scdo ꝓpter pctōꝝ obstinationē.
Tertio ꝓpter matris lamētationē.

¶ Primo doluit xp̄s ꝓpter amaricationem: qr spongia illa ori ei⁹ sic apposita amaricauit labia et eius linguā: quare iterū clamās dixit Joh. xix. Cōsummatū est. i. totū iā corpus meū doloribus ⁊ passionib⁹ circundatū est. Nā lingua que sine lesione hucusq; fuerat reseruata: modo amaritudine est repleta. Vel consummatum est mystice intelligēdo opus redemptionis humane. ¶ Scdo doluit vehemēter xp̄s ꝓpter pctōꝝ obstinationē. Non em̄ min⁹ sitiebat peccatoꝝ salutē q̄ corporis sui in cruce extensi ⁊ fatigati recreationem. Dicebat etem̄ sitio. s. salutē oīm: qr ꝓ oībus patior: ꝓ oībus sanguinē meū pr̄i offero pro oībus morior. Venite ad me om̄es corde compūcti: ⁊ emēdatione ac correctione vestra recreate mentē meā. O q̄ grauis tūc illius animū dolor vrgebat cū videbat innumeros esse: q̄ a peccatis ad pn̄iam nunq̄ redirent: q̄b⁹ nec passionis sue virt⁹ ꝓpter eorū duriciā esset in aliquo ꝓfutura. Ut em̄ dicunt theologi licz xp̄i passio sufficientissima fuerit ꝓ salute oīm: tn̄ illius effectū nō consequunt illi qui peccata deponere nolunt. Quare cum oībus prosit suffi-

ciēter: nō tamē oībus efficienter. Unde sicut erga xp̄m crudeles fuerunt illi qui eū potauerūt felle ⁊ aceto: ita pctōres q̄ ad pn̄iam redire nolūt. Audite illū audite o peccatrices aīe: pro vobis clamat amorosissim⁹ iesus: ꝓ vobis dicit: Sitio. Cur ergo saxea corda nō rumpitis. Cur tā clemētissime dn̄o nō compatimini. Hinc Bern̄. ait: Ascēdit in altum crucis vt ab oībus videretur: voce magna clamauit: vt ab oībus audiretur: clamori lachrymas addidit: vt ei homo cōpateretur. Qui ad eius vocē nō excitatur ad clamorē nō cōpungitur: grauior est terra et fetidior sepulcris. ¶ Tertio doluit xp̄s vehemēter ꝓpter matris lamētationē. Potuit igit̄ tūc v̄go benignissima filiū audiens in cruce dicētē: Sitio: multis singultibus lachrymis ac suspiriis dicere: Heu heu me: quid video? q̄d audio? O vniuerse creature celi et terre admiramini paupertatē filij mei. Ipse em̄ q̄ diuinitatis sue potētia satiat angelos: pascit etiaꝫ prouidētia sua volucres celi ⁊ pisces maris: bestias ac vniuersa pecora cāpi: atq̄ hoībus cunctis quotidianuꝫ panē distribuit: clamat in cruce: Sitio. ⁊ denegatur sibi paululuꝫ aque: immo tribuitur sibi potus amarissimus. O fili fili fili mi amorosissime cur tibi de meo pectore lac illud porrigere non valeo: qd̄ totiēs dum paruulus eras suxisti. O fili mi cur nō possuꝫ tibi ministrare in cruce sitienti cibum ⁊ potū quez colo ⁊ lac ita diligenter dum infantilis eras acquirebā. Poterat etiā tūc illa feruētissima magdalena et ipsa flēdo dicere. O magister chare: o magister bone. Et cur ego indigna tua discipula in hac tanta necessitate tibi subuenire nō possum. O damnata seuitia iudeorum: cur tanto furore inflammaris aduersus dn̄m et magistrū meuꝫ: Que oīa ipsi dn̄o iesu ad dolorē accedebāt. ¶ Qr xp̄s vehemēter doluit cognoscēs generalē scandalizationem: iudeoꝝ ingratitudinē ⁊ multorū incōpassionē,

¶ Tertij articuli tertius dolor.

Tertius dolor tertij articuli d̄r cognitionis. Doluit etiam sumopere iesus noster amorosissimus propter suā scientiā ⁊ cognitionem: qr vt inquit sapiens Eccs. j. Qui addit sciētiā addit ⁊ dolorē: al's laborē. Et licꝫ oīa xp̄s cognosceret presentia: preterita: ⁊ futura. Verū tamen in cruce positus cognoscebat et considerabat precipue tria: vnde tristabatur atq̄ dolebat.

Primo generalē scandalizationē,
Scd̄o iudeoꝝ ingratificationē,
Tertio multoꝝ incompassionē.

¶ Primo cognoscebat generalē scādalizationem. Uidebat vtiq̄ ꝙ virgine matre dumtaxat excepta in qua sola vt doctores dicunt remāsit fides diuinitatis sue: ceteri omnes a fide defecerāt. Nam apostoli et oēs discipuli vidēres ignominiam crucis: putauerunt eū purū hominē ⁊ non deum. ¶ Scd̄o cōsiderabat xp̄s ⁊ cognoscebat iudeorū ingratificationem: de quoꝝ ingratitudine dolens in seipso: dicebat illud Mich. vj. quod ecclesia hodie decantat. Popule meus quid feci tibi: aut in quo contristaui te? Rn̄de mihi. Ego propter te flagellaui egyptū cum primogenitis suis: ⁊ tu me flagellatum tradidisti. Ego te eduxi de egypto demerso pharaone in mari rubro: ⁊ tu me tradidisti principib⁹ sacerdotū. Ego ante te p̄iui in colūna nubis ⁊ tu me adduxisti ad p̄toriū pilati. Ego te paui māna ꝑ desertū: ⁊ tu me cedisti alapis ⁊ flagellis. Ego dedi tibi sceptrū regale: ⁊ tu mō capiti meo coronam spineā. Ego ꝓpter te chananeorum reges percussi: et tu percussisti arūdine caput meū. Ego te exaltaui magna v̄tute: ⁊ tu me suspēdisti in patibulo crucis. ¶ Tertio cognoscebat ⁊ cōsiderabat xp̄s i cruce multoꝝ incōpassionē. Sciebat etem̄ quotquot futuri erāt q̄ nō solū sibi compati nō debebāt: verūtiā ⁊ crucē ipsaꝫ ⁊ passionē ipsius forēt derisuri. Uerbum nanq̄ crucis vt apl's inq̄t. j. Coꝝ. j. Pereūtib⁹ q̄dē stulticia est. O q̄t innume-

rabiles: vt sic dicã: viri ⁊ mulieres inter xpianos reperiuntur: q̃ hodie passionẽ xpi recolẽtes nec minima pietate flectũ tur: nec curãt dare operã vt in cõmemo ratione tãti mysterij: etsi nõ oculis cor poris: saltẽ oculis mẽtis fleant ⁊ lachry mẽtur. Quinimmo multi sunt qui aut luxuria aut auaricia aut superbia exceca ti dñm iesum xpm habent in derisum: tursus sibi crucifigẽtes filium dei. Pro quib⁹ oib⁹ ipse mitissimus dñs sua cha ritate ⁊ dolore attrahebaꝫ vehemẽter.

¶ Qz christus vehemẽter doluit dũ in clinato capite emisit spiritũ: ⁊ de lamẽ tatione matris eius.

¶ Tertij articuli dolor quartus.

Quartus dolor tertij articuli ẽt separationis. Doluit dñs iesus xp̃s dum clamauit ad patrẽ dicẽs Luce. xxiij. ⁊ ps. xxx. In manus tuas cõmẽdo spiritũ meũ: ⁊ inclinato capite tradidit spiritũ. Vbi Chrys. ait. Per hoc q̃ mo riẽs vocẽ emisit magnã: aptissime se ve rũ deũ esse ostẽdit. Qm̃ hoies cũ moriũ tur vix tenuẽ vocẽ emittere possunt. La put aũt inclinauit vt ex modo moriẽdi ostẽderet q̃ moriebaꝫ ex obediẽtia pa tris. Cõprobata autẽ fuit ṽitas mortis ei⁹: vt p̃z ex tertio euangelij Joh. xix. Ju dei ẽm qm̃ parasceue erat. i. dies vene ris: in cui⁹ vespera incipit solẽnitas se quẽtis sabbati: vt nõ remanerẽt in cru ce corpa sabbato. Erat ẽm magnus dies ille sabbati: et ꝓpter se ⁊ ꝓpter paschę solẽnitatẽ: rogauerũt pilatũ vt frãgerẽ tur crucifixoꝝ crura: ⁊ de cruce tollerẽ tur eorũ corpora. Venerũt ergo milites ⁊ fregerũt crura latronũ. Ad iesum aũt cũ venissent vt viderũt eũ iam mortuũ nõ fregerũt eius crura: sed vnus militũ lancea latus ei⁹ aperuit: et cõtinuo exi uit sanguis ⁊ aqua. Sanguis ad nr̃am redemptionẽ. Aqua ad peccatoꝝ ablu tionẽ. Sciendũ tñ ꝙm beatũ Thomam in. parte. q. lxvj. arti. iij. in responsione ad. iij. argu. q̃ aqua illa nõ fuit humor phlegmaticus vt quidam dixerunt: sed aqua miraculose egrediẽs a corpe mor tuo: sicut ⁊ miraculose prodijt sanguis: ad cõprobandũ veritatẽ dñici corporis cõtra manicheoꝝ errorẽ: vt scz per aquã que est vnũ ex quattuor elementoꝝ nu mero: corpus xpi vere fuisse cõpositum ex quattuor elemẽtis: per sanguinẽ vo ostẽderetur esse cõpositum ex quattuor humoribus. Itaq̃ post tot labores: cru ciatus: ⁊ penas: rex angelorũ et dñs in crucis supplicio fuit extinctus. O quale nouũ! Quo merito pro amore ⁊ pietate tãti dñi oẽs hoies lugere debẽt senes ⁊ iuuenes: mulieres ⁊ viri. Mouerí siqui dem debẽt eorum corda: cum intuentur mortuum inter latrones benignum ie sum et matrẽ semiviuam inter brachia marie magdalene: ⁊ iohãnis euãgeliste ac aliarũ mulierũ deuotarũ cadentem. O q̃durus esset qui tẽperaret a lachry mis vidẽs virginẽ illam iuxta crucẽ in terfectum filiũ lamẽrantẽ. Puto q̃ pre lachrymis ⁊ clamoribus precedentibus rauce facte fuerant fauces eius: tñ voce qua poterat clamãs dicebat: O fili mi vita angelorũ: quomodo extinctus es? ⁊ amplius non loqueris. O fili mi lumen oculorũ meorũ: quis mihi det vt moriar pro te? O fili mi in cuius conceptu par tu ⁊ ortu tantã suscepi letitiã: quomodo oia mihi versa sunt in tristitiã? O pater eterne defleo ⁊ plango vnigenitũ filiuꝫ tuuꝫ ac meũ: ⁊ pre dolore quasi deficio. Adiuua me ⁊ quasi dolore mortue mihi succurre. O gabriel angele: et vbi sunt verba que mihi dixisti? Dixisti nãq̃ mi hi Aue: ideſt sine vbe: ⁊ hodie circũdede rũt me angustie vndiq̃. Dixisti mihi q̃ eram plena gratia: et hodie plena sum tot tribulationibus. Dixisti mihi q̃ erã in mulieribus benedicta: ⁊ hodie sum a iudeis maledicta. Dixisti mihi q̃ erat benedictus fructus ventris mei: et ecce fructus est hodie crucis maledictum. O me miseram tot penis atrocissimis agi tatam. Fleuit ergo hodie xp̃s saluator noster in cruce. Fleuit mater ei⁹ maria peccatoꝝ omniũ aduocata. Fleuit ma-

gdalena: fleuit iohannes: fleuit petrus: fleuere diſcipuli ceteri: fleuit ſol dñ obſcuratus eſt: fleuit terra dñ cõtremuit: fleuit rẽpli velũ dñ ſciſſum eſt: fleuerunt ſara dñ ſunt ſciſſa: fleuerũt ſepulcra dñ ſunt aperta. Plange ergo ꝛ tu o populꝫ chriſtiane: ꝛ dñ paſſionẽ xpi cõmemoras: age ei quas potes toris viribꝫ gratias: vt ſic ipſe participes nos efficiat meritis ſctiſſime paſſionis ſue: qui cũ patre ꝛ ſpiritu ſancto viuit ꝛ regnat deꝰ per immortalia ſeculoꝝ ſecula. Amen.

¶ Sabbato ſancto de ſepultura corporis xpi ꝛ eiꝰ morte: quã ſemp animo reuoluere debemus. Sermo. lxx.

GRat enim magnus dies ille ſabbati. Scribuntur hec ẏba Johãnis. xix. Deuotiſſimus hic dies ſabbati pia deuotione a nobis eſt recolendus in quo dñi nostri ieſu xpi mors occurrit nõ immerito contemplãda. Dixim⁹ nãq; in precedẽti ſermone quãtis doloribꝫ agitatus xps crucem pro nobis cõſcendit: ibiq; tradidit ſpiritũ. Nũc ẏo ad declarãda ſue mortis myſteria dirigẽdus eſt ſtilus. Neq; enim quicq; aut deuotius aut conueniẽtius meditari hodie fideles poſſent. Propterea magnus dr dies ille ſabbati: nõ ſolũ ꝟm litteralẽ intellectum iudeoꝝ: verũetiã ꝟm myſticũ ſpiritualẽq; intellectũ. Magnificauit enim illũ xps benedictus per mortẽ et ſepulturã ſuam: de qua loqui volẽtibus tria myſteria ſe ingerũt declarãda.

Primũ eſt ex parte carnis.
Secundũ ex parte anime.
Tertiũ ex parte ſepulture.

¶ An caro xpi fuerit mortua: et an fuerit a diuinitate ſeparata: et vtrum per mortẽ carnis ſit mors attribuenda perſone verbi. Capm. j.

PRimũ myſteriũ declarandũ de morte xpi eſt ex parte carnis. Circa quã tripliciter dubitare cõtingit.

Primo circa mortificationẽ.
Secũdo circa ſeparationẽ.
Tertio circa attributionẽ.

¶ Primo contingit dubitare circa mortificationẽ. Utrũ ſcz per ſeparationem aie a corpore xpi caro eius fuit mortua. Et ꝙ ſic ꝓz: qr in ſymbolo dicit de xpo ꝙ mortuus eſt ꝛ reſurrexit. Et hoc cantat eccleſia cuꝫ dicit: Ipſe enim verus eſt agnus: qui abſtulit peccata mundi: qui morte noſtrã morẽdo deſtruxit: et vitã reſurgẽdo reparauit. Dñs aũt Boñ. diſt. xxj. iij. art. ij. q. ij. dicit ꝙ caro illa fuit mortua eo ꝙ caruit vſu ꝛ cõplemẽto vite: res em̃ corporalis non eſt viuificabilis: niſi ab aliqua forma ſpirituali ipſaꝫ complẽte ꝛ ſibi ꝓportionabili. Qm̃ ergo in ipſa ſeparatione aie caro xpi caruit huiuſmodi forma: iõ vere mortua fuit. Et cũ quis haberet diuinitatẽ vnitã nõ tamẽ ab ea viuificabat: nõ propter defectũ a parte viuificãtis: ſed propter impꝛoportionem a parte viuificabilis.

¶ Secũdo cõtingit dubitare circa ſeparationẽ: vtrũ ſalꝫ in morte caro xpi fuerit a diuinitate ſeparata. Et reſpõdent doctores ꝙ non. Unde Leo papa in ſermone inquit: Tanta eſt vnio dei ꝛ hois vt nec ſupplicio poſſet dirimi nec morte diſſũgi. Et Aug. contra Felicianum. Chriſtus in ſepulcro carnẽ ſuã non deſeruit. Que ẏba magiſter ſententiarũ ponit in littera diſt. xxj. iij. Quare aũtẽ nõ fuit diuinitas a carne ſeparata ꝟm Bona. vbi. ſ. ar. ij. q. ij. põt eſſe ratio triplex videlꝫ liberalitas ex parte aſſumentis: dignitas ex parte aſſumptibilis: et vtilitas ex parte aſſumptiõis. Liberalitas in quã ex parte aſſumẽtis: quia qñ deus dat aliquod donum: nõ ſubtrahit illud ſine culpa. Si ergo nulla culpa interuenit: non decuit diuinã liberalitatẽ carnem quam ſibi liberaliter vniuerat a ſe ſeparare. Dignitas etiã ex parte aſſumptibilis fuit in cauſa: qr ſicut caro illa propter ſui dignitatẽ non debuit videre cotruptionem: ita nec ipſam decuit a verbo ſeparari. Utilitas aũtẽ ex parte

assumptionis ad hoc ipsum faciebat. Ad hoc em̄ fiebat illa vnio diuinitatis ad humanā naturā ⁊ carnis ad animā: vt procuraretur nostra salus. Et qm̄ separatio anime a carne ordinabatur ad hoc vt nostra salus ꝓcuraretur: separatio aūt carnis a diuinitate ad nihil vtilis erat. Jō firmiter est tenēdū ꝙ nūq̄ diuinitas fuit a carne illa sctissima separata. ¶ Tertio cōtingit dubitare circa attributionē: vtrū scz ꝓpter mortem carnis sit mors persone verbi attribuēda. Et respondēt doctores theologi ꝙ absq; dubio cōcedendū est filiū dei pro nobis fuisse mortuuz prout in symbolo dicitur: Qd̄ etiā Ambrosiꝰ expresse testatur dicēs: Tantū fuit peccatū nostrū vt saluari nō possemus nisi vnigenitꝰ dei filius moreret̄ ꝓ nobis debitoribꝰ mortis. Hocautē sibi vere attribuit̄: nō ꝟm naturā diuinā: sed ꝟm humanā: nō per essentiā: aut per inherentiā: sed per idiomatum cōmunicationez: ⁊ hoc in nullo derogat diuine dignitati: ⁊ multū consonat pietati. Nullum enim verbū maioris dignationis et clementie resonare potest in auribus cordis nostriq; ꝙ vnigenitus dei filius pro nobis sit mortuus: qd̄ vt predictum est intelligi debet non ꝟm naturam diuinam: sed humanam per idiomatuz communicationem: qꝛ vt ait Augu. quē magister inducit in textu. Si quis dixerit atq; crediderit deum passum anathema sit.

¶ An anima xp̄i fuerit a carne separata etiam separata diuinitate: ⁊ an post instans separationis sit effecta impassibilis: ⁊ an ex benignitate descēdit ad inferos. Cap̄m. ij.

Secundū mysteriū declarādū de morte xp̄i est ex parte aīe. Circa quā adhuc cōtingit tripliciter dubitare.

Primo circa separabilitatē.
Scd̄o circa impassibilitatē.
Tertio circa benignitatē.

¶ Primo contingit dubitare circa separabilitatē: an scz aīa xp̄i a carne separata fuerit etiaz separata a diuinitate. Et respōdet magister senten. quē sequūtur ceteri theologi dist. xxj. ꝙ sicut nunq̄ fuit diuinitas separata a carne: ita nec ab aīa. Vñ Johā. Damasce. inquit: Si mortuus est vt homo: et sancta illa aīa ab eius corpore diuisa est: diuinitas tñ inseparabilis ab vtroq; permansit. Ratio aūt hmōi inseparabilitatis ꝟm Bona. vbi. s. arti. j. q. j. potest esse triplex. ¶ Prima qꝛ deū nō decebat: qui indissolubili matrimonio animā illam sibi copulauerat. Vnde sicut nō decet virū relinquere vxorē sic non decuit verbuz ab aīa separari. ¶ Scd̄a rō est: qꝛ nobis nō expediebat: eo ꝙ si facta fuisset separatio: anima illa nō habuisset potentiam ad eripiēdū genus captiuū: nec mediatricis effectū ad reconciliandū ⁊ neutrū erat nobis expediens. ¶ Tertia ratio est qꝛ anime illi non cōgruebat. Tum quia erat innocentissima: tum quia erat beatissima. Quia enim beatissima erat nolebat a verbo separari: et qꝛ innocētissima non poterat contra voluntatē suaz separari ab eo: qꝛ iam punita fuisset sine culpa. Hinc Dama. ait: Anathema sit qui dicit verbuz deposuisse qd̄ semel assumpsit. Sed contra hoc aliqui instāt obijciētes illud Johan. x. Potestatē habeo ponēdi aīam meā ⁊ potestatem habeo iterū sumēdi eam: ergo si iste sermo est persone filij dei: videtur ꝙ filius dei aīam deposuit in morte: ergo in morte anima fuit a verbo separata. Ad hoc respōdet Aug. ꝙ verbuz illud est persone filij dei rōne carnis assumpte. Erat em̄ in potestate eius separare aīam a corpore: ⁊ iterū corpori illā reunire. Jō aliud est ibi deponēs: aliud vnde deponit: deponēs est virtus diuina: vnde deponit est corpus. ¶ Secūdo contingit dubitare circa impassibilitatem: vtrum anima christi post instās separationis impassibilis sit effecta. Ad qd̄ respōdet Bona. vbi. s. ar. ij. q. j. ꝙ ex certitudine autoritatis hoc nō est determinatū: sicut etiaz magister tāgit in. iij. di. xviij. Veruntñ

probabile eſt⁊ rōni magis cōsonum ꝙ ſtatim poſt ſeparationē habuit ipaſſibilitatē. Si em̄ nō patiebat aīa xpi niſi diſpēſatiue: ⁊ ꝓpter noſtrā ſalutez ſi iam nō erat xps ⁊ locus merēdi: iā aīa xpi non debebat nec poterat pati. Nec ſolū de aīa xpi ꝓbabile eſt ꝙ ſtatī poſt ſepationē a corpe facta ſit ipaſſibilis: ſz etiā de qualibet aīa viri ſancti ī qua nō reperit reatus alicui⁹ pctī. Et ſi diceret: cur caro xpi nō fuit ipaſſibilis facta ante reſurrectionē ſicut ⁊ aīa. Reſpondet Boñ. ꝙ hoc fuit ex duplici cā. Prima quidē q: aīa ꝓpinq̄or erat glie ꝙ caro. Erat em̄ beata ſm̄ aliquaz ſui partē. Scōa ño causa q: dilatio ipaſſibilitatis in carne faciebat ad fidei nre cōfirmationez: videlz vt oſtēderet xps veraciter paſſus et mortu⁹ fuiſſe nō ſic dilatio ipaſſibilitatis in aīa. Ideo magis dilata fuit impaſſibilitas corporis ꝙ ipaſſibilitas aīe ex diſpēſatiōe diuina. ¶ Tertio ꝓtingit dubitare circa benignitatē: vtruz ſcz ex benignitate aīa xpi deſcēdit ad inferos. Et ꝙ ſic ptz. q: in ſymbolo apl̄oz dr: Deſcēdit ad inferos. Et Act. ij. Dūc de⁹ ſuſcitauit ſolutz dolo: ib⁹ iferni. Et Job. Damaſ. ait: Deſcēdit ad īferna aīa deificata vt quēad modū hīs q̄ in terra ſunt: ita⁊ hīs q̄ in tenebris ⁊ vmbra mortz ſedēt ſupluceſcat. ¶ Sciendu⁊ tñ ſm̄ Boñ. diſt. xxij. q. iij. tertij libri. ꝙ nomine inferni aliquādo intelligit pena: aliqñ locus pene: ⁊ ſm̄ hoc dupl̄r pōt aliq̄s dici deſcēdere ad inferos: aut q: deſcēdit ad penam: aut quia deſcendit ad locum pene. Primo modo non cōuenit xpo. In eo em̄ nō fuit pena damni: nec fuit pena ſenſus. Scōo modo competit xpo. Deſcendit em̄ quātū ad illam partē in qua erant illi qui detinebantur merito peccati primi parētis: que q̄dē pars cō ſueuit limbus appellari. Ad illā inquā partē deſcendit, nō compulſus neceſſitate: ſed ſua voluntate et poteſtate. Ratio aūt quare voluit deſcendere ad eripiēdos illos q̄ detinebant ibi cōpediti cum etiā poſſet facere hoc nō deſcēdēdo: fuit dupler: videlz ꝓpter conſolationem victoz: ⁊ ꝓpter cōfuſionē aduerſarioz. Propter ꝓſolationē victoz: q: magna fuit eis conſolatio de preſentia ipſius anime ieſu xpi: ⁊ maxima fuit dignationis oſtenſio in hoc ꝙ ipſe perſonaliter voluit deſcendere ad eos. Fecit etiā hoc ꝓpter cōfuſionē aduerſarioz: vt ipſi demones cōfunderent⁊ ex ſua p̄ſentia: ⁊ ſicut vicerat eos in terra in natura aſſumpta: ſic anima eius de eisdē triūpharet apud inferos de eisdē ipos inuitos expoliādo. Deſcēdit itaq̄ anima illa ad conſolandos ſanctos p̄res: ad letificādos⁊ beatificādos. Videruntq̄ ꝙ primū illis ſe p̄ſentauit diuinitatē ei⁹. Eīñ in loco infernali exiſtentes habuerūt paradiſum ⁊ aptā dei viſionē que nō eſt aliud q̄ vita eterna. ¶ Sed adhuc q̄s querere poſſet vtrum aīa xpi mortā cōtraxit in inferno vſq̄ ad horaz reſurrectionis? Et rñdet Boñ. vbi. ſ. q. iij. ⁊ Richar. vbi. ſ. ar. ij. q. ij. ⁊ Tho. in. p̄te. q. liij. ꝙ ſicut xps vt noſtras penas in ſe ſuſcipere voluit corpus ſuuz in ſepulcro ponit: ita etiā voluit aīam ſuā ad infernū deſcēdere. Corpus aūt eius mā fit in ſepulcro per diē integruz: et duas noctes: ad cōprobandā veritatē mortis ſue. Eīñ etiā tantūdem credendū eſt animam eius fuiſſe in inferno: vt ſimul aīa eius educeretur de inferno: ⁊ corpus de ſepulcro. Exquo Aug. xviij. l. b. de ciui. dei. c. xliij. ait: Prophēta in ventre ceti triduo fuit: ⁊ tñ illū ſignificauit in profundo inferni triduo futurū qui dīs eſt oīm ꝓphetarū. Et i li. de fide ad Petrū de aīa xpi loquēs dicit: Ipſa de inferis die tertio reuertente: idē deus ſm̄ carnē qua in ſepulcro iacuit: de ſepulcro reſurrexit. Sed nōnulli arguūt: q: Luc. xxiij. xps dixit latroni. Hodie mecū eris i paradiſo: ergo videt ꝙ anima xpi illa die qua mortuus eſt fuit in paradiſo: et ſic deſcendēs ad infernuz nullā moram ibi cōtraxit. Ad qō reſpōdet Aug. exponēs verbū predictū ꝙ noie paradiſi non in-

telligitur ibi locus celi empyrei: nec locus paradisi terrestris: sed ipsa aperta et clara visio ipsius dei. De hoc vo descensu xpi ad inferos sic pulchre loquit Augu. in quodā sermone. Mox vt xps spiritū tradidit vnita sue diuinitati aīa ad infernoz pfunda descēdit. Cūq tenebrarum terminum quasi quidā depredator splēdidus ac terribilis attigisset: aspicētes eū impij ac tartaree legiones territi inquirere ceperunt dicētes: Cūm est iste tam fortis: tam terribilis: tā splēdidus: tā predarus? Mundus ille qui nobis subditus fuit: nūq nobis talē mortuum misit: nūq inferis talia munera destinauit. Quis ergo iste qui sic intrepidus nostros fines ingredit: et non solum nostra supplicia nō veretur: verū etiam et alios de vinculis nostris absoluit. Ecce ipsi qui sub nostris solebāt suspirare tormētis: insultāt nobis de perceptione salutis. Et nō solum iam nihil verentur: sed insuper nobis minantur. Nunq hic sic mortui superbierūt: nec aliquādo sic leti potuerunt esse captiui. Ut quid huc istum adducere voluisti o princeps noster? Peryt ois leticia tua: in luctū cōuersa sunt gaudia tua: dum tu christum suspēdis in ligno: ignoras quāta dāna sustineas in inferno. Post istas crudeliū voces infernaliū: ecce innumerabiles sanctorum populi lachrymabili voce clamabāt. Aduenisti redēptor mūdi: aduenisti quē desiderantes quotidie expectabamus. Descēdisti pro nobis ad inferos: noli nobis deesse: cuz reuersus fueris ad superos. Ascēde dñe iesu inferno spoliato: et autorez mortis suis vinculis irretito: et redde tā leticiā mūdo. Succurre iquiūt: tā seuas extinguepenas: et miserando resolue captiuos: dū hic es absolue reos cū descenderis defende tuos. Dec ille. O q̄ ingenti leticia animarū in limbo existentium tunc mētes pfuse sunt: cū viderūt benignissimuz iesum tādiu expectatū: tādiu desideratū: tādiu denicq acclamatū. Viderunt inquā aīam eius et diuinitatem cui erat vnita. Viderūt xp̄m redēptorē mediatorē: et glorificatorē suū. Necq locus ille etiam luce corporali ex p̄sentia aie xp̄i illustratus: vt Richar. vbi. ō. ad primū articulum. dicit erat eis amplius penosus. Expectauerūt ergo vt p̄dictū est aie ille sctē cuz summa leticia in eo dē loco rp̄s resurrectionis xp̄i.

¶ Qualiter xps depositus fuit de cruce et de afflictione matris eius: necnō et de eius sepelitione. Cap. iij.

Certiū mysteriū declarāduz de morte xp̄i est ex parte sepulture. Ad quā pie volētes attendere tria considerare debemus.

Primo subuentionē,
Scō afflictionē.
Tertio sepelitionē.

¶ Primo cōsiderare debemus subuentionē: qualiter. s. Joseph ab arimathia et Nicodemus licentia a Pilato obtēta deposuerunt xp̄m de cruce. Ipsi eñ qui erāt discipuli occulti iesu ferētes secum instrumenta venerūt ad crucē: ad cuius pedes iacebat mesta mater cuz Maria magdalena: et Maria Jacobi: et matre filioz Zebedei: et euāgelista Johāne: ceteriscq mulieribus q̄ secute fuerāt iesuz a galilea ministrātes ei: vt Mattheus refert. Cū aūt Joseph et Nicodemus virginem reuerēter salutassent lachrymantibus oculis ei direrūt: Venimus o mater mesta: vt filiū tuum et magistrū nostrū deponamus de cruce: recōdamusq vt moris est honorifice: in sepulcro. O pietas cōmendabilis hoz virorz nobiliū: o deuotio digna laudū Joseph ab arimathia: qui a Pilato petyt vt sepelire posset pretiosum corpus iesu. ¶ Sed si quis q̄reret quare p hmōi licētia nullus ex duodecim accessit: sed solū iste ioseph. Respōdet Chryh. q̄ nullus audebat sicut iste: qui insignis iudeoz erat et Pilato notus. Dicebatur etiam ille Joseph ab arimathia: ex quo iā direrat: vt ait Beda ipsa est ciuitas: que. s. Regū. s. dicitur ramatha; de qua fuit Samuel.

¶ Scdo ꝯsideremus afflictionē. Surgens Maria mater cū anxietate multa brachia extēdebat vt dilectū filium tangere posset. Et cū auulsi fuerūt claui de manibus ⁊ pedib⁹: suscepit cū cōtristantiū auxilio eū inter brachia sua: indeq; ī terrā positū adorabat eū. Deinde cuz multa charitate dolore mixta contractabat sua sanctissima membra. Tāgebat caput: ⁊ spineā coronā extrahebat ab illo: osculabatur illud multipliciter perforatū: et cruore respersum atq; dicebat: O caput dignū diademate ⁊ corona īperiali: q̄turpiter coronatuz te vidi hucusq; corona spinea. Inspiciebat liuidā faciē: et in illā merens ⁊ ruēs osculabat eā atq; subdebat. O decora facies et speciosa nimis: ex qua per tot ānos tātū gaudiū suscepi: quō facta es vt leprosa. Suscipiebat deinde perforatas manus amorose osculās illas: referēs semꝑ pijssima v̄ba cōpatiende querele. Sic etiā ⁊ latus apertū tāgebat manu osq; illi applicabat. Fili inquiēs mi q̄dira fuit crudelisq; manus illa: q̄ te lācea perforauit. Nec puto posset aliq̄s plene inuestigare qualiter virgo depositū de cruce filiū dolenter lamentabat. Magdalena etiā ⁊ Joseph ⁊ Nicodem⁹: ceteriq; astātes pre cōpassione flebāt ⁊ ipi. ¶ Tertio ꝯsideremus sepelitionē qualiter hora cōpletorij iam īminēte Joseph ⁊ Nicodem⁹ instabant vt corpus sepeliretur. Quare Nicodemus ꝓtulit mixturā myrrhe et aloes quasi libras centū: ⁊ licz tali vnctione a putrefactione ꝯseruatiua xp̄s nō indigeret: qm̄ corpus ei⁹ corrūpi nō poterat nec debebat: tn̄ Nicodem⁹ hoc nō intelligēs: ex deuotione sua ad vngēdū copus xp̄i tulit vnctionē p̄dictā. Acceperūt ergo corp⁹ iesu: ⁊ ligauerūt eū linteis. i. panis lineis inuoluerūt cū aromatib⁹: sicut mos est iudeis sepelire. Erat aūt in loco vbi crucifix⁹ est hortus: ⁊ in horto monumētū nouū: ī quo nondū quisq̄ positus fuerat. Ibi ergo ꝓpter parasceuē iudeorū: q; iuxta erat monumentum posuere iesum: q̄ oīa in mysterio facta sunt. Naz vt inq̄t Tho. parte. iij. q. lj. ar. j. sepeliri voluit xp̄s rationabiliter. Primo q̄dē ad cōprobandā veritatē mortis. Nō em̄ aliq̄s in sepulcro ponit nisi q̄ iaz v̄e mortuus est. Un̄ Pilat⁹ vt hr̄ Marci. xv. anteq̄ cōcederet xp̄m sepeliri diligēti inq̄sitione cognouit eū esse mortuū. Scdo q; per hoc q̄ xp̄s de sepulcro resurrexit datur spes resurgēdi ꝑ ip̄m his q̄ sunt ī sepulcro: s̄m illud Job. v. Oēs q̄ in monumētis sunt audiēt vocē filij dei: ⁊ q̄ audierint viuent. Tertio ad exēplū eoꝝ q̄ per mortē xp̄i sp̄ualiter moriunt pctis: qui scz abscōdunt a ꝯturbatiōe hoīm. Unde d̄r Col. iij. Mortui estis ⁊ vita vestra abscōdita ē cū xp̄o. Modus etiā sepeliendi rōnabilis fuit. Nā in horto sepultus est ad designandū q̄ per mortē ⁊ sepulturaz ipsius liberamur a morte: quā incurrim⁹ ꝓpter pctm̄ Ade in horto paradisi cōmissum. In aliena etiā positus est sepultura: vt dicit Aug. in q̄dā sermone: q; ꝓ aliena moriebat salute: ⁊ etiā ꝓpter abundātiā pauꝑtatis ꝓ nobis suscepte. Nā q̄ domū in vita nō habuit vt Theophilus refert. post mortez q̄z in alieno sepulcro recondit: ⁊ nudus existens a Joseph cooperit. Erat insuꝑ monumētū nouū: vt Hiero. ait: ne post resurrectionē ceteris corporib⁹ remanētibus surrexisse alius fingeretur. Et vt Aug. dicit. Sicut in Marie v̄ginis vtero nemo ante illū: nemo post illū conceptus est: ita ī hoc monumēto nemo ante illū: nemo post illū sepultus est. Aduolutū etiā fuit sarū magnū ad monumēti ostiū: vt sic appareret oīmoda veritas sepulture sue. Quare vt participes simus mortis ⁊ sepulture xp̄i: sepeliam⁹ ⁊ nos vitia nostra atq; pctā: sicq; cōsurgemus cū ipso accipiētes hic gratiam: ⁊ in futuro beatā gloriā. Amē.

¶ Dominica resurrectionis dn̄i nostri iesu christi: de iocunditate particulari: generali; ⁊ maternali resurrectionis eius.

Sermo. lxxj.

Hec dies quaz fecit dñs exultemus ⁊ letemur in ea. Scribuntur hec ẏba ps̄. cxvij. Sicut amara fuit credētibus in ielum xp̄m passio ei⁹: ita iocunda debet esse resurrectio illius. Propterea gaudere vnusquisq; ⁊ letari debet ac iocūdari cū audiuerit ex mortuis xp̄m surrexisse. Hoc em̄ docet nos ⁊ instruit sancta mater ecclesia dū sepius replicat ꝓphetic̄ dictū a nobis assumptū ꝑ thematę. In diuinis nanq; officijs diurnis nocturnisq; horis hui⁹ rēporis exultandū esse predicat ꝑ victoria: ꝑ gloria: procq; magnificētia xp̄i resurgētis. Letabundum ꝓfecto nouū ab angelo nunciatū est cū dicit: Surrexit nō est hic. Surrexit in quā ille qui ꝑ amore nostro pati ⁊ mori non recusauit: vt nos mortuos peccato resuscitaret ad vitā. Quapropter vt diē istum cum spirituali leticia cōpleamus: in hoc sermone de resurrectionis xp̄i iocūditate verba faciemus: subdistingueq; sermonē in tres principales partes triplicē scz iocūditatem,

Prima ōr particularis,
Scōa generalis.
Tertia materialis.

¶ De iocunditate quaz habuit ipse xp̄s in resurrectione: et de mirabilibus actibus operatis a potētia diuina in ipso resurgente. Cap̄. j.

Prima iocūditas resurrectionis xp̄i ōr particularis: q̄. s. fuit in aīa bn̄dicta ipsius iesu xp̄i dū corpus suū iterū sibi vniuit efficiens illud ꝓpetuo gl̄iosum. Ad qō plenius intelligendum notandū est: ꝙ in ipso xp̄o resurgēte quattuor actus mirabiles opata est virtus ⁊ potētia dei.

Prim⁹ fuit sanguinis reassumptio.
Scōs corporis mutatio.
Tertius aīe vnio.
Quartus sepulcri ꝑenetratio.

¶ Prim⁹ actus fuit sanguinis reassumptio. Nam reassumpsit corpus xp̄i clausum existēs in sepulcro sanguinē, ꝓpriū q̄ extra erat dispersus qō nō nisi ꝑ diuinā virtutē fieri potuit. Rō aūt p̄fate reassumptiōis sanguinis ẏm Tho. in. iij. parte. q. liij. ar. iij. est: qz q̄cq̄d ad naturā corporis humani ꝑtinet: totū fuit in corpore xp̄i resurgentis. Manifestū est aūt ꝙ ad naturā corporis humani pertinēt carnes ⁊ ossa ⁊ sanguis: ⁊ alia huiusmodi: nō oīa ista in corpore xp̄i resurgētis fuerūt. Dicūt etiā p̄bi ꝙ sanguis est sedes aīe: ⁊ aīa vnificat corpus sanguine meditāte. Quare indubitāter sanguinē suū resurgēs xp̄s ad suum corpus reduxit. Utrū aūt totū sanguinē assumpserit: ita ꝙ nulla particula siue guttula de illo i terra remāserit: due sunt opiniones. Prima est sc̄i Tho. q̄ vbi. s. i resp̄ōne ad argumētū. iij. dicit ꝙ totus sanguis q̄ de corpe xp̄i fluxit cū ad veritatē humane nature ꝑtineat i xp̄i corpe resurrexit. Sāguis aūt ille q̄ in q̄busdā ecclīs ꝑ reliquijs ꝓseruat nō fluxit de corpe xp̄i: sed miraculose ōr efluxisse de q̄dā imagine xp̄i ꝑcussa. Alia est opinio Frā. de may. q̄ ait: Nō est incōueniēs si aliq̄d de sanguine xp̄i fuso dicat esse in aliq̄b⁹ ecclīs: qz forte corp⁹ in vita īcorruptibili nō indiget tāto sanguine sicut in vita mortali. Et l⁹ vtraq; opinio sit sustētabilis: tñ scōa maiorē firmitatem videt hr̄e. Cū qz totus sanguis non ꝑtinet ad veritatē humane nature. Un̄ et sc̄us Tho. in suo qōlibet. v. q. iij. dicit: Cū ergo xp̄s aīa suā passionē comederit ⁊ biberit: nihil ꝓhibet i eo fuisse aliquē sanguinē nutrimētalē q̄ ad veritatē humane nature nō ꝑtinet: ⁊ quē non oporteret in resurrectione ad corpus eius redire. Cū qz i pleriscq; solēnissimis locis ostēdit verus xp̄i sanguis. Nā in capella regis frācie est de sanguine xp̄i: ⁊ de spinea corona sanguine tincta. In ꝓuincia ꝓuincie apud sc̄m̄ maximinū i quē tu fratrū ꝑdicatoz in festo sc̄ē Marie magdalene ostēdit ampulla cū sanguine xp̄i. Apud esculū in cōuentu fratruz

p̄dicatoꝝ est spina cū sanguine christi: Alia īsup̄ spina cū sanguine xp̄i est Racaneti in cōuētu fratrū heremitarū. In ciuitate v̄o mātue in abbatia sctī Bn̄dicti in eccl̄ia sctī Andree est de sanguine xp̄i quē asportauit Lōginus cuius corpus requiescit ibidē. In alemāniav̄o in ciuitate Nuremberge est ferruz cū quo Lōginus lanceauit corpus xp̄i: sanguine respersum. Et sic in multis partibus xp̄ianoꝝ verus ostēdit̄ sanguis xp̄i. Facit etiā cōfirmationē scd̄e opinionis autoritas summi pōtificis. Nā p̄ Piū maximū scriptum est vt sequit̄: Pius ep̄s seruus seruoꝝ dei dilectis filijs abbati monasterij btē marie xantonēsis diocesis ⁊ cantori eccl̄ie xantonensis ac priori prioratus sctī Eutropij extra muros xātone salutē ⁊ apl̄icā bn̄dictionē. Illius q̄ se ꝓ dn̄ici saluatione gregis in p̄ciuz immolari nō abnuit vices: q̄uis immeriti gerentes in terris ad ea curis vrgemur indefessis: p̄ q̄ cūctoꝝ xp̄i fidelib⁹ erga saluatorē suum crescat deuotio: ac ipsoꝝ q̄bus sit ab eis dubietatis semotis scrupulis p̄amplius succedat salus aīarum. Exhibita siquidē nobis nup̄ ꝓ parte dilectorū filioꝝ guardiani ⁊ conuentus domus ville Rupelle: ordinis fratrū minoꝝ Xantoñ. diocesis petitio cōtinebat. Quia lz ⁊ tāto tp̄e: cuius memoria nō extitit in eccl̄ia dicte domus: vt pie credit̄ quedā portiūcula p̄ciosissimi sanguinis dn̄i nr̄i iesu xp̄i: in ligno crucis ꝓ redēptiōe humani generis salubriter effusi: ⁊ p̄ eosdē guardianum ⁊ cōuentū certis anni tp̄ibus xp̄i fidelibus solenniter ostendi: ac mihi ab eodem tempore citra ab eisdem fidelibus venerari cōsueta fore inhibeatur ⁊ honorifice cōseruet̄. Nōnulli tn̄ curiosi plus q̄ oporteat sapere satagētes: quo spū ducti nescit̄ publice ac priuate asserere nō verentes ꝙ nil de p̄fato sanguine remāsit in terris: fideles ipsos a pia eoꝝ deuotione quaz hactenus gesserūt ad prefatam sanguinis portiunculā in dicta ecclesia colendā retrahere conant̄ in non modicum incolarum partium illarum ad guardiani ⁊ conuentus predictoꝝ scandalum atq̄ grauamen. Quare pro parte dictoꝝ guardiani ⁊ conuentus nobis fuit humiliter supplicatum: vt sup̄ his sibi ⁊ fidelib⁹ eisdē opportuna ꝓuidere benignitate apl̄ica dignaremur. Nos igitur quid de premissis certam noticiā nō habemus attēdentes ꝙ veritati fidei nullatenus repugnat affirmare redēptorem nostrū de sanguine p̄fato ob ipsius passionis memoriaz aliquā partē in terris reliquisse: ac propterea deuotionē ipsoꝝ fidelium plurimum cōseruari: ⁊ scandalis ipsis quantum in nobis est obuiare cupientes: huiusmodi supplicationibus inclinati discretioni vestre p̄ apostolica scripta mādamus: quatenus vos vel duo aut vn⁹ vestrum si ⁊ postq̄ vocatis qui fuerint euocādi de premissis vobis legitime cōstiterit omnibus ⁊ singulis tam exemptis q̄ nō exemptis cuiuscūq̄ preeminentie status dignitatis gradus ordinis vel conditionis fuerint: autoritate nostra sub penis ⁊ censuris ecclesiasticis: ne dictos fideles ab omni pia eorū deuotione quā hactenus gesserunt ad prefatam sanguinis hm̄ōi portiunculā in eadē ecclesia venerandā: vt prefertur quoquo mō retrahere. Guardiano q̄z ⁊ conuentu predictis ne p̄ illatas eis retroactis tp̄ibus p̄missoꝝ occasione iniurias quasuis p̄sonas ad iudiciū euocari facere presumant dicta autoritate districtius inhibere curetis cōtradictores per censurā ecclesiasticā appellatione postposita cōpescendo: nō obstātib⁹ cōstitutionibus ⁊ ordinationibus apostolicis: necnō domus ⁊ ordinis predictoꝝ iuramento confirmatione apostolica: vl̄ quauis firmitate alia roboratis statutis ⁊ cōsuetudinibus: ceterisq̄ cōtrarijs quibuscūq̄ aut aliquibus communiter vel diuisim ab apostolica sede indultū existat: ꝙ interdici: suspendi: vel excōicari nō possint p̄ litteras apostolicas nō facientes plenā ⁊ expressam

¶ Primo videdū eſtſi reſurgent electi. Et licꝫ ex p̄cedētibꝰ firmiter habeaťq̄ ſic: tñ nōnulli arguūt in ꝓmiſſ. Et primo q: liberioꝝ eſt aīa ad ꝑplādū deum a coꝛpe eruta q̄ coꝛpi ꝓiūcta: ſꝫ nihil de bet fieri quo aīe electoꝝ ſint minꝰ libe re ad ꝑplādū deum: ergo electoꝝ aīe iterū coꝛpoꝛibꝰ non reunienť. ¶ Scōo arguūt q: nō debet participare ī p̄mo quod p̄eſtat impedimentū in merito: ſed coꝛpus p̄eſtat impedimētū anime in merito: q: vt oꝛ ad Gal. v. Caro cōcu piſcit aduerſus ſp̄m: ergo nō debet par ticipare cum aīa in p̄mio: participaret aūt ſi iteꝝ aīe vniret electe. ¶ Tertio ar guūt q: nō poteſt eſſe reſurrectio niſi a morte ī vitā reparatio: ſꝫ nō oēs homes morienť: q̄ nō oēs reſurgēt. Dicit eñ ī ſymbolo q̄ xp̄s vēturꝰ eſt iudicare vi uos ⁊ mortuos: q̄ aliq̄ iudicabunť qui nunq̄ morienť. Et Piero. ad Marcel lā ait: Quoſdā in fine ſeculi aduenīē xp̄o: nō eſſe mouturos: ſꝫ viuos reptos in īmortalitate repente mutandos. Et Aug. hb̄. ij. de baptiſmo puuloꝝ dicit: Quibuſdā in fine largiet vt mortē iſtā repētina cōmutatione nō ſentiāt. ¶ Ad primū argumētū rñdet Rich. in. iiij. di. xliij. ar. ij. q. ſ. q̄ ꝫ aīa vnita coꝛpori tali quale bꝫ mō nō ſit ita libera ad cōtem plandū deū ſicut a coꝛpoꝛe eruta: tñ hoc nō eſt verū de coꝛpe glificato qua ſe ha bebūt electi in reſurrectione. ¶ Ad ſcōm dicit Rich. q̄ in coꝛpe nr̄o duo ſunt: ſꝫ natura: ⁊ hec nō p̄ſtat impedimētū me rito: ⁊ vitioſitas q̄ p̄ſtat impedimētum merito: ⁊ iō ī electis nō reſurget vitioſi tas coꝛpis: ſed datura. Ad tertiū refert Rich. vbi. ſ. ar. iiij. q. ſ. q̄ falſum eſt di cere q̄ nō oēs homes morienť cū dicatur Geñ. iij. ad Adā. Puluis es ⁊ in puluerē reuerteris. q̄ ſnīa cecidit ſup oēs q̄ ſm legē nature ab eo erāt deſcēſuri. Unde Paulꝰ Roñ. v. di. Sicut p vnū homem pcatū in hūc mūdum intrauit ⁊ p p̄cm mors: ita in oēs homes mors pertrāſiit: in q̄ oēs peccauerūt. ⁊ Heb. ix. ait: Sta tutū eſt oīb⁹ ſemel mori. Quare dicēdū eſt q̄ ad ſoluēdū debitū oꝛiginalis pec oēs homes morienť. In ſymbolo ꝛo dī q̄ xp̄s iudicabit mortuos q̄ ita mortui ſunt: ⁊ viuos q̄ ſcilz viuūt in p̄ſenti: licꝫ ſint mouturi. Piero. etiā p tanto dixit q̄ſdā nō mouturos: q: poſt mortē quaſi ſtatim reſurgēt. Aug. aūt dictū ſuū cor rexit li. ij. retractationū. c. xxij. ¶ Scōo videdū eſt ſi reſurgent oēs adulti dāna

ti. Et hoc ꝓpter ꝟbū ꝓpbe di. Nō resurgēt impij ī iudicio. Ad qd̄ rn̄det Rich. ar.ij.q.ij. ꝙ illud ꝟbuz intelligit vel de resurrectiōe spūali in p̄senti iudicio mīe vel de resurrectiōe corpali gl̄iosa: qd̄ pz ex ꝟbis sequētib⁹ vbi subdit. Neqꝫ peccatores in cōsilio iustoꝝ. ¶ Tertio vidēdū est an resurgēt paruuli q̄ cū solo originali decesserūt? Et q̄busdā videtur ꝙ nō: eo ꝙ resurrectio erit ꝓpter plenam retributionez meritoꝝ: sed paruuli tam purgati a pctō originali ꝙ̄ illi q̄ in peccato originali decedūt: nō meruerūt nec demeruerūt: ergo nec illi nec isti resurgēt. Sed in cōtrariū est sentētia omniū theologoꝝ. Jō Rich. vbi. s̄. q. iij. dicit: ꝙ paruuli q̄ cū originali decesserunt resurgēt. Rō est: qꝛ ꝓ pctō originali obligatur hō ad penā dāni: pctm̄ aūt originale cōtrahit illa aīa per sui vnionē cū infecta carne: et ideo cōueniēs est vt aīe paruuloꝝ carētiā visionis dei perpetuo patiētur suis corporib⁹ vnite: per quoꝝ cōtagionem incurrerūt obligationē ad penā. Ad rationē ergo in cōtrariū dicēdū ꝙ q̄uis in paruulis nō sit act⁹ merēdi vel demerendi: in illis tn̄ in quib⁹ remissum est pctm̄ originale est radix merēdi: scz gr̄a gratū faciēs: ⁊ illis quibus nō est remissum est radix demerēdi scilz habitualis cōcupiscētia: ⁊ iō resurgent tam isti ꝙ̄ illi. Ex quib⁹ oībus cōcludimus resurrectionē corporum futurā ad oēs hoīes se extēdere.

¶ Qualr̄ mortui resurgēt respectu loci: dispositionis: ⁊ finis. Cap̄. iij.

Tertium mysteriū de resurrectione gn̄ali d̄r q̄litatis. In quo aperiēdum est qualiter mortui resurgēt ⁊ hoc triplici respectu.

Primo respectu loci.
Scd̄o respectu dispositionis.
Tertio respectu finis.

¶ Primo vidēdū est qualr̄ mortui resurgēt respectu loci: in q̄bus. s. locis resurrecturi sunt. Et dicit Rich. ī. iiij. q. xliij. ar. v. q. iij. ꝙ si corpora mortuoꝝ siue illorū pulueres fuerint in monumētis: ibidem reformabunt ⁊ surgēt. iuxta illud Ezech. xxxvij. Ecce ego aperiā tumulos vr̄os: ⁊ educā vos de sepulcris vr̄is popule meus. ⁊ glo. sup illud Mat. xxvij. Monumenta apta sunt ⁊c. di. Monumēta apta sunt in typū resurrectiōis future. Si aūt corpora non erūt in monumētis resurgēt in illis locis ī q̄bus tpe resurrectionis erit pars p̄ncipalior corporis. Si aūt illo tpe cōtingat alicuius corpis partes esse in plurib⁹ locis: vtpote qꝛ medietas cordis esset in vno loco: ⁊ medietas in alio: ⁊ sic de capite ⁊ alijs mēbris: tūc resurrectio fiet ī loco vbi deus volet. Si aūt in vno loco esset cor totū: ⁊ ī alio totū caput: tūc q̄dā dicūt: ꝙ resurrectio fiet in eo loco vbi erit cor: qꝛ ip̄m format̄ priusq̄ cetera mēbra: vt dicit Arist. in. xiij. de aīal. Et sic dicit Auicēna. Cor est primū mēbrū in vita: ⁊ est primū principiū venarū ⁊ neruoꝝ: ⁊ ab ipso tāq̄ a primo principio deriuat̄ per totū corpus influētia aīe vitaliū motuū causatiua: qꝛ ab ipso est prima origo spirituū q̄ sunt delatiui influētie ipsi⁹ aīe. Circa cor etiā alia mēbra cōgregant̄: sicut circa cētrū: ⁊ est illud qd̄ vltimo morit̄ in hoīe. Alij dicūt ꝙ hō resurget vbi tunc erit caput: qꝛ vt habet̄. ff. de reli. ⁊ sump. fu. l. cū in diuersis. Jbi est hominis sepultura: vbi est caput eius sepultuz. Amb. etiā ī glo. sup illud ps̄. cxviij. Uide humilitatē meaz ⁊ eripe me. dicit ꝙ caput totū corpus dirigit ⁊ sensibus implet: ⁊ ibi exp̄sse videt̄ attribuere sibi primatū inter oēs partes totius corporis. Quicquid autez de hoc sit relinquamus ipsi deo cuius virtute vt dictuz est resurrectio mortuorum fiet. ¶ Secūdo videndum est qualiter mortui resurgēt respectu dispositiōis: ⁊ hoc quantuz ad tria.

Primo quantū ad etatē.
Scd̄o quantū ad quantitatē.
Tertio quantū ad deformitatē.

¶ Primo quantū ad etatē querit̄ si oēs resurgēt ī eadē etate. Et respōdet Ri-

char.in.iiij.dis.xliiij.ar.j.q.viij.ꝙ etas
pōt accipi duplr. Uno mō ꝑ toto tpe q̄
vixit hō ab instanti sue reformationis:
et vsq; ad instans sue reformationis:
sic nō oēs in eadē etate resurgent. Alio
mō ꝑ statu corporis ⁊ virtutis q̄ ex an
nis in humano corpore relinquitur: ſm
quē modū accipiēdi etatez, dicimus: ꝙ
Adā factus fuit ī etate virili. Et sic oēs
in eadē etate resurgēt: qꝛ oēs resurgent
in statu corporis ⁊ naturalis virtutis:
quā habituri erāt si tantū vixissent vel
habuerūt q̄ tātū vixerūt: q̄ est in tpe ad
qd̄ terminat modus ꝑficiēdi: q̄ circiter
de lege cōi est illud tps quo xp̄s mortu-
us est. Propterea glo. Eph. iiij. quā ma
gister sen. inducit in textu: dicit: Oēs in
eadē etate resurgēt in qua xp̄s mortuꝰ
est ⁊ resurrexit: cuiuscūq; etatis mortui
fuerit. ⁊ Aug. xxij. li. de ci. dei. c. xv. inq̄t
Qd̄ cōmemorauit apl̄s de mensura eta
tis plenitudinis xp̄i: sic accipiamus di-
ctum: vt nec vltra nec infra iuuenilem
formā resurgāt corpora mortuoꝝ: sed in
ea etate ad quā xp̄m ꝑuenisse cognoui-
mus. ¶ Scd̄o quantū ad quantitatē q̄-
runt doctores: vtrū oēs resurgēt in ea-
dem forma? Et respōdet Rich. vbi. s̄. q.
ix. ꝙ nō. ſz quilibet resurget in ea quā-
titate ⁊ mēsura siue statura q̄ vnicuiq;
indiuiduo debebat in termino motus
ꝑficiēdi ſm naturalē virtutē caloris ex
tendētis humidū ⁊ humidi suscipiētis
extensionē. Si aūt ꝑ errorez nature vel
ꝑ nimiā superabundantiā materie esset
indebitus quātitatis excessus: vel dimi
nutio siue defectus: diuina potētia sup
plebit vel resecabit ꝓut plene ponit Au
gu. li. xxij. de ciui. dei. c. xv. ¶ Tertio quā
tum ad deformitatē querit: vtrū corpo
ra resurgentiū resurgēt cū deformitati-
bus suis. Et q̄dā arguunt ꝙ sic. Primo
qꝛ cicatrices sunt deformitates in corpo
re: sed corpus xp̄i resurrexit cū cicatrici-
bus: vt ptz Joh. xx. ergo multo fortius
resurgēt alia corpora cū suis deformita
tibus. Scd̄o arguūt: qꝛ Aug. dicit. xxij.
de ciui. dei. c. xvij. ꝙ mulieres in sexu fe
mineo resurgēt: sed femineus sexus est
ex defectu nature ⁊ p̄ter eius intentio-
nem: qꝛ sicut dicit Arist. in. xvj. de aīali-
bus. Femina est vir occasionatus. i. im
perfectus: ergo aliqua deformitas erit
in illis resurgētibus. Sed in ꝯtrarium
est autoritas Aug. in Enchiridion dicē
tis: Resurgēt corpora sctōꝝ sine vllo vi
tio seruata integritate nature. Respon
dent ergo doctores theologi ꝙ sicut ac
cipi pōt ex snīa Aug. xxij. de ciui. dei. c.
xix: Oīs deformitas reducit vel ad illā
q̄ est ex parte coloris: vel ad illā que est
ex parte figure: vel ad illā q̄ est ex parte
diminutionis partiū: vel ad illā q̄ est ex
parte supabūdantie. Quocūq; mō acci
piat deformitas: nullo pacto erit in cor
poribus electoꝝ. Corpora aūt dānatorū
resurgent sine deformitate q̄ est ex par-
te diminutionis partiū: qꝛ vt apl̄s dicit
j. Coꝝ. xv. Mortui resurgēt incorrupti:
idest sine diminutiōe. ſm glo. Sed vtrū
resurgent sine deformitatibus alijs du
biū est. Et q̄daz dicunt ꝙ deformitates
alie manebūt in eis ad maiorē cōfusio-
nem illoꝝ. Alij ꝟo dicūt ꝙ resurgent si-
ne illis: qꝛ in reparatione corporis resur
gentis magis attendet nature ꝑfectio
q̄ cōditio que prius fuit. Hoc tn̄ Aug.
in Ench. relinq̄t indeterminatū dicens:
ꝙ nos fatigare nō debet eoꝝ īcerta ha-
bitudo vel pulchritudo: quoꝝ erit cer-
ta ⁊ sempiterna dānatio. ¶ Ad primum
ergo argumētū respōdet Augu. xxij. de
ci. dei. c. xx. ꝙ cicatrices in corpore xp̄i ⁊
in corporibus martyrū: vt etiā tactū est
in sermone p̄cedēti: nō erūt ad deformi
tatem: sed ad dignitatē ⁊ decorē. ¶ Ad
scd̄m argumētū notandū ꝙ vt Aug. di
cit. xxij. de ciui. dei. c. xvij. Aliq̄ voluerūt
dicere ꝙ oēs resurgēt in sexu virili pro-
pter verbum apl̄i q̄ ait Ephe. iiij. Donec
oēs occurramus in virū ꝑfectum. Et sic
Aug. exponit. Vir d̄r hic nō a sexu: ſz a
virtute: nō corporis: sed mētis ꝑ quem
modū mulier sctā vir est. Et ſm hoc d̄r
in ps̄. j. Btūs vir q̄ nō abijt in cōsilio ⁊c.
qd̄ intelligi etiā pōt de muliere. Dicens

dum ergo ꝙ sicut viri resurgent in sexu virili: sic mulieres in femineo: qꝛ hoc exigit natura indiuidui ⁊ ꝯgruit ꝑfectioni speciei: ⁊ erit occasio laudādi sapientiā dei. ⁊ vt ait Aug. vbi. s. Mēbra feminea nō erūt accōmodata veteri vsui sed nouo decori quo nō alliciat aspiciētis cōcupiscētia q̄ nulla erit: sed dei laudet sapientia atq; clemētia. Quis igit mulier generet preter intentionē naturę particularis: est tn̄ de intētione naturę vniuersalis: q̄ vtrūq; sexū requirit ad ꝑfectionē humane spēi: nec erit post resurrectionē in illo sexu cōfusio: qꝛ sicut dicit Aug. nō erit ibi libido que cōfusionis causa est. Nā prius q̄ peccassent nudi erāt: ⁊ nō ꝯfundebant vir ⁊ femina. Vn̄ nec post resurrectionē vestib⁹ opus erit. ¶ Tertio videndū est qualiter mortui resurgent respectu finis. Et ad hoc dicimus ꝙ vt ex p̄cedētibus colligi potest: finis damnatorū erit vt cū corporibus eternaliter crucient: finis aūt electoꝝ erit: vt cū corporibus in ꝑpetuū letent ⁊ cōsolent. Sed dubiū in hoc orit vtrū electoꝝ beatitudo maior erit post iudiciū q̄ ante? Et respōdet Rich. dist. xlviij. ar. ij. q. vij. ꝙ maior erit extēsiue: eo ꝙ modo nō habēt nisi beatitudinez aīe: tunc aut erūt beati ⁊ in aīa ⁊ in corpore. Beatitudo etiaz cuiuslibet aīe erit maior extēsiue: qꝛ nunc gaudet de bono ꝓprio: tūc autē gaudebit ⁊ de suo ⁊ de corporis bono. Aliqui tamē dicūt ꝙ nō erit maior intensiue. Sed cōtra eos est autoritas magistri dicētis in tex. Peracto iudicio ampliorē gloriā sue claritatis deus monstrabit electis: non ꝙ aīa sit receptura maiorē glorie habituz: sed qꝛ augebit ꝑfectio sue naturalis virtutis. Quāto aūt perfectior est naturalis aīe virtus: tāto cū equali adiutorio supernaturali deū clarius videt. Qꝛ autē ꝑfectior futura sit ꝑ corpis resumptionem naturalis aīe virtus. Rich. vbi. s. ꝓbat sic: Quanto res habet ꝑfectiorem essendi modū: tāto ꝑfectius pōt habere sue virtutis operationē, Sed aīa beata per sui corporis resumptionez habebit perfectiorē essendi modum q̄ modo: qꝛ oīs pars habet perfectiorē modū essendi in toto q̄ separata: ideo habebit ꝑfectiorē naturalē virtutem q̄ modo. Preterea natura recta nō appetit naturaliter habere aliquid quo habito non fieret perfectior ꝟm modū essendi nec ꝟm virtutem: sed si cuiuslibet anime beate est natura recta: ⁊ quilibet naturaliter appetit resumptionem corporis proprij ergo per illam resumptionē quilibet ꝑfectior fiet ꝟm essendi modū vel ꝟm virtutem. Perfectiorem ergo habebūt anime essendi modū ⁊ virtutē post reassumptionē corporꝝ q̄ ante: ⁊ per ꝯn̄s maiorem beatitudinem. Qꝛ aūt aīa in corpore corruptibili imperfectiorem habeat suam operationē naturalem q̄ separata: hoc est per accidens. s. ratione corruptibilitatis corporis. Quia vt dr̄ Sap. ix. Corpus qd̄ corrumpitur aggrauat aīam. Sed vt dicit Aug. xij. super Gen. versus finē. Cū aīa hoc corpus iam nō aīale: sed per futurā cōmutationē spirituale receperit: perfectū habebit naturę sue modū obediens ⁊ imperans viuificata ⁊ viuificans tam ineffabili facilitate vt sit ei glorie qd̄ fuit sarcine. Erit itaq; in illa generali resurrectione supꝛ admiranda leticia: ⁊ iocūditas amicoꝝ dei: qui ex affectu experient q̄ fructuosum est ꝓpter christum quoscūq; subire labores. Et ecōuerso ꝟo damnati miseri ⁊ pene acerbitate cognoscent quanta est stulticia: quanta dementia negligere aīam: ⁊ fouere corpus: cōtemnere celū: ⁊ querere munduz: resistere deo: ⁊ seruire diabolo. Sollicite igitur prouidēdū est vt ab ipsis ipijs separati ꝑ bona opera ⁊ veram penitentiaz annumerari valeamus angelicis choris ordinibusq; sanctorum collaudantes ⁊ benedicentes deum per immortalia seculoꝝ secula. Amen.

¶ De ascēsiōe saluatoris nostri iesu xp̄i quando vidētibus discipulis celos ascēdit.

Sermo. lxxiiij.

In festo ascensionis.

Assumptus ē in celū ⁊ sedet a dextris dei. Scribunt hec ꝟba originaliter Mar. vlti. et in euāge. p̄sentis solēnitatis. Jocūdissimū nouū ascensionis ie su xp̄i filij dei merito excitare dz mētes nr̄as: subleuareq; oīm corda ad ardentissime desiderādū bonū illud summuz ac copiosum: qđ cū q̄sq; acq̄sierit nūq; amittet. Neq; amplius excusare se hoies p̄nt si se ignaros p̄misse felicitatis dicāt cū ipse iesus nō solū verbo: sed experiētia facti ostēderit clarius ad supos iter. Qđ Micheas p̄dixit. c. ij. Ascendit pādes iter añ eos. Profecto res clarissima ⁊ admiranda fuit: dū xp̄s quadragesima die post q̄ surrexit a mortuis vidētibus discipulis eius alijsq; deuotis q̄ plurimis ⁊ b̄ndicta mr̄e: de mōte oliueti celū cōscēdit. Quapropter vt hec oia cūctis innotescāt: ad xp̄i ascēsionē dirigamus animū ⁊ verba. De qua in p̄senti sermone tria mysteria ꝓponimus cōtemplanda.

Primū dicitur dignitatis.

Scōm cōgruitatis.

Tertium qualitatis.

¶ De dignitate ⁊ preeminentia xp̄i: que notatur p̄ hoc q̄ sedet a dextris dei: et quid per derteram intelligitur. Cap̄. j.

Primū mysteriū contemplādū de ascensiōe xp̄i dz dignitatis: quia ascendit ⁊ sedet a dextris dei. i. preeminet oīb⁹ creaturis ⁊ angelis ⁊ hoīb⁹. Jurta illud qđ scribit apls ad Ephe. j. Cōstituit illū ad derterā tuā i celestib⁹ supra oēm p̄incipatū ⁊ ptātē ⁊ virtutē ⁊ dñationē: ⁊ oē nomē q̄ noīat: non solū in hoc seculo: sed etiā in futuro. Sed ꝑ clariore huius partis itelligētia tria sunt hic dubia declarāda.

Primū vtrum xp̄o ꝓueniat sedere ad derteram patris.

Scōm vtrū sedere ad derterā patris cōueniat xp̄o ꝟm q̄ homo.

Tertiū vtrū alijs a xp̄o ꝓueniat sedere ad derterā patris.

¶ Ad p̄imū dubiū arguūt q̄dam⁹ q̄ nō ꝓuenit xp̄o sedere ad derterā p̄ris: neq; bñ aiūt ita de xp̄o loquētes. Primo sic. Nullū corporale cōpetit deo q̄ ipse est: sed dextera ⁊ sinistra sunt dr̄ie positionū corporaliū: q̄ nō ꝓueniūt deo. ¶ Secūdo si filius sedet ad derterā: q̄ p̄ ad sinistrā: sed dertera nobilior est sinistra: q̄ p̄ sedet i parte ignobiliori. ¶ Tertio stare ⁊ sedere sunt oppositā. sed Act. vij. Stephanus vidit iesum stātē a dextris virtutis dei: q̄ nō sedet. Sed ꝺ sic arguentes p̄ius opponam⁹ testimonia scripturaꝝ deinde soluemus obiecta. In symbolo nāq; apl̄oruz ꝺr: Ascēdit ad celos: sedet ad derterā dei p̄ris oipotētis. Et i symbolo patrū. Ascēdit in celū sedet ad derterā p̄ris. ⁊ ad Eph̄. j. c. scribit: Cōstituens illū ad derteram in celestibus. ⁊ ad Col. iij. Xp̄s est in dextera dei sedens. ⁊ ad Heb. j. Sedet ad derterā maiestatis in excelsis. ⁊. x. c. Sedet i dertera dei patris. ⁊ ad Roma. viij. Xp̄us iesus est ad derterā dei q̄ etiā interpellat p̄ nobis. ⁊ Mar. xiij. Lu. xxij. Mat. xxvj. Erit filius hoīs sedens a dextris virtutis dei. Vōc p̄dixit dauid p̄s. cx. Dixit dñs dño meo sede a dextris meis. Qz aūt hec ꝟba de xp̄o dicant: p̄z ex eo q̄ Paul⁹ ad Heb. j. c. ait: Ad quē aūt angelorz dixit aliq̄n deus: sede a dextris meis. Et xp̄s Mat. xxij. dixit: Quō dauid vocat eū in spiritu dñm dicēs: Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Et si iudei negarēt testimoniū pauli ⁊ xp̄i asserentes verba ista de alio: nō de ipso xp̄o affirmari debere statim incredulitatē eoz cōuincimus q̄ doctores ipsoz. Nā rabbi ionathā apō hebreos ꝓbatissimus in sua trāslatiōe chaldaica ait: Dixit dñs verbo suo. Et rabbi ioden super illud p̄s. xvij. Dedisti mihi protectionē salutis tue: ⁊ dertera tua suscepit me. inq̄t: In futurū dē⁹ sanctus ⁊ b̄ndictus cōuertere faciet regem messiā ad derterā suā. Sicut scriptū est p̄s. cx. Dixit dñs. d. meo: se. a dex. meis.

Istud insup tenet rabbi moyses addar
sam. Pro solutione igit obiectoꝝ notā
de sunt tres veritates. ¶ Prima veritas
ꝙ hoc nomē dextera in scripturis inue
nit de deo dictū. Unde Exod. xv. Dextera
tua dñe magnificata est in virtute: dex
tera tua ꝑcussit inimicū. ⁊ ps. xv. Dele
ctationes in dextera tua vsq; in finē. et
ps. xx. Dextera tua īueniat oēs q̄ te ode
rūt. ⁊ ps. xlvij. Justicia plena est dexte
ra tua. ⁊ ps. cxvij. Dextera dñi fecit vtu
tē: dextera dñi exaltauit me. ⁊ ps. cxxxv
ij. Saluum me fecit dextera tua. ⁊ Esa.
xlviij. Dextera mea mēsa ē celos. ⁊ Aba
chuc. ij. Circūdabit te calix dextere dñi.
¶ Scda veritas: qꝛ cū dicimus xp̄m ad
dexterā p̄ris sedere: non intelligimus ꝑ
dexterā aliq̄d corporale. Sed locutio est
metaphorica: quales ⁊ alie cū dicimus
oculos dñi brachiū dñi ⁊ sīlia: ꝑ q̄ desi
gnant spūales ꝓprietates siue opatio
nes diuine. Hinc Damas. in. iij. suarum
sniarū ait: Nō localē dexterā patris di
cimus: qualiter em̄ q̄ īcircūscriptibilis
est localē adipiscet dexterā. ¶ Tertia ve
ritas: ꝙ noīe dextere intelligunt tria. s.
glia diuinitatis: btitudo: ⁊ iudiciaria
potestas. Ex quo ꝟm Aug. li. de symbo
lo. ⁊ Damascenū. Sedere ad dexterā pa
tris nil aliud est nisi cū p̄re habere glo
riam diuinitatis ⁊ beatitudinē: ⁊ iudi
ciariā potestatē. ⁊ hoc incōmutabiliter
⁊ regaliter. Unde Damas. inquit: Dexterā
patris dicimus gloriā ⁊ honorē diuini
tatis: in qua dei filius extitit añ secula:
vt deꝰ ⁊ p̄ri cōsubstātialis. ꝟm ꝟo Tho:
iij. parte. q. lviij. ar. ij. Hec prepositio ad
vel in: cū dicimus ad dexterā vel in dex
tris: solā distinctionē ꝑsonalē importat
⁊ originis ordinē: nō aūt gradū nature
vel dignitatis q̄ nullus est in diuinis ꝑ
sonis: qꝛ ꝟm Athanasiū tres ꝑsone coe
terne sibi sunt ⁊ coequales. Et sic solui
mus primū obiectū ostēdētes ꝙ nō d̄r
dextera corporaliter de deo. ¶ Ad scd̄m
ꝟo respōdet Aug. in li. de symbolo. In
illa beatitudine oīa dextera sunt: qꝛ nul
la est ibi miseria. Uerūtm̄ vt inq̄t Tho,
vbi. s. ad. iij. nullo mō pōt dici ꝙ p̄r se
deat ad dexterā filij vel spūssctī: qꝛ filiꝰ
⁊ spūssctūs trahūt originē a patre ⁊ nō
ecōuerso. Sed spūssctūs ꝓprie pōt dici
sedere ad dexterā patris vel filij ꝟm sen
sum predictum. Uerūtamē ꝟm quādam
appropriationē attribuitur filio equali
tas. Unde Aug. ait: In patre est vnitas
in filio equalitas: in spūsancto vnitatis
equalitatisq; cōnexio. Confirmat hanc
sentētiā Alex. in. iij. summe. q. xxiiij. mē.
iij. vbi ait: Sedere ad dexterā patris im
portat distinctionē personarū ⁊ equali
tatem persone ad personam in gloria ⁊
honore: sed sic se hꝫ spūssctūs ad patrē:
ergo ei cōuenit sedere ad dexteraꝫ p̄ris.
Sed de equalitate dupl̄r loq̄ possumꝰ:
scꝫ ꝓprie vel ꝑ appropriationē: ꝟm ꝙ ꝓ
prie sumit nō dicit aliud equalitas ī di
uinis nisi diuinā essentiā vel virtutez q̄
nō est maior in ꝑsonis in vna q̄ꝫ in alia
sꝫ vna eadē ī q̄ coequant ꝑsone hoc mō
est vna equalitas ī diuinis ꝑsonis sicut
vna essentia. Alio mō sumit equalitas
in diuinis ꝟm appropriationē: ⁊ sic ap
propriat filio. Ad tertiū obiectū dicimꝰ
ꝙ visio stephani fuit eodem modo quo
xp̄s auxiliū sibi prestare iam erat para
tus. Unde Greg. in homel. inquit: Sedere
iudicātis est: stare ꝟo pugnātis vel ad
iuuātis. Stephanus ergo in labore cer
taminis positus stantem vidit quē ad
iutorem habuit. Sed hunc post ascen
sionem Marcus sedere describitur: qꝛ
post assumptionis sue gloriam iudex in
fine videbitur. ¶ Secundum dubium
erat: vtrum sedere ad dexteram patris
conueniat christo ꝟm ꝙ homo. Et ad h̄
dicunt sanctus Tho. vbi. s. ar. iij. ⁊ Ale
xan. vbi. s. mē. ij. ꝙ cum nomine dextre
intelligantur tria supradicta: scꝫ gloria
diuinitatis: beatitudo: ⁊ iudiciaria po
testas: hec prepositio ad: quendam ad
dexteram accessum significat: in quo de
signatur conuenientia cum quadam di
stinctiōe. Qd̄ potest esse tripliciter. Pri
mo vt sit cōueniētia in natura: ⁊ distin
ctio ī ꝑsona. Et sic xp̄s ꝟm ꝙ filiꝰ dei se

det ad dexterā patris: qꝛ habet eādem
naturā cū patre. Uñ gloria diuinitatꝫ:
beatitudo: ⁊ iudiciaria potestas cōue-
niunt essentialiter filio sicut ⁊ patri et
hoc est esse in equalitate patris. Scdo
potest intelligi ꝟm gratiā vnionis que
importat ecōuerso distinctionē nature
et vnitatē suppositi siue ꝑsone. Et ꝟm
hoc xp̄s ꝟm ꝙ hō est filius dei ⁊ per cō
sequēs sedet ad dexterā p̄ris ꝟm equa-
litatē honoris: inquātū eodem honore
veneramur ip̄m filiū dei cū eadē natu-
ra assumpta. Humanitas quidem xp̄i
ꝟm ꝯditionē sue nature nō habet glo-
riā vel honorē diuinitatꝫ: quā tñ habet
ratione persone cui vnitur. Uñ Dama-
scenus ait: In gl'ia diuinitatis dei filiꝰ
existens ante secula vt deus ⁊ patri cō
substantialis sedet cū glorificata ei car
ne eiꝰ. Adoratur em̄ vna ypostasis vna
adoratione eius cū carne eius ab om̄i
creatura. Tertio potest intelligi ꝟm ꝙ
homo ꝟm cōditionē nature: ⁊ hoc ꝟm
gratiā habitualē que abundantior est
in xp̄o pre oībus alijs creaturis: intātū
ꝙ ipsa natura humana in xp̄o beatior
est ⁊ super oēs alias creaturas habens
regiam ⁊ iudiciariā potestatē: ⁊ sic esse
in equalitate patris nō pertinet ad ip-
sam naturā humanā xp̄i: sed solum ad
personā assumentē. Nihilominꝰ sic ꝟm
ꝙ homo sedet ad dexterā patris. s. ꝟm
Aug. in bonis paternis potioribꝰ pre
ceteris creaturis qꝛ oēs alias precellit
in beatitudine ⁊ iudiciaria potestate vt
predictū est. Tertiū dubiuꝫ erat vtrum
alijs a xp̄o ꝯueniat sedere ad dexteram
patris. Nam Aug. in lib. de symbolo.
Sedere ad dexterā est habitare in eius
beatitudine. Sed oēs electi sunt beati
ergo oēs sedent ad dexterā. Quod con
firmari potest ꝑ illud Mat. xxv. Sta-
tuet oues quidē a dextris. Cōtrariū tñ
videtur esse ex eo ꝙ apl's ad Heb. j. ait:
Cui em̄ dixit aliqñ angeloꝝ: sede a dex-
tris meis: q̄si dicat nulli. Rñdet g̃ san-
ctus Tho. ꝙ xp̄s sedet ad dexteram pa
tris inquantū ꝟm diuinā naturam est
in equalitate patris. Scdm humanam
ꝟo est in excellenti possessione bonoruꝫ
diuinoꝝ pre ceteris creaturis: qd̄ nulli
homini vel angelo cōuenit. Sedere er
go in dextera non significat simpl'r esse
in beatitudine sed habere beatitudinē
cum quadā dominatiua ptāte et quasi
ꝓpriā naturalē: quod soli xp̄o ꝯuenit.
Potest tñ dici ꝙ omnis beatus etsi nō
sedeat: sit tñ ad dexterā dei constitutꝰ.
Considerem⁹ itaqꝫ ex his q̄ dicta sunt
quanta est gl'ia filij virginis beate. quē
adorant angeli: cui oēs obediñt creatu
re in cuiꝰ nomine flectitur omne genu.
Uhe stultis gētibus ip̄m despiciētibꝰ:
Uhe duris iudeis in eū nō credentibꝰ.
Uhe malis xp̄ianis illū nō sequentibꝰ.
Hic est ille iesus qui ꝓ nobis carnem
assumens deus ⁊ homo trigintatribus
annis cuꝫ hominibꝰ habitauit. Hic est
ille qui affixꝰ pependit in ligno in me-
dio latronū spinis coronatꝰ. Hic q̄ ter
tia die resurrexit a mortuis. Hic qui re-
gnabit in eternum cuius regni nō erit
finis ꝟm angeli sentētiā Luc. j. Hic est
deniqꝫ de quo duꝫ ascenderet ad celos
angeli dixerunt tanta preconia. Nam
postq̄ nube tectꝰ videri desijt discipu-
li intuebant̄ in celū suspēsis vultibꝰ et
erectis luminibꝰ. Et ecce duo viri: idest
angeli in specie viroꝝ apparētes iuxta
illos in propinquo scꝫ aere in vestibus
albis in signū solēnitatis ⁊ leticie: qui ⁊
dixerūt vt habetur Actuū. j. Uiri gali-
lei cur statis aspicientes in celū: quasi
admirātes ⁊ stupidi de hoc qd̄ vidistis
⁊ quasi tristes ⁊ desolati de hoc ꝙ ma-
gistri vestri presentiā corporalē perdi-
distis. hic iesus qui assumptus est a vo
bis in celum ⁊ ascēdere potuit: qꝛ opus
a patre sibi impositū consummauerat:
ne contristemini: qꝛ sic veniet quēadmo
dum vidistis eū euntē in celum. O felix
regnū quod nō deficiet. O rex inclyte
qui ⁊ seruos tecū regnare promittis. O
gens sancta amicoꝝ tuoꝝ qui vocē tuā
dulcissimaꝫ erunt audituri Mat. xxv.
Uenite benedicti patris mei possidete

paratū vobis regnū a ꝯstitutiōe mundi. Tu igit̄ rex gl̄ie xp̄e. Tu patris sempiternus es filiꝰ. Tu ad dexterā dei sedes in gl̄ia p̄ris. Iudex crederis esse vēturꝰ. Tu ergo q̄sumꝰ famulis tuis subueni quos pcioso sanguine redemisti.

¶ Qꝛ ascensio christi congrue celebrata est respectu temporis: persone: et termini.

Capitulum. ij.

Secundū mysteriū ꝯtēplādū de ascēsione xp̄i d̄r congruitas. Cōgrue nāq; cōuenientissimeq; facta fuit ascensio illa. Et hoc triplici respectu.

Primo respectu tp̄is.
Scd̄o respectu persone.
Tertio respectu termini.

¶ Primo fuit cōgrue ascensio xp̄i celebrata respectu tp̄is. Quia die quadragesimo postq̄ vite autor a mortuis surrexit ascēdit ad celos. Potuisset q̄dem antea ascendisse: sed sic differre voluit vt veritatē resurrectionis ꝓbaret. Difficilius em̄ erat probare veritatē resurrectionis q̄ passionis: qꝛ a prima die vsq; ad tertiā vere probari nō poterat mors. Sed ad verā resurrectionē ꝓbādam: plures dies requirebant̄. Et hoc est quod dicitur Actuū. j. c. Prebuit seipsum viuū post passionē suam in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis: ⁊ loquens de regno dei. Hinc Leo papa in sermone de ascensione inquit: Quadragenariꝰ hodie dieꝝ completꝰ est numerus sacratissima ordinatione dispositus ⁊ ad vtilitatē nostre eruditionis impensus: vt dū a dn̄o in hoc spacio mora p̄sentie corpalis extendit̄: fides resurrectionis documentis necessarijs muniret̄. Et iteꝝ in eodē sermone ait: Non hi dies q̄ inter resurrectionē dn̄i ascēsionēq; fluxerunt ocioso transiere discursu: sed magna in eis cōfirmata sunt sacramēta: magna sunt reuelata mysteria. In his metus dire mortis aufertur: ⁊ nō solū aīe: sed etiā carnis īmortalitas declarat̄. In his ꝑ insufflationē dn̄i infundit̄ apl̄is spiritussctūs: et beato Petro supra ceteros post regni claues ouilis dn̄ici cura mādatur. In his duobꝰ discipulis tertius in via dn̄s iungit̄ comes: ⁊ ad oēm nr̄e ambiguitatis caliginem detergendam pauentiū vel trepidātiā tarditas increpat̄ flāma fidei illuminata corda cōcipiūt: ⁊ q̄ erāt tepida reserante dn̄o scripturas efficiuntur ardentia. Hec ille.

¶ Scd̄o fuit congrue ascēsio xp̄i ꝑacta respectu ꝑsone vbi a doctoribꝰ querit̄. An fuit ꝯueniēs xp̄m ascēdere? Et posset q̄s arguēdo dicere ꝙ non. ¶ Primo qꝛ pb̄s dicit in. ij. de celo ⁊ mūdo. Illa q̄ optimo mō se hn̄t possidēt suū bonū sine motu: sꝫ xp̄s optimo mō se habuit ⁊ ꝟm diuinā naturā: qꝛ est summū bonū: ⁊ ꝟm humanā: qꝛ erat optime glorificatꝰ: ergo nō ꝯueniebat illi aliquis motus: sꝫ ascēsio est q̄dā motꝰ q̄re videtur ꝙ nō debebat ascēdere. ¶ Scd̄o oē qd̄ mouet̄: mouet̄ ꝓpter aliq̄d melius: sed xp̄o nō fuit meliꝰ esse in celo q̄ ī terra: nec quātū ad aīaꝫ: nec quātū ad corpus qꝛ vbiq; eque btūs: ergo nō debebat ascendere. ¶ Tertio si post resurrectionē suā fuisset cū hoībꝰ ꝯuersatꝰ vel gloriosus regnasset ī terris: multo plures eū seq̄rent̄ q̄ mō: ergo debuit nobiscū manere ⁊ nō ascendere in celum.

¶ Pro declaratione veritatis ⁊ hoꝝ solutione rn̄det sctūs Tho. iij. ꝑte. q. lvij. ar. j. Qꝛ locus dꝫ eē ꝓportionatꝰ locato Xp̄s aūt ꝑ resurrectionē vitā īmortalē ⁊ incorruptibilē inchoauit: locus v̄o ī quo habitamꝰ est locꝰ gn̄atiōis ⁊ corruptiōis sꝫ locus celestis est locus incorruptiōis: iō ꝯgruēter xp̄s ad locū illuꝫ se trāstulit. Ad p̄mū ergo dicit Tho. ꝙ deꝰ est q̄ possidet suū bonū sine motu: qꝛ oīno īmutabilis est. Quelibet autem creatura est aliquo mō mutabilis ꝟm Aug̃. viij. sup Gen̄. ad litterā. Et qꝛ natura assumpta a filio dei remāsit creatura: nō est inconueniēs si ei aliq̄s motus attribuat̄. Ad scd̄m rn̄det sanctus tho. ꝙ xp̄o ascēdēti nihil accreuit quātū ad ea q̄ sunt de essentia gl̄ie siue ꝟm

corpus siue ꝟm aīam. Tūc accreuit aliquid quantū ad loci decentiā qđ est de bene esse glorie: nō ꝙ corpori eiꝰ aliq̄d aut ꝑfectionis aut ꝯseruationis acquireret ex corpore celesti: sed solūmodo ꝑ quādā decentiā: hoc aūt aliquo modo pertinebat ad eiꝰ gl̄iam. Et de hac decentia gaudiū quoddā habuit: nō q̄dē ꝙ tūc de nouo gaudere inciperet qn̄ in celū ascēdit: sꝫ qꝛ nouo mō gauisus est sicut de re impleta. Ad tertiū argumentū d̄r ꝙ licꝫ p̄sentia corporalis eiꝰ fuerit subtracta: non tn̄ diuinitatis. Adest insup̄ semp̄ nobiscū in sacr̄o altaris: lꝫ nō videat oculis corp̄alibꝰ. Ob quod Mat. vl. dū ascēdēdo discipulos relinquebat dixit: Et ecce ego vobiscuꝫ sum oībus diebꝰ vsqꝫ ad cōsummationē seculi. Fuit cū apl̄is assistēdo eis in opibus miraculosis: quia vt d̄r Marci vl. Predicauerūt vbiqꝫ dn̄o cooperāte et sermonē ꝯfirmāte sequētibꝰ signis. Assistit nobiscū existēdo vt dictū est ī sacr̄o eucharistie vbi est xp̄s totꝰ. Assistit etiā ecclesie semp̄ ip̄aꝫ dirigēdo ꝑ occultos instinctꝰ sp̄ūssancti vt sic nō deficiat fides Petri. Propterea Aug̃. in sermone de ascēsiōe ita pulchre loquit̄: Omnia charissimi q̄ dn̄s iesus xp̄s in hoc mundo sub fragilitate nr̄a miracula edidit nobis ꝓficiūt. Qui dū humanā conditionē sideribꝰ īportauit: credētibꝰ celū patere posse mōstrauit. Et dū victorem mortis ī celestia eleuauit: victorē eiusdē mortis quō seq̄mur ostēdit. Ascēsio ergo dn̄i catholice fidei ꝯfirmatio fuit vt securi in posterū crederemꝰ miraculis ipsiꝰ donū: cuiꝰ in p̄senti ꝑcepissemꝰ effectū: ⁊ fidelis q̄sqꝫ cū iā tāta ꝑceperit ꝑ ea q̄ agnoscit p̄stita discat sperare ꝓmissa ac dei sui p̄terita p̄sentisqꝫ bonitate quasi futurorū teneat cautionē. hec Aug̃. ¶ Tertio ascēsio xp̄i fuit congrue celebrata respectu termini qꝛ ascēdit sup̄ oēm creaturā tā sp̄ūalē q̄ etiaꝫ corp̄alē. Ex q̄ apl̄s ad Eph̄. iiij. ait: Qui descēdit ip̄e est ⁊ q̄ ascēdit sup̄ oēs celos vt adīpleret oīa. ꝟm Nico. de lyra super hoc passu nō est intelligenduꝫ ꝙ ascēderit totaliter supra celū empyreū. vbi nullus est locus nec creatura aliq̄: sed ꝙ ascēderit ad partē digniorē celi empyrei: qđ est locus beatoꝝ ⁊ celū supremū. Locus aūt ille debet etiā substātijs sp̄ūalibus ꝟm quādā ꝯgruētiā: qꝛ ille substātie sunt supreme in ordine substātiarū. Et tn̄ xp̄s ascendit sup̄ oēs substantias sp̄ūales ⁊ supra oēs ordines angeloꝝ. Nec est incōueniens corpus xp̄i p̄poni substātijs sp̄ūalibꝰ: cuꝫ sp̄ūs simpliciter nobilior sit oī corpore. Quia vt inquit sctūs Tho. vbi. s. ar. v. licꝫ corpus istud ꝯsiderādo ꝯditionem nature corporee sit infra substātias spirituales: cōsiderādo tn̄ dignitatē vnionis qua est personal̄r deo coniunctum excellit nobilitatem et preeminentiam omnium substantiarum spiritualium: et omnium angelorum.

¶ Qualiter christus ascēdit cum potestate ⁊ magnificentia vidētibꝰ patēter discipulis. Capl̄m. iij.

Tertiū mysteriū cōtēplanduꝫ de ascensione xp̄i d̄r qualitatis. In quo ꝑscrutari debemus qualiter xp̄s ascendit. Ad qđ dicimus: ꝙ ascēdit tripliciter.

Primo potenter.
Scđo magnifice.
Tertio patenter.

¶ Primo ascēdit potēter vbi tres difficultates oriunt̄. ¶ Prima vtrū ascēdere ꝯueniat xp̄o ꝟm diuinā naturā. Ad hoc ita rn̄det sctūs Tho. vbi. s. ar. ij. ꝙ ly ꝟm: duo pōt notare. s. ꝯditionē ascēdētis: ⁊ cām ascēsionis. Primo mō nō pōt ꝯuenire xp̄o ꝟm cōditionē diuine nature. Tū qꝛ nihil est diuinitate altiꝰ quo possit ascēdere: tn̄ qꝛ ascēsio est motus localis q̄ diuine nature nō cōpetit q̄ est īmobilis ⁊ inlocalis. Sꝫ per hūc modū cōpetit xp̄o ꝟm hūanā naturā q̄ continet̄ loco: ⁊ motui subiacet. Itaqꝫ christus ascendit in celum ꝟm ꝙ homo: nō ꝟm ꝙ deus. Si v̄o ly ꝟm: dicat cām ascēsionis cū xp̄s ex v̄tute diuina

in celū ascēderit: dicimus ꝙ ascēdit ꝑm ꝙ deus. ¶ Scđa difficultas vtrū ascēdit ꝓpria virtute. Ad istud Tho. vbi. s. ar. iij. dicit: ꝙ cū ī xp̄o sit duplex natura diuina. s. ⁊ humana ꝑm vtrāq; accipi pōt ꝓpria virtus. Xp̄s ergo ascēdit ꝓpria virtute diuina: de v̄tute v̄o humana distinguit Tho. ꝙ hoc pōt dupliciter accipi. Una quidē est virt⁹ naturalis q̄ ꝓcedit ex principijs nature: ⁊ hac xp̄s nō ascēdit. Alia aūt virt⁹ est gl̄ie ꝑm quā xp̄s in celū ascēdit. Cuius q̄dē virtutis rōnē quidā accipiūt ex natura q̄nte essentie q̄ est lux vt dicūt quā ponūt esse de cōpositiōe corꝑis humani ⁊ ꝑ eā elemēta ꝯria ꝯciliari in vnuꝫ. Ita ꝙ in statu hui⁹ mortalitatis natura elemētaris in corporib⁹ humanis dominat. Et ideo ꝑm naturā elemēti predominātis corpus hūanū naturali virtute deorsum fert. In statu aūt gl̄ie p̄dominabit natura celest; ꝑm cui⁹ inclinationē ⁊ virtutē corpus xp̄i et alia sanctoꝝ corꝑa ferunt in celū. Alij v̄o assignāt rōnē p̄dicte v̄tut; ex parte anime glorificate ex cui⁹ redūdātia glorificabit corp⁹ vt dicit Aug. ad Dioscorū. et xxij. li. de ciui. dei. Erit em̄ tāta obediētia corporis gl̄iosi ad aīaꝫ beatā. vt vbi volet spūs ibi erit ꝓtinus corp⁹. Licꝫ ergo ascēdere sursum sit ꝯ naturam humani corꝑis ꝑm statū presentis vite: tn̄ nō erit ꝯ naturā corꝑis gl̄iosi cui⁹ tota natura erit oīno sb̄iecta spūi. ¶ Tertia difficultas est an corpus xp̄i et qđcūq; gl̄iosuꝫ possit localiter moueri in instāti: cum tali motu operet v̄tus diuina. Ad hoc rn̄det Alexā. iij. ꝑte. q. xxiij. mē. iij. ⁊ Tho. vbi. s. ad. iij. ꝙ lꝫ v̄tus diuina sit infinita quātū est ex ꝑte opant; tn̄ effectus illi⁹ virtutis recipit in reb⁹ ꝑm capacitatē earū ⁊ dispositionē. Corpus aūt nō est capax vt in īstāti local'r moueat: qꝛ opꝫ ꝙ cōmisceat se spacio ꝑꝫ cui⁹ diuisionē diuidit tp̄s. vt dr. vj. ꝓbicoꝝ. Uerūtn̄ lꝫ corp⁹ xp̄i non fuerit motū in instāti de terra ad celū. nihilominus motus ille fuit satis velox atq; festinus: dū eadē die de terra euolauit ad celū empyreum: qđ est supra omnes celos. Refert em̄ Rabbi moyses maximus pb̄s: ꝙ q̄libet circulus cuiuslibet planete hꝫ tātū spaciū quātum posset aliq̄s ire de via plana in quingētis annis. Et distātia inter celū ⁊ celū. i. inter circulū ⁊ circulū est sil'r vt dicit via q̄ngentoꝝ annoꝝ. Et ideo cū sint septē celi erit ꝑm ip̄m a cētro terre vsq; ad cōcauū celi saturni qđ est septimū celum via multoꝝ miliū annoꝝ. i. tātū spaciū quātū de via plana aliq̄s ire in multis milib⁹ annis si tātum viueret: ita tn̄ ꝙ iter vniuscuiuslibet diei sint q̄dragīta miliaria. Qđ si verū est nouit de⁹. Clarū tn̄ esse pōt ꝙ satis lōga distantia est a terra vsq; ad celū empyreū: qꝛ corꝑa celestia sol ⁊ luna cū excedāt in quātitate oīa elemēta: tn̄ ita parua vidētur. Scđo ascēdit xp̄s magnifice cū tripudio ⁊ leticia angeloꝝ. Si em̄ beatissimi spūs illi alios sanctos ad celū euntes cū exultatiōe recipiūt quāto magis regi regū sese oēs obsequiosos reuerendissimos ac iocūdissimos exhibuerūt. Ex illis vtiq; fuerūt duo illi de q̄b⁹ diximus in p̄mo mysterio: ꝙ astiterūt iuxta discipulos in vestibus albis. Sed hoc loco interponēdā duco Greg. sentētiā q̄ in homelia inq̄t: Querēdum est quidnā sit ꝙ nato dn̄o angeli apparuerūt ⁊ tn̄ nō legunt in vestib⁹ albis apparuisse: ascēdēte aūt missi angeli ī albis vestib⁹ legunt apparuisse. In albis vestib⁹ gaudiū ⁊ solēnitas mentis attēdit: qꝛ magna tūc solēnitas angelis facta est cū celū de⁹ hō penetrauit. Qꝛ nascēte dn̄o videbat diuinitas hūiliata: ascendēte v̄o est humanitas exaltata. Albe etem̄ vestes exaltationi magis cōgruūt q̄ hūiliationi. In ascēsiōe ḡ ei⁹ angeli ī albis vestib⁹ videri debuerūt: qꝛ q̄ in humanitate sua apparuit deus hūilis: ī ascēsiōe sua oñsus est de⁹ sublimis. hec ille. Ad triūphū iam xp̄i redeamus ⁊ cogitemus q̄stupēdū q̄q; mirabile fuit spectaculū illđ qn̄ cū glorifi

eata carne sua regna celestia penetrauit Superauerat hostes: terruerat demões: ⁊ predã innumerabiliũ sanctoꝝ edurerat de inferno. Prostrauerat morte quã sua morte destruxit ⁊ ad patris dexterã sessurus ꝓficiscebat. Nõ talis nec tãtus fuit illoꝝ triũphus quorum hystoria romana meminit: qꝝ iam perijt memoria eoꝝ cũ sonitu: sed iesus xps in eternum ꝑmanet. Rem grandẽ plericꝫ putãt dũ legũt vel audiũt ꝙ Cesar post tot victorias ⁊ finẽ belloꝝ ciuiliũ mortẽcꝫ Põpei: dum redijt ad vrbẽ �means Suetonium vno mẽse: sed interiectis diebꝰ q̃nquies triũphauit. Primo de gallia ⁊ britãnia. Scõo de egypto. Tertio de farnate et põto. Quarto de iuba ⁊ africa. Quinto ⁊ vltimo de hispania. Alij nõ sine maxima voluptate cõmemorãt q̃ de q̃pluribus ad eoꝝ laudẽ cõscripta sunt: qui ob reipublice libertatem hostes rebellesqꝫ romanoꝝ domuerũt. Scribit nãqꝫ Plinius in libro de viris illustribꝰ. ⁊ Eutropius liõ. iiij. ꝙ Arilius metellus dictus macedonicꝰ a deuicta macedonia: Philippũ macedonie regẽ circa tpa quibus Carthago euersa est duxit ad vrbem: et triũphans ante currũ vinctũ trahi fecit Metellus filiꝰ eiꝰ dictus Creticus �means Orosiũ ⁊ Eutropium: qꝝ Cretã romano populo subiugauit: reuersus romã triũphauit. Papirus q̃ lucius papirus cursor �means Titũ liuiũ: qꝝ samnitũ duriciam prelijs fregit: ⁊ adeo clare cuncta gessit ꝙ Eutropius ⁊ Orosiꝰ dicãt ꝙ romani hũc Alexãdro magno ducẽ parẽ esse putabãt si asia domita in Europã arma tẽtasset: romã rediẽs post debellatos hostes triũphauit. Papirus filius eius cõsul adhuc cõtra samnites q̃ Aquiloniã ciuitatẽ eoꝝ cepit: expugnauitqꝫ aliam ciuitatẽ illoꝝ fortissimã �means Titũ liuiũ: post romã rediẽs triũphauit Octauianus vt refert Orosius ⁊ Eutropius: victor rediẽs ab oriẽte cũ triplici triũpho vrbẽ ingressus: tũc primũ qꝝ rẽpublicã auxerat: Augustus salutatus est. Probus imperator ꝑm Rufinuꝫ in annalibus romanoꝝ qui vicit alemãnos germanos gothos ⁊ sarmatas: ob qõ electꝰ fuit imperator: postꝙ superauit bello Proculũ ⁊ bonosum: quos ipse duces miserat ad presidiũ galliarũ. Et illi imperatores se dixerãt pacata ꝙincia et occisis illis in prelio: romã rediẽs q̃nqꝫ diebꝰ gloriose triũphauit. Nã inter alia spectacula qõ nũqꝫ prius factũ fuerat: totũ circũ in speciẽ silue fecit conseri arboribus: ac per diuersos aditus struthones mille: ceruos mille: apros mille: leones centũ: centũqꝫ libicos immisit leopardos et quotquot alias viuas feras habere potuit et oĩa cõcessit diripienda populo. Scipio africanꝰ vt ponit Titus liuius post victum Hãnibalẽ domitãqꝫ carthaginẽ: vbi romã attigit triumphoĩm clarissimo capitolium honestauit: quẽ sequebanꝫ captiui oẽs romani qui ad quattuor milia erãt de manibus hostiũ liberati. Scipio frater eiꝰ post multa ꝑ eũ feliciter gesta domita Asia: quare vt scribit Plinꝰ liõ. de viris illustribꝰ asiaticus dictus est: triũphauit. Luius triumphus oculoꝝ spectaculo maior ꝙ africani fuit. Nã portauit cõsul triumphãs ducẽta vigintiquattuor signa militaria hostiũ: simulacra captoꝝ hostiũ oppidoꝝ ⁊ vrbiũ cẽtũ triginta quattuor Aureas coronas ducẽtas triginta quattuor. Vasa aurea ⁊ argẽtea numero infinita. Principes vrbiũ ⁊ duces trecentos vigintiser: cũ q̃bꝰ ⁊ adolescẽtẽ filius Antiochi pretulit ante se. Fuerũt ⁊ alij q̃bꝰ triũphi gl̃ia cõcessa fuit: qs omittimus ne tedio auditores afficiamus. Illud tñ sciẽdum ꝙ triũphus erat honor maximus q̃ dari poterat a romanis. Nã erat triplex notabilis letitia triũphãtis Erat prima ꝙ cũ ad vrbẽ triũphalis ciuis rediret: ei cum effusa letitia occurrebat populus vniuersus. Erat scõa letitia ꝙ triũphãtis currũ ꝓcedebãt manibus post terga ligatis captiui oẽs. Tertia letitia erat maria: qñ triũphans lauro coronatꝰ indutus aurea veste ascẽdebat currum aureũ triumphalẽ tractũ a

quattuor albis eq̃s. Sicq̃ dux pōpati-
cus preeunte senatu in capitolio albos
tauros sacrificabat Joui: multaq̃ alia
fiebāt ad gloriā ducis triūphātis. Attñ
oīa illa vana fuerūt friuola et trāsitoria
ludisq̃ pueroꝝ cōparāda. ¶ Erigamus
ergo mētis nostre oculos ad regē reguꝫ
beatoꝝ ducē inuictissimū iesum christū
ascēdentē ad celos: ⁊ cōsideremus cum
quali militia celū ingreditur: ⁊ quot in-
numeri angeli precedunt ei obuiā: quā-
taq̃ sit in celis cōmotio. O festū trāscē-
dens oēm exaltationē sublimē et gloriā
quorūcūq̃ imperatoꝝ ⁊ regū q̄ fuerunt
ab initio mūdi: ⁊ q̄ erit vsq̃ in finē. Du-
cebat xp̄s secū oēs aīas sctās quas edu
xerat de inferno: q̄r nulla ante ipsuꝫ ad
celū empyreum peruenerat. Ducebat ⁊
sanctos resuscitatos q̄ in corpore et aīa
ipsum feliciter sequebant. Ducebat in-
super ⁊ aīas eoꝝ iustoꝝ ⁊ paruulorū fi-
deliū: que in his quadraginta diebus a
ꝓprijs corporib⁹ per mortē discesserāt.
De quib⁹ oībus aliq̄ tenēt ꝙ a resurre-
ctione xp̄i vsq̃ ad ascēsionem ei⁹ fuerūt
in paradiso terrestri. Aliq̄ v̄o aliter opi
nātur. s. ꝙ xp̄m associabant inuisibiliter
in hoc mūdo cū hymnis ⁊ laudibus. Et
vtrūq̃ est possibile: lꝫ nō sit autoritate
firmatuꝫ. Ibi nō erat opus curru quem
equi traherent: vbi corpus quadruplici
dote claritatis: agilitatis: impassibilita
tis: ⁊ subtilitatis per semetipsum mira-
biliter ferebatur in celū. Et qñ d̄r ꝙ nu-
bes suscepit eū ab oculis eoꝝ: intelligē-
dū est ꝑm doctores ꝙ nubes illa nō pre
buit adminiculū xp̄o ascēdenti per mo-
dū vehiculi: sed apparuit in signū diui-
nitatis ꝑm ꝙ gloria dñi apparebat sup
tabernaculū in nube. Puto aūt nubem
illā fuisse lucidā: aspectu decorā: angeli-
co ministerio formatā: ⁊ ad xp̄m reuerē
dissime ꝑductā. Nā ⁊ nubes illa de qua
d̄r Numeri. ix. ꝙ operuit tabernaculū ⁊
ꝑm ꝙ mouebat vel stabat ita faciebant
filij israel: mouebant angelico presidio:
vt inq̄t Nico. de lyra. Nubes insuper in
qua spūsctūs apparuit in transfigura-
tione xp̄i lucida fuit: vt scribit Matth.
xvij. ¶ Tertio xp̄s ascēdit patēter: q̄r vo
luit a discipulis videri ī manifesto. Vbi
aduertēdum ꝙ ipsa die ascensionis bis
apparuit discipulis. Prīo apparuit vn-
decim apl̄is recūbentibus in cenaculo.
Oēs em̄ tā apl̄i q̄ alij discipuli necnon
mulieres habitabāt in illa parte hierl̄m
que dicebat mello. s. in monte syon: vbi
Dauid cōstruxerat sibi palatium: ⁊ erat
ibi cenaculū grāde stratū: in q̄ dñs pre-
cepit parari sibi pascha. Et in illo cena-
culo tūc xp̄iani apl̄i habitabant. Ceteri
aūt discipuli ⁊ mulieres habitabant cir
cūquaq̃ ꝑ diuersa hospitia. Cū ergo in
isto cenaculo comederēt: dñs eis appa-
ruit ⁊ exprobrauit incredulitatē illoꝝ ⁊
duriciā cordis: ⁊ officiū predicādi cōmi-
sit ⁊ formā baptismi instituit atq̃ gra-
tiam miraculoꝝ cōtulit: vt pꝫ Marci ⁊
Matth. vlti. c. Deinde fuit cū eis fami-
liarissime prāsus: vt d̄r Act. j. vt per effe
ctū comestionis ꝑm Greg. veritas pate-
sceret carnis. Et in his oībus credēdum
est matrē suā sanctissimā affuisse. Nā vt
habet Act. j. postq̄ xp̄s ascendit reuersi
sunt discipuli in domū vbi manebāt cū
mulierib⁹ ⁊ matre iesu et fratrib⁹ eius.
Ista aūt regressio denotat ꝙ inde exie-
rant. Refectione autē cōpleta precepit
eis vt in montē oliueti versus bethaniā
irēt. Aliqui dicūt ꝙ xp̄s iuit cum eis: ex
eo ꝙ Lucas ait vlti. c. Eduxit illos fo-
ras in bethaniam. Aliqui v̄o tenent ꝙ
postq̄ dixit vt irent ad montē oliueti:
disparuit ab eis: ⁊ iterū in monte appa
ruit. Erat aūt mons ille ꝑm Nicolaū de
lyra extra hierusalē in via eundi versus
bethaniā. Ibi aliquādiu stetit xp̄s cum
benedicta matre et discipulis suis: sicut
amici valde faciētes solēt figere gradū.
Ibi discipulos docuit ꝙ nō erat eorum
nosse tēpora vel momēta que pater po-
suit in sua ptāte cum peterēt. Si in illo
tēpore restituēdū esset regnū israel. Ibi
precepit eis ne discederent a hierusalez
quousq̃ reciperēt spiritūsanctū. Ibi tā-
dem post multa blāda ⁊ ꝯsolatoria v̄ba

bñdixit eis. Pie quidē cōtēplari possumus ꝙ dū dixisset: O mater mea benedicta. O genitrix suauissima. O dilecti mei discipuli. Ecce cōpleta sunt oīa. Tēpus est vt reuertar ad eū qui me misit. Igitur suscipite benedictionē meam: ꝙ oēs cadētes in terrā adorauerūt eum: et benedictione accepta genua tenebāt in terra defixa: aspiciebāt faciē in quā angeli desiderāt ꝓspicere. At iesus ad oriētem respiciēs forte in gemēdo benedicta sis mater mea: benedicti vos discipuli mei: eleuatis manib⁹ paulatim ferebat̄ in celū. O noua ꝓdigia. O miracula inaudita. Ille qui de virgine natus mortē tulit abiectissime crucis nō solū surrexit a mortuis ⁊ suā resurrectionem signis euidētissimis cōprobauit: sed post hec oīa palā ⁊ hora nona vt credit̄ visibiliter a mōte oliueti ad celos progreditur. Currite gētes vndiq; ⁊ adorate illū qui est rex regum ⁊ dñs dominantium. Postq̄ ꝟo videri amplius non potuit: regressi sunt apostoli et ceteri in hierusalē ⁊ laudātes et benedicētes deum in gaudio ⁊ leticia. Amen.

¶ De spiritusancto q̄ missus est apostolis in signo visibili ignearū linguaruz.

Sermo. lxxv.

Spiritussanct⁹ quē mittet pater in nomine meo: ille vos docebit oīa. Verba sunt redēptoris nostri originaliter Joh. xiiij. ⁊ in euāgelio p̄sentis solēnitatis. Amplissimū donuz hodierna die collatū fuit humano generi: cū spiritussanctus visibiliter missus est in apostolos fundatores militātis eccl̄ie. Per illos em̄ in xp̄m credidit mundus. Per ipsos deleta fuit penit⁹ et extincta pernicies idolatrie: que oēs quasi populos inuoluebat. Per ipsos deniq; via regni celoꝝ mortalibus facta fuit nota. Tanta quippe virtute ex alto prediti spiritu sancto cooperante fuere: vt sicut Psalmista refert ps̄. xviij. In omnē terrā exiuit sonus eoꝝ (cū fructu ⁊ vtilitate omnium gentiū: atq;) in fines orbis terre verba eorum. Preterea vt tāti miraculi memores esse possimus: in presenti sermone de spiritusctō in ap̄los misso erimus verba facturi: de quo tria proponimus mysteria cōtemplanda.

Primū d̄r cognitionis.
Secundū missionis,
Tertiū operationis.

¶ Qꝛ vi nature spūssanctus non est cognoscibilis sed tm̄ ꝑ reuelationē: et qualiter spūssctūs est de⁹ ꝓcedēs a patre et filio ipsis coequalis. Capm. j.

Primū mysteriū cōtēplandū de spiritu sancto d̄r cognitionis. In quo notande sunt tres theologoruz veritates.

¶ Prima ꝙ null⁹ viator pōt cognoscere ꝓpria vi nature tertiā personaz in diuinis quā dicimus spiritum sanctū. Vñ Hilarius in lib. de trinitate ait: Nō putet homo sua intelligētia sacramentū generationis ⁊ ꝓcessionis se posse consequi. Et Diony. in lib. de diuinis noibus. Nō est audendū dicere aliquid nec cogitare de supersubstantiali occulta a diuinitate: preterea que diuinitus nobis ex sacris eloquijs sunt expressa. Et de hoc Paulus. j. ad Coꝝ. ij. dixit: Loquimur dei sapiētiā quā nemo principū hui⁹ seculi nouit: scz pb̄oꝝ sm̄ glo. ¶ Sed̄a veritas ꝙ nobis reuelatuz est in diuinis esse tertiā personā ꝓcedētem per modum amoris que d̄r spūssanctus. Nā in veteri ac in nouo testamēto fit mētio de spū dei. Vñ Gen̄. j. d̄r: Spiritus dñi ferebatur super aquas. Et. vj. Nō permanebit spūs meus in hoīe. Et xlj. Num inuenire poterimus talē virū qui spū dei plenus sit. Et Judicum. iij. Fuit in eo spūs dñi et iudicauit israel. Et. xj. c. Factus est super Jepthe spūs dñi. Et. j. Regū. x. Insiluit super saulē spūs dñi: ⁊ ꝓphetauit. Et ps̄. xxxij. Verbo dñi celi firmati sunt: et spū oris eius oīs virtus eoꝝ. Et ps̄. l. Spiritū sanctū tuū ne auferas a me. Et ps̄. ciij. Emitte

quēter a metu reuocat orator: ⁊ tot pugnandi pericula ineuntibus laudē vitā potiorē esse persuadet? Nec ño me Lacedemonij aut Athenienses magis mouerint q̄ populus romanus: apud quem summa semp oratoribus dignitas fuit? Equidē nec Urbiū cōditores reor aliter effecturos fuisse vt vaga illa multitudo coiret in populos: nisi docta voce cōmota. Nec legū repertores sine summa vi orandi cōsecuros: vt seipsi hoīes ad seruitutē iuris astringerēt quin ipsa vite precepta: etiam si vera sint et honesta: plus tñ ad formādas mētes valēt: quotiens pulchritudinē rerum claritas orationis illuminat. Quare etsi in vtrāq; partē valēt arma facūdie: nō tamen est equū illud haberi malū: quo bene vti licet. hec Quintilianus. ¶ Ex q̄bus oībus cōcludimus laudabilissimā eloquētiaz esse. Sed illā diuinus sermo nō sequit: q: vt Lact. li. vj. diui. insti. ait: Summa prouidētia carere fuco voluit ea que diuina sunt: vt oēs intelligerent: que ipse oībus loquebatur. ¶ Scño cōprehendimus excellentiā scripture sancte ex eius veritate: q: in ipsa sola nihil cōtinetur falsum. Jn alijs ño tā pbōrum q̄ poetarum: alioqñ litteris quāta inueniātur mēdacia: dicāt hi qui studiosissime legere illas. ¶ Sed ob cām istā dubitari solet vtruz liceat legere libros gentilium: illoruq; dicta assumere in rebus nostris. ¶ Ad qđ respondemus q̄ si id fiat scriptura sacra contēpta: ⁊ vt erroribus gentiliū essentiatur iniquū est ⁊ illicitū: sicut pt3 dist. xxxvij. decretoz. c. sacerdotes vbi sic habet: Sacerdotes dei omissis euāgelijs ⁊ pphetis: videmus comedias legere: amatoria bucolicorum versuū verba cātare: tenere Vergiliū: et id qđ in pueris est cā necessitatis: in senē crimē facere voluptatis. Ad idem est in eadē dist. c. nonne. ⁊. c. ideo. ⁊. c. eps. ⁊. c. vnio. Jlli igitur qui plus debito delectabiliter insudāt ad legendas litteras seculares reprehensibiles sunt: quoniā vt inquit Viero. ad Damasum papam de filio prodigo: demonū cibus est carmina poetarū: secularis sapiētia: rhetoricoz pōpa verboz. Nec sua oēs suauitate delectāt: ⁊ dū aures dulci versibus modulatione currētibus capiūt: animā quoq; penetrant ⁊ pectoris interna deuinciūt. Ubi cum summo studio fuerint ac labore perlecta: nil aliud nisi inanem sonū ⁊ sermonū strepitū suis lectoribus tribuunt. Nulla ibi saturitas veritatis: nulla iusticie refectio reperit. Studiosi earum in fame veri: et virtutū penuria perseuerāt. hec ille. ¶ Sed si q̄s gētiliū scripturas perscrutet: vel vt eoz cognoscat ⁊ confutet ineptias: vel vt per illas in quibusdā sentētijs moralib⁹ arguat criminosos: vel vt ex illis capiat si quid veri reperit: vtiq; bene facit. Confirmat hoc dist. xxxvij. decretoz. c. qui de mēta. c. turbat. c. si quis artem. Vnc Augl. ij. de doctrina xp̄iana ait: Si qua verba nostre fidei pbi accōmoda direrūt: non solū formidāda nō sunt: sed etiā ab eis tanq̄ ab iniustis possessoribus in nostrum vsum vendicāda. Q̄ pbi q̄q; gētiles vera direrūt testatur Viero. qui sup primū. c. Daniel dicit: Simulq; animaduertendū est ꝑm Anagogen. q̄ rex Babylonis non potuerit vniuersa dei vasa transferre: sed partē vasoz templi dei que intelligēda sunt dogmata veritatis. Si em̄ cūctos pbōrum reuolueris libros: necesse est vt in his reperias aliquā partez vasoz dei. Ut apud Platonē fabricatorē mūdi deū: apud Zenonē stoicoz principē inferos et immortales aias ⁊ vnū bonuz honestatē. Sed quia iungūt mēdacium veritati ⁊ nature bonum multis perdunt malis: ideo partē vasoz dei: ⁊ non oia vasa integra atq; perfecta accepisse memorantur. hec ibi. Jpse adhuc Viero. in plogo. in exposītione Danielis de lris secularib⁹ ita fatur. Ad intelligendas extremas partes Danielis multipler grecoz historia necessaria est. Suetonij videlz Latinia: Diodori: Dieronymi: Polibij: Possidonij: Claudij: Theonis: ⁊ Andronici: Jo

sephi quoq; ⁊ eorum quos ponit Jose-
phus precipueq; nostri Liuij ac Põpei
Trogi atq; iustini: qui oẽs extreme vi-
sionis narrãt historiã: ⁊ post Alexandrũ
vsq; ad Cesarẽ Augustũ syrie et egypti
i. seleuci et antiochi ⁊ ptolomeorũ bella
describũt. Et si qñ cogimur secularium
litterarũ recordari ⁊ aliqua ex his dice-
re que olim omisimus: nõ nostre est vo-
lũtatis: sed vt ita dicã grauissime neces-
sitatis: vt probem⁹ ea que a sanctis ꝓ-
phetis ante secula multa predicta sunt:
tam grecoꝝ q̃ latinorũ: ⁊ aliarũ gentiũ
litteris cõtineri. Et ipse idem Hiero. in
epl'a ad magnũ oratorem vrbis dicit: ꝙ
apl's Paulus in epl'a ad Titũ Eximinã-
dris poete vsus est versiculo dicẽs: Cre
tẽses male bestie mẽdaces ventres pi-
gri. Et ne multa dicamus: tã Hierony-
mus q̃ Augustinus: reliquiq; greci et
latini doctores in suis dictis persepe ad
suũ propositũ gẽtiliũ sentẽtias trahũt.
Tamẽ vt prediximus: sola scriptura dei
est que ab omni falso ⁊ mẽdacio immu-
nis existit: et quicquid loquitur verissi-
mum est eo ꝙ verax est deus qui nobis
illam dignatus est reuelare. Ob qđ La
ctãtius li. j. de diui. institu. ait: Omissis
terrenis huiusce ꝑhie autoribus nihil
certi asserẽtibus aggrediamus viam re
ctam. Quos equidẽ si putarẽ satis ido-
neos ad bene viuendũ duces esse: ⁊ ipse
sequerer: ⁊ alios vt sequerentur horta-
rer. Sed cũ magna inter se concertatio-
ne dissideant secũq; ipsi plerũq; discor-
dẽt: apparet eoꝝ iter nequaq̃ esse dire-
ctũ. Siquidẽ sibi quiq; vt est libitũ ꝓ-
prias vias impresserũt cõfusionẽq; ma-
ximã inq̃rentibus veritatẽ reliquerũt.
Nobis aũt qui sacr̃m religionis accepi
mus: cuꝫ sit veritas reuelata diuinitus:
cũ doctorẽ sapiẽtie: ducẽq; ꝟitatis deũ
sequamur: vniuersos sine vllo discrimi-
ne vel sexus vel etatis ad celeste pabu-
lũ cõuocamus. Nullus eniꝫ suauior aĩo
cibus est q̃ cognitio veritatis. hec ille.
Sed statim increduli nos aggrediũtur
obijciẽtes ꝙ sancti qui scripserũt cõfin-
xere mendaciter a deo accepisse que tra-
dũt. O perniciosa ⁊ detestãda opinio q̃
refelli facile põt: si consideremus quãto
amore ꝓphete ⁊ amici dei veritatẽ com
plexi sunt. Inq̃t Lactã. lib. j. de diui. in-
sti. Uolũtas fingẽdi ac mẽtiẽdi eorũ est
qui opes appetũt qui lucra desiderant.
Que res ꝓcul a sanctis viris fuit. Ipsi
ꝟo seuissima passi sunt tormẽta: dirosq;
cruciatus pro defensione veritatis quã
docebant. Uñ Hieronymus in epl'a ad
Palmachiuꝫ ⁊ Oceanũ ait: An putam⁹
fratres: qꝛ iocãdo prophete predicent: ri
dendo loquãtur apl'i: christus iudicium
infantiliter comminetur? Sed ioci non
sunt vbi supplicia intercedũt. Si iocã-
do passi sunt credantur iocando locuti.
Esaias serra secatur: Daniel leonib⁹ de-
putatur: Paulus truncatur gladio: et
Petrus dñi exẽplo in cruce suspẽditur.
Et hoc totum vt nos a peccatis sua do
ctrina reuocarent. Non est igitur fictio
aut mendacium: qđ de vita futura pro-
clamatur: qđ de inferni penis preconi-
zatur: ⁊ qđ predicatur de ipsius dei per-
fectionibus admirandis.

¶ De profundo sensu scripture sancte q̃
omne humanũ ingeniũ superatur.

Tertio apparet excellentia et
sublimitas scripture sancte
ex eius profunditate. In ipsa
quidẽ non solũ voces signifi-
cant: verũetiam res per voces significa-
te. Ratio ꝟm Tho. j. parte. q. j. arti. x. qꝛ
autor scripture est deus: in cuius pote-
state est ꝙ non solũ voces ad significã-
dum accõmodet: sed etiã res ipsas. Illa
ergo prima significatio qua voces signi
ficant res: pertinet ad primum sensum:
qui scꝫ est historicus vel litteralis. Illa
autẽ significatio qua res significate per
voces iterum res alias significant dici-
tur sensus spiritualis. Hic aũt trifariã
diuiditur. Sicut enim dicit apl's: lex ve
tus figurata est noue legis ⁊ ipsa noua
lex vt ait Dionysius libro de celesti hie-
rarchia: est figura future glorie. In no-
ua etiã lege ea que in capite gesta sunt:

sunt signa eorum que nos agere debemus. Scdm ergo ꝙ ea que sunt veteris testamenti significāt ea que sunt noue legis: est sensus allegoricus. Allegoria em̄ idez est qd̄ aliena ductio: ab alle qd̄ est alienū: ⁊ goges ductio. Scdm ṽo ꝙ ea que in christo facto: vel in his que christū significāt sunt signa eorum que nos agere debemus: est sermo tropologicus. i. conuersus ad mores. Prout ṽo ea que sunt in noua lege significant ea que sunt in eterna gl'ia: est sensus anagogicus. Anagogia: idest sursum ductio: ab ana qd̄ est sursum: et goges ductio. Est itaq; scriptura sacra in sensu litterali plana ⁊ facilis. In sensu ṽo spirituali omne deuincit ⁊ superat humanum ingeniū. Hinc Aug. lib. ij. sup Gene. ait: Maior est huius scripture autoritas: q̄ oīs humani ingenij perspicacitas. Et idē in epl'a ad Uolusianū dicit: Tanta est em̄ christianorū profunditas litterarū: ꝙ in eis quotidie proficerē: si eas solas ab ineūte puericia vsq; ad decrepitam senectutem maximo ocio: summo studio: meliore ingenio conarer addiscere. Nō ꝙ in eis que ad salutē sunt necessaria tanta perueniatur difficultate: sed cū fidem ibi quisq; tenuerit sine qua pie recteq; nō viuit: tā multa tāq; multipliciū mysteriorū vmbraculis opaca intelligenda ꝓficientibus restant: vt annosissimis acutissimis flagrātissimisq; suauitate discēdi cōtingat. Qd̄ eadē scriptura in quodā loco cōmemorat: scz Ecc̄i. xviij. Cum consummauerit homo tūc incipiet. hec ille. Et Hierony. sup illo verbo ps̄. cxlvij. Adipe frumenti satiatte. Pinguissimus est sermo diuinus. Quicq̄d vis ex sermone diuino nascit. Et Greg. xx. Moral'. c. j. Omnē sapiētiā atq; doctrinā sacra scriptura transcendit. Que vera predicat: ad celestem vitā inuitata terrenis desideriis cor legētis reuocat: dictis obscurioribꝰ fortes exercet: paruulis humili sermone blāditur. Nec sic clausa est vt pauesci debeat: nec sic patet vt vilescat: sed vsu fastidiū tollit: et tanto plus diligitur quanto amplius meditatur. Quāte autē sit profunditatis scriptura sacra apparet ex tot libris: sermonibus: homelijs: expositionibusq; pene innumeris. In quibus doctores tam greci q̄ latini totis viribus desudarūt. Et omissis alijs inspiciamꝰ quot quātave volumina edidit Origenes. ⁊ post illuz Aug. de quibus ita inquit Isidorus lib. vj. etymol'. Origenes oēs tam grecos q̄ latinos operū suorū magnitudine superauit. Deniq; Hiero. sex milia librorū eius se legisse fatet. Verum tñ omniū studia vicit Aug. qui tanta scripsit vt diebꝰ ac noctibus nec legere quisq̄ sufficiat libros illius. Ulterius scripture altitudinē cōprehendere valemus si reuocemus ad mentez miracula que veraciter proclamātur de interpretatione facta tēpore Ptolomei. Hic vt dicit Rabanus. xiiij. li. de origine rerum fuit peritissimus oīm litterarū: discipulusq; strabonis phi: q̄ bibliothecā fecit: in qua habere voluit libros legis iudeorum: qui ad sacrā scripturam pertinēt. Ut em̄ tradit Isid. lib. vj. etymol'. tēporibus eiꝰ alexādrie. lxx. milia librorū inuēta sunt. Asserit autē Eusebiꝰ in historia eccl'iastica. ꝙ Theopōpus historicus tētauit scripturā sacrā de hebreo in grecū transferre: ⁊ dei iudicio per. xxx. dies in amētiam est versus. Theodocus etiam ob eādem causam cecatus est. Verū penitētes sanati sunt. Ob qd̄ misit Ptolomeus ꝓ interpretibꝰ ad Eleazarū pontificem iudeorū. Et de hoc si loquit Augu. li. xviij. de ciui. dei. c. xlij. Post alexādri macedonis qui etiā magnus cognominatus est: mirificētissimā minimeq; diuturnam potentiam qua asiā vniuersam: immo pene totū orbem partim vi et armis partim terrore subegerat: qñ inter cetera orientis regna etiam iudeā ingressus obtinuit: eo mortuo comites eius cum regnū illud amplissimum nō pacifice inter se possessuri diuisissent: sed potiꝰ dissipassent bellis oīa vastaturi, Ptolomeos reges habere cepit egy-

ptus. Dorā primus Lagi filius multos er iudea captiuos in egyptū transtulit. Huic autē succedēs alius Ptolomeus qui est appellatus Philadelphus: oēs quos ille captiuos adduxerat liberos redire permisit. Insuper et dona regia in tēplū dñi misit: petiuitq; ab Eleazaro tūc pōtifice dari sibi scripturas quas pfecto audierat fama pdicāte diuinas. Et ideo illas habere cupiebat in bibliotheca quā nobilissima fecerat. Vas cum idē pōtifex eidem misisset hebreas: post et ille interpres postulauit: et dati sunt ei. lxx. de singulis duodecim tribubus seni homīes vtriusq; lingue doctissimi grece salz et hebree: quoz interpretatio vt septuaginta vocet iā obtinuit cōsuetudo. Tradit sane tam mirabilē ac stupendū planeq; diuinū in eorum verbis fuisse cōsensum: vt cū ad hoc opus separatim singuli sederint: ita enim placuit ptolomeo regi eoz fidem explorare: in nullo vbo qō idē significaret: t tātūdez valeret: t in verborū ordine alter ab altero discreparet. Sed tanq; vnus esset interpres ita qō oēs interpretati sunt vnū erat: qm reuera spūs vnus erat in oibus. hec Aug. ¶ Ad plenius tñ intelligenda illius verba sciendum q; vt Justinus refert post mortem Alexandri factus est primus rex egypti: Ptolomeus qui regnauit annis. xl. tam clare vt oēs regnantes ab eo postea dicerent ptolomei. Dic 5m Siccardū suo lō. de tēporibus in die sabbati ascēdit hierusalem simulans velle sacrificare deo: sciens iudeos tali die abstinere ab armis. Itaq; cepit Hierusalē. Successor vō eius fuit Philadelphꝰ q; regnauit annis. xxxvij. t fuit studiosissimus. Et hic vt dicit Augu. cōstituit fecit copiosissimā bibliothecam. ¶ Notandū insup 5m Jsido. li. vj. etymol. q; bibliotheca ō: a biblio grece: qō est librorū et theca repositio. Bibliotheca aūt veteris testamenti Esdra scriba post incēsam legē a chaldeis dum in dei regressi fuissent in hierusalē: diuino affatus: als afflatus spiritu reparauit: cūctaq; legis ac prophetarū volumina que fuerūt a gētibus corrupta correxit ¶ Apud grecos bibliothecā primus instruxit Pisistratus tyrānus athenīēsiū: quā deinceps ab athenīēsibus auctam Xerses incēsis athenis euexit in persas: lōgoq; post tēpore Seleucus Nicanor rursus in grecia retulit. Dehinc magnꝰ Alexander et successores eoz instruendis omniū librorū copijs animū intēdere maxime Ptolomeus Philadelphus Rome prius librorū copiā aduexit. Emilius paulus persa rege macedonū deuicto: deinde Lucullus e pontica preda. Post hec Cesar dedit Marco Varroni negocium maxime bibliothece construende. De his satis. Ad scripturam sanctam iam sermo vertēdus est: que prosunditate sua tot peritissimoz virorum vt dictū est excitauit ingenia.

¶ De vtilitate legendi aut audiēdi scripturam sacram.

QUarto cognoscere poterimꝰ excellentiā t sublimitatē scripture sancte ex eius vtilitate. Prodest quidem t nō parum illā deuote legētibus ac audiētibus. Vñ et Paulus. ij. Timoth. iij. c. dicit: Oīs scriptura diuinitꝰ inspirata vtilis est ad docendū et arguēdus: ad corripiēdū: ad erudiendū in iusticia: vt perfectus sit homo dei ad oīne opus bonū instructus. Hec peccatoribus perpniam salutis fiduciam prestat: hec iustos perseuerare suadet in via dñi: hec vitia detestatur: virtutesq; extollit: hec summū bonū desiderādū pdicat: hec infernū fugiendū hortat: hec dei mādata seruāda monet: hec blāditur humilibꝰ: cōminatur impenitētibus: t recte viuētibus aut post peccata ad deū redeuntibus vitam pollicetur eternam. Hāc qui valent legant delectabiliter: qui vō legere non possunt negocijs familiaribꝰ impediti audiant illā benedicētes precipue predicatores: quibus cura pernigil esse dz scripturas ipas pncipaliter predicare. Venite ergo o populi et audite

disciplinā sacrarū litterarū: qꝛ vt dicit̄ xxxviij. di. decretoꝝ. c. sicut. Sicut stellas celi nō extinguit nox: ita mentes fideliū inherētes firmamēto sctē scriptu re nō obscurat mūdana iniq̄tas. Dictū sit de sublimitate sacre scp̄ture q̄ fons est irriguus refocillās ⁊ satiās oēm animam iusticiā ⁊ veritatem sitientem.

¶ De multiplici euangelio: et qualiter scriptura tota nos excitat vt timeam⁹ deum. Capl'm. ij.

Existimo rem gratā facere: si in hoc scd̄o mysterio aperuero euangelij varietatē ex eo ꝙ quasi ꝑplexus est multoꝝ anim⁹: q̄ ītelligere ambiunt quid in verbis Jobis nomīe euāgelij eterni importetur. Sunt ⁊ adhuc plerique predicatorib⁹ insultātes: dū euāgelicū textū p̄dicare omittunt: quasi trāsgressores existant precepti dn̄ici Marci vl. c. vbi d̄r: Eūtes in mundū vniuersuz p̄dicate euāgeliū oī creature. Quare ad hmōi ꝑplexitate amouēdā in hac parte de multiplicitate euāgelij erit disceptandū: vt sic vniuscuiusq̄ animus quiescat in cognitione euangelice veritatis: neq̄ decetero p̄dicatoribus detrahatur: qui vt dictū est: euangelicam litteram non semꝑ sequunt̄. Quadruplex ergo euangelium distinguemus.

Primū est euāgeliū approbatū.
Secundū euāgelium dubitatū.
Tertium euangelium reuelatū.
Quartū euangeliū interpretatū.

¶ De euangelio quod scripserūt quattuor euangeliste.

Primū est euangeliū approbatū. illud scz qd̄ scripserūt quattuor euāgeliste. Ut em̄ hr̄ ex dictis Hiero. in ꝓlogo in Mattheū. et Jsidori. vj. lib. etymolo. prim⁹ qui scripsit euāgeliū fuit Matthe⁹. anno. s. xp̄i. xlij. Naz volens ex iudea recedere: q̄ sic dicta est ex tribu iuda: postq̄ intrauerūt terram ꝓmissionis. Nam antea dicebat̄ terra chanaā: eo ꝙ post diluuium habitauerūt ibi filij cham. scripsit euāgeliū litteris hebraicis: vt sic remaneret apud iudeos credentes memoria eoꝝ q̄ docuerat. Ubi apparet quāta sit vis litteraꝝ. Jō dicit Jsid̄. lib. j. etymol̄. Usus litterarū repert⁹ est ꝓpter memoriā reruz. Nā ne obliuione fugiāt: litteris alligātur. Jn tanta em̄ rerū varietate nec disci audiēdo poterant oīa: nec memorit̄ retineri. Et addit ipse Jsid̄. ꝙ lr̄e sunt iudices reꝝ: signa verboꝝ: q̄b⁹ tāta vis est vt dicta nobis absentiū sine voce loquant̄. Hebreoꝝ lr̄as moyses: syrorū ⁊ chaldeoꝝ abraā reperto. Jdeo cuz lr̄is nūero ⁊ sono ꝯcordāt: solis characteribus discrepāt. Egyptioꝝ lr̄as Jsis regina Jnachi filia a grecia veniēs in egyptū repperit ⁊ egyptijs tradidit. Grecarū litterarū vsum primi fenices inuenerunt: de quibus ait Lucanus. Fenices primi fame si creditur ausi: Māsuram rudibus vocē signare figuris. Cadmus Agenoris filius grecas litteras ex fenice. xvij. attulit in greciam. Jsponiades troiano bello tres adiecit: post quē simonides miles tres alias addidit. Latinas lr̄as Carmētis nimpha prima italis tradidit. Carmētis aūt dicta qꝛ carminibus futura canebat. Hec ꝓprie vocata est Nicostrata. Chartaruz v̄o vsus vt Jsidorus dicit. vj. lib. etymol̄. in mēphi egypti ciuitate inuentus est. Ante em̄ scribebāt vel in tabulis marmoreis vel latericijs. Apud gētiles v̄o Frigius Dares: de grecis ⁊ troianis historiā edidit: quā in folijs palmarū ab eo conscriptam esse ferūt. Redeūdum iam est ad efficaciā litterarū siue quibus multa et quidem necessaria oblitterata essent. Quapropter Johannes solobriensis in ꝓlogo Policratonis ait: Exēpla maiorum que sunt incitamēta ⁊ fomēta virtutis nullū oīno erigerēt aut seruarēt: nisi pia sollicitudo scriptoꝝ et triūphatrix inertie diligētia eadem aliquid ad posteros transmisisset. Et iterum idem. Quis alexādros sciret: aut cesares: quis stoicos aut peripatheticos miraret: ni-

si eos insignirēt monimēta scriptorum? Quis apl'orum aut prophetarū ampletāda imitaretur vestigia: nisi eos posteritati diuine littere cōsecrasset. hec ibi. Mattheus ergo vt dicit Nico. de lyra. interpretatur dat⁹: qr inter euāgelistas primo datus est a deo ad scribēdū euangeliū. Secūdus scripsit euāgeliū Marcus anno sequēti eloquio greco ꝑm Isidorū in italia secutus Petrū vt discipulus. Tertius Lucas greci sermonis eruditissimus ꝑm Isidorum et Hierony. in grecia in Achaye partib⁹ scripsit euāgeliū sub Theophilo epo. Quartus ⁊ vltimus Johānes scripsit euāgeliū in asia: qui fuit in scribēdo vltimus: vt inquit Hiero. in prologo in Johānem ex eo ꝙ erat virgo et iuuenis. Quare vt verecūdus se ingerere noluit quousq; ab epis asie rogaret ⁊ ab hereticis excitaretur. Sed hic tria dubia sunt aperiēda.

Primum quare nō vnus scripsit euāgelium.

Scdm quare xp̄s benedictus nō scripsit quicq̄ posteris relegendū?

Tertiū vtrū predicatio veteris testamēti repugnet predicationi euāgelij?

¶ Ad primū rn̄det quedā glo. ꝙ euāgeliste sunt testes dn̄i: ⁊ hoc nō ꝓpter indigentiā claritatis diuine: sed infirmitatis humane: que firmius et certi⁹ credit pluribus q̄ vni. In ore em̄ duorum vel triū testiū stat oē verbū: vt dr̄ Mat. xviij. ⁊. ij. q. iiij. c. j. Et. ij. ad Cor. xiij. ⁊ Deut. xix. ⁊. xlviij. di. c. qm̄. ⁊. xj. q. iij. c. p̄cipue. ⁊ ex̄ de testi. ⁊ attesta. c. licet. j. et ex̄ de testa. c. relatū. j. Et iō disposuit diuina sapiētia vt plures essent euangeliste: q̄ si oīno diuersa dicerēt: fidē nō firmarēt. Ad hoc em̄ vt testimoniū sit solidum: necesse est testes cōcordare. Si v̄o oīno idē dicerēt: iā totū vnū esset ⁊ superfluū. Vt ergo certū esset testimoniū ⁊ nihil ꝯtineret supfluū: disposuit spūs sanctus vt aliqua singulariter narrarēt aliqua cōiter: nulla v̄o discorditer. Jō dicit Aug. de ꝯsensu euangelistarū: ꝙ non oēs euangeliste idē dixerunt: Sed vbi cōcurrerūt in idē narrādū nō discordāt. ¶ Ad scdm dubiū respōdere possumus ex dictis scti Tho. iij. parte. q. xlij. ar. iiij. ꝙ xp̄s bn̄dictus nō scripsit: qr nō fuisset cōueniēs dignitati sue ita scribere: sicut expediebat cōi vtilitati eorū q̄bus doctrina sua erat tradenda. Si v̄o scripsisset ꝑm altitudinē dignitatis sue nullus fuisset capax mysteriorū: ⁊ sic scriptura illa fuisset frustra. ¶ Ad tertium dubiū iam īmorandū est ꝓpter nōnullos q̄ palatū infectum habētes me mordent: qr in hoc ope historias veteris testamēti p̄dicandas conscripsi. Videtur forte ipsis vetus testamentū abijciēdū. Sed caueāt ne seueriani sint. De q̄bus dicit Isid. viij. li. etym̄. ꝙ fuerūt q̄dā heretici sic noīati a Seuero heresiarcha: nō recipiētes vetus testamentū ⁊ resurrectionē. Dicim⁹ ergo ꝙ q̄cūq; p̄dicat ea q̄ continent in euangelio p̄dicat euāgeliū. sed q̄ p̄dicat vetus testamētū p̄dicat ea q̄ cōtinent in euāgelio: ergo p̄dicat euangeliū. Mattheus nāq;. j. c. genealogiā xp̄i explicat noīans patres et reges veteris testamēti. Et in eo īducit autoritatē Esa. vij. Ecce virgo cōcipiet. ⁊ in. ij. c. allegat dictum Michee. v. Et tu bethleē ⁊c. ⁊ eodē. c. dictum Osee. xj. Ex egypto vocaui filium meum. ⁊. iij. c. dictum Esa. xl. c. Vox clamantis in deserto parate viam dn̄i. Et. iiij. c. dictum Deut. vj. Non tentabis dominum deū tuum. ⁊. xij. c. exemplum Jone: q̄ fuit in ventre ceti. ⁊. xv. c. textum Esaie. Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum lōge est a me. ⁊. xvij. c. apparitionē exprimit moysi ⁊ helie. ⁊. xix. c. christus docet precepta decalogi que ponuntur Exo. xx. ⁊. xxij. c. allegatur autoritas dauid. Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. ps̄. cix. Et. xxvj. c. autoritas Zacharie prophete. xiij. c. Scriptus est: percutiam pastorem ⁊ dispergentur oues gregis. ⁊ Lu. ij. c. dicitur: Impleti sunt dies purgationis marie ꝑm legem moysi Leuit. xij. c. Eodem. c. circuncisus est puer. ⁊. xvj. c. dixit xp̄s verba abraā.

Habent moysen ⁊ prophetas: audiant illos. Et vltimo.c. Necesse est ĩpleri omnia que scripta sunt in lege moysi ⁊ ꝓphetis ⁊ psalmis de me. Utiq; hec ⁊ similia ex veteri testamento sumpta in euangelijs continentur. Quare qui ea que sunt veteris legis ad christum ordinata predicat: euangelium vtiq; non omittit.

¶ De euangelijs apocriphis: quib⁹ nõ adhibetur plena fides.

Secũdũ est euãgeliũ dubitatum: vt Nicodemi Jacobi ⁊ aliorũ que inter apocripha computãtur. xv. dis. c. Sancta romana ecclesia. Scd̃m autẽ Jsidoꝝ lib. vj. etymol. apocripha dicta. i. secreta: quia ĩ dubium veniũt. In his apocriphis etsi inueniatur aliqua veritas: tamen propter multa falsa nulla est eis canonica autoritas: q̃ recte a prudentibus iudicantur nõ esse credenda quibus ascribuntur. Nã multa ⁊ sub nominibus prophetarum ⁊ recentiora sub nominibus apostolorũ ab hereticis proferuntur: que omnia sub nomine apocriphorum autoritate canonica diligẽti examinatione remota sunt. hec Jsido.

¶ De euangelio beati pauli apl'i.

Tertiũ est euãgeliũ reuelatũ: de q̃ apl's ad Gal. j. Notũ vobis facio euãgeliũ qd̃ euãgelizatũ est a me: q̃ nõ est ꝑm hominez. Neq; em̃ ego ab hoĩe accepi illud: neq; didici: sed per reuelationem iesu christi.

¶ De euangelio large sumpto quod est tota scriptura sancta.

Quartum est euangeliũ interpretatũ. Tota siquidem scriptura sacra large euãgeliuz dici põt. Scd̃m em̃ Jsidoꝝ: euangeliũ interpretatur bona annũciatio. Grece eu: bonum: angeliuz: annunciatio dicitur: Hoc est illud euangelium eternuz scriptura. s. sacra: bene annuncians nobis eternã veritatem dei nobis tpal'r reuelatã. Jõ dicit Hiero. j. q. j. c. marchiõ. Marchiõ ⁊ basilides ⁊ cetere hereticoꝝ secte non hñt dei euangelium: quia non habent spiritũ sanctũ sine quo humanũ euangeliuz nõ docetur. Nec putemus in v̄bis scripturarũ esse euangeliũ sed in sensu: nõ in superficie: sed in medulla: nõ in sermonũ folijs: sed in radice rationis. hec ille. Que verba contra illos dicta sunt qui litteram tm̃ quattuor euãgeliorũ nomine euãgelij volunt intelligi. Nos v̄o oẽm scripturam dei vltra quattuor euangelia: vt prediximus: euangelium appellamus. Hec ergo est que bene oĩbus annũciat vt deũ timeãt. Excitent iam oẽs populi: oẽs gẽtes: oẽs vtriusq; sexus: et audiant quid vndiq; scriptura canit. Certe a principio vsq; ad finẽ. Timete deũ: timete deũ: timete deuz. Hoc d̃r Leuit. xxv. c. Timeat vnusquisq; deũ suũ. Et de hoc scribitur Deut. iiij. Dixit deus ad moysen. Cõgrega ad me populum vt audiãt sermones meos et discãt timere me om̃i tẽpore. Et Deut. vj. Dominũ deũ tuũ timebis ⁊ illi soli seruies. Et Josue. xxiiij. Timete deum: et seruite ei corde perfecto. Et. j. Reg. xij. Timete dñm: et seruite ei in veritate. Et pš. ij. Seruite dño in timore. Et pš. xxxiij. Timete dñm oẽs sancti ei⁹. Et pš. cxj. Beatus vir qui timet dñm. Et Tobie. iiij. Multa bona habebimus si timuerim⁹ deũ. Et Judith. xvj. Qui timent te magni erunt apud te per omnia. Et Ecc̃i. j. Timẽti dñm bene erit in extremis: et in die defunctionis sue benedicet. Et. ij. c. Fili accedẽs ad seruitutẽ dei: sta in iusticia ⁊ in timore. Et. x. c. Gloria diuitũ honoratorũ ⁊ pauperũ timor dei est. ⁊. xix. c. Da locũ timori altissimi: quia oĩs sapientia timor dei. Et. xxiij. Nihil melius q̃z timor dei. Et. xxv. Beatus vir cui donatum est habere timorez dei. Et Prouerb. iij. Time deum ⁊ recede a malo. Et xiiij. c. Timor dñi fons vite: et declinet a ruina mortis. Et. xxiij. c. In timore dñi esto tota die: q̃ habebis spẽ in nouissi-

mo. Et Eccs. viij. Ego cognoui q̄ erit bonū timētibus deū. Et Malach. j. Si ego dñs sum: vbi est timor meus? Et Neemie. v. Quare non in timore dei nostri ambulatis? Et Michee. vj. Salus erit timētibus nomen eius. Et. ij. Lox. v. Scientes timorem dñi hoibus suademus. Et Luce. ij. Et misericordia eius a progenie in progenies timētibus eum. Hec est tonās illa vox oīs diuine scripture: de qua Johannes dicit q̄ omnibus populis alte sonanda est. Timete deum. Qui quare timēdus sit: in sequētibus ostēdemus.

¶ Qr rationabile est timere deum.

Capitulum. ij.

SUnt plurimi qui de timore dei audiētes loqui non solū non formidāt ⁊ pauēt: quinimmo in derisum habēt que dicuntur. Aiunt em̄ clementem esse deū ⁊ natura misericordē a quo nullū ma'ū prouenire potest. Et vt docet Aristo. ij. rhetorice: illa timemus er quibus nobis mala ꝓueniunt. Sed nō aduertūt theologoꝝ sniam: et precipue sancti Tho. ij. ij. q. xix. ar. j. q̄ malum pene etsi sit malū ꝑm quid: inquātum scilz ledit eos quibus infertur: verū tamē est bonū simpliciter inquātum prouenit ex ordine diuine iustitie. Eapropter vt intelligant omnes quare timendus deus est a quo prouenīunt mala pene in hoc c. de ratione diuini timoris erimus tractaturi: qr Johannes subdit: qm̄ venit hora iudicij eius. Sunt em̄ quattuor in deo iudice ⁊ pcōꝝ vltore: ꝓpter q̄ merito timeri debet.

Primū est noticia.
Scōm displicētia.
Tertiū potētia.
Quartū iusticia.

¶ Qr deus bñdictus cognoscit oīa pcta tā secreta q̄ publica.

PRimuꝫ qđ est in deo quare timeri dz est noticia. Ipse vticz oīa nra mala: nō solū publicas ⁊ manifesta: sed etiā occulta ⁊ in corde latētia nosci: scrutaturqz intima oīa: ⁊ penetralia cordiuꝫ. Probaf hec vitas autoritatib⁹ oīs scripture diuine ⁊ humane. Ait ꝙ Job. xlij. c. Scio dñe qr oīa potes: ⁊ nulla te latet cogitatio. Et sapiens Prouer. v. Respicit dñs vīa hoīs: ⁊ oēs gressus ei⁹ cōsiderat. ⁊ Eccli. vij. Non te iustifices añ deū: qm̄ agnitor cordis ipse est. ⁊. xvj. c. Nō dicas a deo abscōdaꝫ: ⁊ qs mei memorabit? Oē cor intelligit a deo. ⁊. xxxix. Nō est q̄cq̄ abscōditū ab oculis eius. ⁊ ps. xciij. Dñs scit cogitationes hoīm. ⁊ j. Reg. xvj. Dō videt ea q̄ parēt: de⁹ añt intuet cor. ⁊. j. Paral. c. penul. Oīa corda scrutat dñs: ⁊ vniuersas mētiū cogitationes intelligit. ⁊ Dañ. xiij. c. Deus eterne q̄ abscōditoꝝ oīm es cognitor: et q̄ nosti oīa añq̄ fiāt. ⁊ Paulus ad Heb. iij. c. Oīa nuda ⁊ apta sunt oculis eius. ⁊ Job. j. canoñ. iij. c. Maior est de⁹ corde nrō: ⁊ nouit oīa. ⁊ in decretis. distin. xxxij. c. erubescāt. Secretoꝝ ⁊ cognitor deus ⁊ iudex est. ⁊. ij. q. j. c. deus oīpotens. ⁊. ij. q. v. c consuluisti. Deus solus nouit corda filioꝝ hoīm. ⁊ ad idē facit qđ scribit. xj. q. j. c. sacerdotibus. ⁊. xvij. q. ij. c. pnciosam. ⁊. xxij. q. v. c. ꝑdest. et xxiij. q. j. c. odi. ⁊. xxvj. q. v. c. nec miruꝫ. ⁊. xxvj. q. vj. c. agnouimus. ⁊. xxxj. q. j. c. apud. ⁊ de peni. di. j. c. queꝫ penitet. ⁊ ex de offi. lega. c. nouit. ⁊ de simonia. c. tua nos. ⁊ Hiero. ad Demetriadē virgineꝫ. Omnium operum ⁊ cogitationuꝫ tuaꝝ rum speculatorem tuum crede deum. ⁊ Virtus pythagoricus in sentētijs suis. Cogitatio hoīs deum non latet: ⁊ ideo cogitatio tua pura sit ab omni malo. et Sene. ad Lucil. Quid prodest aliquid ab homine esse secretuꝫ? Nihil deo clausum est. Ipe cogitationibus nostris interuenit: sic interuenit dicovt nunq̄ aliquādo inde discedat. ⁊ Ouiđ. in. iij. metamor. Aspicit oculis superi mortalia iustis. ¶ Sed contra ista obijcitur multipliciter. Primo qr deus nō cognoscit: aut intelligit aliud a se: ergo nō cognoscit nostra pcta. Ut enim dicit Arist. xj.

Meta. Intelligibile est pfectio intellectus. Si igit deus intelligeret aliud a se: intellectus eius pficeret ab alio: et sic aliqd esset nobilius ipso: qđ est falsum. ¶ Scđo arguit ꝑm Anſel. Oīe qđ est melius circa deū est ponēdū: sed q̄dam meli⁹ est nescire q̄ scire: sicut dicit Augu. in enchiridiō: ergo necesse est ponere ꝙ deus illa nō sciat. Sed illa sunt pcta ergo deus nescit nra pcta. ¶ Tertio sicut deus est oīm sciēs: ita deus est opūs: sed deus nō pōt mala: ergo neq̄ scit mala. ¶ Quarto arguit Abachuc. ſ. ō:: Mundi sunt oculi tui dñe: ne videas malum. ¶ Ad primū respōdet Boñ. in. ſ. di. xxix. ar. ſ. q. ſ. ꝙ cognoscere aliud a se est dupliciter. Aut per aliud a se cognoscēre: aut per se. Qñ cognoscēs cognoscit aliud et per aliud: tūc verū est ꝙ perfectionem habet aliunde: et tūc eius intellect⁹ est in potētia: et recipit aliunde pfectionem: et iō additionē et transmutationē: et hoc oīno est impossibile circa deum: qz vt inqt cōmentator sup. xij. Meta. Intelligere dei est sua substātia. Patet qz sua substātia est sua actio. Patet etiam qz est actus purus et simplex. Et ibidez cōmētator dicit ꝙ intellectus in deo. i. intellectio et intellectus idē sunt. Deus ergo illa q̄ sunt extra se: nō per illa: sed p suā essentiā intelligit: qz illa suū intellectū non possunt pficere mouere ac in seipſis terminare: et iō intellectus diuinus cognoscēdo vilia non vilescit. Propterea dicit Diony. li. de diui. no. materialia deus cognoscit immaterialiter: diuisibilia indiuisibiliter: et multa vnitiue. Nō qz deus immaterialis est et simplex et vnus. Qñ qualis est ipse: talis est eius cognitio. Ex q̄bus oībus sequitur ꝑm Tho. ſ. parte. q. xiiij. ar. v. in responsione ad scđm argumētū: ꝙ nihil aliud est pfectio diuini intellectus: niſi ipsa essentia dei. ¶ Ad scđm obiectū respondet Boñ. vbi. s. q. ij. ad. ſ. ꝙ aliqđ dicit melius duplr. ſ. simplr et ꝑm statuz. Dico ergo ꝙ scire oīa simpliciter meli⁹ est et nobilius. Sed hoī corrupto q̄ accipit occasionē peccādi ex cognitione melius est q̄dā nescire. Iō non sequit ꝙ sit deo attribuēdū. ¶ Ad tertiū dicit Boñ. vbi s. ad. iij. ꝙ non est simile de potentia et scia: qz rectitudo manens rectitudo: est nō cognoscēdi malū. Sed rectitudo nō est causa mali niſi declinādo a rectitudine in deficiēdo. Iō scire mala est de pfectione scie: sed posse mala nō est de pfectione potētie. ¶ Ad quartū dicit Boñ. ꝙ in deo est duplex cognitio. Una approbationis: alia simplicis noticie. Cognitio approbationis notat cōplacentiā voluntatis. Et hac nō cognoscit deus oīa et sic nec mala nec malos: sed tm̄ bona et bonos: et sic dicunt autoutates. Est alia cognitio simplicis noticie. Et hec qz habet rōnem cognoscēdi a veritate: q̄ est lux summa cui nihil pōt occultari: nec etiā tenebre obscurant ab ipso ideo cognoscit omnia magna et parua: bona et mala.

¶ Qz peccata displicent deo cōtra illos qui dicunt ꝙ deus de peccatis nostris non curat.

Secundū qđ est in deo quare timere debet est displicētia. Displicēt em̄ sibi pcta ꝓpter q̄ pctōres abominat et odit. Vñ Dauid in pō. xxx. Odisti oēs obseruātes vanitates. Et Eccli. xij. Altissimus odio habet pctōres et Sap. xiiij. Similiter sunt odio deo impius et impietas eius. et Augu. li. de peni. et de peni. di. iij. c. sunt plures. Scio dñm inimicum oi criminoso. et idē li. xij. de ciui. dei. c. iij. Dicit i scripturis inimici dei oēs q̄ non natura sed vitys eius aduersant imperio. Cur deus odit diabolum niſi ꝓpter pctm̄: vticz nec Petrū diligeret si criminosus esset. Intantum nāq̄ pctm̄ est ei exosum: ꝙ filiū suū crucifigi voluit: vt cum illo peccatum crucifigeret. inquit Aug. super epla ad Col. Innocēs occidit: pctm̄ crucifigit. Aduerte o peccatrix aīa: et considera dei filium in cruce pendentem: liuoribus et plagis plenum: et pie ipsum interroga. O deus

catissime iuuenis: o fili dei altissimi cur ista pateris? cur tāto dolore cōcuteris? Et respōdebit tibi ꝓtinus. Hec oīa patior vt patri meo ꝓ pctō humani generis satisfaciā. Hoc est qđ Esa. dixit. liij. Vulneratus est ꝓpter iniq̄tates nr̄as: ⁊ attritus est propter scelera nr̄a. Disciplina pacis nr̄e sup eū: cuius liuore sanati sumus. ⁊ Petrus. j. epl'a. c. ij. Pctā nostra ipse ꝑtulit in corpore suo sup lignū vt pctis mortui iusticie viuamus: cuius liuore sanati sumus. O quantuz timeret subditus regis cū certitudinaliter sciret se in eius fore odio ac displicentia. Semper pauidus esset ac nimio terrore correptus tacitus cogitaret. O q̄d cōtra me rex erit facturus. Heu me: displicui sibi: odiū in me iecit suū. Quāto magis tu īfelix anima timere debes dū mente recogitas: ꝙ regē regū offendisti. Expauesce ⁊ cōtremisce: q̄ iniq̄tates tuas si te nō correxeris puniet.

¶ Qr potētie dei nullus resistere pōt.

Tertiū qđ est in deo: quare timendus est potētia đr: Diximus in quadragesimali de pnīa: in sermone de omnipotentia dei: qualiter ipsi dn̄o celoꝝ nulla creatura angelica vel humana resistere pōt. Apparebit etiā hoc ī sequentibus cū in particulari de iudicijs eius verba faciemus.

¶ Qr iusticia est in deo: qua etiā in presenti sepenumero punit malos.

Quartuz qđ est in deo: quare timere oēs illū tenent est iusticia: de qua insuper est dictum diffuse in sermonibus de iusticia dei in quadragesimali de pnīa. Nūc vero id scire sufficiat: ꝙ lz in generali iudicio om̄ia sint mala puniēda: tn̄ frequētius multa in hoc seculo puniunt: vt ostendatur ꝙ deus iustus iudex cōcidit ceruices pctōꝝ. Necesse est ergo vt pctōrib⁹ duris dicamus id ps. vij. Nisi cōuersi fueritis: gladium suū vibrauit: arcū tetēdit ⁊ parauit illū q̄ venit hora iudicij ei⁹. A quo nos misericorditer liberet qui est bn̄dictus ī secula seculoꝝ. Amen.

¶ De diuinis iudicijs ⁊ flagellis: que a stultis pctōribus nō timent. Sermo. ij.

Curiora saxis humana corda ꝑsepe vident esse: q̄ nullo dei timore terrent: neq̄ pctā deponere studēt. Infixa manēt in fecibus suis ⁊ deū celi illis cōminantem cōtemnūt: iccirco ad excitandas aīas inertes: vt ausu temerario deposito timeāt deū: in pn̄ti ser. de timore dei in generali dicemus: Videbimusq̄ de illo tria mysteria principalia.

Primū đr vilipensionis.
Scđm cognitionis.
Tertiū euitationis.

¶ Quare hoīes nō timēt immo ꝯtēnūt iudicia dei. Cap. j.

Talis est multorum cōditio: vt dei iudicia spernāt atq̄ derideāt. Qđ quidē rōne quadruplici facere cognoscunt.

Prima đr incredulitatis.
Scđa lōganimitatis.
Tertia apparētis bonitatis.
Quarta mūdane ꝓsperitatis.

¶ Qr multi nō credunt q̄ dicunt de iudicijs dei.

Primo nō timent dei iudicia ꝓpter incredulitatē: q̄ cum narrant aut legunt: nolunt excecati pctōres fidez p̄stare dictis: q̄ male libēter quis acceptat qđ nolet: immo ꝯtrariū: ꝑm illud Sen̄. in. j. tragedia. Qđ nimis miseri volūt hoc facile credūt. Sic euenit tēpore diluuij: de quo paulo inferius tractabimus. Nunq̄ voluit gens illa peritura Noe arcā fabricāti dare fidē. Sic accidit Balthasar regi babylonis: de q̄ dicit Nico. de ly. sup. v. c. Daniel: ꝙ cum publice diceret regnuz eius debere ꝑsistere vsq̄ ad finē captiuitatis iudeoꝝ: de qua p̄dixerat Hieremias Hiere. xxix. c. scz ꝙ septuaginta annis erat duratu

ra: deridebat oēs. Et cuz sibi diceret ꝙ exercitus darij ⁊ Cyri validissimus veniebat contra eum: negligebat ꝓuisionem contra venientez. Dum ꝟo obsessa esset babylon fecit grande cōuiuiū ⁊ celeberrimū optimatibus suis: ⁊ in contēptum bibebat in vasis tēpli que asportauerat nabuchodonosor. Et sic vacans epulis vidit manū scribentē in pariete Mane: Tethel: Phares. Aduocato aūt Daniele interp̄tatus est visionē dicens Dañ. v. Mane: numerauit deus regnū tuū: ⁊ cōpleuit illud Tethel: appēsus es in statera: ⁊ inuētus es minus habens Phares: diuisum est regnum tuum: et datum est medis ⁊ persis. Cum aūt hoc audisset: lz honorasset Danielem: tñ stabat in pertinacia sensus sui. Quare eadem nocte babylō capta fuit: ⁊ Balthasar interfect⁹ ac iugulatus. De ista euersione babylonis dicit Orosius li. ij. Babylon eo tempore a Cyro rege subuersa quo primū roma tarquinorum dominatione liberata est. Siquidē sub vna eademqz conuenientia temporum illa cecidit: ista surrexit: ⁊ quañ moriens dimisit hereditatem.

¶ Qꝛ deus lōganimis est ⁊ patiens: tñ ad longū iudicat impenitentes.

Secundo nō timentur dei iudicia ꝓpter dei patientiaz ⁊ lōganimitatē. Aiūt nāqz pctōres ceci. Tandiu sustinuit nos deus: ⁊ nunc nec aliter faciet. De his Augu. li. iiij. de doctrina xp̄iana sic loq̄t: Plerosqz incredulos miserationis dei patiētia lōga peccare facit intrepidos: qꝛ deū nō arbitrātur suoꝝ pctōꝝ vltorez. Verūtñ librāda sunt illa verba Valerij li. j. de neglecta religione. Lēto etem̄ gradu ad sui vindictaz diuina ꝓcedit ira: tarditatemqz supplicij grauitate cōpēsat. Et Hiero. in comēto sup Hiere. inq̄t: Quanto maior est numerus tempoꝝ q̄bus obliuiscimur deum tanto maior est pena peccati quod nec longitudine seculorum potuerit edomari.

¶ Qꝛ multa bona opera fiunt ꝑm nō ꝓpter deum.

Tertio nō timent̄ iudicia dei ꝓpter apparentē bonitatē. Fiūt qñqz aliq̄ bona simulata: nō ꝓpter deū: sed ad cōplacētiam hoīm. Vadūt admissas vsurarij: libros in manib⁹ deferētes: sodomite: fornicatores: ⁊ alij fil̄es frequētāt diuina nō vt honorēt deū: lz vt boni viri esse videant̄. Qñqz aūt suasu p̄dicatoꝝ ⁊ inspirāte deo ꝑ donū gratie gratis date: ad talia ꝑagēda ducunt̄ tñ grādia pctā nō relinquūt: ⁊ ꝑsuadēt sibi ex quo operant̄ aliq̄d bonū: timēdū eis nō esse. Quibus ego dico: ꝙ si deus aliquādiu retardat suam ꝓpter hmōi bona: veruntñ nisi sequat̄ vera ⁊ realis emēdatio: tandē ad sua iudicia sepenumero manū extendet.

¶ Qꝛ multi cōfidūt in ꝓsperitate: ⁊ tñ ex insperato sepe flagellant̄ a deo.

Quarto nō timent̄ iudicia dei ꝓpter mūdanā ꝓsperitatez. In qua q̄dē velut ebrij iā facti putāt se esse deos in diuitijs: in robore corporis: i gloria scl̄i: licere ip̄is arbitrant̄ facere q̄cq̄d velint. In q̄bus vt dicit Sene. in tragedijs: ꝓsperū ac felix scelus virtus vocatur. Cōfidūt ī vanitate sua: ⁊ de sua virtute ac tꝑalib⁹ bonis p̄sumūt ⁊ gl̄iant̄. Contra quos dicit Sene. in tragedijs. Nemo cōfidat nimiū scd̄is. ⁊ idē ad Lucil. Noli huic tranq̄llitati ꝯfidere. Momēto mare euertit̄ ⁊ eodē die vbi luserunt nauigia sorbent̄. Vinc Esa. xlvij. c. ciuitati affluēti ꝓsperitate ⁊ nō timēti deū ait: Audi hec delicata: ⁊ habitās cōfidēter: q̄ dicis in corde tuo: ego sum et nō est p̄ter me amplius. Non sedebo vidua: ⁊ ignorabo sterilitatē. Veniēt tibi hec duo subito in die vna: sterilitas: et viduitas. O quot ciuitatibus ex improuiso supuenit ira dei? Et vt omittamus reliqua: inspiciam⁹ q̄d factū est ꝑ inopinatos terremotus. Accepi oīa q̄ sequuntur: ex q̄dā chronica ricobaldi ferrariē

sis. Regnāte Tigrane ī Syria terremotu facto periere hoīm septuagīta milia: vrbes alique subuerse. Anno. v. Tiberij tredecim vrbes in Asia cecidere terremotu cōcusse. Imperāte Nerone tres ī asia vrbes terremotu corruere. Anno. viij. Vespasiani tres vrbes terremotu cecidere. Anno. viij. Traiani Nicei ⁊ Nicodemia corruerūt. Anno eiusdē. xvj. Antiochia pene tota corruit terremotu. Imperante Diocletiano terremotu facto apud Tirū ⁊ Sydonē multa milia hoīm piere. Tpe Cōstātini. ij. terremot⁹ in oriente plurimas vrbes solo strauit. Nō oīa ⁊ singula explicari pñt: in q̄bus appet q̄ terribilis ⁊ formidāda est dextera dei oīpotētis: q̄ ī momēto ꝯfundit oēm supbiā hoīm: iō semp timēdus est.

¶ Quibus signis debemus verisimiliter estimare quando iudicia dei sunt ꝓpinqua. Cap. ij.

Dicz īscrutabilia sint iudicia dei: ⁊ nostrū nō sit cognoscere tpa ⁊ momēta: q̄ in sua posita sunt ptāte: nihilominus ꝑ signa q̄dā cognoscere possum⁹ qñ timēdū est ne in breui veniāt sup nos mala. Nec p̄sumptuosum est ita loq̄: aut tenere. qñquidez ipse dñs iesus bñdictus Matth. xxiiij. ⁊ Lu. xxj. dixit: Ab arbore aūt fici discite parabolā: cū videritis q̄ ramus eius tener fuerit: ⁊ folia nata scitis q̄ ꝓpe est estas. Quare ī hac pte notabimus quattuor signa: ꝑ q̄ scire debemus qñ timēdū sit: ne de ꝓximo nos pulsent iudicia ⁊ flagella dei.

Primū d̄r magnitudo.
Scd̄m multitudo.
Tertiū cōsuetudo.
Quartū prōptitudo.

¶ Q̄ cū cōmittunt̄ grauia pctā ꝓxima sunt iudicia dei.

Primū signū quo cognoscunt̄ in ꝓximo vētura iudicia dei d̄r magnitudo pctōꝝ. Qñ. s. fiunt pctā horrēda grauia siue nefanda. Nec tenēda est opinio stoicoꝝ: de q̄b⁹ dicit Tho. s. ij. q. lxxiij. ar. ij. q̄ volebāt oīa pctā esse paria. Quinimmo ꝑm diuersitatē ⁊ qualitatē circūstantiarū vnuz alio grauius iudicat̄. ff. de penis. l. aut facta. Sūt ergo oīa pctā mortalia grauia: quedā tñ ceteris grauiora: sicut sunt simonie: prophanationes sacrorum locorum: irreuerentia diuini cultus: filicidia: sacrilegia adulteria: incest⁹: sodomie: blasphemie periuria: crudelitates: violētie: rapine: vsure: odia: liuores: rācores: fraudes: deceptiones: ꝓditiones: ⁊ similia.

¶ Q̄ multitudine peccantium deus iudicat populos:

Secundū signū quo cognoscūtur in proximo dei iudicia vētura dicitur multitudo peccantium. Quando enim peccata grauia cōmittunt̄ a paucis: adhuc equanimiter suffert deus. Sed si a multis perpetrant̄ nō diu cōtinebit manuz suā. Vhe ⁊ iterum vhe nobis: q̄ nos sumus in quos fines seculoꝝ deuenerunt in quibus cōplet̄ dictū ps̄. xiij. Oēs declinauerūt sil' inutiles facti sunt: nō est q̄ faciat bonū: nō est vsq̄ ad vnū. Rara inq̄t Hiero. aduersus Vigilantiū virt⁹ est nec a plurib⁹ appetit̄. ⁊ Ouid. lib. ij. de pōto ait: Nec facile multis iuuenes milibus vnuz. Virtutē p̄cij q̄ putet esse sui. O q̄ exiguus est numer⁹ seruiētiuz deo in veritate. O quāta est seq̄la diaboli: O quot discipulos iā hz antixp̄s: Nō est v̄itas: nō est bonitas in filijs hoīm. Descēdētibus ab vniuersalibus ad particularia iubet Plato quiescere.

¶ Q̄ cōsuetudo ⁊ ꝑseuerātia in pctis ꝓuocat deum ad iram.

Tertiū signū quo timēda sūt in ꝓximo vētura iudicia dei dicitur ꝯsuetudo: qñ. s. pctā grauia a multis cōmissa: cōsuetudine: ⁊ longa perseuerantia in cordibus populoꝝ leuia facta sunt. Defendunt nāq̄ multi pctā sua: ⁊ excusant ꝯsuetudinē allegantes: nō aduertētes oīm doc. sniaz: q̄ firmiter asseuerāt q̄ ꝯsuetudo nec excusat: nec alleuiat pctā: immo aggrauat ⁊ adauget.

Quare dist. viij. c. mala. d̄r: Mala consuetudo non minus q̄ perniciosa corruptela vitāda est. Et ibi in. c. veritate. Ueritate manifesta cedat cōsuetudo veritati. Et infra. Nemo cōsuetudinē rationi ⁊ veritati p̄ponat: q̄ ꝯsuetudinē ratio ⁊ veritas semp excellit: al's excludit. Et eadem dis. c. cōsuetudinē. Usus qui veritati est ꝯtrarius abolēdus est. Et in. c. qui contēpta. Cū xp̄s v̄itas sit magis veritatē q̄ consuetudinē sequi debemus. Et in. c. cōsuetudo. Cōsuetudo sine v̄itate vetustas erroris est. Propter quod relicto errore sequamur veritatem. Et ex̄ de consue. c. ad nostrā. Cōsuetudo que canonicis obuiat institutis nullius debet esse momēti. Idē habetur eodē de cōsue. c. cū venerabilis. ex̄ de auto. ⁊ vsupallij. c. ex tuarum. ex̄ de offi. archidi. c. cum satis. ex̄ de iuramento calūnie. c. ceterū. ex̄ de vita ⁊ hone. cleri. c. cū decorē. ex̄ de statu mona. c. ea que. ex̄ de cōse. eccle. c. aqua. ex̄ de simo. c. tua nos. ⁊ intantū. ex̄ de cōsuetudine. c. consuetudinē. li. vj. ex̄ de censibus. c. q̄q̄. li. vj. Hec dixisse volui ad refellendam reprimendāq̄ temerariā excusationē transgressoꝝ diuine legis: qui semp ad consuetudinē querūt subterfugere. Sic faciunt vsurarij: sic mercatores fraudulenti: sic mulieres vane: sic ambitiosi clerici: sic per nomen dei in vanū crebro iurantes: sic blasphemātes deum ⁊ sanctos: sic deniq̄ oēs dissoluti corde. Qui tanto magis debent timere iudicia dei quāto vidēt se p̄ consuetudinem a peccatis detineri.

¶ Q̄ ira dei vicina est: quando peccatores nec timent deum: nec de hominib⁹ erubescunt.

Quartum signū ad cognoscēdum iram dei fore ꝓpinquā est promptitudo. Qn̄. s. tota animaduersione ⁊ promptitudine cōmittūtur peccata horrēda a multis in quolibet statu cōsuetudinarie ⁊ perseueranter sine timore dei ⁊ sine verecundia hominū. Quo me vertam? vnde incipiā? an tacere debeam. Uhe mūdo a scandalis. Nō erubescunt amplius hoīes pecuniam petere: pecuniam dare in quibus erubescendū esset: nō adulterari ⁊ alia nefanda cōmittere publice: non mutuare ad vsuram: non facere queq̄ turpia. Et tn̄ Licero gentilis o xp̄iane pessime lib. j. de officijs ait: Sine verecundia nihil rectum esse potest: nihil honestum. Et Ualerius lib. iiij. Uerecūdia est parēs omnis honesti consilij: tutela solēniū officioꝝ: magistra innocētie: chara ꝓximis: accepta alienis omni loco: oī tp̄e fauorabilē: pre se ferens vultū. Et Apuleius lib. de deo Socratis. Artes alie siue scientie possunt ignorari sine erubescentia sicut ratio pingendi: saltādi: siue cantandi: quas vir bonus pōt sine vituperatione contēnere. Sed nescire bene viuere nunq̄ audebis dicere sine pudore. Et Bern̄. sup cantica. Uerecūdia inquit spūalis gl'ia ꝯscientie est: fame custos vixe decus: sedes virtutū: primitie laus: nature insigne: ⁊ totius honesti. Prochdolor. Pudet dicere q̄ fiūt his tēporibus inuerecūde: impudēter: elata facie: ⁊ cum derisione ⁊ contēptu dei. O xp̄iana religio que omnis mundicie ⁊ sanctimonie speculum esse deberes: hodie quia verecundia est extincta facta es turpis ⁊ sordida: ⁊ tēplum oīs immundicie et dissolutionis.

¶ De remedijs quibus euitari possunt iudicia dei. Capl'm. iij.

Restat hoc loco tertio disserēdū qualiter dei iudicia possumus euitare. Inq̄t Hiero. sup Hieremiā. Admirabilis clemētia dei populos ad penitentiam inuitat: malens saluare conuersos q̄ perdere delinquentes. Iccirco si voluerimus nobis prouidere caueręq̄ a furore dn̄i: notabimus quattuor principalia precipuaq̄ remedia.

Primū d̄r pctōꝝ emēdatio.
Secundū corpoꝝ afflictio.
Tertiū orōnū frequētatio.

Quartū sanctoꝝ viroꝝ deuotio.

¶ Qꝛ cessandum est a peccatis vt fugiamus iudicia dei.

PRimū remediū est emendatio pctōꝝ: vt pctōres emendent ⁊ corrigant deponātq; veterē vitā. Nā si cessante cā cessat effectꝰ: vt dꝛ ex̄ de renun. c. post transgressionē. ⁊ ex̄ de appel. c. cū cessante. ex̄ de iureiurādo. c. et si tp̄s. ex̄ de peni. ⁊ re. c. cū infirmitas. ⁊. lxj. di. c. statuimus. §. his oībus. ⁊. c. neophitus. ⁊. j. q. j. c. qd̄ ꝓ necessitate. et. j. q. vij. c. qd̄ pro remedio. Si igitur deus flagellat populos ꝓpter pctā: deficiētibꝰ pctīs deficiet ⁊ plaga. Hoc est qd̄ Aug̃. dixit: Nouit deus mutare sentētiā: si tu noueris emēdare delictum. Que v̄ba notant̄. xxij. q. iiij. c. vnusq̄sq; c. incōmutabilis: ⁊ de peni. dist. j. c. nouit dn̄s. Et zach̄. j. dixit deꝰ. Cōuertimini ad me ⁊ ego conuertar ad vos: dicit dn̄s. An ad hoc ostenstēdū inualidū est exēplū ezechie: Absit. De illo vtiq; iiij. Reg̃. xx. narrat q̄ cū egrotasset ad mortē: vēit ad eū esaias ꝓpha. xxxviij. c. di. Dispone domui tue: qꝛ morieris ⁊ non viues. Qui ꝯuertit faciē suā ad parietē: fleuitq; fletu magno ⁊ orauit dn̄m: ⁊ añq̄ egrederet̄ Esaias mediā partez atrij: factꝰ est sermo dn̄i ad eā dicens: Reuertere: ⁊ dic ezechie. Audiui oronē tuam: ⁊ vidi lachrymas tuas. Ecce ego adijciā sup̄ dies tuos q̄ndecim annos. Exq̄ pz q̄ deꝰ reuocat: multotiēs sn̄iaz cōminatoriā cū peccatores ad illū humiliter conuertuntur.

¶ Qꝛ ieiunia ⁊ disciplīe mitigāt irā dei.

SEcūdū remediū quo euadere possumus dei iudicia est corporꝝ afflictio. Ut. s. corpa castigemus disciplinis atq; ieiunijs: sicut viri niniuite fecerūt. De q̄bꝰ Jone ꝑ totū clara narrat̄ historia. De his dicit Hiero. lib̄. ij. contra Jouinianū. Niniue ciuitas magna: irā dn̄i ieiunioꝝ miseratione retorsit. Quam vtiq; sodoma atq; gomorra placassent: si ieiunio patrocināte deuz conciliare voluissent. Cū em̄ audissent niniuite Jonā clamātē. adhuc. xl. dies ⁊ niniuite subuertet̄: nō deriserunt eū: nō spreuerūt vocē eius: sz credētes illi vestiti sunt saccis: ⁊ ieiunauerūt: ⁊ dominus misertus est illorum.

¶ Qꝛ oronibꝰ et elynis placat̄ ira dei.

TErtiū remediū ad irā dei declinādū dꝛ oronū frequētatio. Ut fiant elyne ⁊ orones assidue: dicatq; vnusquisq;. Ne reminiscaris dn̄e delicta nr̄a vel parentū nostroꝝ: neq; vindictā sumas de pctīs nr̄is. Bona inq̄t Tob̄. xij. est oro cū ieiunijs ⁊ elyna. Inducant̄ pueri et puelle: vt virginē gl̄iosam precent̄ salutentq; reuerenter cum Aue Maria.

¶ Qꝛ ītercessio bonoꝝ viroꝝ flectit deū

QUartū remediū est bonoꝝ viroꝝ ⁊ sctōꝝ deuotio. Dū em̄ se ppl̄i pctōres cognoscunt: inducāt bonos religiosos ⁊ spūales viros vt depcent̄ ꝓ illis deū. Qui crebro vota illoꝝ exaudiens: ppl̄os sustinet: ⁊ tādē largit̄ gr̄az: q̄ mediāte ꝑuēire pn̄t ad gl̄iam. Amē.

¶ De iudicio dei contra angelos sup̄bientes. Sermo. iij.

PRimo cōsiderāda est demonū potētia respectu miraculoꝝ. Ubi a doctoribꝰ disputat vtruꝫ demones possint miracula facere? Et respondet Alex. in. ij. volu. sum. q. xlij. ⁊ Tho. s. parte. q. cxiij. ar. iiij. ꝙ si miraculū ꝓprie accipitur: demones miracula facere nō possunt: nec aliqua creatura: sed solus deus: qr miraculū proprie dr qd fit p̄ter ordinē totius nature create: sub quo ordine oīs virtus creature cōtinet. Dicit tn̄ qn̄qꝫ miraculū large: qd excedit humanā facultatē ⁊ ꝯsiderationē. Et sic demones possunt facere miracula: que. s. hoīes mirant inquantū eoꝝ facultatez ⁊ cognitionē excedunt. Nā vnus hō inquantū facit aliq̄d qd est supra facultatem ⁊ cognitionē alterius: ducit alium in admirationez sui corporis: vt quodāmodo videat miraculū operari. Sciendū tn̄ ꝙ q̄uis hmōi opa demonuꝫ que mirabilia vident ad verā rationē miraculi nō ꝑtingāt: sunt tn̄ qn̄qꝫ vere res. Sicut magi pharaōis ꝑ virtutē demonū veras serpentes ⁊ ranas fecerūt. Et sicut qn̄ ignis de celo cecidit ⁊ familiam Job cū gregibꝰ pecoꝝ vno impetu absumpsit ⁊ turbo domū deijciens filios eius occidit sic etiā demonibus operantibus factū est: vt terre athenienſiū vastarent aquis. Refert Aug. xviij. lib. de ciui. dei. c. ix. ꝙ postq̄ condite fuerunt athene vt athene vocarent qd certe nomen a Minerua est: que grece athena dicitur. Hanc causam Uarro indicat: cū appuisset illic repēte oliue arbor ⁊ alio loco aqua erupisset regē ꝓdigia ista mouerūt. Et misit ad Apollinem delphicū sciscitandum quid intelligendum esset: quidve faciendū. Ille respondit ꝙ olea Mineruam significaret: vnda Neptunum: ⁊ ꝙ esset in ciuiuꝫ potestate: ex cuius potius nomine duoꝝ deorum quorum illa signa essent ciuitas vocaretur. Isto cecrops oraculo accepto: ciues oēs vtriusqꝫ sexus. Mos enim eis tunc in eisdem locis erat vt etiam femine publicis consultationibꝰ interessent: ad ferendum suffragium conuocauit. Consulta igitur multitudine mares pro Neptuno: femine pro Minerua tulere sententias. Et quia plus vna inuenta est feminarum minerua vicit. Tunc Neptunus iratus marinis fluctibus estuantibus: terras athenienſium populatus est qm̄ spargere latius quaslibet aquas difficile demonibus non est. hec Aug. Sequitur Tho. vbi. s. ad. ij. ar. ꝙ q̄uis materia corporalis non obediat angelis bonis seu malis ad nutū nec demones sua virtute possint transmutare materias de forma in formam: possunt tamē adhibere quedam semina que in climatibus mūndi inueniūtur ad aliquos effectus cōplēdos: vt di. Aug. in. iij. de tri. Ideo oēs transmutationes corporaliū rerum que pn̄t fieri per aliquas virtu-

tes naturales ad quas ꝑtinent ꝑdicta semina possunt fieri ꝑ opationē demonū hmōi seminib⁹ adhibitis sicut cum aliq̄ res trāsmutant̄ in serpētes vel ranas que ꝑ putrefactionē gn̄ari possunt Ille v̄o trāsmutationes corꝑaliū reruz que nō possunt fieri virtute nature nulla operatione demonis perfici possunt s̄m rei veritatē: sicut ꝙ corpus humanum mutetur in corpus bestiale: aut ꝙ corpus hominis mortuū reuiuiscat. Dicta sunt omnia ista ad ꝯfirmationē ꝑcedentiuz. Nā nisi pietas dei nobis subueniret a potestate demonum nunq̄ effugeremus.

¶ Qualiter demones possunt multipliciter deludere sensus humanos.

Secūdo cōsiderāda est demonū potētia respectu delusionū. Ut em̄ dicit Bonauen. in. ij. dist. viij. questione. iij. possunt demones deludere sensus humanos: ⁊ hoc tripliciter.

Primo oñdendo pn̄s esse qd̄ nō est.

Scd̄o oñdendo rem aliter q̄ est.

Tertio abscōdēdo qd̄ presens est.

Primū q̄dē facit spēs offerendo.

Secundū quidē facit sensum vel obiectum variando.

Tertiū v̄o īpedimētū prestando.

¶ Primū intelligi pōt sic. Qn̄ fātasmata existētia īteri⁹ offerūt̄ forti oblatiōe ipi virtuti interiori: vel virtus interior fortiter illis intēdit. sil'itudo rei videt̄ esse veritas. Hoc manifestū est ꝑ naturam. Nā frenetico ꝓpter ascēsuz fumositatū ad cerebrū ex modica occasione exteriori videt̄ ꝙ videat vl' audiat multa que nō sunt sibi pn̄tia. Sil'r per fortem cōuersionē intentionis fantasma videtur veritas: sicut Aug. exēplificat: ꝙ quidā tanta cōuersione recogitabat cuiusdā mulieris imaginē: ꝙ ei carnaliter cōmisceri videbat̄ etiā vigilando. Per hunc modū potest demon diuersa homini facere apparere. Est de hoc exēplum in. ij. dialogorum li. Ubi narrat Greg. qualiter dum cōstrueret̄ monasteriū quoddā: in quo aderat sctūs Benedictus inuētū est sub terra idolū qd̄dam eneuz: qd̄ cum fratres portassent in coquinā visuz est eis ꝙ exilisset inde flamma ignis que totā coquinam potuisset incendere. Qr cū per spm̄ cognouisset beatus Bn̄dict⁹ cucurrit ad eos: ⁊ or̄one facta fantasticū illud euanuit.

¶ Scd̄o potest diabolus deludere sensus ostendēdo rem aliter q̄ est. Nā naturaliter pōt contingere hoc ꝓpter variationem aliquā ex parte organi: sicut quando humor sanguineus vel vapor igneus descendit ad oculos videtur homini ꝙ ea que exterius sunt sint rubea: vel propter variationē aliquā ex parte obiecti: sicut contingit aliqn̄ ꝙ ex positione candele: vel dispositione paleaꝝ: videntur palee esse serpentes. ¶ Tertio possunt diaboli deludere sensus abscōdendo quod presens est. Nam res que presens est dupl'r potest latere sensum nostrū. Aut quia impedit̄ virt⁹ sensus: ne perueniat ad sensibile. Aut qr impeditur spēs sensibilis ne ꝑueniat ad sensum. Et vtroq̄ modo fieri potest virtute demonis. De hac delusiōe diffuse loquitur Aug. xviij. li. de ciui. dei. c. xvij. et. xviij. ⁊. xix. vbi inducit ꝙ tradūt gentiles de socijs diomedis cōuersis in volucres: dicūtq̄ templuz Diomedis esse in insula diomedia non longe a monte gargano: qui est in apulia: ⁊ hoc tēplū circūuolare atq̄ incolere aues illas tā mirabili obsequio: vt rostrum aqua impleāt ⁊ aspergant: ⁊ eo si greci venerint vel grecoꝝ stirpe ꝓgeniti: nō solū quietas esse verum ⁊ suꝑaduolare. Si autē alienigenas viderint subuolare ⁊ capita tanq̄ grauibus ictibus vulnerare vt etiā perimant. Nam duris ⁊ grādibus rostris satis ad hec prelia perhibentur armate. Hec Uarro vt astruat cōmemorat alia non minus incredibilia de illa magna et famosissima circe que socios quoq̄ Ulixis conuertit in bestias: ⁊ de arcadib⁹ qui sorte ducti transnatabant quoddā stagnū: atq̄ ibi conuertebant̄

in lupos ⁊ cū filibus feris ꝑ illi⁹ regio-
nis deserta viuebāt. Si aūt carne non
vescerentur humana rursus post nouē
annos eodē renatato stagno reforma-
bant in hoīes. Si eñ dixerim⁹ hec nō
esse credēda: nō desunt etiā nūc qui di
cant talia fuisse expertos. Nam et nos
inq̄t Aug. cū essemus in italia audieba
mus talia de quadā regione illaꝝ par-
tiuꝫ: vbi stabularias mulieres in caseo
dare solete dicebant imbutas his ma-
lis artibus: quibus vellent seu possent
viatoribus: vñ in iumenta ilico verterē
tur ⁊ necessaria quecq̄ portarent postq̄
perfuncta opa iterū ad se redirent: nec
tñ fieri in eis mentē bestialē sꝫ rōnalez
humanāq̄ seruari: sicut apuleius in li
bris quos asini aurei titulo inscripsit
sibi ipsi accidisse vt accepto veneno: hu
mano animo ꝑmanēte asin⁹ fieret: aut
indicauit: aut finxit. Hec vel falsa sunt:
vel tā inusitata vt merito nō credātur.
Firmissime tñ credēdū est nō solū ani-
mū: sed nec corpus quidē vlla ratione
arte vel potestate demonū in membra
⁊ liniamēta bestialia veraciter posse cō
uerti. Sed pōt esse vt corpora ipsa ho-
minū alicubi iaceant viuētia quidē: sꝫ
multo grauius atq̄ vehemēti⁹ q̄ sum-
mo suis sensib⁹ obseratis talisq̄ etiam
sibi hō esse videat̄: sicut talis videri si-
bi possit in somnis ⁊ portare onera que
onera si vera sunt corpora portantur a
demonib⁹ vt illudatur hoīb⁹. Nā q̄dā
nomine prestantius patri suo cōtigis-
se indicabat vt venenū illud ꝑ caseum
in domo sua sumeret: ⁊ iaceret in lecto
suo quasi dormiēs: qui tñ nullo mō po
terat excitari. Post aūt aliquot dies eū
velut euigilasse dicebat: ⁊ quasi somnia
narrasse que passus est: caballū se scilꝫ
factū annonā inter alia iumēta militi-
bus baiulasse: q̄d ita vt narrauit factū
fuisse compertū est: que tñ ei sua som-
nia videbantur indicauit: ⁊ aliud se do
mui super noctē anteq̄ requiesceret vi
disse venientē ad se ꝑhm quendam sibi
notissimum: sibiq̄ exposuisse nōnulla
platonica que antea rogatus expone-
re noluisset. Et cum ab eodē ꝑho quesi
tuꝫ fuisset cur in domo eius fecerat q̄d
in domo sua petenti negauerat. Nō fe
ci inquit: sed me fecisse somniaui. Ac ꝑ
hoc alteri per imaginē fantasticā exhi-
bitum est vigilanti: quod alter vidit in
somnijs. Hec ad nos eis referentibus
peruenerunt quos non estimam⁹ fuisse
mentitos. Hec Aug.

¶ Qualiter demones possunt vexare
corpora.

Tertio considerāda est demo
nū potentia respectu vexa-
tionū: possunt eñ vexare hu
mana corpora vt inq̄t Aug.
li. de natura demonū. Nam
propter subtilitatē nature pñt penetra
re q̄cūq̄ corpora sine obstaculo. Insuꝑ
possunt illa corpora perturbare ⁊ mole
stare vt clare patꝫ in euangelijs de his
quos xp̄s liberauit. Diebus etiā meis
aliquas mulieres demoniacas vidi: et
audiui illas loquētes talia que nō nisi
demones dicere potuerūt: ⁊ virtute ie
su xp̄i liberate fuerunt. Inter ceteras
tamen vna fuit Neapoli: anno domini.
Mccccl xx. de qua expertus sum q̄ refe-
rā. Predicante me ibi tp̄e quadragesi-
mali sonabat vndiq̄ rumor q̄ aīe quo-
rūdā defunctoꝝ intrauerāt corpus ei⁹.
Loquebatur illoꝝ idiomata: cōmemo-
rabat gesta: ⁊ que nunq̄ ip̄a didicerat
enarrabat. Accessit ad eā cū suis illu-
strissimus calabrie dux regis primoge-
nitus. Duxit eū in admirationē nō par
uā: dū secretissima illoꝝ defunctoꝝ ape
riebat. Quadā v̄o die ego ip̄e ad eā vi-
dendā accessi: ⁊ q̄ primū intraui came-
rā in qua multi aderant: ip̄a v̄o iuuen-
cula iacebat in lecto cepit furere: oc̄los
torquere: vultūq̄ minacē ⁊ tristē exhi-
bere. Tandē clamans aiebat: Tu veni-
sti huc? Ad q̄d? Ad quid? Ego respōdi.
Ut tecū p̄lier in noīe iesu xp̄i gl̄iosi. At
illa. Quidvis? Volo dixi scire quisnam
es? Illa respondit. Ego sum stephanus
siculus quondā armiger ⁊ stipēdiari⁹.

Ego subiunxi. Mentiris o fallax ⁊ īmū de spiritus. Adiuro te per iesum: in cuius noīe omne genu flectitur celestiuꝫ terrestriū ⁊ infernoꝝ vt veritatē patefacias. Tunc cū grandi molestia illiꝰ corporis arroganter respondit. Ego sum diabolus. At ego. Quare dicebas ꝙ eras aīa stephani siculi? Et ille. Ut decipiam. Ad hoc enim intēdimꝰ: vt decipiamus: quia vellemus oēs hoīes fore damnatos sicut ⁊ nos sumus. Iterum ego interrogaui eam. Et quare me non decepisti: sed mihi verum confessus es. Ille addidit. Propter officiū tuū: quia tu predicas euangelicam veritatē: ⁊ es inimicissimus nr̄. Ego replicaui. Quare? Quia inquit nos sollicitamꝰ homines vt perdantur: tu v̄o trahis illos vt conuertantur. Dixi ad hec ego. Quis ego sum? Respondit. Tu es frater Robertus qui per omnem italiam pluribus annis fuisti contrarius operibus nostris: ⁊ nouiter venisti Neapolim: et prima die quadragesime predicasti in castro eorum rege Ferdinādo. Ego petij ab illo. Quare odio habetis deum? Respōdit. Quia eiecit nos a celo empyreo: et priuauit nos dignitate nr̄a. Et ne immorer multis: per longū spacium ad interrogata respondit: licꝫ quādoqꝫ male libenter ⁊ ita docte ita efficaciter ita etiam hostiliter veritatem exprimebat: ꝙ omnino ⁊ infallibiliter deprehēdi ipsum diabolum esse. Cui cū precepissem vt in nomine iesu corpus illud exiret nec illud lederet post multas cauillationes faciēte misericordia dei abscessit. Remansit v̄o puella illa pallida. Et a me interrogata quid faceret: respōdit se a somno euigilasse cum omnium membrorum suorum collisione. Quare autem deus permittat aliquando homines sic vexari? Respondeo ꝙ hoc facit aut ad malorum punitionem: aut ad bonorum purgationem et probationem: aut ad sue glorie manifestationem. Iudicia tamen eius abyssus multa.

¶ Qꝛ omnes volētes possunt nō solum resistere demonibꝰ: sed etiā illos vincere ⁊ superare. Cap. iij.

Cum audiunt homīes que de demonibꝰ dicta sunt: nimio terrore corripiunt diffiduntqꝫ posse saluari: duꝫ opus est cū hostibꝰ tā terribilibus conserere manus. Uerūtamen vt Greg. ait: debilis est hostis ⁊ nō vincit nisi volentē. Quare facile est non solū resistere viribꝰ demonū: sꝫ etiā illos vincere ⁊ superare. Qd̄ vt plene innotescat in hoc tertio mysterio ostēdemꝰ ꝙ quilibet volens diabolū ⁊ oēs demones ad malū nos īpellētes posse ꝯfūdere. Probabimus aūt hoc triplici rōne.

Primo ratione ligationis.
Scd̄o rōne custoditionis.
Tertio ratione ꝑmissionis.

¶ Qꝛ per dominū iesum xp̄m ligata est potestas demonum.

Primo pōt vnusquisqꝫ diabolo resistere: illūqꝫ vincere ⁊ supare rōne ligationis: qꝛ per dīnm iesum saluatorē nostruꝫ eiꝰ ptās est ligata. Unde Apoc. xx. Johānes ait: Uidi angelū. i. xp̄m descendentem de celo: habentem clauem abyssi: ⁊ catenā magnā in manu sua. Et apprehendit draconē serpētem antiquū: qui est diabolus ⁊ sathanas et ligauit eū. Notandū tamen v̄m Boñ. dist. xix. tertij libri. ar. j. q. iij. ꝙ sicut etiā dicit magister in textu ꝑ passionem xp̄i sumꝰ a potestate diaboli liberati: oēs quidē quantū ad sufficientiā: sed illi soli qui sunt de eius corpore: qd̄ est ecclesia quantum ad efficaciā. Diabolus enim ante passionem xp̄i habebat duplicem manuꝫ scilꝫ attrahentē: ⁊ impellentē. Manus attrahens erat potestas trahēdi ad limbū etiā iustos ⁊ sanctos. Manus īpellens erat ptās precipitādi in malū: vel ꝑ fallaciaꝫ: vel per violentiā: qꝛ tentabat vt draco: tētabat vt leo. Et prima manus. s. attractiua erat tante potentie vt nullꝰ posset

ri resistere. Et hec fuit ei oīno imputata per xpm. Jam eñ nullū iustū pōt ad limbū trahere: q; per passionē xpi delētū est cyrographū pctī ade. Adanū aūt impellentē habebat ita fortē vt cū magna difficultate posset ꝗs ei resistere. Et iō fere in oībus regnabat. Oēs eñ vel supabat p fraudulentiā vel p violētiā. Et hec ptās debilitata est p xpm: p quē lumen veritatis aperit̄ ꝫ fraudulētā diabolicā: et adiutoriū virtutis tribuitur ꝫ diabolicā violentiā. Apparuit autē lumen veritatis ⁊ interius p diuinam inspirationē: ⁊ exterius per humanam instructionem. Jam eñ oībus est veritas propalata: et ideo destructa est idolatrie q̄ prius regnabat. Adiutoriuꝫ etiā virtutis tribuitur per gr̄e infusionem que repimit̄ concupiscentiā.

¶ Q; ppter angelum custodiētē possumus diabolo resistere.

Secundo pōt̄ vnusq̄sq; diabolo resistere illūq; vincere et supare rōne custoditionis. Nā hūt oēs hoīes angelus custodiētē. vt Hiero. docet sup Matth. ⁊ ponit magister in. ij. dis. xj. Quare si tentat diabolus ad malum: angelus custodiens inducit ad bonum. De custodiāo bonor̄ angelor̄ dictum est in q̄dragesimali in sermone de amore dei ad animaꝫ: ideo hic nō curo diffusius de illa tractare.

¶ Q; deus nō permittit vt diabolos tēptet hominem p; voluntate sua.

Tertio pōt̄ vnusq̄sq; diabolo resistere illūq; superare ratione pmissionis. Ut eñ dicit apls. j. ad Cor. x. Fidelis aūt deus est q̄ nō patiet vos tentari supra id q̄ potestis: sz faciet etiā cū tēptatione prouentū. Nunq; ergo deus finit aliquē a demone impugnari cui nō prestet gratiā ne decipiat aut opprimatur. Nostra igitur interest fortiter dimicare: quia si legitime certauerimus coronabimur: quia vt dicitur Jacobi. j. Beatus vir qui suffert tentationez: qm̄ cū probatus fuerit accipiet coronā vite: quā nobis largiat̄ xps dei filius qui viuit et regnat per infinita secula seculorum. Amen.

¶ De cognitione superbie que fugienda est ne cum angelis ruentibus deputemur. Sermo. v.

Paulum admodū pdesset nobis ītelligere q̄ dicta sunt de iudicio dei ꝫ āgelos trāsgressores nisi oī studio⁊ diligētia elaborauerim⁹ tumētē supbiā fugere ⁊ detestari. Ipa siq̄dē est oīm vitior̄ regina quā difficile multi cognoscunt: q; vitiū est spūale: latet in corde: viget in mēte: feruet ī aīo: ⁊ solavolūtate deliberata cōplet. Q; tū p extrīseca: cognoscunt̄ ītrinseca: vt sic supbiam cognoscamus: mūdoq; nos ab eius labe seruemus: de fructibus ⁊ signis supbie dicemus in presenti. Distinguem⁹ autē sub tribus articulis. xij. fructus.

¶ Fructus primi articuli.
Primus fructus est extollētia.
Secundus arrogantia.
Tertius vana gloria.
Quartus iactantia.

¶ Fructus secundi articuli.
Primus fructus ambitio.
Secundus hypocrisis.
Tertius pertinacia.
Quartus ingratitudo.

¶ Fructus tertij articuli.
Primus fructus inobediētia.
Secundus curiositas.
Tertius contentio.
Quartus presumptio.

¶ Q; superbi deificant seipsos et spernunt deum celi: quia se cognoscere nolunt. Articulus. j.

Primus fructus q̄ signū ē supbie tis animi extollētia dr. q̄n. s. aliq̄s ppter dona aut nature aut fortune vt sic loq̄mur: aut spiritualia aut corpalia: aut tpalia puta ppter diuitias: generis nobilita-

tem: corporis formositatē: robur ⁊ fortitudinē: elegantiā: subtilitatē ingenij: fecūditatē memorie: ⁊ filia deificat seipm ⁊ deū cognoscere negligit. Contra illud qđ dr Piere. ir. Nō gloriet sapiēs in sapiētia sua: nec fortis in fortitudine sua: nec diues in diuitijs suis: sed in hoc glorietur q̄ gloriat scire ⁊ nosse me. Sequitur er hoc ignorātia sui: que oblionē inducit infirmitatis et fragilitatis humane. Et certe dānificat in hoc hō: dū deficit ab ea regula que cūctis est ois sapiētie fundamentū. Uoce quippe oium tam sanctoꝝ q̄ pborum cognitio suipsius predicat ler precipua fructifere vereq̄ sapiētie. Un Bern. lib. de cōsideratione ad Eugenū ait: Noueris licz oia mysteria lata terre: alta celi: profunda maris: si te nescieris: filis eris edificanti sine fundamēto: ruinā nō structurā facies. Et Aug. in Pemio. iij. lib. de trini. Laudabilior est animus cui nota est infirmitas ppria: q̄ qui ea non respecta: vias fideū: fundamēta terrarū: ⁊ fastigia celoꝝ scrutat. Et Hugo lib. j. de aīa. Melior est si teipsuz cognoscas: q̄ si te neglecto: cognoscēris cursus fideū: vires herbarum: cōpleriones hoīm: naturas animaliū: celestiū ⁊ terrestriū scientiā haberes. Multi em multa sciunt: et seipsos nesciūt: cū tñ summa pōia sit cognitio sui. Et Macrobius lib. de somno Scipionis. Delphinici vox hec fuit oraculi cōsulēti ad beatitudinē quo itinere puenire posset. Si te inquit noueris. Supbi itaq̄ cōtempto deo in seipso cōfidunt: nō arbitrātes deū superiorem: nec se periculis passionibus ⁊ morti subiectos. Talis erat superbia Atrei: qui dū fratris filios in odiuz occidisset dicebat: Equalis astris gradior et cunctos supero: altū supbo vertice attingens celum. Talis fuit superbia romanoꝝ: de quibus Augu. lib. j. de ciui. dei. c. j. dicit q̄ ad tantā superbiam ertollentiā reputationemq̄ deuenerunt q̄ se deos estimabant. Un inquit: Hoc vo qđ dei est: superbe q̄z aīe spirit⁹ inflatus affectat; amatq̄ sibi in laudibus dici: Parcere subiectis ⁊ debellare supbos. Talis fuit supbia Domitiani imperatoris: qui vt scribit Suetonius Eutropius. ⁊ Beda lib. de tēporibus fuit Uespasiani filius ⁊ frater iunior Titi. Cui Tito Dominus in imperio successit: immo ita fuit regnādi cupidus q̄ sepe fratrē interficere satagebat ⁊ clam ⁊ palā semp fraudes illi parabat: quē Titus semp ferebat patiēter. Tandē mortuo Tito: in imperiū sublimat⁹ ostendit se in principio moderatū valde: simulauit diligere studia litterarū ⁊ bibliothecas reficere: ita vidēbat horrere sedes: vt ne boues immolare mādauerit. Sed firmatus leuerus apparuit. Senatores etiā nobilissimos occidit. Persecutus est christianos ⁊ iudeos ꝺm Eusebiū lib. iij. histoie ecclesiastice. Et ꝺm Orosium lib. vij. se deū ⁊ dominū iussit appellari: et in cunctis primordijs litterarū suarū dicebat: Dominus et deus vester Domitianus ita mādat. Tādem deo permittēte a cubicularijs suis septē vulneribus occisus est anno etatis sue quadragesimoquinto. Ad extollētiā insuper ascendit eos Herodis agrippe qui occidit Jacobum et Petrum incarcerauit. Refert quidem Josephus. xix. antiquitatū li. q̄ cū celebream aduenisset et ad eum totius prouincie viri vnanimiter conuenissent: Ille veste fulgēti ex auro: argētoq̄ mirabiliter contexta indutus: incipiente die pcessit ad theatrū: vbi cū primos solis radios vestis argētea suscepisset: repercusso splēdore duplicatā spectāribus lucem fulgor metalli vibrantis effudit vt intuentibus perstringeret aciem terror aspectu. Illico adulantis vulgi concrepant voces dicētis: Nunculq̄ vt homi nem te timuimus: sed ex hoc iam supra humanam naturam te esse fatemur. Et dum adulatoris demulceretur honoribus ⁊ oblatos sibi diuinos honores nō respueret: repente mortifero viscerū dolore corripitur: ⁊ dū per manus suorum deportaretur dicebat: En ego vester deꝰ

ducor ad mortē. Vixit igitur q̄nq̄ dies et vermibus eius viscera corrodētibus expirauit. Nec mirū: qz vt dicitur Jacobi. iij. Deus superbis resistit. z Seneca tragedia. j. Sequitur superbos victor a tergo deus.

¶ Qz superbi cum suis proximis conuersantur arroganter.

Secūdus fructꝰ superbie: qui signū est superbi cordis arrogantia ōr: Vic facit proximos paruipēdere: z in dictis gestis moribus cunctisq̄ extrinsecis rebꝰ superbe cū primis se habere. Que sic est arrogans superbe incedit: superbe loquit: supbe ingreditur et egredit: superbe comedit: supbe ola facit cū clamore z strepitu: minis z contumelijs. Veruntñ contra istos est autoritas Eccli. iij. c. dicentis: Quāto maior es humilia te in oibꝰ. z Licero in. j. de officijs inqt: In rebus etiā pſperis supbia fugiēda z arrogātia. Nam vt aduersas res: sic z secūdas immoderate ferre leuitatis est. et Ouidius. iij. de arte amādi. Nō natet in vultu dānosa superbia vestro. Dicit Lassiodorus in epſis: Ornamentum omniū bonoꝝ est sincera benignitas. Jgit si in gradu: aut dignitate: aut virtute superas reliquos: noli illos pedibꝰ cōculcare. Sis amabilis: affabilis: et vultu facieq̄ placidus: et vt dicit Sen. ad Lucillū. Sic cū inferiore viuas quēadmodū tecū superiorē viuere velles. Scribitur in policratone. lib. v. ꝙ Gratianus optimus imperator arguentibus eum amicis: ꝙ in oēs familiaris esset nimium z comis. Respondit se talem velle imperatorē esse priuatis: quales imperatores sibi esse priuatū optasset. Bene est vt qui alijs imperat timeatur: sed melius vt diligatur. De hoc Licero lib. ij. de officijs ait: Omniū rerum nec aptius quicq̄ ad opes tuendas ac tenendas ꝙ diligi: nec alienus q̄ timeri. Laudatur ergo māsuetudo in omnibus etiam magnis viris: dūmodo tāta nō sit vt vilescat autoritas. Recitat Valerius lib. v. c. j. de Alexādro magno: ꝙ cum vidisset militē quēdam senio confectum frigore nimio stupefactum: cum ipse esset in sede sublimi ꝓpinqua igni surrexit: et suis manibus illum in sede sua reposuit dicēs: illud salutare sibi futurū. Sed nobis qui xp̄iani sumus exēplum xp̄i satis esse debet: de quo sic pulchre loquitur Viero. in epla ad Antonium monachum. Dñs noster humilitatis magister disceptātibus de dignitate discipulis: vnum apprehendit z parvulus dicēs: Nisi cōuersi fueritis et efficiamini sicut paruuli: non intrabitis in regnum celoꝝ. Qō ne se docere tm̄ nec facere videretur docuit exemplo dū discipulorum pedes lauat: dum loquitur cum samaritana: dum ad pedes sibi sedente Maria de celorum disputat rege: dum traditorem osculo excipit: dū resurgens primo mulierculis apparuit. Ad idem est textus Cypriani. xciij. dist. c. dominus.

¶ Qz superbi querunt gloriam temporalem que nihil est.

Tertius fructus qui signū est superbie est vana gloria. Sed quomodo vana gloria dicat plericq̄ audire cupiunt. Nam si loquamur de illa beata de qua pſ. in pſ. cxlix. ait: Exultabunt sancti in gloria: certe vana non est quā cuncti desiderare tenētur. Tēporalis adhuc gloria vana non est: que virtuti fauet: confortmatur nature: z animū ad queq̄ difficilia z ardua roborat. Et hec ꝑm Ambrosium libro de officijs clara cū laude noticia. Et ꝑm Tullium in rhetorica est frequens de aliquo fama cuz laude. Laus ño vt dicit Aristoteles. j. rhetoricorū est sermo elucidās magnitudinem rei. Vñ Augu. super Johannē. Gloriari idez est qō clarificare. De hac gloria inquit Seneca ad Lucillum. Nulla est tam excelsa virtus que dulcedine glorie non tangatur. Et Vieronymus ad Sabinianum. Naturali ducimur malo: z adulationibus nostris libenter fauemus. Et

q̄q̄ nos respōdeamus indignos: ⁊ cali
dus rubor ora perfundat: tamen ad lau
dem sui intrinsecus anima letatur. Et
Claudianus. Gaudet eniz virtus testes
sibi inūgere musas. Carmen amat q̄sq̄s
carmine digna gerit. Et Ouidius libro
de tristibus. Deniq̄z nō paruas animo
dat gloria vires. Et fecunda facit pecto
ra laudis amor. Et Ecc̄i.xlj. Curam in
quit sapiēs habe de bono noīe. ⁊ Pro
uerb̄.xv. Fama bona impinguat ossa. ⁊
xij.q.j.c.nolo. Aug̃. famam tuendā hor
tatur. Et idem.v.de ciui.dei.c.xij. dicit
de romanis. Gloriam ingētem: diuitias
honestas volebant. Hanc ardentissime
dilexerunt. Propter hanc viuere volue
runt. Propter hanc ⁊ mori non dubita
uerunt. Et.xviij. eiusdem. Hec sunt duo
illa libertas ⁊ cupiditas laudis huma
ne que ad facta cōpulere mirāda roma
nos. Non ergo videtur gloria fugienda
quā oēs efferunt miris laudibus. Sed
Alexan.in.ij.q.cliiij.mem.j. ⁊ Tho.ij.ij.
q.cxxxij.ar.j. dicunt: Q̄ gloria tempora
lis pōt appeti ordinate et inordinate.
Cū primo modo appetitur nullum est
peccatū. Nā cū quis cogitat bonū suuz
dignū laude et approbat illud cupiens
ab alijs laudari: aut propter diuinū ho
norem: aut propter proximorum salutē:
aut appetendo non appetit contra deū
⁊ proximum: nec in gloria finem consti
tuit de superbia ⁊ vana gloria reprehē
di non pōt. Inordinate v̄o gloria appe
titur primo q̄n quis querit gloriam de
eo q̄d est peccatum: sicut luxuriosus de
carnalitate: iracūdus de vindicta ⁊ con
tumelijs ⁊ similia. de quibus aliqui glo
riātur: quos reprehēdit ps̄. dicēs ps̄.lj.
Quid gloriaris in malicia: qui potens
es in iniquitate. Secūdo gloria appeti
tur inordinate cum eā quis querit de eo
q̄d nō habet puta de sciētia: de sapien
tia: de sanctimonia vite: ⁊ hmōi. Tertio
q̄n quis querit gloriaz de eo q̄d non est
gloria dignū: vt de diuitijs: de pulchri
tudine: de fortitudine: de edificijs: de do
minijs ⁊ quibuslibet tēporalib⁹ bonis.

Fatue quippe hoīes in his gloriātur et
vane: q̄r omnia ista sum⁹ ⁊ fauilla sunt.
Ideo sapiens Ecc̄s.j. p̄ istis dicit: Vani
tas vanitatū ⁊ omnia vanitas. Chrys.
super Johannē sic sequitur: Hūc versi
culum si saperent qui in potētia versan
tur in parietibus suis oībus et vestibu
lis scriberēt in domo: in foro: ⁊ in egressi
bus: ⁊ ante omnia in cōscientijs suis: vt
semper eum ⁊ oculis cernerent: et corde
sentirent: q̄n multe sunt rerum facies ⁊
imagines false que decipiunt incautos.
Istud oportet quotidie carmen saluta
re et in prandijs: ⁊ in cenis: et in oībus
cōuentibus libenter vnūquēq̄z p̄ximo
suo canere: a proximo suo libēter audi
re: q̄r vanitas vanitatuz ⁊ omnia vani
tas. hec ille. An nō videmus q̄brevi de
ficiant oīa. Dicit Esaias.xl.c. Omnis ca
ro fenū: et oīs gloria ei⁹ quasi flos agri.
Exiccatum est fenū. ⁊ cecidit flos. Ideo
Hugo lib̄.j. de aīa inquit: Dic mihi vbi
sunt amatores mūdi: qui ante pauca tē
pora vobiscū erāt. Nihil ex eis remāsit:
nisi cineres ⁊ vermes. Homies fuere si
cut tu. Comederūt: biberūt: riserūt: du
xere in bonis apparentibus dies suos:
in puncto autē ad inferna descendere.
Hic caro eoꝝ vermib⁹: illic anima eter
nis supplicijs deputatur: donec rursus
infelici cōmercio colligati sempiternis
inuoluātur incēdijs. Et Baruch.iij. Vbi
sunt principes gentiū ⁊ qui dominātur
bestias que sunt sup terrā: qui in auib⁹
celi ludūt: qui argentuz thesaurizant: et
aurū in quo confidūt homines: et non
est finis acquisitionis eoꝝ qui argentū
fabricant: et solliciti sunt: nec est inuen
tio operū illorū. Exterminati sunt tn̄: ⁊
ad inferos descenderūt. Et alij loco eo
rum surrexerunt. Ad hoc facit exemplū
de quodam imperatore mortuo: ad cu
ius sepulcrū accedēs quidā p̄bs: tumu
lo patefacto videns cadauer illud horri
bile dixit: Intuitus sum cadauer cesa
ris in sepulcro: ⁊ vidi eum liuido colore
coloratū putredine circūdatum: aluum
eius diruptum: et vermium cæteras

qui per illum transeũtes discurrebant. Duo famelici angues in oculoꝝ foueis pascebãtur: crines nõ adherebãt capiti: dẽtes patebãt labijs cõsumptis. Et dixi: Vbinam cesar chorus puellarum: magnitudo: diuitiaꝝ: caterua baronum: acies militum? Vbi sunt canes venantes: eque veloces: aues rapaces: thalamus depictus: lectus eburneus: aureuꝫ atriũ? Vbi sunt tot mutatoria vestimẽta: diuersa cibaria: canticũ lyre: organorum sonit⁹: odor aromaticus. Te verebãtur hoies: timebant principes: colebant vbes: est tãta potẽtia: ⁊ tam preclara magnificentia. Et respõdit mihi. Dec omnia defecerunt in me quãdo defecit in me spiritus meus: et reliquerũt in hoc me miserũ sepulcro circũuolutũ putredine carnis mee.

¶ Qꝫ superbi de se iactanter loquãtur ⁊ qualiter põt ꝺs absq; pctõ se laudare.

Quartus fructꝰ qui signũ est elate mẽtis iactãtia ds: et est cũ quis ꝓprio ore se laudat. Hoc aũt incõueniẽs eẽ dicẽ sanctoꝝ ⁊ pboꝝ demõstrat. Vñ sapiens Prouerb. xxvij. ait: Laudet te alienus: ⁊ nõ os tuũ: extraneus ⁊ nõ labia tua. ⁊ Licero. in. j. de officijs. Turpe est de seipso predicare. et Quintilianus li. vij. de oratoria institutione. Vitiosa est iactatio: infertq; audientibus nõ modo fastidium: sed etiam plerũq; odiũ. ⁊ Seneca libro. ij. de officijs. Retrahẽda est inanis iactatio. Res loquãtur nobis tacẽtibus. Quãdo autẽ quis põt de seipso dicere absq; peccato: hs dictum sit in quadragesimali: tñ hic repetendũ est. Ideo nota ꝑm doctrinã Alexãdri in. ij. volumine summe: ꝙ aliquis põt tripliciter se laudare,

Primo meritorie.
Secũdo venialiter.
Tertio mortaliter:

¶ Primo cũ merito. Et hoc tripliciter,
Aut ꝓpter charitatẽ dei.
Aut ꝓpter charitatem proximi.
Aut ꝓpter charitatẽ ꝓpriã.

¶ Primo laudat se quis ꝓpter charitatem dei: vt sue bonitati gratie referantur. De hoc sic loquit Cyprianus in epistola ad Donatum: Odiosa iactatio est: q̃uis nõ iactatũ esse possit sed gratum quicqd non hoĩs virtuti ascribitur: sed de dei munere predicatur. Sic fecit gloriosissima virgo dñi visitauit Elizabeth Luce. ij. qñ cecinit verba illa suauissima Magnificat anima mea dñm. ¶ Secõdo põt quis cum merito se laudare ꝓpter charitatem proximi: vtputa ne scandalizetur ꝓpter verba detrahentium. Nam vt dicitur. vj. q. j. c. sunt plurimi. Sunt plurimi qui vitã moresq; bonorum fortasse amplius q̃ debẽt laudant. Et ne qua elatio de laude subrepat: permittit omnipotẽs deus malos in obtrectationẽ ⁊ obiurgationẽ proumpere: vt si qua elatio als culpa ab ore laudantiũ in eo: de nascitur: ab ore vituperantiũ suffocetur. Qua de re sepenumero de viris bonis ⁊ iustis pusilli scãdalizant: ideo licꝫ quãdoq; virtutes ꝓprias aperire. Sic fecit Aug⁹. qui in sermone qui legitur in festo ipius ait: Charitati vestre de nobisipsis hodie sermo reddendus est. Ut eñ vt ait apls: Spectaculũ facti sumꝰ mundo: angelis: ⁊ hominibus qui nos amant querunt quid laudent in nobis: qui nos oderũt querũt quid detrahant nobis. Nos autẽ in vtroq; medio cõstituti: adiuuãte deo ⁊ vitam et famam sic custodire debemus: vt non erubescãt de detractoribus laudatores. Vnde Paulus. ij. Cor. x. ⁊. xj. c. tam alta de seipso pronunciat. Nã vt inquit Diero. in argumẽto in epistolam ad Corinthũ. Corinthy sunt achaici: ⁊ hi ab apostolo audierant verbum veritatis: et subuersi sunt multifarie a pseudo apostolis qui multa dixerunt cõtra Paulum. ¶ Tertio potest quis laudare se cum merito propter charitatem proximam quando est in ali qua tribulatione: vt se consoletur: sicut Job dicebat. xxix. c. Oculus fui ceco: pes claudo: manus debili: ⁊ pater erã quondam pauperum. ¶ Secundo in laude

sui ipsius potest esse pctm̃ veniale. cū. s. dicitur aliq̃d quod nō est ꝓra deū: nec contra primū. ¶ Tertio pōt q̃s laudare se cū peccato mortali. Ut cū q̃s laudat se de eo quod est cōtra honorē dei: puta de aliquo mortali: etiā si veritas dicat. Aut cū quis nimis supbe pfert de se falsa: vt decipiat primos. Vel cā cupiditatis: vel causa gl̃ie. Aut cuz q̃s refert aliqua de se inexpressam primi cōtumeliam: sicut faciebat Goliath. s. Regū. xvij. c. q̃ dicebat: Ego exprobraui agminib⁹ israel hodie. Et sicut pctm̃ est iactantia: ita ꝛ ironia: que est cū q̃s de se minora dicit: vt reputetur bon⁹. Pōt autem fieri dupl̃r ꝑm Tho. ij. ij. q. cxij. ar. j. Uno modo cū veritate: et sic non est pctm̃: nisi per alicuius circūstātie corruptionē. Alio modo cū falsitate cū aliquis dicit illud quod in se nec recognoscit nec credit. Et de hoc dicit Aug. xxij. q. ij. c. cū humilitatis. Cū humilitatis causa mentiris: si nō eras peccator anteq̃ mentieris mentiendo efficieris quod cuitaras. Idē in. c. non ita. et in c. incauti. ō: Incauti sunt humiles q̃ se mentiendo illaqueant. Debet tamen vnusquisq; semper estimare se peccatorem. Unde dist. v. c. Ad eius. Bonarum mentiū est ibi culpam cognoscere: vbi culpa non est.

¶ De q̃tuor aliis fructib⁹ supbie: quoz primus est ambitio. Articulus. ij.

ADmonet nos diuina scriptura: vt supbie crimen effugiamus ostendēs deū oportētē illā nō parum odire. Unde Amos. vj. Dicit dñs deus exercituū. Detestor ego superbiā. Et prouer. viij. Arrogantiā ꝛ superbiā ꝛ viam prauā ꝛ os bilingue ego detestor. Et eccli. x. Odibilis est cora deo ꝛ hominib⁹ superbia. Quare ipse excelsus dñs comminatur superbis durissime. Dicit em̃ Esaie. xiij. c. Requiescere faciaz supbiā infidelium: ꝛ arrogantiā fortiū humiliabo. ꝛ. xxviij. c. Uhe corone superbie. Et Dier. l. Ecce ego ad te superbe dicit dñs deus exercituuz: quia veniet dies tuus tēpus visitationis tue. Et cadet superbus ꝛ corruet: ꝛ nō erit q̃ suscitet euz. Propterea in hoc articulo de aliis quattuor fructib⁹ superbie loq̃mur.

PRimus fructus est ambitio qua quis inordinate dignitates appetit et honores. Hec ūmanis bestia totū fere mundū destruit: status oēs conturbat: scādala plurima parit: eccl̃iāq̃ cōfundit. Un̄ in. c. nihil. ex de electione. ō: Nihil est q̄ magis officiat ecclesie dei q̃ q̃ indigni assumant̄ prelati ad regimen animarū. Hoc ideo est q̄ ambitiosi psumūt ꝛ ingerunt se pcibus et precio vt dignitates acquirant. Sed audiāt Chrysost. dist. r. c. multi. di. Quicūq; desiderauerit primatū in terra: inueniet cōfusiones in celo: nec inter seruos xp̃i cōputabitur qui de primatu tractauerit. Et. vij. q. j. c. in scripturis. ponitur dictum ap̃li ad Heb. v. Nemo sibi assumat honorez: sed qui vocatur a deo tanq̃ Aaron.

¶ De hypocrisi maligna xp̃o etosa.

SEcūdus fruct⁹ superbie est hypocrisis: que vt dicit Alexā. in. ij. q. clxxvj. mem. j. est amor apparentis boni: q̃n quis est malus et simulat se esse bonū. De his hypocritis loquit̄ Aristo. j. elenco. Quibusdā inquit est magis operepretiū videri esse sapientes q̃ esse ꝛ nō videri. Et Gen̄. ad Lucillū ait: Qō loq̃mur sentiamus: cōcordet sermo cū vita. Et iterū ad eūdem. Multo magis ad rem pertinet qualis tibi q̃ qualis alijs videaris. Et idē ad eūdē. Illud te admoneo ne eoz more qui nō pficere sed cōspici cupiunt facias aliqua que in habitu tuo aut genere vite notabilia sint. Vos hypocritas supra oēs peccatores detestatus est dñs iesus xp̃s. Nam Matth. vj. dicit: Cū facis elemosynam noli tuba canere ante te: sicut hypocrite faciūt. Et ibidem. Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes. Et. xvj.

Attēdite a fermēto phariseoꝝ qō est hypocrisis. Et.xv. Hypocrite bene ꝓphetauit de vobis esa. Et.xviij. Ahe vobis scribe ꝛ pharisei hypocrite: qui claditis regnū celoꝝ ante hoīes. Vos em̄ nō introitis nec introeuntes sinitis intrare. Tales sunt religiosi ignorantes qui in predicationibus ꝛ confessionibus ac cōsiliis damnāt cōiugia: asserūtq; nemi nem in statu matrimonij posse saluari. Et iterū Matth.xxiij.c. Ahe vobis scribe ꝛ pharisei hypocrite: qui comeditis domos viduarū: orationes lōgas orantes. Tales sunt religiosi et sacerdotes multis artib⁹ bona viduarū rapiētes. Et iterū ibi: Ahe vobis scribe et pharisei hypocrite: qui circūitis mare ꝛ aridā: vt faciatis vnū proselitum: et cū factus fuerit facitis eum filium gehēne duplo q̄ vos. Proselitus dicebatur qui ex gentilitate cōuertebatur ad iudaismum ad qō pharisei multuꝝ elaborabāt ꝓpter inanē gloriā. Sic hodie faciūt religiosi qui indistincte induūt fratres: ꝛ penitētes de tertio ordine. Et iterum. Ahe vobis scribe ꝛ pharisei hypocrite: qui decimatis mētam ꝛ anetum: ꝛ cyminū: ꝛ reliquistis que grauiora sunt legis: iudicium: miam: et fidem. Tales sunt multi qui sibi cōscientiā de minimis faciunt que aliq̄n pcā non sunt: tamen de odio formali ꝓximi: de detractionibus ꝛ infamis nō curant. ꝛ iterum. Ahe vobis scribe ꝛ pharisei hypocrite q̄ mundatis qō deforis est calicis ꝛ parapsidis: intus aūt pleni estis rapina ꝛ immūdicia. Tales sunt qui tm̄ opiniones vulgariū de q̄busdā ad rē nō pertinentibus pascūt: vt ferre ante oculos scapulare: ꝛ nudos ostēdere pedes ac similia: que si fiant vt hoībus ostendant: hypocrisis vitiū sapiunt. Secus si bono animo ꝛ propter diuinū amorē. ꝛ iterum. Ahe vobis scribe ꝛ pharisei hypocrite: q̄ similes estis sepulcris dealbatis: que foris parēt hominibus speciosa: intus vo plena sunt ossibus mortuoꝝ ꝛ omni spuricitia. Et iterum. Ahe vobis scribe ꝛ pharisei hypocrite qui edificāt mōēta prophetarum: patres aūt vestri occiderunt illos. Nec miruꝝ q̄ ita acriter persecutus est hypocritas xp̄s: qz ōr Esa.ix. Omnis hypocrita est nequā. ꝛ Aug. lxxxiij. di. c. nemo. Nemo nocet amplius i ecclia: q̄ q̄ uerse agēs nomen vel ordinem sanctitatis ꝛ sacerdotis habet. Cōcordat huic sententie Ciceronis dictum in. ſ. de offi. Totius iniusticie nulla capitalior est q̄ eoꝝ qui cum maxime fallūt: id agūt vt boni viri esse videantur. Cognoscere possunt omnes sapientes ꝛ viri graues hypocritas a fructibus eorū: vt docuit christus Mat. vij. qui sunt proximoꝝ odia: persecutiones: detractiones: impatientie: ambitiones: appetitus honoris ꝛ laudis: diligentia querēdi fauores dominorum temporalium: mēdacia: fictiones: extra claustruꝝ discursus inutiles: mulierum frequentationes ꝛ conuersationes: ꝛ his similia. Taceo qō scio: qō vidi: quod audiui: vnusq̄sq; iudicet seipsum. Unuꝝ tamen asserere possum q̄ rarissimi sunt qui religiosam vitam ꝓfitentes aut spiritualem: hypocrisis labe non deturbentur. Fatetur hoc Hiero. qui li. ij: cōtra pelagianos ait: Cū uis alijs vitijs carere possumus: hypocrisis maculam non habere: aut nullorum aut paucorum est.

¶ Qz superbi pertinaces sequuntur ꝓprium sensum.

Tertius fructus superbie dicitur pertinacia. Dicitur ꝓtinax qui ita firmiter suo hereret sensui: vt nemini velit ac quiescere: sequitur propias opiniones ꝛ iudicia spretis consilijs et sapientum ꝛ amicorum dictis. Ne igit quis pertinax deprehendatur: tria principaliter debet obseruare. ¶ Primuꝝ vt proborum viroruꝝ sententijs magis q̄ ꝓprie inhereat. Hoc scribitur ex de cōstitutionibus. c. ne innitaris. vbi sic habetur: Ne innitaris prudentie tue. Prudentie sue innititur qui ea que sibi agēda vel dicenda videntur: patrum decre-

tis preponit. Idē ponitur ex̄ eo. c. cano
num. ⁊. viij. q. j. c. sciendū. ⁊. iij. q. ix. c.
pura. Scdm vt a ceptis que bona cre-
debat: ⁊ postmodū competit mala siue
in dictis siue in factis: retrocedat. Vñ
dicitur. xxij. q. iiij. c. diffinitio. Diffini-
tio incauta laudabiliter est soluenda.
Idem in sententia ponitur in. ca. ma-
gne. Augustin⁹ doctor eximius fecit li-
brū retractationū. Arri⁹ hereticus fuit
pertinax: ⁊ perijt. Sic caius flāminius
fuit pertinax: ⁊ princeps: ⁊ ab hanniba
le apud lacū transimenum deuict⁹ est:
⁊ occisus. ¶ Tertium quod obseruādū
est vt euitetur pertinacia: ꝙ quantum-
cūq; homo sit sapiens: in rebus tamen
duris et arduis vtatur maturis consi-
lijs. Inquit enim Hiero. super illo ver
bo Esaie. iij. Et consiliarius nō est tibi
Greci poete laudabilis sapientie dixe-
runt primum esse beatum qui per se sa-
piat: secundum qui sapientem audiat.
Qui autem vtroq; caret: hunc inutilez
esse tam sibi q̄ alijs.

¶ Qr superbi ingrati sunt deo ⁊ hoīb⁹.

Quartus fructus superbie di
citur ingratitudo. Solēt su
perbi esse ingrati deo et ho-
minibus. Nam superb⁹ be-
neficia et dona que habet a
se habere: aut proprijs meritis credit.
Cui apl̄us. j. ad Cor. iiij. ait: Quid ha-
bes qd̄ non accepisti? Si aūt accepisti
cur gloriaris: quasi non acceperis? Et
Jacobi. j. c. Oē datū optimū ⁊ oē donū
perfectū desursuz est. Superbus ergo
nec deū recognoscit: nec ꝓximo benefi-
co refert gr̄as: īmo semꝑ detrahit: sem-
per conqueritur: quia nulli vellet sub-
ditus esse vel obligatus.

¶ De q̄ttuor alijs fructib⁹ suꝑbie: quoꝝ
prim⁹ est inobediētia. Articulus. iij.

Si diuersis iaculis non vul-
neraret suꝑbia mētes mor-
taliū: nō insudarē tā diu ad
ei⁹ reprobationē. Sz qr ipa
pene oēs inuoluit: ⁊ vix re-
peritur qui ab ipsa sit alien⁹: iccirco in
hoc articulo de quattuor eius fructib⁹
vltimis adhuc dicemus. ¶ Prim⁹ itaq;
fructus inobedientia vocatur. Ex hoc
filij parētibus: subditi prelatis: ⁊ infe-
riores superioribus obedire contēnūt.
Hoc autē maxime perficitur in illis q̄
se bonos reputantes cū videāt de facto
malos superiores ⁊ prelatos ab eorum
obedientia se eximunt: reputantes ini-
quum ⁊ iniustū fore vt boni criminosis
subijciantur et reis. Contra istos dicit
Alex. in. iij. summe. in. q. vtrū boni sub-
ijci teneantur malis. in. q. xlviij. mē. ij.
ar. j. ꝙ sic. qr mali subijciuntur malis
propter vitium puniendū: ⁊ boni subij-
ciūtur malis ex dei ordinatione ꝓpter
vtilitatē sue purgationis. Vñ Amb. su-
per epl̄am ad Rom̄. xiij. ait suꝑ illo ver
bo. Principes nō sunt timori boni ope-
ris. Si bon⁹ est princeps bñ operantes
nō punit sed diligit: si malus est nō no-
cet bono sed purgat eū. Et in. q. xl. mē.
iij Vtrū prelatus malus possit iudicare
inferiorē bonū? Rñdet ꝙ pōt de officio
ptātis. Et adducit exēplum Saulis: de
quo. viij. q. j. c. audacter. ⁊. ij. q. vij. c. ple
rūq;. ⁊. j. Reg. xxiiij. Qui cū esset a dño
reprobatus: iudicabat tñ populū dei: et
vniuersus populus eius iudiciū expete
bat. Unde dixit Dauid post reprobatio
nem profitens ipsum esse iudicē a dño.
Propitius sit mihi dñs vt non extendā
manū meā in xp̄m dñi. Dauid etiā cum
esset adulter et homicida interrogatus
a ꝓpheta: sentētiā in diuitē dedit q̄ ra-
puit ouē pauperis dicēs: Judiciū mor-
tis est viro huic. Salomon etiaz amore
mulierum deprauatus coluit deos gen-
tium: tamen vniuersa plebs israelitica
ad eius iudicium confluebat. Et in que-
stione. Utrum honor sit exhibēdus ma-
lo prelato. dicit Alexā. q. xxxiij. mem. iiij.
ar. v. ꝙ q̄ diu ab ecclesia toleratur debe
tur sibi honor: et q̄uis male presideat:
quousq; ab ecclesia deponat: vt bñ pre-
sidēs debet haberi. Nec debent inferio-
res iudicari vtrū bene operētur: sed il-
los dñs iudicabit. Et in. q. Utrum ma-

sus prelatus magis sit honorandus q̄z bonus subditus. Dicit q̄ malus prelatus inquātū prelatus magis dz honorari q̄z bonus subdit⁹: qz magis est in participatione debiti honoris. Cōfirmātur dicta per Alexā.ſ. Petri.ij. vbi dicitur: Serui subditi estote in omni timore dominis: non tm̄ bonis et modestis: sed etiam discolis. Et ad idē est tertus dist. ix.c.ſ.§. quicunq;.t.xj.q.iij.c. iulianus. c. qui resistit.c. si dominus.c. imperatores.c.quid ergo mirum.t.c.si is. Dū igitur prelati mali precipiunt ea que non sunt contra deum et bonos mores: audiēdi sunt iuxta precepta dñi Matth. xxiij. dicētis: Super cathedrā moysi sederunt scribe t pharisei. Oīa ergo quecūq; dixerint vobis seruate t facite: ſm opera v̄ro eor̄ nolite facere.

¶ Qz superbi sunt curiosi scire que non possunt aut non debent.

Secundus fructus superbie curiositas vocatur. Scōm autem Thom̄. ij. ij.q.clxvij. ar.ſ. curiosus aliquis potest dici multipliciter. ¶ Primo q̄ q̄rit scire qō supra vires est. Cōtra illud qō scribitur Eccl. iij. Altiora te ne quesieris: et fortiora te non fueris perscrutatus. Sic sunt curiosi qui volunt inuestigare ingenio suo secreta dei. Pro quibus dicit Lactātius libro.ſ. diuinarum institutionum. Veritas t arcanus summi dei qui fecit oīa ingenio ac propijs sensibus non potest comprehendi Alioquin nihil inter deum hominemq; distaret: si cōsilia t dispositiones illius maiestatis eterne cogitatio assequeret humana. ¶ Secundo dicit curiosus cū quis querit scire alior̄ facta: que ad ipsum nō pertinent. Nam quilibet seipm inspicere habet non primos: vt dixi in quadragesimali de iudicio curioso t temerario. Qm̄ vt inquit Cicero in q̄stionibus tusculanis. Proprius stulticie est aliena vitia cernere suor̄ obliuisci. Verum hodie impletur illud dictū Gene. li.ij. de ira. Aliena vitia ante oculos habemus: a tergo nr̄a. Et de hoc ait Martialis coquus. Ad fratris culpam aquile tu lumina portas. ¶ Tertio dicit aliquis curiosus cum querit scire quod scire peccatum est: vt artes magicas. Nam vt dicit sanctus Boñ. in.ij. di. vij. parte ij.arti.ij.q.iij. Vtiusmodi artes exerceri non possunt absq; peccato: quia prohibitum est: t per legē diuinam. vt patet Leuit. xx. t per legem positiuam. vt habet. xxvj.q.v.c. Si quis.ſ.c. qui diuinationes. t.c. non liceat. Ratio huius prohibitionis est: qz qui diabolum aduocat per magicas artes: aut quouis modo: peccat in seipsum dum se committit discrimini: peccat in ecclesiam dum habet commercium cum illo: qui est omnino precisus t ecclesie aduersarius: peccat etiam in maiestatem diuinam dum recurrit ad diabolum quasi deus non sit omnipotēs t sufficiens atq; benignus. ¶ Quarto pōt aliquis dici curiosus cū querit scire qō scire nō est pertīn̄: sed cuz indebito modo: vt faciūt illi qui volūt acq̄rere sciam per artē notoriā. ¶ Et q̄nto dz q̄s curiosus cū querit scire: sed nō ad debitū finem.

¶ Qz superbi sunt contētiosi.

Tertius fructus superbie cōtentio vocat: qz superbi solent esse verbosi: t cōtēdunt libenter: t oībus loquētibꝰ cōtradicūt: assumūtq; libenter oēm cōtrarietatē vt videant sapientes. De hac ptention dixi in quadragesimali copiose.

¶ Qz superbi sunt p̄sumptuosi.

Quartus fructus superbie dicit̄ p̄sumptio. De qua sunt tria notanda. Primum q̄ p̄sumptio sumitur multipliciter. Aliquando pro probatione semiplena in iure: t sic dicitur li. vj. de reg.iur. Semel malus semp̄ presumitur esse malus. Scōo accipit̄ p̄sumptio pro quadam bona confidentia. t sic accipit̄ Judith. vj. Benedictus es domine qui nō derelinquis p̄sumētes de te.

Et di.iiij.c.denicq̃. Tertio sumit ꝓ vna ex speciebus pcti in spm̃sctm̃. Quarto sumit ꝓut opponit magnanimitati: et sic est spēs supbie: ⁊ potest sic diffiniri. Presumptio est vitiū quo q̃s aggredit vel exequit ea q̃ sunt supra facultatem suā ⁊ cōditionē. Hoc vitiū opponit magnanimitati ꝑ excessum. Nā magnanimitas est virtus moralis tendēs ad magna opa ⁊ magnos honores: sed ꝟm rōnem ⁊ ꝟm v̄tutē suā ⁊ dignitatē. Huic aūt virtuti opponit aliqd̄ vitiū ꝟm defectū ⁊ aliqd̄ ꝟm excessum: sicut ⁊ alijs virtutibus moralibus. Et ꝟm defectuꝫ q̃dem opponit vitiuꝫ pusillanimitatis quo q̃s retrahit se ab his oībus q̃bus est dignus vel aptus: dū.s.nō conat ad operādū ea q̃ sibi cōpetūt ꝟm statū suū Et hoc ꝓhibet Eccli.vij. Noli inq̃t sapiens esse pusillanimis in aīo tuo. Sed ꝑ excessum opponit magnanimitati presumptio: q̃ attentat magnū opus excedens facultatē suā. Qd̄ quidē pctm̃ est ꝟm Tho.ij.ij.q.cxxx.ar.ij.qm̃ vt inquit Sene.li.de quattuor virtutibus. Magnanimitas si se supra modū extollat facit virū minacē inflatū ⁊ inquietū ⁊ turbidū: ⁊ in quascūq̃ excellētias dictorū factorūq̃ neglecta honestate festinum. ¶ Scd̄m notandū ꝙ si hō vult se retrahere ⁊ ꝯuertere ad diuina ꝑ orationeꝫ: cōtēplationē: ⁊ hmōi: vniēdo se eis per intellectū ⁊ volūtatē: q̃uis diuina sint supra hoīem: nō tñ dicet p̄sumptuosus si debito mō.i.ꝟm rōnē se applicet eis: idest ꝟm capacitatē suā. ¶ Tertiū notādum ꝙ si aliq̃s attentat aliqd̄ opus facere nō ex se: sed virtute diuini auxilij: hoc nō erit p̄sumptuosum: Opus enim magnū de se cū fiducia diuini auxilij facultatē nostrā nō excedit: dūmō illud sit ꝓportionatuꝫ p̄supposito auxilio cōis gr̄e sicut attētando celebrationē: cōionē: religionis ingressum: regimē impositum cum debitis circūstātijs ⁊ hmōi. Vi p̄nominati fructus a supbie radice ꝓueniūt. Eradicet arbor: ⁊ fructus peribunt ⁊ exiccabunt. Nisi em̄ humiles fuerimus heredes celestis regni nūq̃ esse valebimus. Ad qd̄ nos ꝑducat iesus redemptor mundi: qui est bn̄dictus in secula seculoꝝ. Amen.

¶ De iudicio dei contra primos parentes: mandato diuino inobedientes.

Sermo.vj.



Restatur nobis indies causa quare dei iusticiam timere debeamus. Quisnā nō paueat dū ꝟm veridicā scripture sctē traditionē ꝓ inobediētia primoꝝ parētū: ⁊ ipsos ⁊ oēm ipsoꝝ posteritatē penis grauissimis viderit affici? Nō finit deus iniuriā sibi fieri: q̃n ꝑ flagella sequētia ostendat quantū sibi displiceat. Non est acceptor ꝑsonarū: nec respicit cuiusq̃ dignitatē. Nō permisit hoīem labentem impune trāsire. Apud quosdā tñ impios ⁊ incredulos figmēta vident esse: que dicunt de peccātibꝰ hoībus primis. Iccirco in hoc sermone de iudicio dei ꝯtra hoīem inobedientes dicturi: tria more solito mysteria declarabimus.

Primū d̄r causalitatis.

Scd̄m qualitatis.

Tertiū penalitatis.

¶ De causa pene primoꝝ parentū: quia propria voluntate preterierunt dei preceptum. Cap.j.



Satisfaciendū arbitror: i hoc primo capl̄o eoꝝ opinioni q̃ primoꝝ parentū culpā alleuiare: immo excusare nituntur. Asserūt equidē. Si voluisset deus nō peccasset adā: quasi deus causa fuerit trāsgressionis illius. Quare ad tranq̃llitatē cordis opꝰ est hic q̃tuor dubia disputare.

Primū vtrū deus sit causa pcti.

Scd̄m vtrū deus possit facere voluntatē creatā impeccabilē ꝑ naturā.

Tertiū vtrum deus debuit ꝑmittere hoīem impugnari.

Quartū vtrū diabolus ex inuidia tē

tauit hoiem.

cognouerãt viros dicẽs. Accipite illas ⁊ abutimini eis: viros aũt istos nõ tãgatis. ¶ Hic queritur vtrũ loth sic faciẽs peccauerit? Et quidã dicũt ꝙ nõ: eo ꝙ de duob⁹ malis minus est eligendũ. vt pz di. xiij. c. duo. ⁊. xxij. q. iiij. c. iurauit. ⁊. c. nõ solũ. Sed Nicol. de lyra dicit ꝙ illud intelligit in corporalib⁹ seu tpalibus: nõ aũt in spũalib⁹: qm̃ vt dic̃ apl's nõ sunt facienda mala vt inde veniant bona. Et idẽ dicit. xxxij. q. iiij. c. sic non sunt. ⁊. xxxij. q. v. c. si quis vxorẽ. Quare illicitũ fuit loth cõcedere filias ad abusum. Charitas em̃ est ordinata: et ideo nullus debet cõmittere aliquid inordinatũ vt p̃caueat a maiori pctõ alteri⁹. Loth ergo nõ potuit offerre filias suas quin consentiret pctõ mortali. Excusatur itaq; a tanto: sed nõ a toto. Tũ ratione perturbationis mẽtis in q̃ erat. Tuz quia vitio pessimo in suis ciuibus ⁊ violentie in hospitib⁹ occurrere intẽdebat. Dũ ergo sodomite violẽtiã inferre tẽtarent: ita vt vellent effringere portas domus: angeli introduxerunt loth clauseruntq; ostiũ: ⁊ eos qui foris erãt percusserũt cecitate: a maximo vsq; ad minimũ. Nico. de lyra dicit: ꝙ percussi sunt cecitate: non priuatione visus: sed acrisia. Magister in historia scholastica dicit: Acrisia est qñ hoĩes habẽt oculos apertos ⁊ non vident: qd̃ magi faciũt incantationibus. Fit insup aliqñ ꝙ homines rem habent in manu ⁊ nõ vident: et hoc etiam est acrisia: ab a qd̃ est sine: ⁊ crisis iudicium. ¶ Secũdo cõsideremus loth liberationem. Dixerũt angeli ad loth: Om̃es tuos educ de vrbe hac. Delebimus enim locum istum. Et ingressus loth ad generos suos ait eis: Surgite et egredimini: quia delebit dominus ciuitatem istam. Non est credendum: vt ait Hieronymus his qui dicunt alias filias a predictis virginibus loth habuisse habentes viros que cum viris submerse sunt: sed generos vocat futuros generos. Unde hebraica veritas habet. Egressus est loth ad sponsos qui noluerunt egredi ⁊ visus est eis ludens loqui. Mane dissimulante loth exire apprehensum: eum cum vxore sua ⁊ filiabus suis statuerũt eum angeli extra ciuitatem dicentes: Ne respicias retro: sed in monte saluũte fac. Qui ex perturbatione nondum plene credens domino ait: Nõ possum in monte saluari: ne forte apprehẽdat me malũ ⁊ moriar. Dicit magister in historia scholastica. Forte senex: montiũ frigora: ⁊ laborẽ vie horrebat. Addidit Loth. Est hic ciuitas parua: ad quam fugere sufficio: vt saluer ĩ ea. Et ait dominus: Non subuertam vrbem ꝑ qua locutus es. Et ꝓpter verba Loth vocata est ciuitas illa segor: idest parua. Quãdiu aũt fuit ibi Loth: dñs pepercit ei: sed vt dicit Hiero. concussa fuit bis terremotu. Unde Loth timẽs egressus mãsit in mõte: ⁊ segor post subuersionẽ quattuor ciuitatũ: tertio terremotu absorpta fuit. ¶ Tertio cõsideremus ciuitatum deletionẽ. Egresso Loth de Sodomis: pluit dñs super ciuitates illas sulphur ⁊ ignẽ. Dicit Nicolaus de lyra ꝙ ignis sulphureus habet ardorem et fetorẽ: ad significandũ vitium sodomitarum: qd̃ fetet vilitate: et ardet ardore concupiscentie. Et subuertit dñs ciuitates illas: et omnes habitantes in eis. Uxor v̄o Loth respiciens post se versa est in statuam salis: quam Josephus dicit se vidisse. Dicunt hebrei ꝙ hoc fuit qr peccauerat in sale: vt sic pena responderet peccato. Petẽti enim Loth sal ꝓ condimento cibi angelorũ: quos homines credebat: ipsa renuit apportare: qt non habebat charitatem ad hospites. Petierũt itaq; in igne omnes vtriusq; sexus: qui erant in ciuitatibus illis: totaq; regio conuersa est in lacuz. De quo Isidorus lib. xiij. etymol. ait: ꝙ dicit mare mortuum: qr nihil gignit viuum: nihil recipit ex genere viuentium. Nam neq; pisces habet: neq; assuetas aquis et letas mergendi vsu patitur aues: sed et quecunq; viuentia mergenda tenta

neris: quacūq; arte demersa statim resi liunt: et q̄uis vehementer illisa: statim excutiuntur. Sed neq; ventis mouetur resistēte turbinibus bitumine. Neq; na uigationis patiēs est: quia omnia vita carētia in profundum merguntur. Nec materiam vllam sustinet: nisi que bitumine illustratur. Lucernam accēsam ferunt supernatare: extincto lumine mergi. Puto q̄ sapiētissimus deus statuerit lacum illum tā admirādis proprietatibus sociari: vt sic magis occasionem habeant homines cognoscendi virtutē et potentiam dei. Ipse ergo sodomitas deleuit: nec passus est regionem illorum in lacum conuersam vt tactum est: vllo vnq̄ tēpore habitabilem fieri. Caueant ergo qui christiano nomine decorātur: ne tanto crimine irretiti: deum celi conturbent: et inducant vt iudicet illos: et verberet flagello suo. A quo nos miseri corditer liberet: qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

¶ De iudicio dei contra Pharaonem et egyptios: in populum iudeorum seuiētes. Sermo. x.

Que repetim' frequentius de iudicijs dei viuentis: videntur his quibus lapidea corda sunt et adamantina: friuola esse ineptaq; ⁊ abijciēda. Aiunt enim illa cōficta inuētaq; esse: vt sic vulgares terroribus quatiant. Sed profecto rerū gestarū experientia docet: ipos velint nolint esse mētitos. Offert nāq; scriptura sctā vndiq; apertissime exempla ⁊ manifesta in quibus luculēter cognoscere possum' q̄ terribilis omnipotens deus fuerit: ⁊ q̄dem sepius ꝯ pctōres illū spernentes. Inter q̄ extat illud vnuz: de quo in p̄senti sermone erimus disceptaturi: qn̄. s. tot plagis percussit Pharaonē ⁊ ppl'm egyptioꝝ ꝓpter delicta ⁊ facinora sua. Quare de iudicio dei ꝯ Pharaonē locuturi: tria mysteria de illo ꝓponimus percurrēda.

Primū d̄r ppl'i israelitici afflictio.
Scd̄m Moysi diuina electio.
Tertiū pharaonis ⁊ suoꝝ punitio.

¶ Qualiter Pharao ⁊ egyptij crudeles erant populo iudeoꝝ. Cap̄. j.

Deccauit Pharao cōtra populū dei: ⁊ egyptij fecerunt similiter. Neq; arbitrandū est illū Pharaonē fuisse sub quo Joseph tā gloriose sublimatus est: qr vt dicit Vincētius ī speculo historiali ille dictus fuit Mefres: post quē ⁊ multi alij pharaones regnauerunt successiue ī egypto: vsq; ad istū Pharaonē Amenosis nominatum: qui in iudeos acriter insurrexit. Qd̄ vt melius innotescat: in hoc mysterio de ppl'o iudaico tria ꝯsiderare debemus.

Primo multiplicationē.
Scd̄o ꝑsecutionē.
Tertio aggrauationē.

¶ Qualiter multiplicatus est populus iudeorum.

Primo ꝯsideremus illius populi multiplicationem. Dicit enim Exo. j. c. Filij israel creuerunt ⁊ quasi germinantes multiplicati sunt: ⁊ roborati nimis impleuerūt terrā. ⁊ Aug. xv. li. de ciui. dei. dicit: Ex vno Abraam nō multo amplius quadringentis annis multiplicatio hebree gentis tanta procreata est: vt in exitu eiusdem populi ex egypto sexcenta milia hominum fuisse referantur bellice iuuētutis. Scd̄m aūt magistruz in historia scholastica. ⁊ colligitur ex. xij. c. Exo. habitatio filioruz israel in egypto fuit quadringentoꝝ triginta annoruz. Sed noīe egypti intelligendus est oīs incolatus eoꝝ qui incepit a ꝓmissione facta Abrae in via mesopotamie. ¶ Secundo cōsideremus illius ppl'i ꝑsecutionem: quare. s. pharao ⁊ egyptij ꝑsequebant' iudeos. Et dicit Josephus q̄ egyptij inuidebant eis ꝓpter virtutē ingenij ⁊ laboris industriā: ⁊ affluētiā opuz ⁊ sobolis nobilitatē. Secunda rō assignat' Exo. j. vbi dicit': q̄ Pharao dixit:

Populus israel fortior est nobis: oppri
mamus eū ne multiplicat⁹ insurgat cō
tra nos: vel adulando hostib⁹ nostris
ereat liber. Tertia rō ponit in glo. sup
Mat. ꝙ diabolus presagiēs xp̄m nasci
turū ex hebreis: ppl'm extinguere nite
batur. Concurrebāt ergo simul īuidia
ppl'i: timor Pharaonis: ⁊ malicia dia
boli. ¶ Tertio cōsideremꝰ illiꝰ ppl'i gra
uationē. Imposuit pharao illi populo
graues angarias operuꝫ ꝟm magistrū
in historia scholastica q̄bus fracti non
vacarent amplexib⁹: ⁊ magistros opeꝝ
prefecit egyptios vt durius affligerent
eos. Cōpellebantur coquere lateres: ex
quib⁹ ampliarent̄ ciuitates. s. Phiton:
et Ramessen que erāt in finib⁹ egypti:
et fortificauit eas Pharao ponens ibi
armatos: ne q̄s posset ingredi vel egre
di sine regis nutu. Aliud opus nō tam
graue q̄ seruile imposuit eis vt lutum
platearū et sordes vicorū cophinis ex
portarēt. De quo ps̄. lxxx. Man⁹ ei⁹ in
cophino seruierunt. Tertiū etiā addit
Joseph⁹: vt. s. fluuiū ꝑ multas deriua
tiones diuiderēt ⁊ circūdarēt ciuitates
fossatis. Quanto magis autē opprime
bantur: tanto magis deo autore multi
plicabant̄. Qd̄ vidēs pharao p̄cepit ob
stetricib⁹ hebreoꝝ Sephore ⁊ phue: q̄
ꝟm Nico. de lyra erāt egyptie: ⁊ p̄erant
multitudini obstetricū: vt masculos he
breoꝝ obstetricādo interficerēt ⁊ abor
tum factū mētirent̄: feminas aūt reser
uarēt. Dicit magister in histo. ꝙ hoc fa
ctū est: tū q̄ femine nō poterāt surgere
contra regē: tū q̄ volebant illas ad lu
xuriam egyptioꝝ: tū q̄ erant vtiles ꝟm
Nicol'. de lyra ad aliqua opa q̄ egyptij
facere nesciebāt. In tot angarijs: ī tot
laborib⁹ non satiabat̄ crudelitas pha
raonis. Quinīmo cū obstetrices qd̄ or
dinauerat facere noluissent dicētes he
breas mulieres artē obstetricādi habe
re ⁊ absq̄ illis parere precepit pharao
omni populo suo dicens: Quidq̄d ma
sculini sexus natū fuerit. s. de iudeis in
flumen proijcite: ⁊ quicquid feminei re
seruate. O quāt⁹ erat meror quantus ve
luctus hebreoꝝ. Quot lamēta: quot ge
mitus. Clamabant ad deum creatorem
oīm. Miserere nostri dn̄e miserere no
stri: subueni nobis: ⁊ fer pereūtib⁹ opē.
Adiuua nos deus salutaris nr̄: ⁊ ꝓpter
gloriā nominis tui domine libera nos
nec patiaris nos tam dure vexari: ac
molestari.

¶ Qꝛ deus exaudiuit clamorem popu
li iudaici: ⁊ elegit Moysen ducem et li
beratorem. Capitulum. ij.

Non derelinquit in se sperā
tes de⁹ qui si q̄nq̄ illos pa
ti secreto suo iudicio finat
tandē sue mīe venā aperire
nō desinit. Voluit ergo ꝓ
pietate sua populū in afflictione clamā
tem exaudire. Elegitq̄ Moysen ducē ⁊
liberatorem quē amplissimis prerogati
uis dotare dignatus est. Ut aūt hoc cla
rius habeat̄: bn̄ est vt de hoc Moyse in
hoc secūdo mysterio tria cōsideremus,

Primo generationem.
Scd̄o preseruationem,
Tertio vocationem.

¶ De natiuitate ⁊ ortu moysi qui natus
est ꝟm beneplacitum dei.

Primo cōsideremus moysi ge
nerationem. Natus quippe
est moyses ꝟm beneplacitus
diuinuꝫ. Dicitur nāq̄ Exod.
ij. Egressus est post hoc vir de domo le
ui: ⁊ accepit vxorē stirpis sue: que conce
pit ⁊ peperit filium. Dicit Nico. de lyra
ꝙ ista acceptio non potest intelligi de
acceptione in matrimonio: q̄ dicit post
hoc. i. post preceptum regis de pueris
submergēdis. Nam ante illud preceptū
vxor pepererat Aaron qui nat⁹ fuit an
te moysen annis tribus. Qd̄ probatur
Exod. vij. vbi d̄r: ꝙ moyses. lxxx. erat an
norum: ⁊ aaron octogiuta triū quando
locuti sunt ad pharaonē. Jō Josephus
et alij dicunt: ꝙ ista acceptio intelligit̄
de copula: quia propter edictum regis
multi separauerūt se ab vxoribus: quā
tum ad carnalē copulam: magis eligen

tes non generare: q̄ꝫ ꝙ filij statim nati submergerētur in flumine. Et dn̄s ammonuit amrā patrē moysi in somnis: ꝙ secure ad vxorem accederet: quia ex illa filium generaret: qui populū esset liberaturus. Et sic eam cognouit: concepit ergo vxor Amrā ⁊ peperit filiū ꝟm magistrū in historia scholastica silentio: eo ꝙ nō multum doloris partus ei intulerit. Nec absurdū aut impossibile id cēseri debet: qm̄ Plutarchus refert in vita Ciceronis: ꝙ quādo in lucem venit Tullius: nullo puerperij dolore: tertio kal. Januarij natus est. Abscōdit ergo mater Moysen tribus mensibus. Refert Augu. xviij. lib. de ciui. dei. xxxix. c. ꝙ eo tēpore quo Moyses natus est fuisse reperitur Athlas ille magnus astrologus Promethei frater matern⁹ auus Mercurij maioris: cuius nepos fuit mercurius trimegistus. ¶ Scdo cōsideremus Moysi preseruationē. Preseruauit illū deus a periculis: ne violēta morte occideretur. Ut em̄ inquit Nico. de lyra: qr inquisitiones fiebant in domibus: non potuit vltra illū abscōdere mater. Quare cōpulsa sumpsit fiscellā scirpeā vt dr̄ Exod. ij. c. j. capsellam de iuncis cōtextā ⁊ rotundam: vt dicit magister in historia: ⁊ liniuit eam bitumine ac pice: ⁊ ponēs intus infantulū in charecto ripe eū exposuit: ne impetu fluminis raperetur stante ꝓcul sorore paruula Maria: ⁊ expectante rei exitū ex matris p̄cepto ꝟm magistrū in histo. Et ecce descēdit filia Pharaonis vt lauaret in flumine. Que videns fiscellā: afferri fecit ⁊ aperiri: videnscꝫ paruulū vagientem miserta est eius dicēs: De infantibus hebreoꝝ est. Refert Josephus ꝙ tante pulchritudinis erat: vt nullus adeo seuerus esset q̄ inspiciens illū nō diligeret: multiqꝫ de post dum cernerent eum per plateā ferri: occupationes in q̄bus studebant desererent. Dū igitur susceptū puerū expositum: vt Josephus narrat: alique egyptie vellent lactare: nolebat illarū suggere māmas. At maria soror dissimulās ꝙ frater eius esset: dixit filie Pharaonis: Vis dn̄a vt aduocē aliquā hebreā? Que dixit: Sic. Vocauitqꝫ matrē cui illa ablactandū tradidit filiuꝫ ꝓmisitqꝫ mercedem. Suscepit mulier ⁊ nutriuit puerū: adultūqꝫ tradidit filie Pharaonis: que adoptauit illū in filium: vocauitqꝫ nomē eius Moyses dicens: qr de aqua tuli eū: ꝟm magistrum in historia scho. Egyptij mos aquā: is saluatū dicūt. Addit magister in histo. scho. ꝙ dū quadam die Pharaoni filia obtulisset Moysen: vt ⁊ ipse eū adoptaret: admirans rex pueri venustatē: coronā quam fronte gestabat capiti illius imposuit. Erat aūt in ea Amonis imago fabrefacta. Puer aūt coronā ꝓiecit in terram ⁊ fregit. Sacerdos aūt heliopoleos a latere regis surgens exclamauit: Hic est puer quē nobis deus occidendū mādauit: ⁊ voluit irruere in eū: sed auxilio regis liberatus est: etiā ꝑsuasiōe cuiusdaꝫ sapiētis q̄ per ignorātiā hoc factū esse a puero asseruit. In cuius rei argumētuꝫ cū prunas allatas puero obtulisset: puer eas ori suo apposuit: ⁊ lingue sue summitatē igne corrupit. Vn̄ ⁊ hebrei cum īpeditioris lingue fuisset: inde ꝓcessisse autumāt. Postq̄ ꝟo creuit vt habetur Exod. ij. c. amplius factus robustus: vidit quadā die vnū de egyptijs verberātem quēdā hebreū: ⁊ Moyses respiciēs huc atqꝫ illuc: vidēs ꝙ nullus adesset: interfecit eū ⁊ abscōdit in sabulo. Dicit Nico. de ly. ꝙ hebrei tenēt: ꝙ iste q̄ erat ꝑcussus ab Egyptio: fuit vir Salumith que erat pulchra valde: de qua habetur Leuit. xxiiij. c. Egyptius autez ille erat vnus ex prepositis qui ordinauit ꝙ hebreus in aurora surgeret: ⁊ veniret ad opa. At ille domū adiēs ad Salumith adhuc in lecto iacentē accessit. Que credens esse virum accepit euꝫ. Postq̄ ꝟo innotuit sibi proditio: conquesta est viro. Quare vir rixabatur cum illo egyptio: ⁊ ille verberabat eum. Moyses autem ex reuelatione dei sciebat se esse electum ducem ⁊ defensorez illius populi.

Itaq; sine pctō interfecit illum. Altera die vidit duos hebreos rixātes: ⁊ dū argueret eū q̄ fecerat iniuriā: rn̄dit: Quis te ꝯstituit iudicē sup̄ nos? Nū occidere me vis: sicut heri occidisti egyptiū? Audiuit Pharao verbū hoc: ⁊ q̄rebat occidere Moysen q̄ fugiēs p̄ desertū venit in terrā Madian: seditq; iuxta puteū. Erāt aūt sacerdoti Madian. i. primati qr antiq̄tus sacerdotes appellabantur maiores ⁊ principaliores: septē filie. Ipse v̄o dicebat̄ Raguel cognominatus Jetro: q̄ venerāt vt haurirēt aquā gregibus suis. Dicit magr̄ in historia scholastica. Officiū em̄ gregū alendoꝝ tunc erat etiā mulierū. Supueniētes v̄o pastores reppulerūt eas quos prohibuit Moyses ab iniuria virginū: ⁊ adaquauit greges earuz. Que maturius solito redeūtes: rogauerūt patrē ne bn̄ficium peregrini retributione priuaret̄. Uocatusq; Moyses iurauit: ꝙ habitaret cū illo: ⁊ accepit vxorē filiā eius Sephorā que peperit ei Gersan: qd̄ sonat aduena eo ꝙ in exilio genuerat euz. Peperitq; alterū quē dixit Eliezer. i. diuinū adiutoriū. Deditq; ei socrus oēm curam greguz suoꝝ in q̄bus s̄m magistrū in historia: oīs antiq̄s barbaris erat possessio.

¶ Tertio cōsideremus Moysi vocationem. Nō em̄ a seipso p̄sumptuose grandia est aggressus: sed a deo vocat⁹. Nā dū pasceret greges ouiuz in deserto: vt notat̄ Exo. iij. c. venit ad mōtem synai. Qui s̄m magistrū in historia scholastica in quadā sui parte dictus est Oreb. Et apparuit ei dn̄s in flamma ignis de medio rubi qui ardebat ⁊ nō cōburebatur. Uocauitq; domin⁹ Moysen. Et ait Moyses. Uadā ⁊ videbo visionē hanc magnā. Et vocauit eū dn̄s de rubo. ⁊ ait Moyses Moyses. Qui respōdit: Adsuz. Et dn̄s. Tolle calciamēta. locus em̄ in quo stas terra sctā est. Ego sum deus Abraā: deus Jsaac ⁊ deus Jacob. Uidi afflictionē populi mei ī egypto ⁊ descēdi vt liberē eū. Ueni mittam te ad Pharaonez. Sunt ⁊ alia multa in textu biblie in q̄bus luculēter ostendit̄ ꝙ deus Moysen ducez illius ppl̄i elegit cui in sociū dedit Aarō fratrē eius. Cōfundantur ergo illi q̄ deceptorē ⁊ seductorē accusant Moysen: ⁊ criminant̄ illū: quasi ex vi ingenij ⁊ artis magnalia q̄ de ip̄o p̄dicant̄ fecisset. Cōtra quos est scriptura diuina tā veteris q̄ꝫ noui testamenti ꝓut exp̄ssius posui in quadragesimali de pnīa in sermone de obediētia dei.

¶ De varijs plagis ⁊ flagellis egypti.

Capitulum. iij.

Dicēdū hoc tertio loco restat de varijs dei iudicijs: q̄bus oēm egyptū ⁊ Pharaonē iuste cōcussit. Qd̄ vt plenius intelligat̄ tria considerare debemus.

Primo pharaonis obdurationē.
Scd̄o magoꝝ operationē.
Tertio egypti plagationē.

¶ Primo ꝯsideremus pharaonis obdurationē. Cū em̄ Moyses ⁊ Aarō coram Pharaone locuti fuissent mādata dei: fecissentq; signa: indurauit Pharao cor suū. Et vt d̄r. xxiij. q. iiij. c. Nabuchodonosor. ipsis flagellis durior est effectus ⁊ perijt. Hac occasione querit̄ a doctoribus: vtrum obduratio sit a deo? Et ꝙ sic ptz. Quia Exo. iiij. c. dixit deus. Indurabo cor Pharaonis. ⁊ Exo. ix. c. ⁊. x. ⁊. xiiij. Indurauit deus cor pharaonis. ⁊ Esa. lxiij. scribit̄: Indurasti cor nostrū ne timeremus te. ⁊ Roma. ix. apl̄s ait: Cuius vult deus miseret̄: ⁊ quē vult indurat. Sed cōtrarium ꝓbari pōt. Dicit em̄ propheta p̄s. xciiij. Nolite obdurare corda vestra. ⁊ Hiere. v. c. cōqueritur deus dicens: Indurauerūt facies suas supra petrā ⁊ noluerunt reuerti. ⁊ Hiere. xvij. c. Indurauerūt ceruicē suā ne audirent me ⁊ ne acciperēt disciplinā: ergo videt̄ ꝙ induratio sit a ꝓpria malicia. Respōdet Bon̄. di. xl. j. li. ar. iij. q. j. ⁊. ij. ꝙ obduratio vno modo dicit culpā. Et sic s̄m Aug. li. de p̄destinatione sctōruz obduratio nil aliud est: q̄ꝫ dei obuiare mandatis. Et glo. Rom̄. ij. c. Obdura-

tio est obdurate mentis in malicia pti-
nacia: per quā fit hō impenitēs. Hec est
ab hoīe nō a deo: qr vt ꝓbatum est: deo
autore nō fit hō deterior. Alio mō obdu
ratio dicit penā. Et qr oīs pena iusta est
ꝛ ordinata: sic obduratio est a deo q̄ ni-
hil aliud est q̄ subtractio gr̄e qua ho-
mo nō est dignus: qr illa abuteret̄. Pro
pterea de multis dicit deus in ps̄. lxxx.
Dimisi eos ꝟm desideria cordis eorum:
ibūt in adinuētionibus suis. Hinc Au-
gu. ait li. de libe. arbi. Indurauit deus
Pharaonē iusto iudicio: sed ipse se libe
ro arbitrio. Uñ cum audisset relata per
Moysen ꝛ Aaron: vidissetq̄ virgā con
uersam in colubrū: ꝛ rursus colubrū cō-
uersam in virgā: iussit affligi populum
ne darent̄ eis palee: sed ipsi acquirerēt
ꝛ redderēt numerum laterū cōsuetum.
¶ Scdo ꝯsideremus magoꝝ operatio-
nem. Nam vt d̄r Exo. vij. c. Magi Pha
raonis ꝓiecerūt virgas in terrā: q̄ verse
sunt in serpētes. Sed hec difficultas nō
parua orit̄. Utrū ille virge cōuerse sunt
in veros serpētes? Et quidā dicūt q̄ ibi
nō fuerūt veri serpētes: sz fuit tm̄ que-
dam delusio: qr vt dicit Augu. iij. de tri.
Nō est putandū istis trāsgressoribꝰ an-
gelis ad nutū seruire hāc visibiliū mate
riā rerū: sed soli deo. Rō istoꝝ est: qr for
tior erit diabolus tpe antixp̄i q̄ nunc.
Sed tūc mēdaciter operabitur: vt dicit
Aug. ij. li. de ciui. dei. c. xix. ꝛ apl̄s etiam
scribit. ij. Theß. ij. c. Cuius aduētus erit
ꝟm operationē sathane in oī virtute et
signis ꝛ ꝓdigijs mēdacibus. Veruntñ
Alex. in. ij. li. q. xliij. mē. s. soluit di. q̄ cū
in mēdacio duo intelligant̄. s. falsitas ꝛ
intētio fallēdi in miraculis antixp̄i ali-
q̄n erit falsitas ex parte rei: aliquando
erit veritas ex parte rei: non tamen ex
parte intentionis. Intendet quippe de
cipere homines: ꝛ facere credere se esse
deum. Sic opera magorum Pharaonis
erant vera ex parte rei: sed mendacia ex
parte intentionis. Intendebant nanq̄
ipsi: vt videntes crederent: q̄ opera sua
ꝓcederent volente deo: sicut opa Moy
si: tamen vt dicit Augu. li. x. de ciui. dei.
viij. c. faciebant illi veneficijs. i. incanta
tionibus magicis: quibus sunt angeli
mali: hoc est demones dediti. Alij dicūt
q̄ cōuersio virgarum in serpentes fuit
ꝟm apparentiā: ꝛ tñ ibi fuerunt veri ser
pentes: qr demones propria virtute di-
missi poterant virgas a magis ꝓiectas
per motū localē imperceptibiliter sen-
sui humano tollere: ꝛ loco earū serpen-
tes aliunde portātes supponere. Uide-
mus enim q̄ aliqui per subtilitatē ma
nuum ꝛ motū localē: aliqua sic trāsmu-
tant q̄ hoīes nō percipiunt: multo for-
tius demones. Nōnulli ꝟo referunt q̄
ibi fuit vera conuersio virgarum in ser-
pētes. Et hoc dicit Strabo in glo. Mo
dum autē assignat Alexā. in. ij. q. xliij. ꝛ
Nico. de ly. super hoc passu. Naz demo-
nes per motum localem possunt appli-
care actiua naturalia passiuis: ꝛ sic se-
quuntur effectus naturales: sicut appli
catis lignis ad ignē per manū hoīs ge-
neratur ignis in materia lignoꝝ: illa ta
men generatio est ab igne sicut ab agen
te proprio: ꝛ ab applicante ligna mini-
sterialiter tm̄. Si obijceretur qr ī textu
d̄r: deuorauit virga ꝟgas: ergo nō erāt
serpentes. Respōdet Augu. q̄ istud di-
ctum fuit initialiter: ꝛ finaliter q̄ vide-
lz ex virga Moysi factus est serpens: ꝛ
in virgaz redijt. Similiter virge mago
rum potuerunt dici virge initialiter: sz
non finaliter. Ideo virga Aaron deuo-
rauit. i. abstulit eis potestatē redeundi
in virgas: qr etsi aliquo modo eēt ordo
naturalis: vt ex virgis fierēt serpentes:
non tñ econuerso. ¶ Tertio cōsideremꝰ
egypti plagationez. Uoluit nāq̄ deus
flagellare egyptū decem plagis. ¶ Pri
ma ponit̄ Exo. vij. Aqua fluminis versa
est in sanguinem: ꝛ pisces qui erant in
aqua mortui sunt diebus septem. Dicit
magister in histo. q̄ fuit sanguis in om
ni terra egypti: in fluuijs: riuis: ꝛ palu-
dibus: ꝛ in vasis domoꝝ tam ligneis q̄
saxeis. Foderūtq̄ puteos egyptij ꝑ cir-
cūitum fluminis: ꝛ inuenerunt sanguis

nem. Refert Josephus q hebreis erat fluuius potabilis: lz esset mutat⁹. Egyptijs vo nō solū colore: sed etiaz sapore amoro cruorē pferebat. ¶ Scōa plaga notatur Exo. viij. Ascendit multitudo ranarū: operuitqz totā terram egypti. Asserit Josephus q ore in breui mortie bant⁹ t putrescētibus cadaueribus: fetor nimis noxius exhalabat ex aqua: imo qu asi quedā domestice domos itrā tes: sic in cibis t potibus t lectis inueniebant⁹. ¶ Tertia plaga adhuc annotatur Exo. viij. q ois puluis terre versus est in cynifes per totā terrā egypti: molestantes hoies t iumēta. Magister in hi. scho. dicit: Sunt cynifes musce adeo subtiles vt visum nisi acute videtis effugiant. Addit Josephus q innumera multitudo pediculoz egyptijs pullulauit ex interioribus ebulliens: quos nec lauacris nec medicamentoz vnguētis exterminare poterant. Nam vt recitat magister in histo. multis plagis preter decē famosas credibile est pcussos egyptios. ¶ Quarta plaga fuit: quia venit musca grauissima. i. multitudo muscaz. Ponit magister in histo. q quidā egyptioz inter hec flagella timētes egyptū periturā egressi sunt: vt Cecrops qui ingressus greciā vbē cōdidit: q postea dicta est athene. Creditur eriā eodē tēpestate egressus dionysius Bacchus: qui t agros coluit t vsum vinee grecis dedit. ¶ Quinta plaga describitur Exoō. ix. Mortua sunt oia animātia egyptiorum. De aīalibus vo filiorū israel nihil oīno perijt. Nico. de ly. inquit: Intelligitur de illis que erāt in campis. Sed magister in histo. dicit q de illis q erāt in domibus: qz que in pascuis post grādines perimerūt. Vel forte determinandum nō est: qz fine multo tpis intervallo forte hec facta non sunt t potuerunt aliunde habere iterum animantia. Nō enim est credendū q hodie vna plaga t cras alia percussi sunt: sed forte per q̄nquenniū vel amplius vel minus. ¶ Sexta plaga fuit: qz facte sunt vesice turgētes in hominibus t iumētis. ¶ Septima plaga fuit: qñ venerunt tonitrua et grādines t deuastauerūt ꝑm magistrū hordeum t linum: qz erant in spica: triticū t far nō sunt lesa: vt habet Exo. ix. ¶ Octaua plaga. Venit locusta t deuorauit frumentū. Quia in quolibet mense ytalēdarij duo dies atro colore tanq̄ abominādi signati sunt. Ideo nota ꝑm magrm q egyptiaci ideo dicunt: q in his passa est egypt⁹. Ob qō voluit mater ecclesia illos in ytalendario poni: vt diuina miracula semp nobis exemplo sint. Mathematici vo dicūt: q peritissimi egyptioz astrologi: quasdā cōstellationes nociuas humanis actibus in singulis mēsibus deprehenderūt: quarum constellationum puncta vulgus ꝓpter imperitiam vitare nō poterat. Quapro pter cautū est vt tota dies obseruaret ꝓpter horā illius abominabilis lucis: idest diei. Sed hoc obseruari phibitum est. xxvj. q. vij. c. nō obseruetis. ¶ Nona plaga habetur Exo. x. Facte sunt tenebre horribiles in oīi terra egypti. Ubi aūt filij israel habitabant lux erat. Nico. de ly. Dicuntur horribiles: qz visione imaginaria videbant multa fantasmata vt terrerentur. ¶ Decima plaga fuit percussio t mors primogenitoz: quādo Moyses expletis omnibus que deus iusserat: t acceptis vasis aureis t argēteis mutuo ab egyptijs: factum est noctis medio pcussit dñs omne primogenitum in terra egypti: nec erat domus in qua nō iaceret mortuus. Dicit magister in histo. q executio ista facta fuit p manuz boni angeli: q apparuerat moysi in rubo in persona dei. Aug. tñ super illum locū ps. lxxvij. Immissiones per angelos malos. ait: Possumus sine dubitatione malis angelis attribuere mortes pcōz. Nocte igitur illa cōgregato omni populo iudeoruz precinxere se ad iter: t mane oēs insimul iter arripuerī. In egressu vo eoz vt dicit magister: facto terremotu multa templa egyptiōrū simis idolis corruerūt. Adhuc aūt factus

est ꝙ nilus preter solitū inundans terram in qua sepulcruꝫ ioseph erat cooperuit. Tenebantur aūt iudei ex iuramento asportare ossa eius. Tunc moyses scripsit in lamina aurea nomen dñi tetragrāmaton: que iniecta aque supernatauit: vsqꝫ dū veniēs stetit supra vbi erat sepulcrum. Et effodientes sustulerunt ossa. Nico. de ly. sup. xiij. c. Exo. hoc impugnat dicens: Que dicuntur de nilo ⁊ ossibus Joseph: videntur esse ficticia. Tum qꝛ glose hebraice ⁊ Josephus talia nō dicunt: lꝫ imponatur eis ab illis qui libros eorum non viderunt. Tuꝫ qꝛ vna de causis quare ossa ioseph remanserunt in egypto fuit: vt per eius sepulcrum memoria beneficioruꝫ eius apud egyptios diutius remaneret: ⁊ sic populus israel mitius tractaretur. Ideo non est verisimile ꝙ ossa eius eēnt posita in pratis vel in campis vbi aque possent inundare: sed in loco valde solēni ⁊ cerebri: vbi aque nō possent inundare: maxime cum tpe mortis eius esset potentissimus ⁊ regi ⁊ populo predilectus. Uerū tamen hec ratio infringi pōt de facili: eo ꝙ nō est inconueniens qñqꝫ aquas ⁊ maris ⁊ fluminum preter spem ⁊ vltra solitum inundare. Arist. j. methaurorū tractatu vltimo ꝟm nouam translationem: ꝟm ꝟo veterem est in. ij. dicit: Non semper aūt eadem loca terre neqꝫ aquosa sunt neqꝫ arida: sed ꝑmutant ꝟm fluuioꝝ generationes ⁊ defectus. Propter qd ⁊ aque circa arida permutantur: et mare: ⁊ non semper hec quidem terra: hic autē mare perseuerat omni tpe: sed fit mare quidem vbi arida. Ubi aūt nūc mare: iterum hic terra. Scdm tñ quendam ordinem putare oportet hoc fieri ⁊ periodum. Item ꝟm Aristo. videtur ꝙ causa istarum mutationuꝫ sit motus celi cum sole ⁊ stellis: ⁊ planetarum coniunctiones. Inuenimus nāqꝫ ꝙ tēpore Gregorij. ij. vt narrat Ricobaldus i chronica: diluuium rome fuit ꝓpter aquas tyberis: qui tantū intumuit vt in via lata ad hominis staturam ⁊ semis fuerit: durauitqꝫ diebus septē. Letanijs actū est ad deū ⁊ cessauit. Iterū anno christi millesimo ducentesimotertio: terremotus in creta permaximus mare adeo cōcussit: vt aquas maris impulerit in ciuitatem caridiē tanto impetu ꝙ om̄ia edificia ruinauit: oēs homines fere occidit: mox adeo retrocessit mare ex portu vrbis: vt vbi aqua ꝓfunda erat: tūc nulla videretur: arene fundi maris oculis hominum patuerunt. Anno ab vrbe cōdita quingentesimo: flumen tyberis vltra solitum intumescens rome edificia in plano posita deleuit. Sic potuit illa nili inundatio esse singularis ita vt sepulcrum ioseph cooperuerit. Sed ista ad rem non faciunt. Nos tm̄ ea que scriptura tradidit ꝓsequamur. Egressus ḡ fuit Moyses cuꝫ illa multitudine ⁊ ꝑuenit ad mare rubrum. Pharao autem secutus est cum certis curribus ⁊ equitibus quinquaginta milia: ⁊ trecentis milibus peditibus armatorum. Leuantes oculos iudei timuerunt valde: quia nec fugere poterant nec pugnare eo ꝙ inermes erāt. Quos cōfortauit moyses ⁊ de mādato dei tetigit mare: ⁊ aqua diuisa est: ⁊ ppls dei ꝑtransiuit sicco vestigio. Nec hoc discredendū dicit ioseph⁹: cū Alexādro macedoni ⁊ exercitui eius Darium insequenti: mare pamphilicuꝫ diuisum fuisse legitur: deo volente: qui per eum persarum regnum deleri volebat. Egyptij ꝟo transire tentantes oēs perierunt: qm̄ aque que velut muri fuerant diuise ex miraculo dei: iterū vnitē sunt ⁊ coniuncte. Sicqꝫ turpiter Pharao ⁊ om̄es sui exercitus in mari rubro perierunt. Dicit autem Paulus Orosius libro primo sic: ꝙ extant nūc certissima horum monumenta gestorum. Nam tractus curruum: rotarumqꝫ signa orbice: non solum in littore: sed etiam in profundo quousqꝫ visus admittitur peruidentur: ⁊ si forte ad tempus vel casu vel curiositate turbantur cōtinuo diuinitus in pristinam faciē vētis fluctibusqꝫ reparant, hec ille. Timēdus

ergo ab omnibus est deꝰ: qui etiã creaturas suas armat ad vltionem inimicorum suorum qui sit semp bñdictus in secula seculorum. Amen.

¶ De iudicio dei contra iudaicum populum ingratum de deo murmurantẽ. Sermo. xj.

NIsi fuissẽt peccata grandia populi iudaici: nõ tam frequenter piꝰ ⁊ misericors deꝰ ĩ deserto duris castigationibus illum visitasset. Elegit nãq; iudeorum gentẽ pre ceteris nationibus mũdi: et tamen quanto plura illis collata sunt dona ⁊ bñficia: tãto crebriꝰ ad iracundiã deũ suis sceleribꝰ cõcitauerũt. Iccirco in hoc sermone de iudicio dei cõtra iudeos criminosos in deserto dicemus. De quibꝰ tria mysteria proponimus declaranda.

Primum dr̃ beneficioꝝ largitio.
Scd̃m multoꝝ pctõꝝ cõmissio.
Tertiũ diuersarũ penarũ incussio.

¶ De septẽ amplissimis bñficijs q̃ largitus est deus populo iudeoꝝ. Cap̃. j.

DIguatus est deꝰ clementissimus amplissima beneficia elargiri populo iudeorum: postq̃ illum liberauerat de seruitute egyptiaca. Ob qd̃ gentiles conuersi ad fidem dicebant iudeis baptizatis: vt refertur in prologo in epl̃am ad Romanos. Quanto maiora erga vos dei bñficia narraueritis: tanto maioris vos criminis reos esse monstrabitis. Ut ergo de beneficijs populo iudaico exhibitis plenam noticiã habeamꝰ: in hoc mysterio septẽ beneficia erũt enumeranda atq; disserenda.

Primũ dr̃ aquaꝝ dulcoratio.
Secundum celestis cibatio.
Tertium viarum directio.
Quartũ aque de petra eductio.
Quintũ inimicoꝝ expugnatio.
Sextum legis illustratio.
Septimum miraculorum frequens coruscatio.

¶ De dulcoratiõe aq̃ fluminis marath.

PRimum bñficiũ quod largitus est deus populo iudeorũ fuit aquarũ dulcoratio. Ut enim scribitur Exo. xv. post transitu3 maris rubri: egressi sunt in desertum sur: ambulaueruntq; tribus diebus per solitudinẽ et non inueniebant aquã: et venerunt in marath nec poterant bibere aquas de marath: eo q̃ amare essent. Et hoc dicit Amb̃. de conse. di. ij. c. Reuera. Marath fluuius amarissimus erat: ita vt sitiẽs populus bibere non posset. Secũdũ Nico. de lyra sup hoc passu Exo. xv. quod dr̃: Uenerunt in marath. fit p anticipationẽ: q: locus ille adhuc non vocabatur marath: sed si vocatus est a filijs israel ꝓpter amaritudinem aque ſm q̃ subditur in textu. Unũ ⁊ congruũ nomen loco imposuit: scz populꝰ israel. Magister in historia addit: Non solu3 dicebatur marath pro amaritudine aq̃ sed etiã pro amaritudine animi. Amarior quidẽ est qui sitit: qui non inuenit potum: q̃ si inuentũ gustare nõ possit. Recitat ſm hoc ꝓpositum Plutarchꝰ in vita marci antonij q̃ dũ marcus antonius contra indos ⁊ parthos bellum gereret: vexatus ab eis per iuga montiũ cũ exercitu fugiebat. Edebant nãq; romani multis diebꝰ radices ⁊ herbas incognitas et cruciabantur a siti: q: in montibus per quos ibãt non erãt aq̃: ⁊ parthi tenebant planicies. Uenerũt tandem ad flumen cuius aqua erat gelida ⁊ clara: sed quia erat salsa faciebat viscera dolorosa. Ob quod flebant oẽs velut conspicerẽt paratã mortẽ. Quare marcus antoniꝰ coegit quendã familiarem suũ vt qñcũq; iuberet sibi caput abscinderet: vt neq; viuꝰ posset ab hoste ledi: neq; cognosci mortuꝰ. Ab his tñ periculis tandem euasit. Sic ergo populus iudeoꝝ querelis ⁊ lamentationibꝰ replebat̃. Clamauit ad dñm moyses, et ostendit ei lignũ: qd̃ cũ posuisset

in aqua mox aque dulcorate sunt et facte potabiles. Sed ego puto maiꝰ nobis xp̄ianis beneficiū concessum qñ in aquis xp̄s baptizari voluit: insinuans baptismū in aqua fore fienduz. Judei nāq; in aquis marath dulcoratis refocillarūt corpora: nos ī aquis baptismi recreamus animas: ⁊ spiritualiū donorū vbertate illas replemus. De effectibus aūt baptismi dixi ī quadragesimali de pnīa in sermone de baptismo.

¶ De coturnicibus ⁊ manna.

Secundū beneficiū qđ largitus est deꝰ ppl'o iudeoꝝ: fuit celestis cibatio. Scribitur nāq; Exo. xvj. ꝙ trigesimo die ab exitu eorū de egypto defecerunt eis victualia. Cūq; orasset moyses ad dñm vespe ascēdēs coturnix de sinu arabico: vbi p̄cipue nutrit̄ ꝟm magistrū in historia: operuit castra ⁊ ad libitū ppl'i capiebat̄. Nicol'. de lyra inquit: Coturnix est auis pinguis ⁊ sapida. Et sumit̄ singulare ꝓ plurali. i. multitudo coturnicū. Mane v̄o cuz oraret moyses: descendit manna. Et vt scribit̄ Nume. xj. Erat māna quasi semē coriādri: coloris bdellij: q̄ est sic̄ crystallꝰ ꝟm Nico. de lyra. Circūibatq; ppl's: ⁊ colligēs illud frāgebat mola siue terebat in mortario coquēs in olla: ⁊ faciēs ex eo tortulas. Et vt habet̄ Exo. xvj. Erat gustus eiꝰ quasi simile cū melle. Ubi dicit Nico. de lyra. Simila est farina tritici delicatissima. Sapor igit̄ illiꝰ māne erat q̄si sapor panis facti de simila cum cōmixtiōe mellis. Scđm aūt Nico. de lyra. de ista manna fuerūt octo mandata. ¶ Primū vt mane colligerent. Hora em̄ colligēdi erat post ortū solis: eleuato rore qui erat sup manna ꝑ vapores. Erat quidē desup manna ros congelatus: qui resoluebat̄ oriēte sole. Quare manna colligi poterat vsq; ad horam sextā ⁊ tūc incipiebat liquefieri ad modū prime. Ad ignē v̄o indurabat̄ ⁊ formabantur inde panes. ¶ Scđm māda tum fuit vt colligerēt ad sufficientiam: ⁊ non plus. ¶ Tertiū vt comederēt mēsurā gomor. Sed dubiuz hic oritur: qr non est idē per singula capita medium omnibꝰ: sicut đr. ij. ethicoꝝ: ꝙ non idē est mediū miloni: de quo đr ꝙ comedebat in die bouē integrū qui erat sufficiens pluribus hoībus. Ideo cibus cōueniēs vni: alteri plus indigēti est deficiēs: et minꝰ indigēti est supabūdās. Respondet Nico. de lyra ꝙ iste cibꝰ dabatur diuino miraculo: ita eodem modo fiebat vt plurimū īdigēti sufficeret: ⁊ a minꝰ indigēte cōsumi absq; supfluitate valeret. Dicit autē iosephus ꝙ ex diuina ꝓuidentia factū fuit hoc ne ex cupiditate et gulositate illi qui fortiores erant plus debito vellent colligere: ⁊ sic debiliores debito alimēto priuarētur: ⁊ in ppl'o seditio oriret̄. ¶ Quartū mandatū fuit: vt nō relinquerent vsq; mane. Et dimiserūt quidā. s. dathan ⁊ abiron vt dicunt hebrei: ⁊ scatere cepit vermibꝰ ⁊ cōputrescere. Hoc v̄o nō contigit ex natura manne: qr seruari poterat. Sed erat ex voluntate dei: ne aliq̄ ex cupiditate ⁊ gulositate plus debito vellent colligere ad seruādū quod esset occasio malorū. ¶ Quintū p̄ceptū fuit: vt die sexta colligerēt duplū. ¶ Sextuz vt reseruarent vnuz gomor ꝓ sabbato. ¶ Septimū vt illud comederent in die sabbati. ¶ Octauuz vt impleretur vas continēs gomor ad reseruādū in futuras generatiōes. De isto māna dicitur Sap. xvj. Panē de celo p̄stitisti illis sine labore: oē delectamentū in se habentē: ⁊ oīs saporis suauitatē. Nico. de lyra ait: Hoc intelligit̄ nō ex natura māne: sed ex merito sanctorū hominū qui eū comedebāt quibꝰ sapiebat sicut desiderabant. Malis enim hominibus ex eoꝝ demerito desipiebat. Vñ Numeri xj. c. dicebant: Nihil vident oculi nostri nisi manna. Anima nostra nauseat sup cibo isto leuissimo. Et dicebatur panis de celo: quia generabat̄ in celo aereo: ⁊ panis angeloꝝ: quia in descēsu manne cooperabantur angeli: nō ꝙ angeli

ipsoveſcerentur:q; ipſi nō indigēt cibo corpali. Hoc cibo aliti ſunt filij iſrael quadraginta annis donec venirent in terrā habitabilē.ſ. in terrā Chanaā:q̄ fuerat eis pmiſſa. Et vt dicit Nicol. de lyra. nō ſtatim defecit māna cū intrauerūt illā:qz trāſito iordane fecere circūciſionē in galgalis:z poſtea celebrauerūt paſcha:z i craſtino paſche ceſſauit manna. vt habet Joſue.v.c. Satis tñ cito poſt īgreſſuz terre Chanaā defecit Miranda profecto ſunt omnia que de iſto cibo dicta ſunt. Et vt dicit Ambro. lib. de ſacramentis:reuera mirabile eſt fratres: q manna plueret dñs patribz in deſerto:qui quotidiano celi paſcebātur alimento. Verūtñ his oibz maiꝰ eſt: qō nobis xpianis exhibet: verū ſcilicz corpus chriſti in ſacramento altaris.

¶ De mirabili ducatu populi iudaici.

Certium beneficiū quod largitus eſt deus populo iudeorū:fuit viaz directio. Ut em habetur Exo. xiij. Angelꝰ dñi precedebat caſtra iſrl:z cū eo pariter columna nubis. Et Numeri. ix. dicitur: q die qua erectū eſt tabernaculū:operuit illud nubes. A veſpere autē ſuper tentoriū erat quaſi ſpecies ignis vſqz mane. Sic fiebat iugiter per diem operiebat illum nubes z per noctem quaſi ſpecies ignis. Cūqz ablata fuiſſet nubes q̄ tabernaculum protegebat tunc proficiſcebantur filij iſrael:z in locoꝫ ſtetiſſet nubes: ibi caſtrametabant. Ad imperium dñi proficiſcebantur: et ad imperium illius figebant tabernaculum. Cunctis diebus quibus ſtabat nubes: tabernaculuz manebat in eodem loco. Dicit Nicolaus de lyra:q nubes mouebatur angelico preſidio vel miniſterio. Sed maius beneficium nobis chriſtianis cōceſſum eſt quibus via ſummi boni verbo et exemplo a chriſto eſt manifeſtata. Nam cum philoſophi plurimū deſudaſſent querentes noſcere in quo ſummū bonuz conſiſteret: euanuerunt in cogitationibus ſuis. Et Varro vt refert Auguſtinus in lib. de ciui. dei. c.ſ. dicit ducentas octogintaocto opiniones falſas de btitudine philoſophos ipſos habuiſſe. Opere pecula aurea:xpi preſentia illuſtrata. O felicia tempora noſtra in quibus omnes qui volunt ſalue poſſunt: q perfecta beatitudo conſiſtit in deo. Unde Lactā. lib. vij. diuinarum inſtitutionum ait: Pater enim noſter et dñs:qui condidit firmauitqz celum: qui libratā magnitudine ſua terram vallauit montibus:mariqz diſtinxit:et quicquid eſt in hoc opere mundi conflauit z perfecit e nihilo:perſpectas erroribus hominum ducem miſit: qui nobis viam iuſticie panderet. Duncles quamur omnes: hunc audiamus:hunc deuotiſſime pareamus: quoniaz ſolus vt ait Lucretius. Veridicis hominum purgauit pectora dictis. Et finem ſtatuit torpedinis atqz timoris. Oſtenditqz bonum ſummum quo tendimus omnes. Quid foret atqz viam mōſtrauit limite paruo. Nec tñ oſtendit ſed etiā preceſſit:ne quis difficultatis gratia iter virtutis horreret.

¶ De fluxu aq̄ de petra cōtra naturā.

Quartum beneficiuz fuit aq̄ de petra eductio. Ut enim habetur Exo. xvij. dum veniſſent raphidi defeciſſetqz aqua dixit Moyſes ad dominū. Adhuc puſilluz z lapidabūt me. Inqt Nico. de lyra:q hoc dicebat moyſes ductus timore naturali: qui cadit in perfectum virum. Et magis dicebat timore populi: ne eo interfecto a dño recederet per idolatriaz. Et ait dñs ad Moyſen. Sume de ſenioribus iſrael. Nicol. de lyra. ſ. vt ſint teſtes q antea ibi non fuerunt fontes vel aque:ac etiā vt per hoc appareat dei miraculum. Subditqz dns. Et vade ad petrā oreb: percutieſqz virga. Magiſter in hiſto. Oreb ſic dicta propter oreb qui occiſus eſt in ea:factūqz eſt ita. Et egreſſe ſunt aque:z bibit populus. Sed his oībus amplius eſt quod nos accepimus:non

ytiq; aquam de petra: sed sanguinem preciosissimum de corpore iesu christi. Unde Petrus. j. epl'a. c. j. dicebat: Nō corruptibilib⁹ auro vel argento redempti estis: sed precioso sanguine agni incontaminati ⁊ immaculati christi.

¶ De inimicoꝝ expugnatione.

Quintū beneficiū fuit inimicoꝝ expugnatio ⁊ debellatio. Dicitur nāq; Exo. xvij. Venit aūt Amalech: vt pugnaret aduersus israel in raphidim. Notandū hic ꝟm Nico. de lyra: ꝙ q̄dā glosa super istū locū dicit ꝙ amalech fuit fili⁹ hismaelis a quo dicti sunt amalechite: qui ⁊ hismaelite. Ipsi sunt saraceni. Quod aūt. j. Paral'. j. c. d̄r ꝙ Eliphaz p̄mogenit⁹ Esau genuit Amalech: dicunt sequētes dictam glosam ꝙ fuit alius: et sunt duo eiusdē nominis. Sz hoc dictū de sacra scriptura nō habet autoritatē: imo ꝯrietatē quia Gen. xxvj. ⁊. j. Paral'. j. c. d̄r expresse ꝙ Amalech fuit fili⁹ Eliphaz: p̄mogeniti Esau nec legitur alius Amalech. Insup Josephus in. ij. antiquitatū libro dicit ꝙ ab Amalech filio Eliphaz: dicti sunt amalechite. Hoc etiam colligitur ex. ij. Reg. j. c. vbi d̄r ꝙ filius Doech idumei venit ad Dauid nuncians mortē Saulis. Licz em̄ non exprimatur ibi ꝙ fuerit filius Doech: tn̄ oēs expositores concorditer hoc dicunt. Et cū interrogaretur a Dauid: quis esset ait: Filius hoīs aduene amalechite ego sum. Exquo videtur ꝙ amalechite sunt idumei. Et sic nō descēderūt ab hismaele: sz ab Esau. Quare aūt isti amalechite insurrexere aduersus iudeos: dicit Nico. de lyra super. xv. c. Exodi ꝙ ipsi ⁊ populi q̄ erant eis confederati: audientes ꝙ filij israel transierant mare rubrū: ⁊ essent in deserto eis propinquo irati sunt: timētes ne inuaderent terram eoꝝ: ⁊ ideo anteq̄ essent magis fortificati: voluere eos delere: ⁊ ascendere ad pugnandum cuz ipsis. Super. xvij. c. Exod. aliā causam assignat Nico. de lyra, ex parte populi israel. Ad hoc enim permisit deus bellū illud insurgere: vt ex victoria sequēti essent audaciores decetero ꝯtra aduersarios insurgētes: et de spolijs amalech essent muniti armis et alijs necessarijs: que fugientes dimisere. Elegit aūt Moyses Josue: de tribu Effraim: virum bellicosum: cui et paucos tradidit armatos: ꝟm magistrum in historia: plurimos ad custodiam castrorum retinuit. Ipse autem ascendit in montem habens virgam dei in manu: vt ex hoc victoria deo ascriberetur. Ascendereq; cum Aaron et Ur: qui Ur ꝟm Josephum fuit maritus Marie. Cūq; leuaret Moyses manus vincebat israel. Ubi apparet orationis efficacia. Sin autem et paululuz remisisset: vincebat Amalech. Quo comperto Ur et Aaron supposuerunt ei lapidem: et ex vtraq; parte manus eius sustentabant. Erant enim graues pro labore orandi. In cuius rei figura ꝟm magistrum in historia: sacerdos eleuat manus in missa: et etiam in figura christi orantis in cruce Nec remisit moyses manus vsq; ad solis occasuz. Fugauitq; Josue amalech in ore gladij. Nobis ꝟo christianis gloriosior est victoria: qui per christum demones superamus. Naz vt diximus in sermone de bello demonum: priusq̄ christus moreretur in cruce omnes iusti trahebantur ad limbum. At expost penitenti latroni patefactus est paradisus.

¶ De lege quam dedit Moysi deus.

Sextum beneficiū qd̄ largit⁹ est deus populo iudeoꝝ dicit legis illustratio. Ut em̄ habetur Exodi. xxxij. in mōte synai Moyses legem accepit a deo sibi dataz. Qui reuersus est de monte: portans duas tabulas testimonij manu scriptas ex vtraq; parte: et factas opere domini. Dicit Rabbi Salomon: ꝙ vnica scriptura erat ibi: que tamen erat legibilis indifferenter ex vna parte: sicut ex altera:

qđ erat valde mirabile: q; littera ex vna parte figurata ordine recto in pte oppo sita apparet eius figura modo opposito. Vel potest dici absq; tali miraculo: ꝙ littere erant duplices: ita ꝙ precepta erāt sculpta ex vna parte: ⁊ similiter ex altera. Vas tabulas fregit Moyses: vt dicetur in tertio mysterio ꝓpter peccatum populi: reputās populū indignum: vt dicit Nico. de lyra. accipere legem digito dei scriptam. Nec autē fractio tabularum signum fuit euacuationis legalium in aduentu xpi. Tandē vt dicit Exod. xxxiiij. Ascēdit Moyses montem de mādato dei: tulitq; secū duas tabulas lapideas: instar prioꝝ. i. similes alijs prius factis in materia et in quātitate. Dicit Nico. de lyra ꝙ de quo lapide fuerint nō habet ex textu. Rabbi tū Salomō tenet ꝙ fuerint de lapide sapphyrico. Inquit enim ꝙ deus ostēdit Moysi vnā massam talis lapidis formatam de nouo diuina virtute. de qua Moyses dolauit duas tabulas: ⁊ dolature superflue fuerūt sue: ⁊ inde ditatus fuit multū. Sed hoc tacet Josephus: qui prior fuit Rabbi Salomone. Fuit ergo moyses in monte cuꝫ dño quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctib⁹: nihil comedēs aut bibēs. Cūq; descēdisset de mōte cū tabulis apparuit facies eiꝰ cornuta: et ipse ignorabat. Dicit magister in hystoria ꝙ erāt quidā radij miri splēdoris ꝓcedētes in altū ad modū cornuum quos apls vocat gloriā vultus Moysi. ij. ad Corꝝ. iij. c. Unde in hebreo habet: Et non cognouit ꝙ cornuta esset lux faciei sue. ¶ Vic queritur quare Moyses nō habuit ante hāc gloriā: cum locutus fuisset cū dño diu in monte? Et respondet Nico. de lyra ꝙ aliqui dicūt ꝙ non habuit ante ita limpidā cognitionē de deo sicut post: ad qđ denotandū apparuerūt tales radij. Alij dicunt ꝙ hoc factum est vt populus qui per idolatriaꝫ peccauerat magis eum timeret: ⁊ haberet in reuerētia. Rabbi salomō dicit ꝙ fuit ex hoc ꝙ dñs posuit manū suā supfaciē eius. Quare Moyses posuit velamen sup faciē suā: cum loqueretur filijs israel: ⁊ locutus est eis oīa que sibi fuerūt imperata. Concludit magister in hystoria. Quantū hec gloria duraverit: et vtrum semel vel pluries hoc acciderit ignotamus. Sed xpianis lux amplior effusa est quib⁹ euangeliū effulsit.

¶ De miraculis ⁊ signis multiplicibus.

Septimū beneficiū qđ deus donauit populo iudeorum: fuit miraculorum frequens coruscatio. Nā preter ea que dixim⁹ multa signa et miracula de ipsis fuerūt ostēsa. Miraculū certe fuit ꝙ Maria soror Aaron murmurās cōtra Moysen: statim fuit lepra percussa: ⁊ tandē Moysi oratione sanata: vt habet Numeri. xij. c. Miraculum fuit ꝙ aperta est terra: ⁊ deglutiuit Dathan ⁊ Abiron. Numeri. xvj. c. Miraculū cū floruit virga Aarō Numeri. xvij. c. Et ne singula cōmemorem: quadraginta annis fuit ille populus in deserto: nō comedēs panē: nec bibens vinū: nec vestimēta eius: aut calciamēta cōsumpta: vt hr Deut. viij. c. Sed xpianis maiora signa post xpi aduētū mōstrata sunt: q̄nimmo ꝓtinue in ecclesia sancta miracula fiūt. Quisnā nō admiret ex aridis ossib⁹ Nicolai sanctissimi apud Barū: ⁊ Matthei euāgeliste apud Salernum: ⁊ Andree apostoli apud malfiam scaturire manna? Quid dicā de sanguine glorioſi martyris Januarij? Cōseruat quippe Neapoli in vase vitreo aut crystallino: estq; semp strictus ⁊ congelatus. At dū caput prefati sancti deprope ponit sanguis ille ebulliens: tandē cūctis videntibus liquefit: ⁊ capite amoto rursus induratur: ⁊ cōgelatus non mouetur amplius. O pietas dei benedicti: qui sic humano generi per tot innumera miracula virtutem potētie dignatus est demōstrare.

¶ De multis miraculis quib⁹ populus in deserto tētauit et ad iram concitauit deum excelsum.

In tanto cumulo beneficiorū custodierūt iudei testamētum dñi: ⁊ in lege eius noluerunt ambulare ⁊ obliti sunt beneficiorū eius: ⁊ mirabiliū eius que ostēdit eis. Tentauerūt quidez deū excelsum: varijsq; peccatis maiestatem eius offendere. Iccirco in hoc.ij.c. de offensionib⁹ iudeorū in deserto dicemus: quas reducemus ad septē,

Prima ꝺ murmurationis,
Secūda inobedientie.
Tertia ingratitudinis,
Quarta idolatrie,
Quinta gule,
Sexta desperationis.
Septima fornicationis.

¶ De septem peccatis populi: et primo qualiter murmurauerunt iudei contra deum ⁊ Moysen.

Prima offensio et peccatū iudeorū in deserto ꝺ murmurationis. Nā cōtra Moysen murmurauerūt qñ venerūt ad flumē marath: vt ꝺ Exodi.xv. Itez qñ dicebāt: Utinam mortui essemus per manus dñi in terra egypti: idest per plagā ab eo immissam: cū primogenitis egyptiorū qñ sedebamus super ollas carniū: ⁊ comedebamus panē in saturitate. Cur eduxisti nos in desertū istud: vt occideres oēm hāc multitudinē fame. Exoꝺ. xvj.c. Et qñ venerunt in raphidim: vbi nō erat aqua: iurgati sunt cōtra Moysen. Quib⁹ ipse dixit: Quid iurgamini cōtra me ⁊ tētatis dominum? Exoꝺ.xvij.c. Sed hic posset aliquis querere? Quare deꝰ eduxit eos per talē viā: vt patienē defectū cibi ⁊ potꝰ. Et rñdet Nico.de ly. ꝙ hoc fuit vt ex frequēti necessitate oporteret eos recurrere ad dñm: ⁊ sic sub timore dñi retinerētur: per hoc etiā bonorū patientia ⁊ malorū impatiētia declararetur.

¶ De inobediētia populi.

Ecūda offensio fuit inobediētia. Ut multi collegerūt plus de mānā ꝙ fuerat ordinatū ⁊ reseruauerūt i diē alterū: vt ꝺ Exo.xvj.

¶ De ingratitudine populi.

Tertia offensio ingratitudo appellatur. In tot nāq; beneficijs male locuti sunt de deo. Dicitur nanq; Numerij.xiij. ꝙ voluerūt sibi prefice re ducez vt reduceret eos in egyptum. Quare dixit deꝰ moysi. Usq; quo detrahet mihi populus iste? Quousq; nō credēt mihi in oībus signis que feci coram eis? Et infra cōminatus est dicēs: Nullus eorum qui viderūt signa que feci in egypto: numeratis. ſ.a viginti annis et supra: videbit terrā pro qua iurauī patribus eorum preter caleph ⁊ iosue.

¶ De idolatria populi.

Quarta offensio idolatria fuit Ut em̄ scribitur Exoꝺ. xxxij. Uidēs populus ꝙ Moyses morā faceret dū esset in monte cora dño: dixit ad Aaron. Fac nobis deos. Rabbi salomon dicit: ꝙ isti fuerunt egypty cōuersi ad iudaismū q̄ ascēderūt cū iudeis de egypto. Et isti q̄ erāt nutriti in idolatria incitauerūt magnā partē de filys israel: vnde subiūgebār. Moysi em̄ ignoramus quid acciderit. Scōm iosephū ⁊ magistrum in historia alij dicebant eū a bestijs comestū: alij a dño trāslatū: alij sane mētis cū dño philosophantē. Ut ꝺo sequitur in hystoria. Aaron et Ur restiterūt. Sed indignatꝰ populus spuēs in faciem Ur sputis vt tradit eū suffocauit. Uñ timens aaron ait: Tollite in aures vxorū et liberorū et afferte ad me. Dicit magister in historia ꝙ hoc erat qꝺ pretiosius ⁊ carius habebāt: putās ꝙ cōsulētes auaricie sue nolēt afferre. Fecit tñ populus qꝺ dixerat auidus ad idolatrādū. Formauit itaq; ope fusorio vitulū cōflatilē: qz in egypto bouem adorauerūt. Nāq; vt dicit magister in historia in principio Exoꝺ.ſ.c. de submersione paruulorū: erat apis deus egyptiorū: vt Plinius dicit: qui ⁊ testat se eū vidisse. Quidā taurus q̄ ex improuiso egrediebatur de flumine: habēs in

humero dextero signū cādidū instar lu-
ne corniculate: atq; cū statim cōfluerēt
egyptij omni genere musicoꝝ psallentes
leuabat in aera: et sup eos tāq; psalles
ferebat ꝛ ad motū vel stationem ipsius
in terra mouebātur ꝛ stabāt: ꝛ eodē die
euanescebāt. Que oia demonū artificio
complebātur: vt docet Aug. lib. xviij. de
ciui. dei. c. v. Formato itaq; vitulo di-
xit populus. Hi sunt dñi tui israel qui te
edurerūt de terra egypti. Fecitq; aaron
altare coꝝ eo: ꝛ in crastinū indurit solē-
nitatē. Manecq; surgētes obtulerūt ho
stias: seditq; populus manducare ꝛ bi-
bere: ꝛ surrexerūt ludere: idest adorare.
¶ Hic queritur quare aaron edificauit
altare? Et dicit Nico. de lyra ꝑm Rabbi
salomonē ꝙ ad retardandam immola-
tionē: qz aut statim populus immolas-
set sine altari: aut in momēto altare cō-
struxisset. Ideo subdit aaron. Eras so-
lēnitas dñi est. Non dixit hodie: si forte
interim veniret moyses et impediret.
Tūc dixit dñs ad moysen. Descēde pec-
cauit populus tuus. Quasi dicat: non
meus ꝓpter idolatriā. Vel er eo quia
erat moyses illi populo mansuetus: vt
ptz. xlv. dis. c. disciplina. ꝛ. xxiij. q. iij. c.
quid crudele. Subiūxit deus. Cerno ꝙ
populus iste dure cervicis sit. Dimitte
me vt irascat furor meus. Dixit autem
moyses. Queso dñe quiescat ira tua: et
esto placabilis sup nequicia populi tui:
ne dicant egyptij. Callide eduxit eos vt
interficeret in mōtibus: quasi impotēs
dare terraꝝ quā promiserat. Recordare
abraā. quasi dicat. Si populus iste me-
ruit mori per incendiū: ecce abraā pater
eoꝝ ꝓpter amorē tuū ꝓiectus fuit in
ignem chaldeorum. Sequitur textus: ꝛ
ysaac: ac si dicat: Si populus meretur
mori per gladiū: ecce ysaac paratus fuit
ꝓ te immolari. Et additur: ꝛ iacob. i.
si meruerit puniri populus exilio: ecce
israel tanq̄ exul fuit in mesopotamia
obediēs patri suo ꝛ tibi: quibus iurasti
per temetipsum qui es immutabilis de
dāda terra chananeoꝝ semini eoꝝ. Pla
catusq; est dñs: ꝛ moyses descēdit.

¶ De gula populi.

Quinta offensio fuit gula: qñ
ardēter dicebant vt ponitur
Numeri. xj. Recordamur pi-
sciū quos comedebamus in
egypto gratis. i. ꝓ parvo
precio. In mentē nobis veniūt cucume-
res: pepones: porri: cepe: ꝛ allia.

¶ De desperatione populi.

Sexta offensio fuit despera-
tio: qñ vt ponitur Numeri
xiiij. oīs turba fleuit di. Vti-
nā mortui essem? i egypto: ꝛ
nō in hac vasta solitudine.

¶ De fornicatione populi.

Septima offensio fuit fornica
tio. Scribitur nanq; Nume
ri. xxv. ꝙ fornicatus est po
pulus cum filiabus Moab:
que vocauere eos ad sacrifi-
cia sua. Dicit hic Nicolaus de lyra: ꝙ
Balaam sciens filios israel esse ꝓnos
ad luxuriam: dedit cōsilium Balach re-
gi moabitarū: vt mitteret puellas pul-
chras et ornatas per exercitum eorū: et
ꝙ iuuenes venientes ad se verbis alli-
cerent: ꝛ cum viderēt eos inflammatos
ad actum carnis: non permitterēt se ab
eis cognosci nisi prius comederent de
idolothitis: et idola adorarent que secū
portauerant: vt sic deus offenderetur: ꝛ
populus israel ab eo percuteretur: ꝛ da
retur in manus hostium. Dicit etiā Jo-
sephus: ꝙ aliqui nobiles de israel acce-
perunt sibi vxores de illis. Et licz non
sit scriptuz in isto. c. xxv. ꝙ Balaam de-
dit tale consilium: tamen habetur Exo
di. xxxj. c. vbi dicitur: Nōne iste sunt que
deceperunt filios israel ad suggestio
nem Balaam. Et Apocali. ij. c. dicitur:
Habeo aduersus te pauca: quoniam ha
bes hic tenentes doctrinam Balaam:
qui docuit Balach mittere scandala co-
ram filijs israel edere de sacrificijs ido
lorum et fornicari.

¶ De septē plagis quibus populus pu
nitus fuit. Capm. iij

Dot sceleribus iudeoꝝ ad iracundiam concitatus dñs: flagella multiplicia contra eos misit. Et ꝙuis dictū sit paulo ante in fine quarte offensiōis: ꝙ dñs fuit placatus: illud tñ intelligiť ſm Nico. de lyra: ꝙ deus non simul nec subito populum idolatram et durum puniuit. Ideirco aduertendum est in hoc mysterio ꝙ septem famosis plagis populus ille percussus est.

¶ Prima plaga fuit post adoratione vituli: de qua dicit Exod. xxxij. c. in fine. Percussit dñs populū pro reatu vituli. Tā postꝙ Moyses descēdit de monte: ꝛ vidit vitulū ꝛ choros: redegit in puluerē vitulū: quē sparsit in aquis: et dedit et eo potū filijs israel. Rabbi Salomō dicit: ꝙ iste aque potate erāt nociue culpabilib⁹: causando in eis inflationes et languoreꝫ per quē poterāt ab alijs discerni: alijs aūt erant dulces ꝛ vtiles: sicut aque in sacrificio zelotipie ostendebāt per effectū culpā mulieris vel eius innocentiaꝫ vt habet Numeri. v. c. Alij aūt doctores dicūt ꝙ color auri remansit circa ora eorū qui erāt culpabiles ita ꝙ barbe eoꝝ videbantur auree: et sic ab alijs distinguebantur. Quare filij Leui obediētes Moysi zelo dei interfecerūt et trāsgressoribus viginti tria milia. Facto ꝺo die altero Moyses oravit pro populo dicens Exodi. xxxij. Peccauit dñe populus tuus iste. Aut dimitte eis noxam hāc: aut si nō facis dele me de libro tuo quem scripsisti. Dicit Rabbi Salomon: ꝙ iste liber intelligitur lex: que denominatur a Moyse eo ꝙ fuit eius minister. Est ergo sensus ſm eum. Dele me de libro: vt scilz lex non denominetur nomine meo: nisi populus iste tibi reconcilietur. Augu. ꝺo exponit dicens: ꝙ Moyses sic dixit ex confidentia et familiaritate diuina: vt sit sensus. Sicut certus sum ꝙ non delebis me de libro tuo: ita peto vt certifices me vt remittas noxā isti populo.

¶ Deigne qui descendit in castra.

Secūda plaga punitus est ille populus ꝓpter pecā sua: qñ accēsus ignis dñi deuorauit extremā partē castroꝝ: vt ōr Numeri. xj. c. Forte tibi erāt magis culpabiles. Tandeꝫ oratione Moysi ignis absorptus: idest extinctus fuit.

¶ Tertia plaga fuit postꝫ habuerunt coturnices. Ut ēm habet Numeri. xj. c. Adhuc carnes erāt in dētibus eoꝝ: nec defecerat hmōi cibus: et ecce furor dñi cōcitatus in populū percussit eū plaga magna nimis. Vocatusꝫ est ille locus sepulcrū cōcupiscētie. Ibi ēm sepeliere populū qui desideraverat carnes. Dicit magr i hystoria ꝙ modus plage hic nō determinat. Creditť tñ ꝙ fuerit ignis.

¶ Quarta plaga ponit Numeri. xvj. c. qñ multitudo murmurabat ꝓtra Moysen ꝛ Aaron dicēs: Vos interfecistis populū. Cūctꝫ vellēt eos obruere lapidib⁹: fugerūt ad tabernaculuꝫ: ꝛ operuit eos nubes: ꝛ apparuit gloria dñi. Dicūt alij qui ꝙ nō fuit nulla que ꝓcedebat ducatū populo: sed quedā parua nubes in qua dñs solitus erat loqui cū Moyse. Alij dicūt ꝙ fuit illa que ꝓcedebat ducatum sed stabat in alto super tabernaculum: ꝛ tunc descēdit operiēs ꝛ ambiēs arcū quaꝫ vt nullus posset adire. Et egressus ignis deuorauit populū. Fuerūt autē percussi tredecim milia et octoginta.

¶ Quinta plaga exprimit Numeri. xxj. quādo ꝓfecti de monte hoc venerunt in Salmana. Et qr male loquebantur de deo: misit dñs in populuꝫ serpentes ignitos. Qui sic dicebātur ſm Nicolaū de lyra: ꝛ magistrū in hystoria: qr minimi et veloces erant ad modum scintillarum: vel quia volantes per aera emittebant scintillas ardētes: vel ex eo ꝙ per morsus eoꝝ calefiebat caro ac si ignirentur. Tunc venerunt iudei a Moysen videntes mortes plurimorum dicentes: Peccauimus quia locuti sumus contra deum: ꝛ tu ora vt tollat a nobis serpentes. Oravitꝫ moyses ad dñm. Qui dñs ait: Fac serpentem eneum: et pone in

perticam eminente in medio populi: & quicūq; percussus fuerit a serpente respiciat eū & viuet. Et factū est ita. Dicit Rabbi Salomō: q̄ in serpēte nō erat virtus sanādi: sed aspiciētes serpētem cognoscebant afflictionē illā a deo sibi iuste illatā: petēdo miam: & ipe dē sanabat eos. Nō aūt mystica est: quia serpēs ille figurabat xp̄m passuz in cruce: per cui⁹ intuitū fidē & deuotionē sanamur a morsu sathane. Ex quo xp̄s dixit Joh. iij. Sicut exaltauit moyses serpētē i deserto: ita exaltari opz filiū hois. Dicit mgr̄ in hysto. q̄ illū serpētē eneū habuerūt secū filij isr̄l semp & magnifice repositus est in hierusalē. Tandē ob cultū supstitiōis quē sibi exhibebat populus cōminuit eū in puluerē rex Ezechias: & posuit in torrēte cedron: sicut etiā ptz. iiij. Reg. xviij. ¶ Sexta plaga enarrat Numeri. xxv. qñ. s. isr̄l initiat⁹ est. i. ꝑsecrat⁹ beelphegor idolo madianitarū. Irat⁹ aūt dñs dixit ad moysen. Tolle cūctos principes ppli: & suspēde in patibulis ꝓtra solē vt auertat furor meus ab israel. Dicit mgr̄ in hystoria. Forte q; subditos nō corripiebant duces tribuum voluit suspendi vel pot⁹ principes. i. autores huius idolatrie. Occisiq; sunt. xxiij. milia hominum.

¶ Septima plaga fuit qñ iuuenes plurimi zelo phinees accensi: multa milia hoīm ꝑcusserunt. Ut em̄ refert ioseph⁹ & ponit Nume. xxv. ꝑncipes trib⁹ Simeon zambri filiā cuiusdā potētis madianitaz duxerat: q̄ dicebat corbi. Qui vroze iubēte in q̄dā solēnitate cū alys ducib⁹ deo nō īmolauit. Q̄ obrem cum a moyse rephēderent in gñali qui colebāt idola nō deū: ille coꝛā oīb⁹ ꝑfessus est se alienigenā duriſſe: & se idola colere: nec tyrānicis legib⁹ q̄s ipe sibi moyses īposuerat obnoxiū esse: q̄b⁹ sub figmēto legū et dei grauiori seruitute populū premebat q̄ egyptij: cū proprium auferebat viuendi arbitrium. Et discedēs coram omni turba que flebat ante fores tabernaculi intrauit tabernaculū vroris. Surgēsq; phinees filij eleazari de medio multitudinis: & accepto pugione ingressus est post illū i lupanar. Et cū inuenisset coeūtes pfodit ambos in locis genitalib⁹. Quo exēplo multi mori idolatras plurimos occiderunt. Quid plura: Ut cōcluditur in prologo in epl̄am ad romanos: ita crebra ꝓuocatione dñm irritauerunt: vt oēs in deserto morerent nec plures ex seniorib⁹ eoz q̄ duo homines terram promissionis intrarunt. Nos igitur caueam⁹ nobis: ne deum contra nos propter peccā nostra ꝓuocemus: q; quanto plura dignioraq; suscepim⁹ dona: tāto grauiora nr̄a facinora delictaq; reputant. Et si illa deponere neglexeremus: non negliget aut retardabit vltionē deus qui est benedictus in secula. Amen.

¶ De iudicio dei cōtra iudeos in hierusalē habitantes. Sermo. rij.

Edit deus populo iudeoruz ciuitatem hierosolymitanaz ad inhabitandū: in qua tēpore Nabuchodonosoꝛ regis babylonis tm̄ excreuerūt iniq̄tates & execrāda mala q̄ de⁹ oēm populū tradidit in manus inimicoz suoz & ciuitate debellata: omnes vtriusq; sexus iusto iudicio dei captiui ducti sunt in babylonē. Neq; ob aliā cām tā graue damnū incurrerūt: nisi q; diuina mādata cōtēnebāt erātq; deo celi abominabiles & eosi. Ad q̄ clare intelligendū statui in hoc sermone de iudicio dei ꝓtra iudeos in hierusalē cōmorātes loqui. De quo si plenam noticā habere voluerimus: necesse est vt tria mysteria disseramus.

Primū dicitur gloꝛie.
Secundū nequicie.
Tertium pene.

¶ De gloria et magnificentia ciuitatis hierusalem. Cap̄m. j.

Exaltauit deus gloriā ciuitatis hierosolymitane: et fecit illam speciosam et decoram

valde: in qua morabātur iudei cū ingēti leticia et quiete. Ueruntamen vt sic fuisse demonstremus, tria de ipsa ciuitate cōsideremus.

Primo situm.
Secūdo cultum.
Tertio statum.

¶ De optimo situ ciuitatis hierusalem.

PRimo consideremus illiꝰ ciuitatis situm. Et de hoc notandū ꝑm Rabanum libro. xij. de origine reruz. ꝙ hierusalē est ciuitas in palestina in medio iudee posita: vmbilicus totiꝰ habitabilis nostre zone. Vñ Ezechielis. v. dicit dñs. Ista est hierusalem: quā in medio gentium situaui. Nicolaus de lyra dicit: quia situata est in quarto climate terre habitabilis septē climatibus distincte. Est ibi terra fertilis: non modum frugum: sed etiam balsamo: melle ⁊ lacte. Que in distributione terre promissionis data fuit tribui bēiamin: dicta iebus que est hierusalē: vt notatur Josue. xviij. Et idez fatetur Isido. lib. xiiij. etymol. In. xv. vo li. asserit ꝙ ꝑm iudeos Sem filius Noe: quē dicunt melchisedech primus post diluuium in syria condidit salē vrbē hanc: postea ipsam tenuerūt Jebusei: ex quibus dicta est iebus. Sicqꝫ duobus nominibus copulatis iebus ⁊ salem vocata est. Que postea a Salomōe hierosolyma: quasi hierusalomonia dicta est.

¶ De tēplo mirabili hierlm.

SEcūdo consideremus illius ciuitatis cultū. Ibi equidem a Salomone cōstructū est tēplū miro artificio: de quo dr ij. Paral. iij. Cepit Salomō edificare domū dñi in hierusalez in mōte moria: qui demonstratus fuerat Dauid patri eius: anno quarto regni sui. Glo. Hiero. sup illo verbo. Uade in terram visionis. In hoc monte inquit: obtulit Abraam holocaustum pro Isaac. Et glo. sup illo verbo iacob. Nō est hic aliud nisi domus dei dicit: In hoc loco creditur iacob dormiuisse ⁊ vidisse angelorum visionem in scala: preuidisseqꝫ templū ⁊ dei cultū ibidē futurū. Quantum vo fuerit domus illa mirāda: pz ex his que dicunt. iij. Reg. vj. Erat ibi cōcursus ⁊ frequētia gentiū. Precipue vo ꝑm Nico. de lyra: ex oī iudea ppls ibi cōfluebat in festo pasche siue azymorū in memoriam liberationis de egypto. In festo pentecostes: in memoriam date legis. In festo scenophegie siue tabernaculorum: in memoriam mansionum in deserto. Hanc domum christus voluit sua presentia decorare. Ibi oblatus est quadragesima die postqꝫ natus fuerat Ibi inuentus post triduū in medio doctorum. vt dr Lu. ij. Ibi docebat. Unde Mar. xiiij. dixit: Quotidie apd vos erā docens in templo.

¶ De statu hierusalem.

TErtio consideremus illiꝰ ciuitatis statū. Facta eqdem fuit ciuitas īsignis ⁊ regia. Primusqꝫ ibi regnauit rex saul: quē samuel vnxit in regē. ij. Dd. iij. Salomon. iiij. Roboā. v. Abias. vj. Asa. vij. Josaphat. viij. Jorā ix. Ochozias. x. Joas. xj. Amasias. xij. Ozias. xiij. Joathan. xiiij. Achaz. xv. Ezechias. xvj. Manasses. xvij. Amon xviij. Josias. xix. Joachim. xx. Sedechias. Erat ergo ciuitas illa famosa plena populo ⁊ diuitijs. Erāt ibi ornata edificia: alta palatia: ⁊ iuuenes robusti ⁊ bellicosi. Sed vt dicit Lactan. li. ij. Tū maxime deus ex memoria hominū elabitur: cū beneficijs eius fruētes honorē diuine indulgētie dare debent. Ideo populus hierosolymoꝝ: vt patebit incrassatꝰ nimis recalcitrauit.

¶ De nequicia populi iudaici ⁊ īpietate multa. Capl'm. ij.

QUanta fuit iniqtas iudaici populi in hierusalē habitātis inuestigandus est: vt sic percipiamus q̄iuste deꝰ populū illū nequā tradidit in captiuitatē. Sunt aūt tria q̄ accusant

hierosolymoꝝ culpam et impietatem.
Primū est multiplex offensio.
Scd̄m temeraria p̄sumptio.
Tertium dura obstinatio.

¶ De octo peccatis quibus in hierusalem offendebatur deus.

Primū quod accusat ⁊ arguit hierosolymoꝝ culpā: est multiplex offensio. In multꝫ nāqꝫ nō in vno solo pctō offendebant deum. Octo tamen erant intercetera peccata principalia que abundabant in illa ciuitate.

Primū pctm̄ d̄r negligētie.
Scd̄m iniusticie.
Tertium auaricie.
Quartū fraudulētie.
Quintum violētie.
Sextum luxurie.
Septimum idolatrie.
Octauū irreuerentie.

¶ Primū peccatū qd̄ abundabat in illa ciuitate d̄r negligētie. Supiores nāqꝫ nō curabāt de salute subditorū. Quinīmo suo malo exēplo corrūpebāt eos: ⁊ inducebāt ad male faciēdū. Vīc Hieremias conquerebatur. x. c. di. Stulte egere pastores: ⁊ deum nō exquisierūt: propterea nō ītellexerūt: ⁊ omnis grex eorum dispersus est. Et. xxiij. c. Hiere. aiebat: Ube pastoribus qui disperdūt ⁊ dilacerāt gregē pascue mee dicit dn̄s Sis cautus o predicator ne ꝓpter ista prelatis detrahas. Si boni sunt: bene erit ip̄is: si v̄o mali: iudicet illos deus. Nostra v̄o non interest illoꝝ increpare delicta. Scd̄m pctm̄ qd̄ abundabat in ciuitate hierusalē erat in iusticia. Et de hac Hiere. v. c. ait: Circūite vias hierusalē: ⁊ aspicite et considerate: ⁊ querite in plateis eius: an inueniatis virum facientem iudiciū ⁊ querentem fidem. Et infra. Causam vidue non iudicauerūt ⁊ causaꝫ pupilli non direxerūt. O quid de nobis dicam? Heu heu perijt profecto de terra iusticia. Timore: amore: ⁊ odio: ac precio est eiecta. vt d̄r. xj. q. iij. c. quattuor. Sed profecto impletuꝫ est dictū Isidori q̄ ait. x. q. iij. c. pauꝑ. Pauper dū non habet q̄d offerat in iudicio non solū audiri ꝯtēnit̄: sꝫ etiā ꝯ v̄itatē opprimit̄. Cito violat̄ auro iusticia: nullāqꝫ reus ꝑtimescit culpā: quā nūmis redimere existimat. Et tn̄ vt dicit Aug. li. iiij. de ciui. dei. c. iiij. amota iusticia: quid sunt regna nisi magna latrocinia Ideo d̄r. xij. q. ij. c. si seculi leges. Summū in reb⁹ bonū est iusticiam colere: ac sua cuiqꝫ iura seruare. Et Arist. v. ethi. ait: Preclarissima v̄tutū esse vr̄ iudicia: ⁊ neqꝫ hesper⁹ neqꝫ lucifer ita admirabilis. ¶ Tertiū pctm̄ qd̄ erat in hierlm̄ fuit auaricia: de q̄ Hiere. vj. c. sic scribitur: A maiore vsqꝫ ad minorem oēs studēt auaricie: et a ꝓpheta vsqꝫ ad sacerdotē cūcti faciūt dolum. Hoc tn̄ tp̄e nescio q̄d referā: cū mūdus totus auaricie vinculis detinet̄. Ob illā etem̄ multiplicata sunt oīa mala: periuria. s. fraudes: deceptiones: mēdacia: odia: liuores: rancores: rapine: vsure: simonie: et similia. ¶ Quartū pctm̄ qd̄ erat ī hierusalē fuit fraudulēta. Oēs ꝓ maiori ꝑte erāt simulati: ficti: astuti: callidi: ⁊ deceptores in oī arte: in oī exercitio: in oī deniqꝫ ꝯuersatione sua. Vn̄ Hier̄. ix. c. di. Unusq̄sqꝫ a ꝓximo suo se custodiat: ⁊ in oī fr̄e suo nō habeat fiduciā: qꝛ oīs frater supplātās supplātabit: ⁊ oīs amicus fraudulēter incedet. O q̄s habet nūc vnū amicū verū: Inquit Amb. li. iij. de officijs. Facilis vox ⁊ communis: tuus sum totus: sed paucoꝝ effectus. ¶ Quintū peccatū in hierusalē fuit violentia. De hoc dicit Hiere. xxxiiij. c. Retraxerūt seruos suos ⁊ ancillas suas quos dimiserāt liberos: ⁊ subiugauerūt in famulos ⁊ famulas. Hoc dicit Nico. de lyra ꝙ Exod. xxj. c. dictū fuit. Si emeris seruum hebreū sex annis seruiet tibi: ī anno septimo exeat liber gratis: ita ꝙ nō poterat vltra teneri nisi vellet remanere. Tp̄e v̄o Sedechie regis: ⁊ ante tenuerāt seruos ⁊ ancillas diutius ꝓpter auariciā suā: tamē ad monitionē Hieremie et alioꝝ virorū bonoꝝ rex Sedechias ⁊ sui subditi sta-

tuerunt firmiter dimittere seruos suos hebreos et ancillas ꝟm preceptuꝫ legis. Et vt hec ordinatio esset firma sciderūt vitulū in duas partes: ⁊ inter illas partes trāsierunt rex ⁊ principes eius ad significādū: ꝙ sic esset dignus occidi ⁊ diuidi infringēs illā ordinationē. Uerūtn̄ post cupiditatē ducti retraxerunt ad se redigendo in seruitutē. Et sic nō solum peccauerūt cōtra legē diuinā: sed etiam cōtra statutū ꝓprium. Silēs his hodie sunt qui retinent famulos et ancillas: ⁊ permittūt eos perimere fame et rigore: suntq̄ illis infesti: nō solū compellēda plus debito laborare: sed etiā iniuriādo ⁊ cōtumelijs ac ꝟberib⁹ afficiēdo. Non didiscere isti disciplinā sapientis: q̄ Ecc̄i iiij.c. ait: Noli esse sicut leo ī domo tua: euertēs domesticos tuos: et opprimens subiectos tibi. Et ꝓ his facit id Senece ad Lucillū. Colāt inq̄t te poti⁹ serui tui q̄ timeāt. ¶ Sextū pctm̄ hierusalē fuit luxuria. Et de hoc d̄r Hiere.v.c. in persona dei. Saturaui eos ⁊ mechati sunt. ⁊ xxiij.c. Adulterijs repleta est terra. Sileāt de hoc ꝟba: loquātur exēpla. ¶ Septimū pctm̄ fuit idolatria: de qua Hiere.j.c. de⁹ cōquerebat̄ sic. Dereliquerūt me: ⁊ libauerūt dijs alienis: et adorauerūt opus manuū suarū. ¶ Octauū peccatū fuit irreuerētia ad cultū diuinū: nā in tēplo absq̄ deuotione ingrediebātur ⁊ egrediebantur. Et de hoc sic habetur Hiere.vij.c. Fecere filij iuda malum in oculis meis: dicit dn̄s. Posuerunt offendicula sua in domo in qua inuocatum est nomen meum: ⁊ polluerunt eam. O q̄ reprehensib: les xp̄iani sunt: qui templa dei ⁊ ecclesias tanq̄ lupanaria calcant. Pro quibus facit illud q̄d scribit̄ de immunitate ecclie lib.vj.in.c. decet. Decet domū dn̄i scrītudo. Decet vt cuius ī pace factus est locus: eius cultus sit cū debita veneratiōe pacificus. Sit itaq̄ ad ecclias humilis ⁊ deuotus ingressus. Sit in eis q̄eta cōuersatio: deo grata: inspiciētibus placida. In hierl̄m ergo erāt huiuscemodi vitia ⁊ alia plurima q̄ solet abhorrere deus.

¶ De p̄sumptione populi.

Secundum q̄d accusat ⁊ arguit hierosolymoꝝ culpā est temeraria presumptio. In tot em̄ peccatis deum spernebāt Unde Hiere.v.c.d̄r: Negauerunt dominum: ⁊ dixerunt: Non est ipse: neq̄ veniet super nos maluꝫ: gladiū ⁊ famem non videbimus. Et infra. Nō dixerunt in corde suo: metuamus dn̄m deum nostrum. Cōfidebant ergo in se ipsis: ⁊ perseuerantes in malis suis penitentiā recusabant. De hoc dicitur Hiere.viij.c. Nemo q̄d bonum est loquitur nullus est qui agat penitentiam super peccato suo dicēs: quid feci. Oēs cōuersi sunt ad cursum suuꝫ: quasi equus impetu vadens ad prelium.

¶ De obstinatione iudeoꝝ.

Tertiuꝫ q̄d ostēdit hierosolymoꝝ culpā: est dura obstinatio: nā cum ꝑ plures annos ppl̄s ille cōmonitus fuisset: nunq̄ se corrigere voluit. Inquit Hiero. in cōmēto sup̄ Hieremiam ꝙ hieremias cū esset adhuc puer ꝓphetare cepit anno.xiij. Josie filij Amō regis Juda: ꝓphetauitq̄ in īperio eius annis.xix. ⁊ postea sub Joachim filio ei⁹ annis.xj. ⁊ sub Sedechia q̄ vltimus fuit regni Juda: annis.xj. vsq̄ ad q̄ntum mēsem: qn̄ a babylonijs capta ē hierl̄m Ac ꝑ hoc ab exordio prophetie sue vsq̄ ad captiuitatē hierl̄m: qua ⁊ ipse capt⁹ est: ꝓphetauit annis q̄draginta ⁊ vno: ⁊ p̄dixit clare ciuitatis excidium: nisi penitentiam agerent. At illi nō solū nō timebant ⁊ humiliabant se deo: verūetiā hieremiaꝫ ꝑsequebantur. Scribit̄ nāq̄ Hiere.xxvj.c. ꝙ cū semel prophetasset: apprehenderūt eū dicētes: Morte moriatur. Et congregatus est omnis populus aduersus Hieremiam in domū dn̄i. Tandem vtens bonis verbis Hieremias: dixit oīs populus. Nō est viro huic iudiciū mortis: q̄r in noīe dn̄i dei nostri locutus est ad nos. ⁊ Hiere.xxxij. habet̄

qualiter cesum eū miserūt in carcerem: vbi sedit dieb⁹ multis. ⁊ Viere. xxxviij. c. narrat qualiter submiserūt eū in lacū in quo nō erat aqua: sed lutū: multasq; alias ꝑsecutiones intulerūt sibi. O malicia incorrigibilis: o malignitas hoīm iniquoꝝ: o duricies prauoꝝ cordiū. Ueritas adamat: deus ꝑdicat timēdus: vitia increpant: efferunt virtutes ⁊ boni mores: tñ odio habent qui deo iubente talia nūciant. Iccirco nemo pōt de deo cōqueri si in nos seuerus appareat.

¶ De graui punitione ⁊ plaga hierl̄m.

Capitulum. iij.

Qui dudū lōganimis ꝑ Hieremiā ppl̄m ad pniam vocauerat: sceleribus ⁊ malicia iniquoꝝ ꝓuocatus: ad vindictā tādē excitatus est. Qđ vt cūcti valeāt scire in hoc mysterio: tertio de pena hierl̄m ꝑtractauimus: de q̄ tria sunt cōsideranda.

Primū đr ciuitatis obsessio.
Scđm ciuitatis afflictio.
Tertiū ciuitatis captio ⁊ deletio.

¶ De valida obsidione ciuitatis.

Primū cōsiderandū est ciuitatis obsessio. Ut enim hr̄. iiij. Reg. vlti. c. ⁊. ij. Paral. vlti. c. Anno nono Sedechie circundata est hierl̄m a Nabuchodonosor cum validissimo exercitu: ⁊ extructe fuerunt in circūitu eius munitiones: ⁊ clausa est ciuitas decē ⁊ octo mēsibus. ¶ Scđm cōsiderādū est ciuitatis afflictio. Preualuit q̄ppe interim fames: nec erat panis ppl̄o terre. ¶ Tertiū cōsiderādū est ciuitatis captio. Naz ciuitas capta fuit: ⁊ fugit Sedechias. Rabbi Salomō dicit: ꝙ ipse fugit per quandā viaz subterraneā: cuius exitus erat bñ lōge a ciuitate. Sed deus fecit apparere vnā capreā siluestrē ⁊ dū chaldei vellēt eā capere fugiēdo cucurrit super terrā ꝟm viam illius linee subterranee ꝑdictā vsq; ad exitū. Et sic chaldei inuenerūt Sedechiā: q̄ exierat viā illā. Sed Nico. de ly. dicit: ꝙ hoc nō est verisimile ꝙ chaldei tūc intēderēt venationi. Iō dicēdū ꝙ īsecuti sunt Sedechiā ꝑ iudiciū aliquoꝝ quos ceperūt in ciuitate: q̄ nō poterāt fugere. Scđm magistrū in historia: capta fuit ciuitas circa mediā noctē. Captus itaq; fuit Sedechias: ⁊ adductus corā nabuchodonosor. Qui dixit ei. Magnus deus habēs nequiciā tuā odio tradidit te mihi. Occidit ⁊ filios eius coram eo. Oculos vero Sedechie effodit: ⁊ catenis vinxit eum ⁊ duxit eum in babylonē. Muri autē hierl̄m destructi sunt: ⁊ ciuitas expoliata: tandē succensa: ⁊ ppl̄s ductus in captiuitatē. Refert magister ī historia ꝙ cū Nabuchodonosor intrasset babylonem cū triūpho: victimas solēnes īmolauit dijs suis: ⁊ solēnizauit cū oī populo nouē diebus. Cūq; recūberēt exhilarati: ꝑcepit rex vt adduceret Sedechias in mediū: ⁊ aliq̄ de cātoribus templi cū eo: qui psallerent corā cōuiuantibus in musicis instrumētis ⁊ canerēt hymnos de cāticis syon. Bibebāt aūt cōuiue in vasis domus dñi: quoꝝ quedā Nabuchodonosor ꝯsecrauit idolis: quedā vero sibi reseruauit. Cūq; darēt psallētibus potū: clāculo ꝑcepit rex: vt daret Sedechie potus laxatiuus. Et corā omnibus ignominiose laxatus est: sicq; irrisus reduxere ad carcerē: quinimmo afflictus dolore post paucos dies mortuus est. At Nabuchodonosor fecit eū honore regio sepeliri. Tali iudicio deus illū puniuit: qr vt scribit. ij. Paral. vlti. viginti ⁊ vnius anni erat cum regnare cepisset: ⁊ vndecim annis regnauit in hierl̄m: ⁊ fecit malū corā oculis dñi dei sui: nec erubuit faciē Hieremie ꝓphete loquentis ad se ⁊ ex ore dñi. A rege q̄z Nabuchodonosor recessit: q̄ adiurauerat eū ꝑ deū ⁊ indurauit ceruicē suā ⁊ cor: vt nō reuerteret ad dñm deū isrl̄. Si ergo ipse timuisset deū: abstinuisset vtiq; a tot tātisq; petīs: ⁊ deus misericordiā suā ostēdisset illi: quā nobis exhibeat q̄ est bñdictus in scl̄a scl̄oꝝ. Amen.

¶ De iudicio dei cōtra iudeos xp̄m ⁊ ec

clesiaz persequētes. Sermo.xiij.

Completis annis.lxx.iudaice captiuitatis operāte Esdra sacerdote ⁊ Zorobabel: suscitauit dn̄s spm̄ Cyri regis ꝑsaruz: q̄ anno primo sui imperij laxata hebreoꝝ captiuitate: q̄ttuor ferme hoīm milia fecit regredi in iudeam restituēs eis vasa tēpli aurea ⁊ argētea q̄nq̄ milia quadringēta: q̄ nabuchodonosor portauerat in babylonez. Sicq̄ reedificata est hierl̄m ⁊ tēplū eo tpe q̄ Tarquinus supbus regnabat in vrbe. Colligunt̄ ista ex primo libro Esdre.c.j. et dictis iosephi in libris antiq̄tatuz.et Bede in lib̄.de tpibus. Sicq̄ ppl̄s ille ibi multiplicatus est vsq̄ ad tpa xp̄i. Uerūtn̄ q̄ xp̄m ⁊ eccl̄iam iudei acriter persecuti sunt: de qua impietate noluerūt penitere: volēte deo ciuitas hierl̄m a romanis euersa est: ⁊ ppl̄s fame ⁊ gladio peryt: ⁊ q̄ remāserūt viliter fuerunt venūdati. Propterea vt indies ad timēdum deū studiosius inuigilemus: in b̄ sermōe de iudicio dei ꝯtra iudeos xp̄m ⁊ eccl̄iam ꝑsequētes verba faciemus: videbimusq̄ qualiter ciuitas hierl̄m destructa fuit: ⁊ ppl̄us eius dispersus. De qua desolatione tria mysteria erūt declarāda.

Primū d̄r significationis.
Scd̄m p̄nūciationis.
Tertiū executionis.

¶ De signis ⁊ portētis quibus dei iudicia premonstrant̄. Cap̄.j.

Significata fuit portētis ⁊ signis desolatio hierl̄m. Et in hoc apparet duricia ppl̄i: q̄ nūq̄ ad pniam redijt. Uerūtn̄ vt plenius intelligant̄ singula: in b̄ mysterio tria sunt dubia absoluenda.

Primū an timēdū sit cū aliq̄ nouitates apparent in corporibus celestibus: etiā si naturaliter fiant.

Scd̄m q̄ sunt illa signa ꝓpter que timendum est: ne immineāt de ꝓpinquo hoībus mala.

Tertiū q̄bus signis hierosolymorum excidiū fuit p̄monstratū.

¶ Pro primo dubio arguūt aliq̄ dicentes illud Hiere.x. A signis celi nolite timere: q̄ solēt metuere gētes. Et tn̄ contra istos est autoritas xp̄i q̄ Luce.xxj.c. ait: Erunt signa in sole ⁊ luna ⁊ stellis. Que verba dicta sunt vt per illa signa hoīes terreant̄. Respōdet his Nico.de ly.sup p̄fato.x.c. Hiere. ꝙ timere ꝓpter signa celi pōt esse dupl̄r. Aut rōnabiliter: aut supstitiose. ¶ Primo mō licituz est: ⁊ ad prudentiam spectat sic timere. Nā lz corpora celestia nō sint agentia de necessitate: tn̄ habēt virtutē immutādi elemēta ⁊ composita ex eis ad diuersas qualitates: ex q̄bus disponuntur humana corpora ad varias infirmitates: sicut ex dn̄io martis cholera accēdit̄: ex qua accēsiōe nō solū corpa disponunt̄ ad infirmitatē aliquā: sed etiā appetitus sensitiuus ad irā: exquo sequunt̄ vlterius lites ⁊ dissensiones: eo ꝙ hoīes vt ī pluribus sequunt̄ suas passiones: soli sapientes eis dn̄ant̄ ꝑ rōnem. Timor aūt facit p̄cauere a malis futuris. Et iō timere a celi constellationibus ad hoc ꝙ hō ꝯsulat de habēdo remedio ꝯ dispositionē ad infirmitates corpoꝝ ⁊ passiones malas: ⁊ alia hmōi q̄ p̄nt ex influētia celi causari: nō est malū sed bonuz ⁊ satis cōueniēs. ¶ Scd̄o mō timere ꝓpter signa celi.s.supstitiose illicitū est ⁊ pctm̄. Et sic loquitur Hiere. Un̄ subdit. Quia voces ppl̄oruz vane sunt. Qd̄ insup ponit̄. C.de penis.l.decurionū filij. Uane inq̄t voces ppl̄orum nō sunt audiende: Apud ppl̄os aūt triplex supstitio īuēta est circa corpora celestia.

Prima eoꝝ q̄ dixerūt illa esse aīata.
Scd̄a eoꝝ q̄ dixerūt illa esse deos.
Tertia eoꝝ qui dixerunt corpora celestia imprimere in intellectū nostrum.

¶ Prima supstitio est eorū q̄ tenuerunt corpora celestia esse animata. Cōtra q̄s est autoritas Damasceni: q̄ in.ij.lib̄.ait:

Nullus animatos celos: vel luminaria existimet. Inanimati em̄ sunt ⁊ insensibiles. Et aug̃. lib. xiij. de ciui. dei. ait: Non est credendum ꝙ Plato dicit globos istos luminuz siue orbiculos luce corporea super terram: seu die: seu nocte fulgentes suis quidez proprijs animabus viuere. Et. xviij. lib̃. de ciui. dei dicit: ꝙ anaxagoras fact⁹ est re⁹ apud athenienses: qꝛ dixit solē esse lampadē ardētē negans vtiq̃ ipsum esse deum: vel aliquid animatū. Si v̄o obijceret: ꝙ non solū platonici: sed etiam doctores fidei tenuerūt corpora celestia esse animata: vt Origenes ⁊ Hieronym⁹. Augustinus insup hoc sub dubio derelinquit. vt in li. lxxxiij. questionuz in enchiridion. ⁊ in. ij. sup Gen̄. ad lr̄am. vbi dicit ꝙ si sunt animata corpora celestia pertinēt ad societatē angeloruz eoꝝ anime? Respōdet Tho. j. parte. q. lxx. ar. iij. ꝙ interponentes corpora celestia esse aīata vel inanimata: parua vel nulla est differentia in re: sed in voce tm̄. Quoniā dici possunt animata: non sicut plante ⁊ animalia: sed equiuoce: inquantū substantie spirituales vniuntur corporibus celestib⁹: vt motores mobilibus: quo fit vt motus celestiū corporū sit ab aliqua substantia apprehendente: ⁊ nō solū a natura sicut grauia ⁊ leuia. Unde Augustinus dicit. ij. de trinitate. corpora oīa administrari a deo per spiritum vite. ¶ Secūda superstitio fuit alioꝝ dicentium corpora celestia esse deos: vt fuerunt egyptij. De quib⁹ Eusebius pamphili. libro. j. de euangelica preparatiōe ait: Egyptios ferunt primos oīm cū in celū oculos sustulissent motū ordinem ⁊ quātitates celestiū corpoꝝ admiratos solem ac lunā deos putasse. ¶ Tertia superstitio fuit alioꝝ qui tenuerunt ꝙ corpora celestia imprimunt in intellectum nostrū. Quod vtiq̃ falsum fore ostendit Tho. in. ij. summe cōtra gentiles. c. lxxxiij. dicens: ꝙ directe ⁊ per se non imprimūt. quia vt dicit Dionysius libro de diui. no. ⁊ Aug̃. iij. de trinitate. diuine ꝓuidentie ordo est vt ꝑ superiora regant̃ inferiora ⁊ moueantur. Intellect⁹ aūt ordine nature oīa corpora excedit. Impossibile est ergo ꝙ corpora celestia agant in intellectū directe: nec possunt esse causa ꝑ se eoꝝ que sunt circa intellectū. Insuper nullū corpus agit nisi ꝑ motū: vt habet viij. physicoꝝ. ergo q̄ sunt oīno extra motū: non possunt esse causata a corporib⁹ celestibus. Sed ea que sunt circa intellectū sunt oīno extra motum ꝑ se loquendo: sicut pz. vij. physicorum. Quinīmo per quietem a motibus fit aīa prudens ⁊ sciens: vt dicitur ibidē. Indirecte tn̄ corpora celestia possunt imprimere ī nostrū intellectū: quia lz intellectus noster non sit virtus corporea: tn̄ in nobis operatio intellect⁹ cōpleri non pōt sine operatione virtutū corporearū: q̄ sunt imaginatio ⁊ vis rememoratiua ⁊ cogitatiua. Et inde est ꝙ impeditis harū virtutū operationibus ꝓpter aliquā indispositionē corporis impedit̃ operatio intellectus: sicut pz in freneticis ⁊ lethargicis: ⁊ similib⁹ Et ꝓpter hoc etiam bonitas dispositionis corporis humani facit aptū ad itelligēdū: inquātū ex hoc p̄dicte vires fortiores existunt. Dispositio aūt corporis humani subiacet celestibus motibus: Et sic ad ꝓpositū redeundo: sup̄stitiose opiniones de corporibus celestibus nō sunt acceptāde. ¶ Scd̄m dubiū qd̄ erat absoluēdū est: que s̄m illa signa ꝓpter que timendum est ne immineant de ꝓpinquo hominib⁹ mala. Et dico ꝙ sunt tria.

Primū solis ⁊ lune defectio.
Scd̄m cometarū apparitio.
Tertiū portētoꝝ frequētatio.

¶ Primū signū. Quotiēscūq̃ em̄ eclipsatur sol vel luna: timenduz est de aliquo malo vēturo. Probatur hoc primo per Ptolomeū: q̄ in centiloquio ait: Sol ⁊ luna sunt dn̄i aliorum planetarū: eo ꝙ sunt cause totius operis ⁊ gubernatio

nis stellarū. Jō eclypses accidētia grā dia significāt. Et Messahalla.c.vij.de tēporū varietate.ait: Scito q̄ in eclipsi solis aut lune nō poterit fieri q̄n significet aliq̄ magnū accidēs p̄m quātitatē eclipsis ipsius. Nā i signis igneis significabit interitū regis ⁊ diuitū: ⁊ siccitatē ⁊ terre sterilitatez atq̄ famē. Et Vergi.in.j.georgi.inq̄t: Sol tibi signa dabit: solez q̄s dicere falsum audeat? ille etiā cecos instare tumultus. Sepe monet fraudēq̄ ⁊ opta tumescere bella. Ille etiā extincto miseratus cesare romaz. Cū caput obscura nitidū ferrugine texit Impiaq̄ eternā timuerūt secula noctē Recitat Richobaldus in chronicis: q̄ anno Neronis quarto solis defectio fuit ⁊ terremotus magnus. Tunc magna psecutio insurrexit cōtra xp̄ianos. Petrus ⁊ Paulus martyrio fuerūt coronati. Post passionē p̄o illoz tāta rome pestilētia fuit: vt triginta milia funerū infatione venerūt. Laodicia ⁊ Coloſſa et Jeropolis vrbes in Asia terremotu cōciderūt. Tpe Cōstātini.iij.facta est solis defectio. Dic Cōstantinus italiā de Cōgobardis liberare conat?: ab Athenis per mare Tarētū transiuit: oēsq̄ vrbes in cāpania ⁊ terris circūuicinis a Cōgobardis occupatas per quas venit vi cepit. Romā tandē pergit: papā Martinuz occidit. Jn sicilia apud Syracusas a suis occidit. Paulopost saraceni cuz nauibus in sicilia veniunt: syracusas captas diripiūt ornamenta alexandriam deferūt. Templum construitur in hierusalem vbi tēplum salomonis fuerat. Tē pore Lotharij.ij.factus ē sol sanguineus: ⁊ post paucos dies hoim lues est secuta. Refert adhuc Eutropius q̄ ferue te tumultu bellorum ciuilium: tres soles simul eroti sunt: qui paulatim coierūt in vnum. Scias tñ q̄ non sunt idē eclipsis solis ⁊ multiplicatio i aspectu. Nā vt dicit Jsid.lib.iij. etyñ. Eclipsis solis est quotiens luna.xxx.ad eandē lineam qua sol vehitur peruenit: eiq̄ se obijciens solem obscurat. Nez deficere nobis sol videtur dum illi orbis lune opponitur. De multiplicatiōe p̄o solis quia videntur.iij.dicit Seneca libro.j.de questionibus naturalibus: hos non esse soles: sed imagines solis in nube spissa soli propinqua: in qua radij solares inclusi sunt. ⁊ Johannes solobriensis in policratione libro.ij.ait: Quotiens sol in celo videbitur geminari inundationem aquarum subtus orbis expectet. Et licz a raritate sui miraculis videatur accedere: opus tamen nature est: que quidē soles non geminat: sed nubē simillimā facit: vocaturq̄ parelion. Est enim parelion nubes simillima soli. ¶ Secundum signum ꝓpter quod timenda sunt mala futura dicitur comete apparitio. De qua nota quod dicit Tullius lib.ij. de natura deorum: q̄ cometa grecuz vocabulum est: quam latini crinitam stellam vocant: eo q̄ comas luminis de se fundat. Pythagorici dixerunt cometaz esse vnam de septem stellis erraticis. Quorum falsitas apparet: cuz sepe omnes luceant apparente cometa. Aristo. j.methau. scribit anaxagoram Democritum ⁊ alios dixisse cometam fore de natura celi. Sed cum omnis stella celi sit perpetua: ⁊ cometa videatur deficere absq̄ eo q̄ solis radijs abscondatur ideo dicendum cuz Johanne Damasceno: q̄ cometa non est stella de natura celi: sed vapor ad voluntatez creatoris accensus in viscosa materia ⁊ aduſtibili. De apparitione ergo comete dicit Ptolomeus in centiloqo propositione.xcix. ⁊ in.ij.quadripartiti.c.vlti.⁊ Aristo.in j.methau. q̄ significat malos effectus. Scribit Seneca in questionibus naturalibus: q̄ due insule submerse sunt p̄ nunciāte cometa. Narrat Justinus q̄ anno: quo nat? est Mithridates: ⁊ anno quo primum regnare cepit: cometa per vtrūq̄ tempus multis diebus splē duit cū luce tāta: vt celū oē videret ardere. Jn quātitate videbatur occupare magnū celi spaciū: ⁊ in luce vincebat nitorez solis. Apparebatq̄ hoīs q̄ttuor-

Vic Mithridates. xlvj. annis cū romanis atrocia bella gessit. De quo scribit Vale. lib. viij. in rubrica de studio ⁊ industria. Et idē cōfirmat Solin⁹ in lib. de mirabilibus mūdi vigintiduarum gentiū quibus imperabat idioma didicerat. Et vt refert Justin⁹ ⁊ Eutropius cū Nicomedē regē bythinie regno pararet pellere amicū romanoꝝ: cū diceret sibi ꝙ si id faceret romanis displiceret: cū ephesuꝝ pueniſſet: crudeli edicto: vt scribit Vale. lib. ix. in rubrica de crudelitate: multā familiā romanoꝝ ciuiū in Asia: per vrbes negociādi causa dispersam vna epistola ⁊ vno die trucari fecit. Quā miserabilis illa rerū facies fuit: vt vbicūq; romanus fuisset inuentus: puta in agro: in domo: in foro: in via: in templo: in lecto: in conuiuio: velut hostis mactaret. Seneca. li. xvj. de questionib⁹ naturalib⁹ dicit: ꝙ imperante Nerone senis mensibus apparuit cometa. Neq; ño peius quid illis tēporibus potuit esse ꝙ vuere sub domino tā criminoso. De quo dicit iohānes solobriensis in policratone lib. j. In tāta mole imperij oēm perosus est grauitatē: phiam quasi maiestatis imperij inimicā: ⁊ nobiliora ingenia veritus: se consilijs subdidit histrionū. Cū ño esset oīm auarissimus: adeovt nulli quodcūq; officiū delegaret q̄n ꝓsequeretur: nosti quid mihi opus est: aut illō subijceret: qui oībus ꝓeest: oībus idiget: tū histrionibus ⁊ mimis pecunias infinitas erogare non grauabat. Singulos ꝑ quibusq; placuerat: amplissime dignitatis noīe sublimabat: alios patricios: alios senatores dicens hos illustriū spectabiliū vhe noīb⁹ illustrabat. ¶ Tertiū signū ꝓpter qō timenda sunt mala futura ꝺ portentoꝝ frequētatio. Qñ multiplicant prodigia ⁊ ostēta solent sequi proditiōes ⁊ mala. Vñ Plinius lib. ij. de naturali historia scribit: ꝙ anno anteq̄ crassus occideret a parthis: ferrum pluit in lucanis: ⁊ oēs lucani milites: quoꝝ numerus multus erat: in illo exercitu fuerunt cesi. Recitat Orosius ꝙ anno abvrbe ꝺdita quadringentesimo octogesimo: sanguis de terra e multis fontibus scaturyt: pro malo quod secutū est qñ sequenti anno terribilis pestis romanos inuasit. Idē Orosius refert: ꝙ anno ab vrbe cōdita quadringentesimo octogesimoseꝛto diꝛa ꝓdigia visa sunt rome. Edes salutis ictu fulminis dissoluta est. Apud phormias multis ictibus fulminum menia vndiq; combusta ⁊ dissoluta sunt. Sequenti anno Sempꝛoni⁹ consul aduersus picētes exercitū duxit. Triste adeo id bellū fuit: vt cū media pugna cōtremuisset terra ⁊ fuisset terremotus. ⁊ diceret: ꝙ cū sono taꝝ hoꝛribili sanguinē humanum accipere voluisset. Romani quippe pauci ad modū qui remāserunt vicerūt: qꝛ vtraq; pars gladio coꝛruit: paucis romanis remanentibus. Orosius insup dicit: ꝙ bellū picentū: marsoꝝ: pelignoꝝ: sannitū: ⁊ lucanoꝝ multa prodigia precesserunt. Nam Rome sub oꝛtu solis globus igneus e regione septētrionis cū maximo celi fragoꝛe emicuit. Apud tarentinos cū pānes per cōuiuia frangerentur: cruoꝛ e medijs panibus quasi e vulneꝛib⁹ corpoꝝ fluxit. Tunc per septē continuos dies grando lapidū: immixtis etiā testarum fragmentis: terrā latissime verberauit. Bellū punicū ꝺm multa ꝓdigia pꝛemonstrarūt. Nam bos quidam locutus est rome dicens: Caue tibi roma. Et Aug̃. lib. iij. de ciui. dei. c. vlti. de hoc ait: Omitto boues locutos: infantes nondū natos quedā verba clamasse de vteris matruꝝ: volasse serpentes: feminas ⁊ gallinas ⁊ hoꝛses in masculinū sexū fuisse conuersas. Inter cetera mala que exposſt secuta sunt ꝺm Oꝛosiū: in ea pugna que apud cannas celebꝛata est. xliij. milia romanoꝝ cesa sunt. Hannibal in testimoniū victorie tres modios anuloꝝ aureoꝝ qui ex manibus interfectoꝝ detracti fuerāt carthaginē misit. Narrat Sigibertus ꝙ

q̄ in gallia añ solsticiū estiuale orta tē
pestate cū grandine ingens fragmētū
glaciei de celo cecidit: cui⁹ latitudo sex
pedū: altitudo duoꝝ: longitudo v̄o q̄n
decim fuit. Et vt scribit̄ in speculo ge-
stoꝝ mundi: statim normāni septētrio
nales populi venerūt in galliā potēti
manu domuerūtq̄ gallos strage belli-
ca p. xl. annos. Postremo in signū pa-
cis normānis data est q̄dā portio galli
ce regionis que vsq̄ ad ista tp̄a d̄r nor
mānia. ¶ Tertiū dubiū aperiēdū fuit
Quibus signis hierosolymoꝝ excidiū
fuit premonstratū. Et lz fuerint multa
que Joseph⁹ ponit in libris quos scri-
psit de bello iudaico: nos tñ aliqua p̄n
cipalia colligem⁹. Et primū fuit q̄ stel
la quedā per annum sub forma gladij
stare visa est quasi imminens desup ci
uitati. Scd̄m: cū die festi populi cōue-
nissent: octaua die mensis aplis: noctꝫ
tp̄e hora nona tāt⁹ fulgor luminis arā
tēplūq̄ circūdedit: vt dies clarissim⁹
videret: mansitq̄ spacio hora dimidia
Hoc quidē ignaris ꝓsperū visum est:
sed probos p̄itosq̄ portētū exitiale nō
latuit. Tertiū signū q̄ luna eclipsim p
duodecim noctes cōtinuas passa est.
Quartū signū q̄ ianua tēpli q̄ erat ad
orientē: cū esset ere solido induta tāti
ponderis q̄ vix viginti viri summo co
natu impellentibus clauderetur: repē
te hora noctis sexta p seipsam aperta
est: q̄q̄ ferreis vectibus teneret̄. Qui
tum signū q̄ die. xxj. Maij ꝓpe solis
occasum visi sunt currus ⁊ quadrige ī
omni regione per aerē ferri: ⁊ armato-
rū cohortes nubib⁹ cōmisceri. Sextuꝫ
signū in nocte pentecostes sacerdotes
ingressi tēplū ad diuina officia celebrā
da. primo senserūt quosdā strepitus: ⁊
paulopost audierunt voces clamātes:
Discedam⁹ ab his sedib⁹. Septimū si-
gnū q̄dā iesus noīe post q̄ttuor ānos
clamauit continue alta voce. Uox ab
oriente. Uox ab occidente. Uox a quat
tuor ventis. Uox sup hierusalem. Uox
super sponsos ⁊ sponsas. Uoxq̄ super
vniuersum populū. Sicq̄ indesinēter
die ac nocte clamabat per vicos ⁊ pla-
teas discurrendo. Et flagellat⁹ ac ꝑcus
sus etiā ante iudicē flagris vsq̄ ad os-
sa laceratus vt taceret: cū quodā eiula
tu semp illud replicabat addens. Uhe
hierosolymis. Uhe masculis ⁊ femellis
¶ Qualr̄ xp̄s p̄nūciauit excidiū hiero-
solymoꝝ p̄cipue trib⁹ vicib⁹. Capl̄z. ij.

h Ic ad mentē reducendū est:
q̄ dñs ⁊ saluator noster iesus
xp̄s illi populo prenunciare
dignatus est que vētura erāt
mala: vt si vellent possent penitēdo fle
ctere furorē dñi. Tribus aūt vicib⁹ id
fecit. Qd̄ cōmemorat̄ a Luca p̄mo. xix.
c. Secūdo. xxj. c. Tertio. xxiij. c. Primo
Lu. xix. habet̄: q̄liter cū dñica oliuaruꝫ
veniret in hierusalē: ⁊ turbe ꝓcesserūt
ei obuiā. vidēs iesus ciuitatē fleuit su
per illam dicēs inter alia. O hierusalē
plena populo. O ciuitas sacerdotalis
⁊ regia: venient dies in te: ⁊ circunda-
bunt te inimici tui vallo: ⁊ circūdabūt
te ⁊ coangustabunt te vndiq̄: ⁊ ad ter
ram ꝓsternēt te ⁊ filios tuos qui in te
sunt: ⁊ non relinquent in te lapidē sup
lapidez: eo q̄ nō cognoueris tp̄us vi-
sitationis tue. Inq̄t ꝓpterea Hiero. ī
questiōib⁹ ad Helbidiā. Intātū hieru
salē amauit dñs vt fleret eā ⁊ plāgeret
⁊ pendens in cruce loqueretur: Luce
xxiij. Pater ignosce illis: q̄r nesciūt q̄d
faciūt. Itaq̄ impetrauit qd̄ petierat:
datū est eis tp̄s pn̄ie: videlicꝫ vsq̄ ad
xlij. annū. Post qd̄ ꝑseuerantib⁹ illis
in blasphemia: egressi sunt duo vrsi de
siluis gentiū romanoꝝ Uespasian⁹ ⁊
Titus: ⁊ eos interfecerunt atq̄ lacera
uerunt. hec ille. Scd̄o xp̄s prenūciauit
desolationē hierusalē. Luce. xxj. cuꝫ di
xit: Erit em̄ pressura magna sup terrā:
⁊ ira populo huic. Et cadent in ore gla
dij ⁊ captiui ducent̄ in oēs gentes. Et
h erl̄m calcabit̄ a gentibus: donec im
pleant̄ tp̄a nationū. Tertio xp̄s prenū
ciauit ruinam hierusalez Luce. xxiij. c.
q̄n die passionis sue sequebatur illum

cruce oneratum multa turba populi ⁊ mulierū que plangebāt ⁊ lamētabant illū. Conuersus aūt ad illas iesus dixit. Filie hierl'm nolite flere sup̄ me: sz super vosipsas flete ⁊ super filios vestros. Quoniā ecce veniēt dies in quibus dicēt: Beate steriles que non genuerunt: ⁊ vbera que non lactauerūt. Quid plura? Crucifixus est xp̄s: ⁊ tota mūdialis machina est commota. Tremuit terra obscuratus est sol: petre cōtrite sunt: aperta monumenta: ⁊ velū templi scissum est in duas ptes a summo vsqz deorsum: vt d̄r Matth. xxvij. tñ iudei duriores effecti in xp̄m ⁊ ecclesiam seuiunt. Post xp̄i resurrectionem quinquagesima videlz die apl'i receperūt spm̄ sctm̄: ⁊ ea die Petrus publice predicauit resurrectionē xp̄i: ⁊ pnīam in remissionem pctōꝝ. vt d̄r Act. iij. Et postq̄ sanauit claudū ⁊ paralyticū ex vtero mr̄is: qui sedebat ad portā templi: q̄ vocabatur speciosa: dicens: In noīe iesu xp̄i surge ⁊ ambula. Cū esset factus cōcursus populoꝝ ad rem tam grandē videndā: iterū predicauit Petrus innocentiā xp̄i ⁊ impietatē eoruz contra illū. Et subdit. Penitemini ⁊ cōuertimini: vt deleantur pctā vr̄a. Act. iiij. Sed ecce sacerdotes ⁊ magistratꝰ templi iniecere manus in Petrum ⁊ Johem: ⁊ incarcerauerūt eos. Act. v. Sequēti v̄o die eductos de carcere liberauerunt precipientes ne docerent in noīe iesu. Cū aūt illi perseuerarent in doctrīa iterū posuerūt eos in custodia publica: a qua fuerunt per angelū liberati. Et ne singulis īmoremur: obstinati iudei lapidauerūt Stephanū. Act. vij. Surrexit tandē Saulus contra discipulos: qui cōuersus est ex miraculo xp̄i sibi apparentis. Act. ix. ⁊ a iudeis p̄secutiōes grauissimas passus est. Occisus est Jacobus frater Johānis gladio. Incarceratus est Petrus ⁊ per angelū liberatus. Actuū. xij. Sicqz continue addebant mala malis miserabiles iudei.

¶ De terribili sententia diuini iudicij contra hierusalem. Caplm. iij.

Nescio quis tam ferꝰ esse pōt: vt sine gemitu audiat q̄ passa est hierosolymitana ciuitas recto iudicio dei. Iccirco in hoc mysterio de executione diuine sententie ꝯtra hierl'm dicemus. De qua tria sunt considerāda.

Primuz est multitudinis conclusio.
Secundum famis afflictio.
Tertium ciuitatis deletio.

¶ Primū considerandū est multitudinis cōclusio. Cū em̄ ab exercitu romanoꝝ circundata fuit hierl'm ⁊ cōclusa: inuenta est ibi innumerabilis multitudo ppl'i. Refert Eusebiꝰ lib. iij. ecclesiastice historie: qd̄ etiā Josephus ponit: q̄ ex oī iudea ppl'i in die solēni pasche hierosolymā velut exitiali quadā manu cogente cōuenerūt: quos tricesies centena milia hoīm dicit fuisse iusto: scz iudicio dei tp̄e hoc vltionis electo: vt qui in diebꝰ pasche saluatorez suum xp̄m dn̄i cruentis manibꝰ ⁊ sacrilegis vocibꝰ violauerāt: in ipsis diebꝰ velut in vnū carcerē oīs multitudo cōclusa: feralis pene exitiū qd̄ merebat̄ exciperet. ¶ Scd̄m cōsiderādū est famis afflictio. Obsessa nāqz ciuitate fecerūt romani vallū munitissimum in circūitu: ita vt nullus ciuitatē exiens illud pertransire posset. Ob quā causaz in breui ciuitas vrgeri fame cepit: tātūqz excreuit penuria rerū: q̄ ꝓpter famē ea que referā dicit Josephus mala esse secuta. Primū q̄ predones p̄ ciuitatem discurrētes vi ītrabāt domos: ⁊ rapiebant si q̄d ibi inuenissent comestibile. Scd̄m q̄ filij ex ore parētū ⁊ ecōuerso violēter stricto manibꝰ gutture masticatū cibū extrahebāt: ⁊ velut rabidi cōedebāt. Tertium q̄ etiam fimū boum aliaqz īmūda sumpserūt ī cibū. Quartū q̄ multi cōtēdebāt exire vt herbas colligerēt: ⁊ capiebant̄ a romanis. Et tantus fuit nūerꝰ captiuoꝝ: vt tute custodiri nō possent. Quapropt̄ statutuz

fuit vt euulsis eorū oculis manibusq; amputatis cōpellerent sic ad ciuitatez redire. Quintū q̄ plerique diuites timētes ne sua iocalia ad man⁹ romanorū venirēt: q̄s verisil'r presumebāt ciuitatē debellaturos illa deglutiuere. Cui⁹ rei fama cū deuenisset ad aures romanorū: cōmouit eos vt exēterarēt iudeos captiuos quos estimabāt gēmas invētre adhuc retinere. Quare vna nocte duorum miliuz patefacta sunt viscera. Sextū q̄ multi formosi ⁊ delicati iuuenes ī via: in plateis: in ꝓprijs domib⁹ fame vexati: īprouisa morte ⁊ repētina cadebāt: ⁊ sepi⁹ illi q̄ cadauera sepeliebāt supra sepultos mortui ⁊ ipsi deficiebāt. Septimū q̄ inuēte sunt mulieres filios ꝓprios comedētes. Uñ ⁊ de quadā dicit Josephus: q̄ cū fame torqueret nihil habēs ad comedendū: lactētē filiū in manib⁹ tenēs dixit: Infelicis mr̄is: infelicior fili: in bello: in fame: in direptiōe cui te reseruabo? Veni ergo nūc o mi nate: ⁊ esto cib⁹ mr̄i: predonibus furor: seculis fabula. Et his dictis filiū iugulauit ⁊ coxit: dimidiū comedit: ꝑtē alterā occultauit. Ecce cōfestim ꝑdones odorē carnis cocte sentiētes in domū irruūt: ⁊ vt carnē prodat mortē minant. Tūc illa detegens infantis mēbra: ecce inq̄t vobis partē optimā reseruaui. At illos tāt⁹ horror inuasit: q̄ nec loq̄ potuere. Et illa. me⁹ est inq̄t fili⁹: meū est pctm̄: securi edite: q̄r prior ego comedi quē genui. Illi sic tremētes ⁊ territi discesserūt. O q̄t erāt in ciuitate illa amara spectacula vbi videbant quotidie tot morientes. O quot infantes ⁊ pueri extendentes manū ad vbera matruz: ⁊ panē petentes: ad pedes illarū extincti ruebant. O quot erant illi flebiles voces: quot lamēta: quot singult⁹: quot suspiria: ⁊ tm̄ a deo nō exaudiebant. ¶ Tertiū ꝯsiderādū est ciuitatz deletio. Anno enim scdo īperij Uespasiani. Titus ei⁹ fili⁹: qui in obsidiōe remāserat ciuitatē cepit: quā a fundamētis subuertit. Ubi periere virorū vndecies centenā milia fame ⁊ gladio ꝑter mulieres ⁊ ꝑuulos: reliq̄ venūdati. Ubi es ergo magna ciuitas hierl'm. Ubi decora syō. Ubi es ciuitas quōdā referta gētib⁹: dña populorū: regib⁹ veneranda: acceptabilis deo: sedes gr̄e? Ubi es tēplū illd̄ mirabile panimēta marmorea: porte nitentes auro? Oīa vtiq; euersa ⁊ a fundamētis dirupta fuere. O īuictissima dei viuētz dextera: q̄ ceruices deꝑmit peccatorū. Ipsa faciēte tot calamitatib⁹ ⁊ cladib⁹ hierl'm perijt. Et post tpe. s. Helij Adriani cōfluētib⁹ diuersarū nationū īcolis reedificata est: ⁊ Helia ex prenoīe īpatoris dicta. Qui Adrianus vt dicit Orosi⁹ li. vij. ꝑcepit: ne cui iudeo hierosolymā ītrare liceret. Digne itaq; oīb⁹ timorē dñi predicam⁹ qui timentibus se largitur gratiam in presenti: ⁊ in futuro gloriā sempiternā. Amen.

¶ De iudicio dei contra Dauid populum numerantem. Sermo. xiiij.

Compellor equidē nō parū admirari de hominū hui⁹ tpis temeritate: q̄ vidētes quotidie patrias pestilētijs grauissimis agitari: non timent tremenda iudicia dei. Profecto acerbissimū est flagellū pestilentiarū. Nā pater filiū: fili⁹ fugit patrē: frater fratrē deserit: vxor virū derelinquit: ⁊ vir vxorē abominat. Quid plura? Suffocat penit⁹ pietas. Fiūt ciuitates vacue ꝑpl'is domusq; etiā claudunt amplissime. Uiduant vxores maritz: ⁊ delicati iuuenes formoseq; puelle miserabiliter extīguunt. Tali etem̄ flagello deus Dauid in suis iuste puniuit. Qd̄ vt euidētiꝰ innotescat ad ipm̄ Dauid ꝑ instructiōe nostra sermonē vertem⁹ De quo tria mysteria declarabimus.

Primum dicitur excellentie.
Secundum deficientie.
Tertium pestilentie.

¶ De admirādis prerogatiuis ⁊ excellentijs Dauid. Capl'm. j.

Veniunt in vsum eccl'ie sancte dei ꝓ maiori ꝑte psalmi quos Dauid cōposuit: q̄re nomen eius cū laude sonat in auribus audientiū. Ideo in hac ꝑte videndū erit quātis ꝑuilegijs ⁊ excellentijs dauid a deo fuerit donat⁹. Et ex multis quinq; dūtaxat colligem⁹.

Prima d'r ꝓphetica illustratio.
Secunda filialis nominatio.
Tertia victoriosa superatio.
Quarta mansueta conditio.
Quinta regalis exaltatio.

¶ Q̄ dauid claruit spū prophetie.

Prima excellentia Dauid d'r prophetica illustratio. Claruit em̄ spū prophetico prenuncians mysteria christi.

¶ Sed hic pulchre disputandum est. Utrū Dauid fuerit reliquis ꝓphetis prestantior? Et ad hoc rn̄det Nico. de lyra super prologū in psalterio: ꝙ dauid pōt cōparari ad ꝓphetas noui testamēti cuiusmodi fuerūt apl'i. Et sic Dauid non excessit alios: q̄ apl'i fuerunt de secretis diuinis magis illuminati: ⁊ in maiori plenitudīe receperūt gratiā spūssancti. Et ꝙ apl'i spm̄ acceperint ꝓphetādi pz Act. ij. v. vj. xj. xiij. ⁊. xxvij. c. Si aūt comparet Dauid ad prophetas veteris testamenti: sic dic̄ Tho. ij. ij. q. clxxiiij. ar. iiij. ꝙ non fuit Dauid excellentior alijs ꝓphetis: sed Moyses. Et hoc propter tria.

Primo ꝓpter clariorē cognitionē.
Scd̄o ꝓpter cōiorē denūciationez.
Tertio ꝓpt miraculoꝝ rutilationē.

¶ Primo ꝓpter clariorē cognitionem. Nam excellentior gradus ꝓphetie est vbi est cognitio clarior. Sz Moysi cōcessuz fuit videre essentiā dei ꝟz Aug. ad Paulā de vidēdo deū: qd̄ non fuit cōcessuz Dauid ⁊ alijs ꝓphetis. Ergo habuit clariorē cognitionē ⁊ sic fuit ceteris excellētior. ¶ Scd̄o Moyses fuit excellentior ꝟm Tho. ꝓpter cōiorē denūciationē: q̄ Moyses ꝓphetiā suaz denūciauit toti populo iudeoꝝ: nō sic Dauid ⁊ alij ꝓphete. ¶ Tertio Moyses fuit excellentior ꝓpter miraculorū rutilationem: quia maiora signa fecit Moyses in egypto: ī mari rubro: ⁊ in deserto q̄ Dauid ⁊ alij prophete. Sed Nico. de lyra dicit: ꝙ ꝟm glo. in principio psalterij Dauid d'r ꝓphetā per excellētiā. Et ꝑma ratio de Moyse non cōcludit: q̄ claritas cognitionis actū prophetandi excludēs nō pōt restituere excellentiorē gradū ꝓphetie: quidē cōstitueret ⁊ excluderet. vt ptz. Vnde aūt diuine essentie excludit actū ꝓphetandi sicut ⁊ actū fidei: q̄ vtriq; est necessario actus enigmatic⁹. Et ideo visio diuine essentie nō pōt cōstituere excellentiorē graduz ꝓphetie: licz fecit clariorē cognitionē: seu aliq̄d clarit cognoscere. Verū ergo est ꝙ claritas cognitionis maior cōstituit maiorez gradū prophetie: dū tn̄ talis claritas limites cognitionis ꝓphetice nō transcendat. Insup si ratio ꝑtacta staret: sequeretur ꝙ moyses fuit excellentior apl'is preter Paulū: quib⁹ non fuit cōcessum videre essentiā dei in pn̄ti vita. Scd̄a insup ratio deficit: eo ꝙ denunciatio prophetie est aliquid sequēs propheticā cognitionē: ⁊ ideo nō videt variare gradū ꝓphetie: ex hoc ꝙ pluribus vel paucioribꝰ nunciat. Tertia adhuc ratio debilis est: q̄ cōfirmatio per signa ⁊ miracula sequit ꝓphetiaz: ⁊ non est de essentia eius. Vn̄ Johes baptista signū nullū fecit: vt habet Joh. x. c. ⁊ tn̄ cōcedit maior Moyse. Exquo dicit Nico. de lyra ꝙ licz Moyses habuerit eūdē gradū ꝓphetie que habuit Dauid. s. absq; qbuscūq; signis sensibilibus aut figuris: tn̄ nō habuit totiēs: nec ita cōmuniter tales illustrationes sicut Dauid. Insup dicit Tho. vbi. s. i corpe. q. in fine. ꝙ Dauid clarius ⁊ plenius exp̄ssit mysteria xp̄i q̄ Moyses. Lex aūt vet⁹ ⁊ ꝓphete ordinabant ad xp̄m sicut ad finē. Vn̄ Rabbi Moyses in libro directionū ꝑplexoꝝ inq̄t: Oēs prophete non sunt locuti: nisi ad dies

messie. Cū ergo finis nobilior sit his q̄ sunt ad finē: ꝓphetia Dauid videt̄ sortiri quādā excellentiā ex hoc ꝙ xp̄i mysteria sic exp̄ssit. Probabiliter itaq; potest dici ꝙ Dauid fuit excellētior propheta Moyses: q̄uis Moyses excellentior fuerit in alijs: q̄ ꝓphetiaz trāscendūt: vel eā cōsequunt̄. Que autez ipse predixit ꝓphetico spū irradiatꝰ legunt̄ in psalmis suis: in q̄bꝰ suaui melodia de xp̄o multa cātauit. Ob quod Hiero. ad Paulinū inq̄t: Dauid Simonides noster Pindarus ⁊ Alceus: Flaccus quoq; Catullus ⁊ Serenus: xp̄m lira personat: ⁊ in decachordo psalterio ab iferis recitat exurgētē. hec ille. Et chronica Ricobaldi sūpta sunt q̄ sequunt̄ ꝓ declaratione v̄boꝝ Hiero. Simonides poeta fuit tp̄e Tullij Hostilij. iij. regis romanoꝝ anno ab vrbe condita. lxxij. Pindarꝰ poeta anno ab vrbe condita. cclij. post expulsum Tarquinū vltimū regē. Alceus poeta tp̄e Tarquini prisci q̄nti regis romanoꝝ. Horatius Flaccus venusij orit̄: anno ab vrbe cōdita sexcentesimo nonagesimosexto. Catullus poeta veronensis: anno ab vrbe cōdita sexcentesimo tricesimoquinto. Serenus quidaz alius poeta cuius tp̄a non inueni. Sūt prenominati poete apd̄ Quintilianū lib. ij. de iudicijs: multa laude cōprobati. Quibus ꝓ melodia ⁊ suauitate cōcentus: Hiero. Dauid voluit comparare. Notandū tñ ꝙ ipse Hiero. gl̄iosus: vt dicit Nico. de lyra. vbi. s̄. ter transtulit psalteriū. Primo ꝟm septuaginta interpretes qd̄ dicit̄ psalteriū romanoꝝ: eo ꝙ eccl̄ia beati Petri illo vtit̄. Secūdo fecit aliā translationē nō multū distantē a prima: ⁊ tñ appropinquantē hebraico: ⁊ vocat̄ psalteriū gallicanum: eo ꝙ Damasus papa ad rogatū Hiero. illd̄ fecit cātari in ecclesijs gallicanis. Et hoc vtuntur fratres minores. Tertio ad preces Serphennij qui frequenter disputabat cū iudeis: q̄ solū recipiūt illud qd̄ est in hebreo fecit trāslationē immediate acceptā ab Hebreo. Propter quod vocatur psalteriū Hieronymi iuxta hebraicā veritatem.

¶ Qr xp̄s dicitur filius Dauid.

Secūda excellentia dauid d̄r filialis nominatio. Nā dn̄s noster iesus xp̄s deus verꝰ dei filius ꝓ nobis oībꝰ icarnatus: natus de v̄gine verꝰ homo: nominat̄ ꝑ excellētiā filius Dauid. Unde euāgelista Mattheus. j. c. dicit: Liber gn̄ationis iesu xp̄i filij Dauid. Scd̄m Nico. de lyra. modus hebreoꝝ est denominare libros ab eo de quo tractat̄ in principio: sic d̄r liber Genesis: q̄ in p̄ncipio tractat̄ de creatōe mūdi. Sil'r Mattheus: q̄ incipit euangeliū a genealogia xp̄i: ideo ab ip̄a denoīat ⁊ intitulat ip̄m. Ratio aūt quare incepit a genealogia xp̄i fuit: q̄ iudei negabāt iesum nazarenū esse verum xp̄m: ⁊ descēdisse a Dauid: q̄ galileꝰ erat ꝟm ꝙ d̄r Joh. vij. Nunq̄d a galilea venit xp̄s: q̄si dicerēt: nō. Sed iudei sic loq̄ntes nō intelligebāt scripturas. Dicit̄ ergo a Mattheo filiꝰ Dauid: ⁊ preponitur Dauid ip̄i Abraaz: licz sit posterior ꝟm tp̄s ꝓpter eminētiaz regie dignitatis: ⁊ vt cōuenientius gn̄ationis ordo tradat̄. Angelꝰ etiā q̄ v̄gini conceptū filij dei annūciauit. vt hr̄ Luce j. c. dixit: Dabit illi dn̄s deus sedē Dauid p̄ris eiꝰ. Et Chananea clamauit: vt pz Matthei. xv. Miserere mei dn̄e fili Dauid. Et psallētes turbe: vt notatur Matth. xxj. cātabāt. Osanna filio Dauid: bn̄dictꝰ q̄ venit in noīe dn̄i. Et Matth. xxij. interrogauit iesus phariseos. Quid vobis videt̄ de xp̄o cuiꝰ filius est? Et dixerūt Dauid ⁊ Luc. xviij. Cecus clamabat. Fili dauid miserere mei. Et apl's ad Roma. j. Factꝰ est ex semine dauid ꝟm carnez. Licz ergo vt Hiero. dicit ī cōmēto sup Danielē. ꝟm scripture sctē cōsuetudinē proaui oēs ⁊ maiores p̄res vocentur: tñ singulari modo xp̄us dauid filius nuncupatur.

¶ Qr dauid supauit philisteū Goliaz

Tertia excellētia dauid dr victo
riosa superatio. Superauit
t nāq; Goliā philisteū gigantē
cum esset adolescēs ⁊ fratrib⁹
suis minor etate: armatus fiducia dñi
vt patet. j. Reg. xvij. neq; presumptuo
sus fuit aut temerarius vel culpabilis
quia certamē illud inijt ex reuelatione
dei. vt dicit Nico. de lyra. et Hiero. ad
Augu. Unde Sauli diffidenti ⁊ timen
ti ne succūberet: Dauid respōdit. Do-
minus q̄ eruit me de ore leonis et de
manu vrsi: ipse liberabit me de manu
philistei huius. Quare deo sibi fauēte
gigātē illū interfecit: ⁊ populū ab op-
probrio liberauit. Quo exēplo deterre
ri debēt hi qui sepenūero in virib⁹ su-
is cōfidunt: qui recordari debēt illius
carminis quod Ouidi⁹ libro de reme-
dio amoris cecinit. Parua necat mor-
su spaciosum vipera taurū. A cane nō
magno sepe tenetur aper.

¶ Q̄ propter mansuetudinem dauid
placuit deo.

Uarta excellētia dauid dr mā
sueta conditio: de qua in ps.
q cxxxj. Memento dñe dauid: et
oīs māsuetudinis eius. Uoca-
tur em̄ dauid iustus pi⁹ ⁊ sanct⁹. vij.
q. j. c. Om̄is. ⁊. xxij. q. iiij. ca. q̄ dauid.
Ista nāq; mansuetudo benignissimo
deo satis accepta est Hinc Judith. ix.
dicit: Humiliū ⁊ māsuetorū tibi semp
placuit deprecatio. Et Prouerb. iij. c.
Māsuetis dabit dñs grāz. Et Eccli. j.
Beneplacitū est illi fides ⁊ māsuetudo
Et ps. cxlix. Exaltabit māsuetos in sa-
lutem. Et Mat. v. Beati mites. Gerar
dus odonis sup quarto Ethi. s̄m men
tem Arist. dicit q̄ sex sunt cōditiones
māsueti. Prima q̄ est imperturbatus
⁊ hoc exigit natura māsuetudinis. Se
cunda q̄ passione nō ducit. Tertia q̄
rationi ⁊ ei⁹ ordinatiōi subijcit quan-
tum ad oēs circūstātias s̄m quas op-
portunū est irasci ⁊ nō irasci. Quarta
q̄ ad defectū ire magis q̄ ad excessum
declinare videt. Quita q̄ nō est puni-
tiuus nec vindicatiuus. Sexta q̄ est
iniurie et offense remissiuus. Sic fuit
māsuet⁹ dauid quē persecut⁹ est saul.
Ipe tñ cū potuit noluit eū offendere.
Nā vt dr. j. Reg. xviij. Ex eo q̄ mulie-
res in tympanis cātabāt. Saul percussit
mille ⁊ Dauid decē milia. Irat⁹ Saul
dixit: Quid ei supest nisi solū regnum.
Extūc nō rectis oculis aspiciebat eū
⁊ lācea tētauit eū cōfigere cū pariete.
Deinde fecit eū tribunū sup mille viros
vt sic pugnādo veniret in man⁹ phili-
stinorū. Et vt notat. j. Reg. xix. Rogā-
uit Jonathā ⁊ seruos suos vt occide-
rēt Dauid. Jonathas aūt q̄ dilegebat
eū valde: monuit eū vt se abscōderet: ⁊
sequēti die Jonathas placauit Saul
prem di. Ne pecces rex in seruū tuum
dauid: q̄ nō peccauit tibi ⁊ opera eius
bona tibi sunt valde: ⁊ posuit aīam su-
am in manu tua: ⁊ occidit philisteū: et
fecit deus salutē magnā in israel. Uidi-
sti ⁊ letatus es. Quare ergo peccas in
sanguine innocio vt īterficias Dauid
qui ē absq; culpa. Rñdit Saul. Uiuit
dñs nō occidet. Et sic ionathas voca-
uit dauid: ⁊ venit seruus corā Saul:
Motū est rursuz bellū: ⁊ dauid percussit
philisteos plaga magna: reuersusq; co-
rā Saule iterū tētauit eū lācea infige-
re in parietē. Dauid v̄o fugit ⁊ euasit.
Saul misit satellites nocte ad domus
suā: vt custodirēt eū ⁊ mane interfice-
ret. Quez vxor ei⁹ Michol filia Saul
deposuit p fenestrā. Et tñ post tot vali-
dissimas psecutiōes dauid potuit in-
terficere Saulē ī spelūca. vt habet. j.
Reg. xxiiij. Et iterū. xxvj. c. potuit eum
interficere: cū inuenit eū dormientem
in tentorio: ⁊ oēs suos. Dixitq; Abisai
ad dauid. Cōclusit de⁹ hodie inimicus
tuū ad manus tuas: nūc ergo pfodiaz
eū lācea. Rñdit dauid ne īterficias eū
Quis em̄ extēdet manū suā in xp̄z dñi
⁊ innocēs erit: Abstulitq; dauid hastā
que erat ad caput ei⁹ ⁊ cyphū aq̄. Tan-
dem cū nūciata esset ei mors saulis et
ionathe, vt scribit. ij. Regū. j. amare

fleuit di. Saul ⁊ Jonathas amabiles ⁊ decori in vita sua: in morte quoq; nō sunt diuisi. Aquilis velociores: leonib⁹ fortiores. Filij israel sup Saul flete: q̄ vestiebat vos coccino in delitijs: q̄ prebat ornamēta aurea cultui vestro sz de preda hostiū ꝑm Nico. de lyra.

¶ De regia dignitate dauid.

Vinta dauid excellentia dr regalis exaltatio. Exaltat⁹ nāq; fuit ad regiā dignitatē ꝑm beneplacitū dei post mortē Saul vt patet. ij. Regū. v. Jdeo ps. lxxvij. Dicit deus. Jnueni dauid seruū meū: oleo sancto meo vnri eum. Et ꝓpterea in genealogia xpi. Matthęus solum dauid nominat regē: cū dicit. Jesse aūt genuit Dauid regē: lx ante eū ⁊ post fuerint alij reges q: vt tactū est fuit primus electus in regē ꝑm beneplacitum dei propter sanctitatē suā. j. q. vij. c. si quis omnem.

¶ De peccatis in q̄bus dauid defecit ⁊ offendit deū. Caplm. ij.

Admonet mortalib⁹ cūctis de cōmuni lege periculum satis graue: q: nullus quā tumcūq; sanctus ⁊ iustus potest eē de lapsu securus. Ecce in ꝓpōptu est dauid sanctus: qui post multiplicē gratiā a deo sibi datā: in peccata plurima ruit. De quib⁹ nos dicturi illa reducemus ad quinq;.

Primū fuit peccatū adulterij.
Secundū homicidij.
Tertiū negligentie.
Quartū iniusticie.
Quintū vane glorie.

¶ De adulterio q̄ cōmisit dauid.

Primū peccatum in quo dauid p defecit fuit adulteriū: de quo fit mētio. ij. Reg. xj. ⁊ xij. c. In q̄ lapsus est ꝓpter duo ꝑm Nico. de lyra. Primo q: remāsit ocios⁹ in hierlm. Ut em̄ ait sapiens Prouer. xxvij. Qui sectatur ociū replebit egestate. Et Hiero. ad Demetriadē virginē inq̄t. Nihil in sctō proposito ocio deteri⁹ est. Et Bernardus ad fratres de monte dei. Omniū tētationū ⁊ cogitationū malaruz ⁊ inutiliū sentina est ociū. Et Quintilianus. Ad oīe votum fluēte fortuna lasciuit ocium. Et Seneca ad Lucillū. Ociū mors est: et vini hoīs sepultura. Et Ouidius de remedio amoris. Otia si tollas piere cupidinis artes. Et Eccli. xxxiij. Multaz inquit sapiens maliciā docuit ociositas. Propterea Hiero. ad rusticū monachū dicit id q̄ notat de cōse. dis. v. c. nūq;. Semp aliquid operis facito: vt diabolus te inueniat occupatum. Vnde ꝓ Ezech. xvj. c. de⁹ dicit: Hec fuit iniq̄tas sororis tue Sodome saturitas panis: ⁊ abūdantia: ⁊ ociū ipsius: ⁊ filiarū ei⁹. ¶ Secūdo lapsus est in adulteriū dauid: q: vidit bersabee se lauantē. Periculosuz certe est oculis libertatē aspiciēdi cōcedere. Vñ. ꝓpheta ps. cxviij. dicit: Auerte oculos meos ne videant vanitatē. Et Seneca in lib. de remedijs fortuitoz. ait: Oculi eī sunt irritamēta vitioz: ducesq; sceleruz. Et v. li. causarū cā. j. Oculi inq̄t nr̄i: sunt tota luxuria nr̄a. Vi nos in oīa quotidie vitia precipitant. Jdeo Hiero. ad Nepotianū sic scribit: Matrē ita vide ne per illā alias videre cogitaris: quarū vultū cordi tuo hereat: ⁊ tacituz viuat sub pectore vultu⁹. Cū ergo dauid capt⁹ esset pulchritudine nudate bersabee: misit suos: ⁊ fecit illā ad se venire: ⁊ cōpleuit adulteriū. Stratimq; sanctificata ē ab immūdicia sua. s. a fluxu mēstruoz: q:. s. purgata fuit a mēstruis futuris vsq; ad ptū: ꝑm Nico de ly. q: in illo coitu cōcepit vt ꝓz in textu.

¶ De homicidio q̄ fieri fecit dauid.

Ecūdū pctū in quo dauid defecit fuit homicidiū. Post vtiq; expletā suā libidinē: pcurauit ꝓditorie interfici vnā virū bersabee. Pro q̄ misit ⁊ rētauit eū mittere ī domū vroris: hortās vt lauaretur mittēsq; regiū cibū: vt sic ꝑ balneū ⁊ cibū delicatū ꝓuocaret ad coitū. Dicit

Nico. de lyra q̄ sic faciebat dauid: vt vrias cognosceret vxorē suā: & crederetur puer nasciturus esse suus: & petrū eius occultaret. Qō cū renuisset facere vrias: dixit dauid ad ioab. Ponite vriā er aduerso belli: vbi fortissimū est prelium & relinquite eū: vt sic occidatur. Qō & factū fuit. vt ptz. ij. Reg. xj. Qō cū audisset vxor fleuit eū. Nico. de lyra fictiue inquit: q: & ipa morte eius desiderabat: vt sic vxor regis fieret. Statimq; Nathan ppheta vt hr̄. ij. Reg. xij. venit ad dauid. Qui reprehēdit eū dure de petro cōmisso addēs: non recedet gladius de domo tua vsq; in sempiternū. Qō verificatus est ꝑm Nico. de lyra: q: frater occidit fratrē: scilz Absalon Amnon. ij. Reg. xiij. & Salomon Adoniā. ij. Reg. ij. & filius insurrexit cōtra p̄rem. s. Absalon. ij. Reg. xv. Tunc dauid humiliat⁹ & penitētia duct⁹ dixit: Peccaui. & nathā respōdit. Et dns abstulit a te petrū. Ubi apparet quanta sit vis pnie: quādo post homicidium & adulteriū spūs prophetie recepit: & ī primo gradu pmansit: vt hr̄. xlix. dist. c. hinc etenī. & j. di. c. cuz eraudiero. c. sacerdos. c. vt cōstitueret. & j. q. vij. c. si qs oēm. & ij. q. vij. c. nos. & iij. q. vij. c. sacerdos, & de pe. di. j. c. & venit. & de peni. di. iij. c. totā, c. dauid. & c. ille rer.

¶ De negligētia Dauid qua nō correxit Amnon.

Certiū petrī in quod lapsus fuit dauid fuit negligētia: nō enī correxit amnon: qui stuprauerat sororem suam Thamar. Nam vt scribit. ij. Reg. xiij. noluit contristare spiritū amnon filij sui: quoniā diligebat eū: q: primogenitus erat ei. O quot sunt patres qui īmoderate amore filios diligentes negligūt illoz vitijs & passionib⁹ obuiare. Ob quod & filios q̄q; immo multotiens vident male finire. Ecce quid amnon euenit. Certe in commuio occisus est a pueris absalonis fratris sui ipso iubente.

¶ De iniustitia dauid.

Uartū peccatuz dauid fuit iustitia circa miphiboseth De quo fit mentio. ij. Reg. xvj. & xix. c. Dicit Nico. de lyra. q̄ adulatores & detractores sunt periculosi principibus: quia dauid ti iustus & sanctus verbis Sibe adulatoris & detractoris fuit ita captus: inlutus q̄ hereditatē miphiboseth dīi sui ei cōcessit ī absentia miphiboseth eo nō audito. Et qō ē peius postq; audiuit miphiboseth se excusantē & vera dicētē: nō retractauit dictū suū iustū totaliter: sed seruū ei⁹ pessimū, scz Sibam fecit equalē dño dicēs: Tu & Siba diuidite possessiones. Quē tamen debuit suspendisse ꝓpter falsam accusationē dīi sui de crimie lese maiestat. Erat miphiboseth filius saul. Et recedente dauid de hierusalē cuz exercitu: miphiboseth remāsit: q: erat claudus: & siba seruus eius venit ad dauid & dixit: falso tñ Miphiboseth remansit in hierlm dicēs: Hodie restituet mihi domus israel regnum patris mei saul: vt notatur. ij. Reg. xvj.

¶ De vana gloria dauid.

Uintū peccatū dauid fuit vana gloria. Fecit nāq; superbe numerari pplm: & in de gloriabatur: sicut ponit j. Paral. xxj. & ij. Reg. vlti. Ad quā numerationē fiendā cooperat⁹ est sathā.

¶ De plaga pestilentie qua deus punuit populum. Lapln. iij.

Uāuis inscrutabilia sint nobis iudicia dei: verūtamen ab eo iuste fieri oīa merito confiteri debemus: necq; curiose est inquirendū cur quādoq; peccata que nobis parua videnť & minima puniat & que maxima reputātur ad tps linquat impunita. Cūcta recte moderať & ordinat sapientia sua. Ex circo in hoc mysterio de pestilentia q̄ deus populū pcussit eo ꝓ illū superbe dauid numerauerat dicemus. De qua

quinq; dubia sunt declaranda.

Primum vtrum pestilētia sit flagellum dei pro peccatis?

Secundū quare dauid potiꝰ elegit pestilentiam q̄ famē ⁊ gladium?

Tertiū vtrū ꝓ pctō dauid debuit populus eius puniri?

Quartū quid intelligitur per tempus constitutum?

Quintū quomō adimpletū fuit dictū ꝓphete de pestilentia triū dierū?

¶ Q̄ propter pctā veniunt pestilētie.

AD primū dubiū respōdemꝰ ſm veritatē infallibilē scripture sancte q̄ deus excelsus propter pctā pestilētias mittit. Nam Leuit. xxvj. cōminat deus transgressoribꝰ suoꝝ preceptoꝝ dicēs: Mittā pestilētiā in medio vestri. Et Numeri. xiiij. cōquerebatur de populo iudaico dicēs: Quousq; non credent mihi? Et infra. Feriam ergo eos pestilentia. Et Ezech. vij. Ira mea sup populū. Gladius foris: pestis ⁊ fames intrinsecus. Et Ezech. xxviij. Hec dicit dn̄s deus. Ecce ego ad te sydon: ⁊ gloriabor in medio tui. Et sciēt q̄ ego dn̄s cū fecero mea iudicia: ⁊ sanctificatus fuero in ea. Et īmittā ei pestilētiā: ⁊ sanguinē in plateis eiꝰ. Quare iudicio dei attribuēdū esse arbitror quicq̄d in chronicis de pestilētijs asseritur. De ipsis em̄ meminit Hieronymus Orosiꝰ ⁊ Eutropiꝰ: ac reliqui rerū gestaꝝ scriptores. Nā anno ab vrbe cōditā. ccclxxxiij. ingens pestilentia romā affecit biennio. Suaserunt pontifices tēpli: vt ludi scenici dijs expetentibus ederētur. Eo tpe terra in medio vrbis dissilijt. Dixerūt auruspices eam voraginem posse tolli: viui hoīs nece spontanea insilientis in eā. In quam marcus curtius eques insilijt pro liberatione patrie: sicq; vorago ꝯclusa est: vt refert Orosiꝰ lib. iij. ⁊ Aug. lib. v. de ciui. dei. c. xviij. Anno ab vrbe condita ccclxxxj. ingēs pestilētia vrbē afflictauit ⁊ libri sibyllini cōsulti: rn̄derunt eā pestē ira dei illatā. Recitat Orosiꝰ libro. v. q̄ anno ab vrbe cōdita sexcentesimosexto: tāta rome ex orta est pestilētia: vt ministri quoq; faciēdoꝝ funerū primū nō sufficerēt: deinde non essent. Jāq; etiā magne domus vacue viuis plene mortuis remāsere: largissime introrsum hereditates: ⁊ nulli penitus heredes. Aliud stupendum Orosius narrat: q̄ post locustas īnumerabiles: que ī mari a vēto rapte suffocate sunt: tāta corruptio aeris est subsecuta ⁊ tā grauis pestilētia vt ī Numidia octingēta milia hoīz morerent. Et circa orā maritimā q̄ carthaginēsi atq; vticensi littori adiacet plꝰ q̄ ducēta milia. Que clades tā repētina fuit apud vticā: vt sub vna die ꝑ vnā portā plus q̄ mille q̄ngētos mortuos delatos fuisse narretur. Tpe Antonij īpatoris q̄ xp̄ianos ꝑsecutꝰ est: tāta lues est secuta vt agricultoribꝰ carerent. Tpe Pelagij pape: romā pestis cōcussit in qua ⁊ pelagius mortuus est. Cui successit Gregoriꝰ magnꝰ: q̄ vir mire sanctitatis letanias ad deū ordinauit agi. Et cū ppl's dei clemētiā implorasset: vna dierū vidit pōtifex ille sanctus angelū supra castrum qui cruentatū ensem in vaginā reponebat: significās pestē dei iudicio immissam iam cessare. Nota hic tamē ſm Orosiū libro. v. ⁊ Eutropiū q̄ Adrianꝰ impator q̄ duodecimꝰ ab Augusto imperauit: castrū illd obstruxerat cū pōte mirabili: ⁊ castrū Adriani dictū fuit vsq; ad tp̄s beati Gregorij: exinde scti angeli propter visionē prelibatam.

¶ Quare dauid elegit pestilentiam.

SEcūdū dubiū ꝓpositum fuit quare dauid elegit potiꝰ pestilentiā q̄ famē ⁊ gladium. Nam Gad ꝓpheta dixit ei ex parte dei. Aut septē annis veniet tibi fames in terra tua: aut tribꝰ mensibus fugies aduersarios tuos ⁊ illi te persequent aut certe tribus diebꝰ erit pestilētia in terra tua? Et rn̄dit dauid. Coartor nimis vndiq;. Et elegit pestilen-

tiā. Dicit Nico. de lyra ꝙ sperabat de misericordia dei. Unde in textu subdidit: Meliꝰ est vt incidam in manꝰ dñi. Multe eñ misericordie eius sunt: q̄ in manus hoīs. Scdo si elegisset famē septē annoꝝ: ipe ⁊ alij diuites ꝓuidissent sibi de victu ⁊ paupes fuissent nimis afflicti. Itē si elegisset fugā coram aduersarijs: ipse ⁊ alij potētes fuissent ꝓtecti auxilio pugnatoꝝ: ⁊ refugio fortaliciorum: ⁊ ceteri fuissent occisi. Ideo elegit penā omnibus equalē: qꝛ pestilentia a deo immissa equaliter poterat cadere super omnes.

¶ Quare ꝑ pctō dauid punitꝰ est ppl's

Tertiū dubiū vtrū ꝑ pctō dauid debuit ppl's eius puniri? Et q̄dā dicūt ꝙ ppl's fuit īnocēs. Nā cū vidisset dauid angelū cedentē ppl'm: dixit ad dñm: Ego sum q̄ peccaui: ego iniq̄ egi. Isti q̄ oues sunt q̄d fecerūt: Uertat obsecro manꝰ tua ꝯtra me: ⁊ ꝯtra domū patris mei. Ergo nō videt ꝙ ppl's debuit puniri. qꝛ vt dicit glo. ex̄ de his q̄ fiūt a maiori ꝑte capituli. c. q̄siuit. Pctā suos tenere debēt actores. Idē. C. de penis. l. sancimꝰ. C. ne vxor ꝑ marito. l. ob maritoꝝ. ⁊. xj. q. iij. c. illud. ⁊ ex̄ de sen. excom, c. romana. §. vl. lib. vj. ⁊. lvj. di. c. satꝫ. ⁊. j. q. iiij. c. placuit. c. nulliꝰ. ⁊. c. iudei. Sꝫ ad hoc posset rñderi ꝟm Boñ. in. ij. di. xxxiij. ar. j. q. j. ꝙ licꝫ pena eterna vnꝰ nō puniat ꝑ pctō alteriꝰ: tñ pena tꝑali sic. Quare nō est incōueniens ꝟm rigorē diuine iusticie vt ppl's a dauid superbe numeratus pestilētia minueret. Nico. v̄o de lyra dicit ꝙ in lib. de hebraicis q̄stionibꝰ habet ꝙ ppl'us peccauit eo ꝙ dauid nō restitit vt debuit in facto vrie. Sed hoc non videt verū: qꝛ pctm̄ dauid vsq̄ ad cōplemētū fuit secretuꝫ. Unde Nathan dixit sibi ij. Regū. xij. Tu fecisti abscōdite. Dicit ergo Nico. de lyra: ꝙ pctm̄ ppl'i fuit rebellio eiꝰ ꝯtra dauid sequēdo Sibam filiū Bochri: q̄ erat hō seditiosus ⁊ pessimus. vt ponit. ij. Reg. xx. Ego v̄o teneo ꝙ lꝫ ꝑncipal'r deꝰ punierit ppl'm ꝓpter pctm̄ dauid: tñ credibile est ꝙ in populo sic punito essent aliqua scelera deo exosa. Nā sicut ⁊ nunc plures tunc erant mali q̄ boni.

¶ Quid intelligit ꝑ tp̄s constitutum.

Quartū dubiū quid intelligit per tp̄s constitutū. Nā in textu dr: Immisit deꝰ pestilētiā de mane vsq̄ ad tp̄us constitutū. Et dicūt aliqui vsq̄ ad tertium diē inclusiue: qꝛ sic erat pena determinata. Sed hoc nō videt verū: qꝛ textꝰ dicit. j. Uenit aūt Gad ad dauid in die illa. Et videt loq̄ scriptura de ꝑma die pestilētie. Ad hoc eñ venit Gad vt dauid offerret holocaustū ⁊ cessaret plaga inchoata. Ideo meliꝰ dr ꝙ tp̄s constitutū intelligit hora sacrificij vespertini. Illud eñ statutū fuit in lege Exo. xxix. ita ꝙ a mane ꝑmi diei vsq̄ ad horā vesp̄tinam mortui sunt de populo lxx. milia viroꝝ.

¶ Quomodo verificat dictuꝫ ꝓphete de pestilentia trium dierum.

Quintū dubiū quomō verificatū fuit dictuꝫ prophete de pestilētia triū dierū? Et dicit Nico. de lyra: ꝙ duo dies vltimi fuerunt dicti ꝓpter cōminationem tm̄: sicut etiā dicit Jonas de. xl. diebꝰ. Primꝰ v̄o dies fuit per modū sentētie diffinitiue. Quare pestilentia fuit tm̄ illa die. Ideo subdit in textu. Cūq̄ extendisset manū suā angelꝰ dñi sup hierusalē vt disperderet eam: misertus est dñs sup afflictionē: ⁊ ait angelo percutienti populū. Sufficit nunc: continue manū tuā. Tali pestilentia percussus fuit populus ille. Nos v̄o diebus istis magnas clades fieri vidimꝰ: ⁊ pestilētijs pene italiā deuastatam. Poscentibus q̄dē pctīs populoꝝ: frequentiꝰ pestilētie irrūpūt. Ideo timēdus est deꝰ: quia ipse viuificat ⁊ mortificat: qui est benedictꝰ in secula seculoꝝ. Amen.

¶ De iudicio dei ꝯtra Sēnacherib nomen dñi blasphemātē. Sermo. xv.

Sanctū ⁊ ieffabile nomē dei sic viluit in ore xp̄ianoꝝ: vt illud blasphemari ⁊ maledici dicat̄ quasi ꝓ nihilo Aperiūt nanq; multi fetidū os in blasphemias impias creatoris sui: ⁊ irreuerenter sacrilegis buccis lacerant altissimā maiestatē regis regū ⁊ dn̄i angeloꝝ ⁊ hoīm ꝓ quibus in hoc sermōe bene esse arbitratus sum iudiciuz dei depromere ꝯtra Sēnacherib blasphemātē. In illo siq̄dē speculabunt̄ q̄ graue sit pctm̄ blasphemie et maledictio dei. De quo tria mysteria proponim⁹ contemplanda.

Primū dicit̄ superbie ⁊ violentie.
Scd̄m maledictiōis ⁊ blasphemie.
Tertiū punitionis ⁊ vindicte.

¶ De supbia ⁊ fraude Sennacherib regis. Capl'm. j.

Insatiabilis est anim⁹ ambitiosoꝝ: quib⁹ nec ipse mūdus totus sufficere potest. Patet hoc in Sēnacherib: de quo. iiij. Reg. xviij. d'r q̄ anno. xiiij. regis Ezechie ascēdit Sennacherib rex assyrioꝝ ad vniuersas ciuitates iuda mūitas: ⁊ cepit eas. Tūc misit ezechias nūcios ad regē assyrioꝝ Nico. de lyra dicit q̄ ezechias sciēs populū sibi subiectū. ⁊ Achaz patrē suuz deū m'tiplicit̄ offēdisse: merito timuit ne in vindictā dictoꝝ maloꝝ ꝑmitteretur rex assyrioꝝ venire ad destructionē ciuitatis hierl'm: vbi vigebat diuinus cultus de quo ipse erat zelantissimus. Quare nūcios misit dicens: Peccaui reputās pctm̄ p̄ris suū: recede a me: ⁊ omne qd̄ imposueris mihi feram. Prudenter in hoc egit: q̄z vt dicit Aug. lib. xviij. de ciui. dei. c. ij. In oībus fere gētibus quodāmō vox nature ista personuit: vt subiugari victoribus mallent quib⁹ cōtingit vinci: q̄ bellica oīfaria vastatione deleri. Indixit itaq; rex assyrioꝝ ezechie trecēta talēta argenti ⁊ triginta auri: deditq; ezechias omne argētū qd̄ repertū fuerat in domo dn̄i ⁊ in thesauris regis: ⁊ cū nō sufficeret: ꝯfregit valuas tēpli dei: ⁊ laminas aureas quas ipse affixerat ad decorem: ⁊ dedit eas regi assyrioꝝ. Dicit Nicolaus de lyra: ex hoc accipit̄ arguinētū q̄ principes in necessitate ꝓ conseruatione reipublice possunt accipe de thesauris eccl'ie. Nā vt d'r. xij. q. ij. c. aurū. Aurū hz eccl'ia nō vt seruet: sed vt eroget. Fm v̄o magistrū ī historia accepta pecunia rex assyrioꝝ sub pacto in pace dimittēdi regnum ezechie: infideliter agēs pactū nō seruauit: sed misit exercitū ⁊ nūcios in hierl'm ad terrēdū ezechiā: vt territ⁹ redderet ciuitatē: ⁊ populus trāsferret̄ in assyrios: ⁊ cult⁹ dn̄i de hierl'm auferret̄. Qd̄ nullo mō ezechias fecit: sz restitit ⁊ cōuocās ppl'm exhortat⁹ fuit ad defendēdū templum sanctum ⁊ gentem. Quia v̄o in hoc capitulo de regno assyrioruz fit mentio: ideo de illo consideremus tria.

Primo originem.
Secundo dilatationem.
Tertio terminationem.

¶ De regno ⁊ monarchia assyriorum: ⁊ primo de ortu eius.

Primo ꝯsiderem⁹ regni assyriorū originē. Dicit magr̄ ī historia sup Genesim post capl'z de morte abrae. Exortū est regnū assyrioꝝ vigesimoq̄nto āno Saruch ꝓaui Abrae sub belo. Qd̄ q̄dē ītelligendū est quātū ad regni initiū. Nā Bel⁹ prim⁹ ītrauit assyriā: ⁊ paꝝ obtinuit in ea. Sed eo mortuo: fili⁹ ei⁹ Nin⁹ vt refert Justin⁹ ⁊ Orosi⁹: totā assyriā occupauit: ⁊ in regiōe assyrioꝝ edificauit ciuitatē quā Niniue nomīauit: anno regni sui. xlix. Quinq̄ginta aūt ānis bella finitimis ītulit. Qui dū deficiētē a se oppugnat vrbē: sagitte ictu īterijt. Et vt dic̄ Orosi⁹ li. j. regnū assyrioꝝ vsq; ad Sardanapalum annis mille. clx. actū est. Isido. li. xiiij. etymol'. Assyria inq̄t vocata est ab Assur filio Sem: q̄

cã regionẽ post diluuiũ ꝑmꝰ ĩcoluit. b ab ortu indiã: a meridie mediã tangit: ab occidẽte tigrim: a septentriõe montẽ caucasuz vbi porte caspie sunt.

¶ De magnificẽtia regni assyrioꝝ.

Secundo cõsideremꝰ illiꝰ regni dilatationẽ. Fuit eñ regnũ illud amplissimũ: de q̃ Augu. lib. xviij. de ciui. dei. cap. ij. ait: Duo regna cernimus longe ceteris ꝑuenisse clariora: assyrioꝝ ꝑmũ: deĩde romanoꝝ: vt tꝑibꝰ ita locis ĩter se ordinata atq̃ distincta. Nam quõ illud priꝰ: hoc posteriꝰ: eo mõ illud in oriẽte: hoc in occidente surrexit. Et. j. subdit Aug. Quãtũ attinet ad ꝑmũ imperiũ nullũ maiꝰ ꝑmis tẽporibus q̃ assyrioꝝ fuit: nec tam lõge lateq̃ diffusũ. Quippe vbi Ninꝰ rex Beli filiꝰ vniuersam asiam: que totius orbis ad numeruz partiũ tertia dicit: ad magnitudinez ꝟo dimidia reperit: vsq̃ ad libye fines subegisse traditur. Solis quippe indis in partibus orientis non dñabat: quos tñ eo defuncto. Semiramis vxor eius est aggressa bellãdo itaq̃ factũ est vt q̃cũq̃ in illis terris ppl̃i seu reges erãt assyriorũ regno ditioniq̃ parerẽt: ⁊ quicquid imperaretur efficerent.

¶ De fine ⁊ terminatiõe regni assyrioꝝ.

Tertio ꝯsideremꝰ regni assyriorũ termĩationẽ. Scdm eñ magistrum in historia scholastica sup. iiij. li. Reg. c. de Ozia. sub Ozia rege iuda terminata ẽ monarchia assyrioꝝ. Nã sardanapalꝰ vltimus monarcha victus ab Arbate medo: semetipsum cõcremauit. De hoc inquit Justinus li. j. Sardanapalus fuit vltimꝰ rex assyrioꝝ: oĩ muliere corruptior mollicie corꝑis ⁊ lasciuia oculoꝝ omnes feminas antecellens. Sed hic dubitat̃ si tꝑe Ozie defecit monarchia assyriorũ: quomodo Sennacherib erat rex assyriorum. Nam post Oziam regnauit Joathan. vt patz. iiij. Regũ. xv. ca. ⁊ post Joathan Achaz. ⁊ post Achaz Ezechias: cuiꝰ tẽpore Sennacherib ret erat assyriorũ. Rñdet magister in historia sup. iiij. lib. Reg. ꝙ post Sardanapalũ fuerunt reges assyriorũ sine monarchia potẽtes vsq̃ ad subuersionem Niniue.

¶ De blasphemia Sẽnacherib. Cap. ij.

In viribus suis cõfidẽs Sẽnacherib deuz blasphemare ac maledicere ausu temerario presumpsit. Qd̃ quidem fecit tribus vicibus.

Prima per Rapsacen.
Scda ꝑ eundẽ.
Tertia ꝑ suas litteras.

¶ Prima vice blasphemauit deũ ꝑ Rapsacẽ Ut eñ dr. iiij. Reg. xviij. irritum faciens iusiurandũ Sẽnacherib misit ad obsidenduz hierusalem Thartan et Rapsacen cum exercitu valido. Vocauerunt autẽ regem ad colloquiũ ⁊ noluit exire. Dicit Nico. de lyra: q̃ fuerat exptus fraudẽ post solutionẽ pecunie: ideo timebat de ꝓditione. Nã vt ait vegetiꝰ lib. ij. de re militari. frequẽtius cõuentiones pacisq̃ simulatio credulis mag̃ nocuere q̃ arma. Misit ergo Ezechias Eliachim pontificez ⁊ Sobnam scribã. ⁊ Joachim a cõmentarijs: et loquebat̃ ad eos hebraice: ⁊ dicebat: O Ezechia in quo cõfidis vt audeas rebellare: Si cõfidis in rege egyptio innitaris baculo arundineo. Si spem ponis in deo tuo: nunq̃d dij gẽtium: ⁊ israel liberauerunt eos de manu mea. ¶ Secundo blasphemauit deũ per ꝑfatum Rapsacen. Nam cũ loqueret audiente ppl̃o. Eliachim ⁊ socij rogabãt eñ: vt loqueret eis syriace et nõ iudaice audiẽte populo qui erat sup murũ. ne. s. populus terreret ex ꝟbis Rapsacẽ: ⁊ q̃ in verbis suis intermiscebat verba blasphemie ꝟm Nico. de lyra ex hoc dicunt hebrei: ꝙ iste Rapsaces erat iudeꝰ natione: sed derelicta lege conuersus est ad gentilitatem. Magister in historia dicit ꝙ erat salmarites. Et quidã aiũt filium fuisse esaie qui transierat ad assyrios ⁊ susceperat rituz gentium. Iste

ergo Rapsaces exclamauit etiaz ad populũ. Dicit rex magnus assyrioz. Facite mecũ qđ vobis vtile est: ne comedatis stercora vestra: t bibatis vrinam vestrã. Egredimini ad me t vtimini bõis vestris. Nolite audire Ezechiam q̃ vos decipit dicẽs: Dñs liberabit nos: nunqđ liberauerũt dij gentiũ terrã suã de manu regis assyrioz? Et multa alia referendo: ponebat in deo falsitatẽ t deceptionẽ: t saluãdi ipossibilitatẽ. Populus autẽ tacuit et nihil respondit.

¶ Tertio blasphemauit Sennacherib deũ qñ litteras cõminatorias t terribiles misit Ezechie. Ut enim habet. iiij. Reg. xix. Reuersus ẽ Rapsaces ad regem assyriozum expugnantẽ sobnam. Nã vt dicit magister in hystoria. Sẽnacherib transiuerat ad egyptũ expugnãdũ vt triũphãs rediret t euerteret hierusalem. Interim ergo misit litteras Ezechie in qbus inter cetera dicebat: Non te seducat deus tuus in quo habes fiduciã. Et plura alia scripsit in cõtumeliã dei: t vtputo sui oẽs filia loqbantur spernentes t deridẽtes magnũ deũ et immortalem.

¶ De tremẽda plaga Sẽnacherib t exercitus eius. Caplm. iij.

Soluit deus ferre blasphemias t contumelias irrogatas noi suo: sed ptra Sẽnacherib. suosq̃ effudit irã indignatiõis sue. Ad qđ inuestigandũ tria i ista parte cõsideremus.

Primo Ezechie zelũ t orationem.
Secdo exercitus occisionẽ.
Tertio Sẽnacherib perẽptionẽ.

¶ De zelo t orõne Ezechie.

Primo cõsideremꝰ Ezechie zelum et orationẽ. Cuz em ad ipsum reuersi fuissent illi quos miserat ad Rapsacen: nunciassentq̃ ẽba illi blasphemie scidit Ezechias vestimenta sua t operuit se sacco. Lectis ẽo lr̃is Sennacherib: ascendit in domũ dñi: t expandit lr̃as coꝝ dño: t orauit dicens: Dñe deus israel: qui sedes supcherubin: idest pfides omni creature etiam angelice: tu es deus solus oim regũ terre: tu fecisti celũ et terrã inclina aurẽ tuã: t audi: idest effectũ insticie tue ostẽde ꝑ Sennacherib: q̃ misit vt exprobraret nobis deũ viuẽtẽ. Salua nos obsecro de manu ipsius. Tunc deus misit esaiã ad Ezechiã cõfortãs eũ: t pnunciãs q̃ ventura erant super Sennacherib.

¶ De exercitus Sẽnacherib occisiõe.

Secundo consideremus exercitus occisionẽ. Postq̃ em Sennacherib venit de egypto t hierusalẽ obsedit: nocte angelꝰ dñi percussit in castris assyrioz centuz octogintaq̃nq̃ milia. s. omnes robustos bellatores: t principales exercitus: vt scribitur. ij. Paral. xxxij. c. Cũq̃ diluculo surrexisset Sẽnacherib vidit osa coꝝpora mortuoz. Dicit Nico. de lyra ꝙ Hebreos. ꝙ coꝝpora fuerũt ĩcinerata: sub armis t vestib⁹ intactis ita ꝙ pꝑsus Ezechie potuit de facili spolia colligere: t ne cadauerum fetore.

¶ De Sennacherib peremptione.

Tertio consideremus Sennacherib perẽptionem. Qui timens fugit cuz decẽviris tm̃ vt dicunt hebrei: et rediit in niniue. Cũq̃ adoraret in templo Nesrach deum suũ Adramelech t Sarasar filij eius percusserunt eũ gladio: fugeruntq̃ in terraz armenioz: et regnauit ꝑ eo Assaradon filius eius. Magister in hystoria dicit ꝙ indignati erãt filij maioꝛes in patrẽ: eo ꝙ illũ minoꝛem natu pfecerat eis in regem: qz magis diligebat matrem ipsius ꝙ illoꝝ. Et in hoc ostẽsus est Sennacherib deterioꝛ populo: qz paricidio filiorum est reseruatus. Rabbi autẽ Salomon asserit ꝙ principes regni cõturbati erãt cõtra Sennacherib: eo ꝙ filij eoꝝ et amici erant mortui modo predicto ꝓpter eius blasphemiam et

superbiam cōtra deum israel. Propter quod tractabant de morte ipsius. Qd cū ad eius aures peruenisset: intrauit tēplum dei sui: orans ⁊ ꝓmittens ꝙ si hoc periculum euaderet in eius honorem duos filios predictos sacrificaret. Quod cū illis innotuisset eum interfecerūt: ne ab eo interficerent. Neqꝫ friuolaꝫ rem putandus est loqui Rabbi Salomon de voto filios immolandi. qm̄ dū pernicies idolatrie totum pene mundum inuoluebat: hec erat demonū malicia: vt hoīes sacrificari sibi sagacissime ꝓcurarēt. Declarat hoc Eusebius Pāphili li. iiij. de euangelica preparatiōe. vbi ait: Gentiliū adhuc vocibus ad declarandā priscoꝝ temporꝝ pestem vtemur que adeo aīos hoīm inuaserat: vt quasi demoniaci ⁊ a perniciosis ꝓfecto spiritibus agitati: liberoruꝫ sanguine scelestes placarent virtutes. Ita pater vnicū filiuꝫ: dilectam mater filiā demeni tanq̄ ouē sacrificabant. Ita genus hominū qd̄ humanū esse natura cognoscit ad furiā: immanēqꝫ crudelitatem a demonibus impellebatur. Que ita se haberi nō solū apud barbaros: verumetiam apud grecos omnis historia plena est. Naꝫ ⁊ Rhodij hominē saturno sacrificabāt. Quā rem magꝫ tpibus postea mitigare volentes mortis supplicio aliquem damnatū ad saturnia vsqꝫ cōseruabāt: quē in ipso festo vitio grauatū immolabant. In salamine ṽo īsula quā antiquissimis tpibꝰ coroneā vocabāt: vsqꝫ ad Diomedis tēpora Agrauale Cecropis filie homo cedebat: postea ṽo in templo Pallidis Agrauale ac Diomedis. vnū eī triū fuit Diomedi hō immolabat: q̄ ab adolescētibꝰ ter circū arā ductꝰ tādē a sacerdote hasta ꝑcussus ⁊ ī rogo īpositꝰ cremabatur. Quā rem Diphilus rex cypri Seleuci tpibꝰ abomīatꝰ nō hoīeꝫ: sed bouē Diomedi sacrificari statuit. De mon aūt ille quiqꝫ fuerit nō inuitꝰ bouē ꝓ hoīe suscipiebat Ita nō multū īteresse inter īmolatiōeꝫ hoīs atqꝫ bestie videtur. Manethꝰ aūt historicus apud egyptios in eliopoli hoīes īmolatos fuisse in libris de pietate testat. Quez morē Amossis īprobauit Sacrificabātur ṽo Junoni tres in die quos īquirebant si mūdi essent quēadmodū postea vituli. Cereos aūt hoīes offerri ꝓ illis tres Amossis iussit. Dionysio etiam omadio apud chios appellato homo crudeliter discerptus sacrificabat. Lacedemonios etiā Apollodorꝰ scribit hoīem Marti sacrificare solitos. Et phenices belloꝝ aut pestilētie calamitatibus amicissimos saturno solebāt īmolare. Philo etiā q̄ phenicū historiā ꝯscripsit his ṽbis in pmo vtit libro. Morē inqt priscis ī magnis calamitatibꝰ atqꝫ periculis fuisse: vt ciuitatꝫ aut gētis princeps dilectissimū e liberis vlciscēti demoniū q̄si redēptiōis p̄miū traderet: ⁊ sic traditū mystice iugularet. Dionysiꝰ etiā Alicarnaseus vir romane historie ac italice peritissimꝰ huiꝰ sceleris testis est q̄ in li. de antiq̄tate italica Jouē et Apollinē qm̄ decima hoīm immolata nō fuerat magnas italis calamitates induxisse his verbis scribit: Nullus in arboribꝰ fructꝰ ad maturitatē vsqꝫ ꝑmā sit sꝫ īmaturi oēs defluebant: nec spice semine replebant: nec herbe pecori sufficiētes germinabāt: fontes quoqꝫ ipsi alij bibi nō poterant: alij estatis tpe deficiebant et aut mulieres abortum pascebantur aut nati pueri manci ⁊ discerpti erāt. Cetera quoqꝫ hoīꝫ multitudo egrotatiōe ac morte crebrius q̄ solebāt vexabant. Et plura alia cōmemorat Eusebiꝰ q̄ breuitatꝫ cā dimittimꝰ. Quibus apparet ꝙ Rabbi Salomon rōnalē causaꝫ adduxit: q̄re filij Sēnacherib in p̄rem manꝰ extēderūt. Facta sunt tñ oīa ex dei iudicio: q̄ sic vlcisci voluit iniq̄tatē regꝫ blasphemi. Sꝫ ⁊ hodie xp̄iani in h̄ grauiter errāt q̄ de deo turpit loquunt: illūqꝫ suis buccis maledictis lacerant: cū tñ oēs obligentur deum cū laude ⁊ reuerentia nomīare. Nā si falsos deos romani ita venerati

sunt vt nihil turpe de ipis loq̄ liceret: quāto magis nos deū verū ⁊ immortalē honorare debemꝰ? Audite diligēter o xp̄iani lauacro sacri baptismatis regenerati q̄d Eusebius Pāphili libro ij. de euāgelica preparatiōe scribit: Romani inq̄t ꝓbe intelligētes fabularū figmēta spreuerūt. Quod ab Alicarnaseo Dionysio cognoscere poteris: q̄ in scdo vetuste romanoꝝ historie res gestas Romuli enarrās: sniam quoq̄ illius viri de dijs his verbis ondit. Nō ignorauit: qr diligēter quotidie leges: ⁊ de bonis rebꝰ cōtētio ⁊ militaris exercitatio optimam ciuitatē cōstituūt. Quarū rerū magnā curā adhibuit: a cultu deoꝝ incipiēs. Tēpla igit̄ locos aras simulacra formas ⁊ symbola: virtutes bn̄ficia: que a dijs hoībus collata sunt: cerimonijs ac celeberrimas solēnitates q̄bus dij culti gaudēt ⁊ dies festos ceteraq̄ sic cōstituit: vt optime grecoꝝ reipublice res romana cōferri possit. Fabulas aūt q̄ de dijs tradunt̄ turpes atq̄ inutiles existimās: nec solū dijs: sed neq̄ ꝓbis hoībus dignas cūctas eiecit: ac ꝑsuasit: vt optime de dijs romani ⁊ existimāt ⁊ loquāt̄. Nullus em̄ opus īmortali nature indignū illis attribuit. hec ibi. O quāta confusio igit̄ xp̄ianoꝝ q̄ deū ꝓditorē impiū acceptatorēq̄ ꝑsonarū improbe accusant: aliaq̄ inhonesta ꝓferūt in cōtumeliā eiꝰ. Nō sic impij nō sic. Bn̄dicite ⁊ nolite maledicere: quatinus liberet nos ipe ab oī malo: largiēs ī hoc seculo suā gratiā: ⁊ in futuro gloriā sempiternam. Amen.

¶ De iudicio dei cōtra Nabuchodonosor superbientē. Sermo. xvj.

Superboꝝ colla deꝰ ops potēti v̄tute cū calcare ꝯsueuit. Neq̄ vllꝰ vnq̄ inuētꝰ est tā diues ⁊ magnꝰ qui effugere potuerit manū eius. Est de hoc exēplū Nabuchodonosor regis babylonis: q̄ pro elatione sua humiliatus fuit a deo ⁊ punitꝰ flagello singulari. Iccirco vt cōmoueamur ad timendū semp deū: statui in hoc sermone de iudicio dei cōtra nabuchodonosor superbientem dicere. De quo tractaturi tria mysteria contēplabimur.

Primū d̄r supbe elationis.
Scdm acerbe punitionis.
Tertiū fructuose emēdationis.

¶ De supbia nabuchodonosor. Cp̄. j.

Hec est ꝓsperitatis tpalis cōditio: vt ingratos hoīes dei bn̄factoris sui faciat obliuisci. Siquidē nabuchodonosor a deo sublimatus in regnū post multas gloriosas victorias ⁊ iudeoꝝ captiuitatē: cōtra deū ceruicē erexit: factusq̄ est supbus: elatꝰ: ⁊ presumptuosus. Quod maxime monstratur in tribus.

Primo in statue erectione.
Scdo in pueroꝝ cōdēnatione.
Tertio ī suijpiꝰ ꝯfidētia ⁊ p̄sūptiōe

¶ De statua nabuchodonosor.

Primo apparet supbia nabuchodonosor in statue fabricatione. Ubi tāto grauius deliq̄t quāto antea magnalia dei sibi fuerāt p̄dicata ⁊ reuelata. Nā vt d̄r Daniel. ij. c. anno regni eiꝰ scdo visionē habuit de statu q̄ttuor regnoꝝ ⁊ monarchiarū in statua mirabili q̄ sibi sup naturaliter fuit ostēsa. Qd̄ nō ab re factū est. Nā vt dicit Hiero. vidit rex impiꝰ somniū futuroꝝ vt īterpretāte sancto qd̄ viderat deus glorificet̄: ⁊ captiuoꝝ deoq̄ in captiuitate seruiētiū sit grāde solaciū. hec ille. Cū v̄o oēs sapiētes babylonis essent req̄siti vt dicerēt q̄d ipse viderat: eo q̄ a mēte sua recesserat: ⁊ q̄d visio significaret om̄es dei virtutē sibi nūciabāt dicētes: Sermo quē tu rex q̄ris grauis est: nec repit̄ q̄s q̄ qui indicet illū exceptis dijs quorū cū hoībus nō est cōuersatio. Ubi Hiero. ait: Cōfitent̄ magi: ꝯfitent̄ arioli ⁊ oīs scīa secl̄aris lr̄ature: p̄sciētiā futuroꝝ nō eē hoīs sed dei. Et quo ꝓbatu-

ꝓphetas dei spũ locutos q̃ futura cecinerũt. hec Hiero. Tandẽ volẽte deo: Daniel somnium ⁊ interpretationem aperuit. Tũc nabuchodonosor cecidit in faciẽ suã. ⁊ Danielẽ adorauit: ⁊ hostias ⁊ incensum precepit vt sacrificarent ei. hic Hiero. dicit: Non tam Danielẽ q̃ in daniele adorauit dñm q̃ mysteria reuelauit. Ideo dixit danieli: Uere deus vester deus deoꝝ est: ⁊ dñs regũ reuelãs mysteria. Uerũtñ vt hiero. refert velox obliuio veritatis: vt q̃ dudũ seruũ dei quasi deũ adorauerat: nũc statuã sibi fieri iubet vt ipse adoraret̃ in statua. Scribitur nanq̃. iij. c. Dañ. q̃ fecit statuã aureaꝫ altitudine cubitorũ sexaginta: ⁊ latitudine cubitoꝝ sex. Et posuit eaꝫ in campo duran prouincie babylonis. Dicit Nico. de lyra: q̃ ꝑ supbiã ꝓpter monarchie adeptionẽ voluit sibi vsurpare honorẽ diuinũ: ⁊ ideo fecit statuã in qua adoraretur. Simile legit̃ de Caio ĩperatore qui vt dicit Josephus. xviij. antiquitatũ. misit statuã suã per totũ imperium suũ: vt in ea adoraret̃. Addit Nicolaꝰ de lyra: q̃ altitudo statue Nabuchodonosor cõputat̃ cũ base sup quã erat posita: ⁊ q̃ statua tm̃ exterius erat deaurata: qꝛ nõ est credẽdũ q̃ sibi fuerit tãta moles auri: vel forte interiꝰ erat cõcaua. Sed ego nõ reputo impossibile aut satis difficile: statuaꝫ que erat sup basim: fuisse totã de auro compactaꝫ: si vera sunt q̃ Uincẽtiꝰ tradit in speculo historiali de basilica regis Pori: quẽ superauit Alexãder magnꝰ. Hãc vtiq̃ describit cũ columnis aureis solidis: ingẽti grossitudĩe nũero trigĩta parietes quoq̃ laminis aureis: grossitudinis digitalis operti erant. Uinea solida ex auro cũ foliis ⁊ racemis crystallinis distinctis smaragdis. Thalami ⁊ cubicula oĩa margaritis ⁊ carbũculis ornata erãt. Sic potuit ex auro fabricari statua nabuchodonosor. Et qꝛ dicit textus q̃ posuit eã in campo duran prouincie babylonis. Notãdum hic q̃ Hieronymꝰ sup. xj. c. Esa. sic ait: Babylon est metropolis chaldeoꝝ: cuiꝰ muri sexdecim miliũ passuuꝫ erant ꝑ quadrũ ab angulo in angulũ: quod est simul sexaginta quattuor milia passuũ. Ibiq̃ erat turris in altitudine trium miliũ passuũ. De hac babylone sic scribit Isidorus li. xv. etymol. Primꝰ post diluuiũ Nẽroth gigas babylonẽ vrbẽ mesopotamie fundauit. Hanc semiramis assyrioꝝ regina ampliauit. Uerũtamẽ vt refert ipse Isidorus li. xiiij. etymo. babylonie regioni caput babylon vrbs est: a qua ⁊ nuncupata: tantũ nobilis vt Chaldea ⁊ assyria ⁊ mesopotamia in eius nomẽ aliq̃n transiuerint. Et hoc nõ est incõueniens vt tota prouincia babylonia nuncupet̃. Sed hic dubitat̃ adhuc: q̃re Daniel q̃ erat factꝰ regi familiarꝫ nõ ꝓhibuit eũ a tali insania? Et rñdet Nicolaꝰ de lyra: q̃ forte erat absens in aliq̃ parte regni aut erat infirmꝰ: vel vidit regẽ obstinatũ.

¶ De pueris missis in caminum ignis ardentis.

Secundo apparet superbia nabuchodonosor in puerorũ condemnatione. Naꝫ cũ edicto publico statuisset: vt omnes cõuenirent ad dedicationẽ statue illãq̃ adorarent: ⁊ qui contrarium faceret mitteretur in fornacem ignis ardentis. Cum maxima multitudo regis ꝑcepto pareret. Sidrach: Misach: ⁊ Abdenago iudei: scelus id facere recusarũt. Quos chaldei inuidia moti accusarunt. Tunc nabuchodonosor in furore et ira precepit vt adducerent̃ coram eo. Qui cum statim fuissent adducti: dure arguit eos. Nabuchodonosor: qui suum preceptũ nõ impleuissent: neq̃ penã cõminatoriam timuissent: addens. Et quis est deus q̃s vos eripiat de manu mea? O fides admirabilis illorum iuuenum. O inuicta corda: o confidentia omni ꝑsumptiõe carẽs. Nõ fuerũt territi: ĩmo audẽter respõderũt. Deꝰ nr̃ quẽ co

limus pōt eripere nos de camino ignis ardentis: ⁊ de manibus tuis o rex liberare. Qđ si noluerit: notū tibi sit o rex: quia deos tuos nō colimus: ⁊ auream statuā quā erexisti nō adoramus. Tunc nabuchodonosor p̄cepit vt succēderet fornax ī septuplū plus q̄ succēdi ꝯsueuerat: et viris fortissimis de exercitu suo iussit vt ligatis pedibus Sidrach Misach et Abdenago: mitterēt eos in fornacē ignis ardētis. Uincti igit̄ ⁊ vestib⁹ suis induti ꝓiecti fuere in fornacē Succēdebatur aūt fornax napta. dicit Nico. de lyra Napta est gen⁹ bituminis īuētū circa babylonē: ⁊ maxime nutrit ignē. Scdm alios sunt ossa oliuaꝝ arefacta cū amurca. Porro viros illos qui miserūt Sidrach Misach ⁊ abdenago in fornacē interfecit flāma ignis. Ipsi v̄o soluti ibāt ī medio flāmaꝝ illesi: laudātes ⁊ bn̄dicētes deū. Post igit̄ flāmarū diminutionē: vidēs nabuchodonosor suos adustos: ⁊ pueros sup̄ prunas gradiētes: ⁊ quartū q̄ erat angelus habētē speciē filij dei ꝓpter irradiationē vult⁹ ī corpe assumpto accessit ad ostiū fornacis ⁊ dixit: Sidrach Misach ⁊ Abdenago serui dei excelsi viui egredimini ⁊ venite. Statimq̄ egressi sunt Sidrach Misach ⁊ Abdenago de medio ignis. Et obstupescētib⁹ cūctis dixit nabuchodonosor. Bn̄dict⁹ deus Sidrach Misach ⁊ Abdenago: q̄ misit angelum suū ⁊ eripuit seruos suos: q̄ crediderūt in eo. Et īfra. A me ergo positū est hoc decretū: vt quicūq̄ locutus fuerit blasphemiā cōtra deū Sidrach Misach et Abdenago dispereat: ⁊ dom⁹ eius vastetur. Honorauit autē ip̄os pueros et promouit in ꝓuinciam babylonis.

¶ De presumptione nabuchodonosor regis.

Tertio apparet sup̄bia Nabuchodonosor in suꝑsi⁹ ꝯfidētia ⁊ p̄sumptiōe. Nā cū visionē habuisset de arbore magna. vt d̄r Dan̄. iiij. cui⁹ altitudo ꝑtingebat vsq̄ ad celum: ⁊ aspectus illius in omnem terram: ⁊ rami eius pulcherrimi: ⁊ fructus eius nimius: ⁊ esca omnium in ea: et subtus eam habitabant bestie agri: et in ramis eius commorabantur aues celi. Dixissetq̄ Daniel: arbor ista tu es qui magnificatus es: et inualuisti: ⁊ magnitudo tua creuit ⁊ p̄uenit vsq̄ ad celū: ⁊ potestas tua in terminos vniuerse terre. verūtn̄ vidisti sanctū descēdere de celo ⁊ dicere: Succidite arborē ⁊ dissipate illā: attn̄ germē radicū ei⁹ ī terra dimittite: ⁊ alliget̄ vīculo ferreo ⁊ ereo in herb̄ foris ⁊ rore celi cōspergat̄: ⁊ cū feris sit pabulū ei⁹ donec septē tp̄a cōmutent̄ sup̄ eū. Hec est interp̄tatio. Eijciēt te ab hoīb⁹: ⁊ cū bestijs ferisq̄ erit habitatio tua et fenum quasi bos comedes: ⁊ rore celi infunderis. Septē quoq̄ tēpora mutabūtur super te: donec scias q̄ dn̄etur dn̄s excelsus in regno hoīm: vt cuicūq̄ voluerit det illud. Qđ aūt precepit vt relinqueretur germē radicū eius. i. arbor regnuꝫ tuū tibi manebit postq̄ cognoueris potestatē esse celestez. Q̄obrem consilium meum rex placeat tibi ⁊ peccata tua elemosynis redime. Post omnia ista deambulando in aula Nabuchodonosor cepit cogitare de visione et verbis Danielis: et confidens in seipso dicebat: Nonne hec est babylon ciuitas magna: quā ego edificaui in domum regni: in robore fortitudinis mee et in gloria decoris mei: quia scilꝫ ipse babylonem ampliauerat non q̄ principaliter edificasset. Reputabat ergo dictum Danielis quasi trufaticum ⁊ minime ponderandum. Nota hic quia Hieronymus super isto passu dicit q̄ Nabuchodonosor in principio acceptauit verba Danielis: et elemosynas multas fecit: iccirco ad mensem. xij. dilata est in eum sentētia. Sed quia postea ambulans in aula glorianter dicebat: Nonne hec est babylon ciuitas magna ⁊c̄. Bonum misericordie perdidit malo superbie.

¶ De flagello quo puniuit deus Nabuchodonosor.

Stupēda sunt q̄ legunt̄ de punitiōe nabuchodonosor. Nā vt sequit̄ ī textu daniel'. Cuz adhuc esset sermo de quo superi⁹ narratū est ī ore regis: vox de celo ruit. Tibi d̄r Nabuchodonosor rex. Regnū trāsibit a te ⁊ ab hoībus te eijciēt: ⁊ cū bestijs ferisq̄ erit habitatio tua. Fenū quasi bos comedes: ⁊ septē tp̄a mutabunt̄ sup̄ te: donec scias q̄ dn̄et̄ excelsus ī regno hoīm. Eadē hora sermo cōplet⁹ est sup̄ nabuchodonosor. Hic q̄ri solet: Utrū ista de nabuchodonosor posita vera sint: et circa hoc tres inueniuntur opiniones.

Prima eoꝝ qui dicunt q̄ ista mystice sunt intelligenda.

Secunda eorum qui dicunt q̄ fuit mutatus in bestiam.

Tertia eorum qui asserūt q̄ fuit mutatus quasi in bestiam.

deus: cū dicitur: Unxit te deus deꝰtuꝰ: ad denotandū personā patris et spiritussancti. Sed moderni iudei exponūt hunc pm̄ de Asuero: ꝛ dicūt ꝙ iste pm̄ factus est a Mardocheo. Sed hoc patꝛ falsum. Primo quia non intitulatur a Mardocheo sicut aliqui psalmi intitulantur ab Asaph qui eos fecit: vt patet in titulo psalmi. xlix. ꝛ in pluribus aliis locis. Iste aūt psalmus intitulaf a Dauid: vt ptꝛ in hebꝛaico. Hoc etiam ptꝛ per litteraꝛ psalmi sequentis: quia iste rex de quo est psalmus habetur tanq̄ deus adorādus. ꝑm ꝙ ibidem dicitur: Cōcupiscet rex decorē tuū: quia ipe est dns deus tuꝰ: ꝛ adorabūt eū. Si autez ista verba dicantur de Asuero rege: sequitur ꝙ Mardocheus induceret totū populum: ꝛ ipam Vester: ad quam dirigunf verba premissa ꝑm expositionem eoꝛum: ad adoꝛandū Asuerū sicut deū. Quod manifeste patet falsuꝫ: qꝛ in eodem libꝛo dicitur ꝙ noluit flectere genu coꝛam Aman: ne honoꝛē dei trāsferret in hominē. Hoc etiam pꝫ per trāslationem chaldaicam super psalmū istuꝫ que autētica est apud hebꝛeos. Ubi em̄ in hoc psalmo. xliij. habemꝰ sic. Speciosus forma pꝛe filijs hominū diffusa est gratia in labijs tuis: chaldaicum sic habet. Pulchꝛitudo tua messia maioꝛ q̄ filioꝛ hominuꝫ: datus est spūs pꝛophetie in labijs tuis. Sic ergo patꝛ ex predictis ꝙ autoꝛitas que hic inducif de illo psalmo ad litteraꝫ intelligif de xp̄o. Item ostenditur pluralitas personaruꝫ in pm̄. cix. Dixit dns dño meo ꝛc. qui ad litterā de xp̄o est intelligendus. Sed iudei aliqui dicūt ipm̄ debere intelligi de Abꝛaam: ꝛ ꝙ Eliezer eius dispensatoꝛ fecit illum ad reddendū gratias deo de victoꝛia quā habuit Abꝛaā cōtra illos reges q̄ captiuauerāt Loth nepotem suū. ꝑm ꝙ habetur Gen. xiiij. c. Sed hoc patet falsum ex titulo psalmi: quia nō intitulatur ab ipo Eliezer sed a Dauid. Ideo dicunt alij ꝙ est factus a Dauid: non tū loquitur de xp̄o: sed de angelo suo. Ut sit sensus. Dixit dns domino meo: id est angelo me custodienti. Sed hoc patet falsum: qꝛ infra dicitur: Tu es sacerdos in eternuꝫ. Sacerdotium ꝛo non cōpetit angelis. Ideo ꝑm Nico. de lyꝛa super epistolam ad Hebꝛeos dicendum ꝙ ad litterā est psalmus factꝰ a Dauid loquēs de xp̄o. Et hoc per translationem chaldaicam: quia vbi nos habemus. Dixit dominus dño meo: chaldaicum sic habet. Dixit dns verbo suo. Item ex illo quod sequitur. Ex vtero ante luciferū genui te: qđ nō potest alicui cōpetere nisi filio dei. Et per has conditiones ꝙ dicitur hoc verbū dei: ꝛ exteroꝛ dei substātia: ostenditur vnitas essentie: qꝛ diuinitas pluꝛificari non potest. Per hoc enim ꝙ dicitur genitus de substantia dei: ostēditur distinctio psone: quia nulla res gignit seipsam. Similiter per hoc ꝙ dicitur sede ad dexteram dei. Una em̄ pso na non potest sedere ad dexteram sumpsius. Insuper ostenditur pluralitas psonarū Esaie. xlviij. vbi dicitur: Non a principio in abscondito locutus suꝫ ex tempoꝛe anteq̄ fierent ibi erā. Et nūc dominus meus misit me et spūs eius. Ista sunt verba dei loquentis. Qđ ptꝫ ex tertu precedenti et sīl ex hoc qđ immediate subditur. hec dicit dns deꝰ redēptoꝛ tuus sanctus israel. In hac autoꝛitate loquitur de datione legis: que data fuit in manifestato: ꝛ de die ꝛ audiente omni populo vocem dei loquentis: vt habetur Exodi. xix. ꝛ. xx. c. Et hoc est quod dicit: Non a principio locutus sum in abscōdito. i. ipa lex fuit data. Et immediate subdit. Et nunc dns meꝰ misit me ꝛ spūs eiꝰ. Vic deꝰ dicit se missuꝫ a deoꝛ a spiritu eius. Nunc autē est ito ꝙ inter mittentem ꝛ missum debet esse semidistinctio psonalis: quia trinitas personarum est in diuinis sez missi dei mittentis: et spiritus eius. Deum autē missum dicimus filium incarnatū: deū mittentem patrē: ꝛ spiritum eius spiritūsanctū. Adhuc prenunciata fuit trini

tas personarum diuinarū. Esa.vj. vbi dr: In anno quo mortuꝰ est rex Ozias vidi dn̄z sedentē sup̄ soliū excelsuz ⁊ eleuatū: ⁊ ea q̄ sub ip̄o erāt replebāt templū. Seraphin stabāt sup̄ illud. sex ale vni: ⁊ sex ale alteri. Et infra. Clamabāt alter ad alterū. Sanctus: sctūs: sanctꝰ dn̄s deus exercituū. Plena est oīs terra gloria eiꝰ. Et in ps̄. lxvj. dr: Bn̄dicat nos deus deus noster: benedicat nos deus. Ubi ter hoc nomen deꝰ replicat. ¶ Tertiū quod occurrit considerandū circa trinitatē dr: sup̄na reuelatio. Nā in noua lege vt dixit Alex. in. j. summe. manifestata est trinitas personarū: nō solū ꝑm nūerū ⁊ distinctionē: sed etiaz ꝑm originē ⁊ ꝓprietatē: que p̄sona prima a nullo est pater: ⁊ secūda genita filius: ⁊ tertia spūssanctus. Un̄ Johā. j. cano. c. v. Tres sunt qui testimoniū dāt in celo: pater verbum ⁊ spūssanctꝰ: ⁊ hi tres vnū sunt. Itē xp̄s dixit Mat. vlti. Euntes docete oēs gentes baptizātes eos in noīe patris ⁊ filij ⁊ spiritussctī. Iterū ī baptismo xp̄s apparuit ī assumpta carne: pater in voce: spūssanctus in colūbe specie: vt pz Luce. iij. Et Mat. xvij. pater apparuit ī voce: filiꝰ ī assumpta humanitate: ⁊ spūssanctꝰ in nube. Sciendū aūt hic ꝑm Alex. in. j. sum. q. lxxiiij. mē. iiij. ꝙ apparitio aliqn̄ dr manifestatio in aliquo effectu intelligibili oblato intellectui. Et sic sumit̄ Sap̄. j. vbi dr: Apparet aūt his qui fidē habēt in illū. Aliqn̄ ꝟo dr manifestatio in aliqua similitudine corporali oblata imaginationi. Et hoc modo dr angelus apparere in somnis Mat. ij. ⁊ etiam ipse dn̄s danieli Dan̄. vij. Aspiciebam in visiōe noctꝫ. Et Salomoni. iij. Regū. iij. Tertio modo dr apparitio manifestatio in aliquo signo sensibili rep̄sentato sensui siue illud signū sit visibile siue sit audibile. Et hoc modo apparuit pater in nouo testamento. vt pz Mat. xvij. et Johan. xij. Quarto modo dr apparitio manifestatio facta in aliqua sil'itudine corporali sensibili oblata visui. Et sic visitatiori modo dicitur apparitio: et sic dicitur ꝙ apparitio non solum dicitur manifestatio in signo visibili: sed etiam audibili. Si autē queratur: quare non apparuit spūssanctus in aliqua voce siue signo audibili vl' etiā filiꝰ dicit Alex. vbi. s. ꝙ ꝯgruitas fuit: vt sicut erat distinctio in p̄sonis ita esset distinctio in signis exprimētibꝰ personas. Un̄ filius apparuit in rationali creatura sibi vnita vnitate persone. Spūssanctus in irrationali creatura non vnita sibi vnitate persone. Pater ꝟo in voce tanq̄ in signo distincto ab vtroqz. Sed quādo spiritussanctus solꝰ apparuit: tunc apparuit vtroqz modo. s. in sono tanq̄ in signo audibili ⁊ in linguis igneis tāq̄ in signo visibili. ¶ Quartū consideran dū dicitur personarū terminatio. Sūt em̄ in diuinis tres tm̄ p̄sone: Sz q̄daz arguūt ꝯtra sic. Quicquid est in deo est infinitū: sed numerus personarū est in deo ergo infinitus: ergo infinite persone. Ad hoc respondet Bonauentura in j. dist. ij. q. iij. ꝙ cū duplex est infinitas: scilz numeralis ⁊ immensitatis deꝰ est infinitus infinitate virtutis ⁊ immensitatis: que est infinitas perfectionis: ⁊ ideo ponenda in deo. Infinitas autē numeralis: quia repugnat perfectioni a deo est amouēda. Naz cū deo sit attribuēdū quod nobilius est: necesse est ponere personarū finitatem. Primo rōne distinctiōis: quia in personis est distinctio: ergo non confusio: sed vbi est infinitas scilz numeralis ibi confusio. Secundo ratione ordinis: quia vbi est ordo ibi est terminatio. Nam vbi deficit terminatio: ibi deficit ⁊ mediatio: et p̄ consequens ordo. Sed vbi est terminatio nō est infinitas: ergo si in personis diuinis est ordo non erit ibi infinitas. Dicimꝰ ergo ⁊ confitemur tres tm̄ personas in diuinis neqz confundētes p̄sonas neqz substantiam separātes: qz vt dicit Athanasiꝰ. Alia est enim persona patris: alia filij: alia spiritussci. Sz patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti vna est di-

unitas: equalis gloria: coeterna maiestas. Qualis pater: talis filius: talis spiritussanctus. ¶ Quintū quod erat considerandū circa trinitatem diuinarum personarū dicitur fidelium obligatio. Ubi videre debemus vtrū credere explicite mysteriū trinitatis sit de necessitate salutis? Et respondet Tho. ij. ij. q. ij. ar. viij. q mysterium xpi explicite credi nō potest sine fide trinitatis: q: in mysterio xpi hoc continet q filius dei carnē assumpserit q p gram spūssctī mundū renouauerit: t iterū q de spūsancto conceptus fuerit. Et ideo eo modo quo mysteriū xpi ante xpm fuit quidē explicite creditū a maioribus. implicite aūt t quasi obumbrate a minoribus ita etiaz t mysteriū trinitatis. Post tps autem gratie reuelate tā maiores q minores tenētur habere fidē explicitā de mysterijs xpi: precipue quantū ad ea que cōmuniter in ecclesia solennizantur t publice. Jta etiam post tps gratie diuulgate tenentur oēs ad explicite credendū mysteriū trinitatis. Quare erigam⁹ oculos mentis nostre: t deū benedictū colam⁹ honore debito: vt sic digni effi-ciamur gra eius: p quā tandē adipiscamur eternam gloriam eius. Amen.

¶ De honore et reuerentia deo exhibēdis et debitis. Sermo. xix.

Quant grauiter circa cultū dei xpiani qui tanto sunt reprehensibiliores: quāto veritas eis est magis nota. Omnis vtiq; natio magis reuerēter deos falsos colit: q̄ xpianus populus deum regem celi. Jccirco vt deus nobis propti⁹ t misericors fiat: de honore sibi debito in hoc sermone dicemus. Jn quo triplex honor distinguendus est.

Primus consistit in sacrorum locorum veneratione.

Sōs i sacraz psonaz existimatiōe.

Tertius in sacrarum cerimoniarum persolutione.

¶ De p̄mo honore deo debito: q̄ consistit in sacroz locoz veneratione. Cap. j.

Primus honor qui deo debetur consistit in sacroz locoz veneratiōe. Debēt vtiq; oēs venerari loca sacra deo dicata ita vt in ecclesijs vnusq̄sq; ingrediatur: commoretur et exeat cum deuotione humilitate timore et reuerentia. Et hoc propter tria.

Primo ppter dei maiestatē.

Scō propter vtilitatem.

Tertio ppter exemplaritatē.

¶ Primo debet vnusquisq; venerari tēpla dei propter ei⁹ maiestatē. Nā vt dr in ps. x. Dñs in tēplo sctō suo. Et Apoc. xxj. Ecce tabernaculū dei cū hominib⁹. ¶ Sed posset aliquis obijcere q nō sit aliquis locus deputatus ad cultū dei quia vt dr Act. xvij. Deus qui fecit mūdū t omnia que in eo sunt: hic celi terre cū sit dñs nō in manu factis tēplis habitat: nec in manibus humanis colitur indigens aliquo. Et. iij. Reg. viij. Salomon dixit: Si celum t celi celorū te capere non possunt: quanto magis domus hec quā edificaui tibi? Ad hoc respondet Tho. j. ij. q. ciij. ar. j. ad. ij. et ij. ij. q. lxxxiij. art. iij. ad. ij. arg. q̄ in adoratione dei t orationibus fiēdis duo cōsiderari possunt. Aut deus qui colitur adoratur et oratur. Et sic nō esset aliqs locus ad adorandum necessarius. Aut cōsiderantur ipi homines colētes deū. Et sic determinatus locus eligitur ad adorādū nō ppter deū q̄ adorat quasi loco concludatur: sed ppter ipos adorantes. Et hoc triplici ratione. Primo quide ppter loci cōsecrationem ex qua spiritualē deuotionē concipiūt oātes vt magis exaudiant. Scō ppter sacra mysteria et alia sanctitatis signa q̄ ibi continētur. Tertio propter concursum multoz adorantiū: exquo fit oratio magis exaudibilis. Jm illud Aldat. xviij. Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo: ibi sum in medio eoz. Jdeo ecclesia ad diuinū cultum deputatur.

Ex quo multipliciter nominat̄. s. basilica: templū: tabernaculū: ecclesia: et domus dei. ¶ Primo d̄r basilica: vt habet̄ dist. xlij. c. non opz. Ubi dicit archidiaconus ꝙ basilica d̄r palatiū regis. Basileos em̄ grece: latine rex interpretat̄. Uñ basilica d̄r quelibet ecclesia: q̄r palatiū est summi regis: ⁊ regi regū in ea ministratur. Quidā tñ dixerūt eccl'ias ep̄ales tm̄ dici basilicas q̄r hmōi reges consueuerūt fundare ⁊ dotare ꝑm Huguitionē: Uel basilica d̄r a basileo rege grecoꝝ q̄ primo se fecit sepeliri apud ecclesiā ꝑm Isidoꝝ. ¶ Scd̄o ecclesia d̄r tēplum. Et ꝑm archidiaconū tēplū dicit̄ quasi tectū amplum: q̄r popul⁹ ibi sub vnius tecti amplitudine cōtinet̄: et ꝓprie tēpla sunt maiores eccl'ie. Uel templū d̄r a cōtēplando: q̄r hoc ibi fieri dz. ¶ Tertio dicit̄ eccl'ia. vt de ɔse. dist. j. c. ecclesia. Que interpretat̄ collectio seu conuocatio. Ubi dicit archidiacon⁹ ꝙ ideo dicitur conuocatio: quia continet populum conuocatū a deo. Ubi autez conueniebat populus iudeoꝝ dicebat̄ ⁊ adhuc dicitur synagoga q̄ interp̄tat̄ congregatio: q̄r ad verba legis q̄ aspera erant ⁊ dura populus illevelut grex pecoꝝ congregabatur. Sed in catholicis adunatio dicitur ecclesia. i. conuocatio: vbi conuenit: q̄r amore spiritus sancti ad vnā fidē ⁊ premiū futuri seculi vocatur. ¶ Quarto ecclesia dicit̄ tabernaculum: quod est militare habitaculum. Uñ Dauid in ps̄. xlj. Transibo in locum tabernaculi admirabilis vsq̄ ad domū dei. i. ab ecclesia militāte vsq̄ ad triūphantem. Quia em̄ militia est vita hominis super terram: ideo eccl'ia vbi adunatur populus militās non habēs hic ciuitatē manentē: d̄r etiā apte tabernaculū. ¶ Quinto ecclesia dicitur domus dei. vt pz Job. ij. ⁊ Mat. xxj. c. ⁊ de immu. eccle. c. decet domū dñi. lib. vj. Unde. ij. Paral'. vij. post ɔstructionē templi apparuit dñs Salomoni nocte in tēplo ⁊ ait: Audiui orationē tuam: ⁊ elegi locum istū mihi in locū sacrificij. Si clausero celū ⁊ pluuia nō fluxerit: ⁊ mādauero ⁊ precepero locuste vt deuoret terram: et misero pestilentiā in populū meū: conuersus autem ppl's me⁹ super quo inuocatū est nomen meum: deprecatus me fuerit et exquisierit faciem meā ⁊ egerit penitētiā a vijs suis pessimis: ⁊ ego exaudiā de celo ⁊ propitius ero peccatis eoꝝ: ⁊ sanabo terram eoꝝ. Oculi quoq̄ mei erunt aperti: et aures mee erecte ad orationē eius qui in loco isto orauerit. Elegi em̄ ⁊ sanctificaui locū istū vt sit nomen meū ibi in sempiternū: ⁊ permaneant oculi mei et cor meū ibi cunctis diebus. Igitur cuz summa reuerentia quilibet in ecclesijs adesse debet. Unde in prefato. c. decet domū dñi. dicitur: Decet domū dñi sanctitudo. Decet: vt cuius in pace factus est locus: eius cultus etiā sit cū debita veneratione pacificus. Sit itaq̄ ad ecclesias humilis et deuotus ingressus. Sit in eis quieta conuersatio: deo grata: inspicientibus placida. ⁊ Aug̃. xlij. d. c. in oratorio. inquit: In oratorio p̄ter orandi ⁊ psallendi cultum penitus nihil agatur: vt nomini huic et opera iugiter impensa concordent. Sed vbe mundo a scādalis: quia hodie in dei tēplis nulla seruatur modestia: nulla honestas: nulla religio. Quinīmo ibi abūdant risus: ioci: spectacula vana: ⁊ alia q̄plura nefanda. O perniciosa consuetudo: o detestabiles mores christianoꝝ maloruz qui templa dei ita inhabitāt: quasi essent vilissima lupanaria. ¶ Secūda ratio quare dei tēpla sunt merito veneranda est ꝓpter vtilitatē. In illis nanq̄ suscipimus spiritualia beneficia Ibi recipimus sacramenta. Ibi sepelimur post mortem reseruantes corpora vsq̄ ad generalem resurrectionem. Propterea inq̄t psalmista. ps̄. xlvij. Suscepimus deus misericordiam tuam: in medio templi tui. Hinc est ꝙ ecclesia fundatur cum preeminentia: quia nullus eam edificare potest: nisi autoritate diocesani: qui debet ponere pri-

mariũ lapidẽ: figere crucẽ: designare cymiteriũ: ⁊ etiã petere dotẽ sufficiẽtẽ assignari: sine qua cõsecrari nõ debet: vt pz de cõse. di. j. c. nemo. ⁊ c. placuit. Insup ecclia cõsecrata nõ debet reuerti ad secularẽ habitationẽ: et ꝓphanos vsus. xix. q. iij. c. que semel. ⁊ c. quoniã. ⁊ xvij. q. vlti. c. questi. ⁊ ex̄ de religiosis domibus. c. ad hec. ¶ Tertia rõ quare venerãda sunt dominica templa: d̄r exẽplaritatis. Nõ solũ em̄ a sanctis docemur exemplo vt veneremur dominica tẽpla: sed offerũt se gentiliũ exẽpla qui suoꝝ idolorum tẽpla diligẽtissime honorare studuerũt. Vñ Valerius li. j. rubrica de religione recitat qualiter Fabius q̄r questiones audiuit in tẽplo dictaturã amisit. Nam nulla melodia ⁊ nullus sonus in tẽplo esse debebat nisi ꝓ laude deorum. Iterũ in rubrica de neglecta religione eodẽ libro. j. narrat: ꝙ quidã nomine Flaccus cẽsor existẽs: a quodã tẽplo qd̄ erat in ciuitate calabrie: tegulas marmoreas fecit remoueri: ⁊ romam in ꝓpria domo fecit portari. Propter quã causam demens fuit effectus. Insuper duos filios perdidit. Qd̄ factũ postmodum senatus retexuit ⁊ emẽdauit: tegulas ad templũ reportari iubẽdo. Insup ibidẽ ponit ꝙ quidã posthumus noĩe: a Scipione dũ esset in asia: romani pro militũ erario siue stipẽdio fuit missus. Qui dum in asiã reuerteretur: proserpine templuz expoliauit thesauro. Qd̄ vt senatui fuit intimatũ: statim per senatum reuocat⁹ et in carcere clausus fuit. In quo detentus anteq̄z examinaretur sua causa: crudeli morbo valde vtpote demẽs ⁊ furiosus obijt: deaq̄z proserpina senatus edicto posthumi sibi confiscatũ thesaurũ suuz rehabuit. Isti itaq̄z suo mõ mirã exhibere cõtẽdebãt reuerẽtiã tẽplis falsorũ deorũ. Quãto magis ⁊ nos reuerẽter tractare debem⁹ tẽpla dei. Naz ⁊ dñs iesus xp̄s in nullo ita seuerus apparuit sicut dũ in tẽplo inuenit vendẽtes et emẽtes: quorum mẽsas euertit: proiecitq̄z pecunias et flagello facto de funiculis eos eiecit a tẽplo dicẽs Esa. lvj. Domus mea domus orationis vocabitur: vos aũt fecistis eam speluncam latronum.

¶ De secũdo honore deo debito in sacrarũ personarũ existimatione. Cap̄m. ij.

Secũdus honor qui deo debetur cõsistit in sacraꝝ personarũ: scz sacerdotũ existimatione. Est em̄ sacerdotalis dignitas excellẽtior quacũq̄z dignitate tẽporali. Qd̄ ꝓbare possumus tripliciter.

Primo ratione.
Scd̄o autoritate.
Tertio exẽplo.

¶ Primo ostẽdimus ꝙ dignitas sacerdotalis excellit oẽm dignitatẽ tẽporalẽ ratione que triplex esse potest.

Prima rõ d̄r significationis.
Scd̄a institutionis.
Tertia cõditionis.

¶ Prima rõ d̄r significationis. Nã sacerdos ꝑm Isidoꝝ lib. vij. etymol. d̄r quasi sacer dux: vel sacra dãs. Ratio aũt istius duplicis interpretationis ꝑm Thom̄. in iiij. dist. xxiiij. q. j. ar. iij. q. iij. ad. j. est: q̄r per ministeriuz spũale sacerdos est melius inter deũ ⁊ populũ. Nã ipse diuina nũciat ⁊ ministrat populo: ⁊ vota populi offert deo. Dicit etiam sacerdos quasi sacra dãs. Sacra autẽ dare põt aliquis duobus modis. Vel auxiliando: vel sacramẽta dispẽsando. Primo modo quilibet iustus inquantuz sacra sua merita dat vel cõicat alijs auxiliãdo interpretatur sacerdos. Scd̄o modo nomen sacerdotis est institutũ: ad significanduz eum qui sacra dat in sacramẽtorũ dispẽsatione. Et sic ille qui est in gradu ordinis constitutus dicitur sacerdos. Ob id in scripturis sacerdotes nominãtur aliquando dij: aliquãdo angeli: vt dicitur xj. q. j. c. sacerdotibus. Unde ⁊ ad Moysen de eo qui ad iuramentũ deducẽdus est dicitur: Applica illũ ad deos: idest sacerdotes. Et rursus scriptũ est: Dijs nõ detrahes: idest sacerdotibus, ⁊ prohera

ait Malach.ij. Labia sacerdotis custodiũt scientiã: idest iusticiã: & legẽ requirũt ex ore ei⁹: qz angelus dñi exercituu⁹ est. ¶ Scõa ratio ostendẽs sacerdotales dignitatẽ: ẽt institutionis. Nã sacerdotiũ precessit legẽ scriptã: qz in veteri testamẽto primus sacerdos qui iubẽte dño victimas obtulit Melchisedech: sicut ptz Gen.xiiij. Demũ per sacerdotẽ iubente dño regia potestas est ordinata. Unde.j. Regũ.viij. dixit dn⁹ ad Samuelẽ sacerdotem. Audi vocẽ eoꝝ scz filiorum israel petentiũ regẽ & constitue sup eos regez. Unde est q̃ spiritualis autoritas terrenã potestatem habet instituere vt sit: & iudicare si bona nõ sit. Qõ probatur per aplm dicẽtem.j. ad Corꝝ.vj. Nescitis qm̃ angelos iudicabimus: quãto magis secularia? Et idem in.c. per venerabilem. ex̃ qui filij sint legitimi. & ix.q. iij.c.nemo. & c.aliorum. ¶ Tertia ratio ostendẽs dignitatẽ sacerdotalẽ dicitur cõditionis. Est em̃ sacerdotalis dignitas spiritualis: & ideo quanta spiritus nobilior est corpore: tãto sacerdotalis dignitas nobilior est quacunq̃ dignitate temporali. Sicut ptz cx̃ de translatione epi & electi. c. inter corporalia. ¶ Scõo ostẽditur dignitas sacerdotalis que excedit oẽm dignitatẽ tẽporalẽ autoritate. De sacerdotibus em̃ dr Esa.lxj. Uos sacerdotes dñi vocabimini. Ministri dñi dei nostri dicetur vobis. & j. Petri ij. Uos estis genus electũ: regale sacerdotiũ: gens sancta: populus acquisitionis. & xcvj. di.c.duo. scribitur. Aurũ non tam preciosius est plũbo: q̃z regia potestate sit altior ordo sacerdotalis. Et eadem.di.c.quis dubitet. Quis dubitet sacerdotes xpi: regũ & principuz omniũq̃ fidelium patres & magistros cẽseri? Propterea.vj.q.j.in.c.sacerdotes. dicitur: Sacerdotes qui proprio ore corpus domini conficiunt: ab omnibus sunt obediendi & timendi. & iij.q.j.c.nulli. Dñm crucifigunt qui eum in suis sacerdotibus persequuntur. & xj.q.iij.c.absit. Anetherius papa ait: Absit vt quicq̃ finistrum de his arbitremur: qui apostolico gradui succedẽtes christi corpus sacro ore conficiunt: per quos nos xpiani sumus: qui claues regni celoꝝ habẽtes ante iudicij diẽ iudicãt. In veteri quoq̃ lege habetur: Quicunq̃ sacerdotibus nõ obtemperasset: aut extra castra positus lapidabatur a populo: aut gladio ceruice subiecta contemptum expiabat cruore. & xvj. q.j.c. si clericatus. Hiero. ait: Non est humilitatis mee neq̃ mensure iudicare de ceteris: et de ministris ecclesie finistrũ quippiã dicere. ¶ Tertio ostẽditur dignitas sacerdotalis exẽplo. Christianissimi em̃ imperatores sacerdotes honorare semper studuerunt. Sicut ptz de Theodosio imperatore: de q̃ legitur in historia tripartita: q̃ cũ apud Thessalonicã ciuitatez quidam iudices fuissent lapidati. xj.q.iij.c.cũ apud thessalonicam. indignatus Theodosius: omnes pariter iussit interemi. Ubi septem milia sunt occisi: nullo precedente iudicio. Huiusmodi autẽ cladem plenam gemitibus audiens beatus Ambrosius cũ princeps venisset Mediolanũ: & solẽniter in sacruz voluisset intrare templum: occurrit sanctissim⁹ episcopus fores ad ianuas: & ingredientẽ his sermonibus a sacri liminis incessu ꝓhibuit. Nescis miser imperator perpetrate a te nescis quanta sit magnitudo: neq̃ post causaz tanti furoris mens tua molam presumptionis agnoscit? Sed forte recognitionem peccati ꝓhibet potestas imperij. Decet tamen vt vincat ratio potestatẽ. Quibus igitur oculis aspicies communis dñi templum? Quibus calcabis pedibus sanctũ illius pauimentuz? Quomodo manus extẽdes: de quib⁹ adhuc sanguis stillat innoxius. Recede recede igitur: ne secũdo peccato priorez nequiciaz augere contendas. His sermonib⁹ imperator obediẽs: erat em̃ diuinis eruditionib⁹ enutrit⁹ & aperte. sciẽs q̃ sunt ꝓpria sacerdotis: que regũ gemẽs & deflens ad regalia remeauit. Cunq̃ octo mensiũ trãsissent tẽpora: appropinqua-

uit natiuitatis saluatoris nostri festiuitas. Imperator aũt lamẽrationib⁹ assiduis in palatio residẽs: cõtinuas lachrymas incessabiliter expandebat. Ingressus aũt Rufinus tũc magister militum ⁊ singularẽ apud principẽ fiduciam habens: et videns principẽ in lamẽrationibus prostratũ: accessit vt lachrymarum causas inquireret. At ille vehementius ingemiscens: et amarissime lachrymas fundens: tu inquit Rufine ludis ⁊ mea mala nõ sentis. Ego aũt lamẽtor et gemo calamitatẽ meã: qz seruis quidẽ dei ⁊ mẽdicantibus aperta sunt tẽpla dei. At Rufinus ad Ambrosiũ perrexit. Cui Ambrosius ait: Impudẽtiã canũ imitatus es Rufine: tante videlz necis autor extitẽs. Ego dico tibi: qm̃ imperatorem ingredi sacra limina prohibebo. Nec ei plurima Rufinus audiens imperatori nũciauit votuz antistitis. At imperator in media tã platea pergo inqt: vt iustas in facie suscipiã cõtumelias. Cũqz ad sacra limina peruenisset: in sacrã quidem basilicã non presumpsit intrare: sed veniẽs ad antistẽ supplicabat vt eius vinc̃ula resolueret. Cui Ambrosius. Quam penitentiã ostẽdisti post tãtas iniquitates? Cui Theodosius. Cuum est docere: meũ vo suscipere. Cui Ambrosius iniũxit: vt legẽ cõderet ne sententia mortis ferri posset animo irato: sed trãsacto triginta dierũ numero. Qõ ⁊ fecit. Sicqz cũ lachrymis ⁊ deuotione templũ tãdẽ ingressus est: in cũctis reuerenter se habẽs erga sacerdotẽ Ambrosiũ. Quid fecit Constãtinus: de quo est tex. xcvj. di. c. in scripturis. ⁊ c. cõstantinus. Quid reliqui oẽs xpiani reges vel imperatores. Omittamus oĩa que repetere longũ foret. Inspiciam⁹ dñm iesum xp̃m de quo dicit Cyprianus. xciij. dist. c. dñs. Dñs noster iesus christus rex ⁊ iudex: ⁊ deus noster vsqz ad passionis horaz seruauit honorẽ pontificũ ⁊ sacerdotũ. Nã cũ leprosuz mũdasset dixit eidẽ. Vade ostẽde te sacerdoti. Sacerdotẽ adhuc appellãs quẽ sciebat sacrilegũ. Itẽ cũ subditus passioni alapã accepisset nihil cõtumeliose locutus est in persona põtificis sed sic magis innocentiã suã tutatus est dicẽs Johã. xviij. Si male locutus sum testimoniũ perhibe de malo: si aũt bene cur me cedis? Nec igit̃ ab eo humiliter patiẽter facta sunt: vt nos humilitatis ⁊ patiẽtie exẽplũ haberem⁹. Sed hodie pleriqz de illis sunt: de quib⁹ dz. s. q. s. c. multi. Multi seculariũ hoim cũ plus sacerdotũ vitã q̃ suã discutiũt: in magnũ cõtemptionis diuinoz sacramentorum crimẽ incurrunt. Magna eñ trabe vulneratos oculos habẽtes eãqz negligentes: festucã tenuẽ in aliox cõspiciũt oculis. Quã dum in aute euellere festinant in errorẽ foueã dilabũtur.

¶ De tertio honore deo debito in sacrarũ cerimoniarũ obseruatiõe. Lxm. iij.

Tertius honor q̃ deo debetur cõsistit in sacrarũ cerimoniarum obseruatione. Nã vt dicit Thom̃. ij. q. lxxxvij. Deũ etsi nõ rõne sui: rõne nostri etiã corporaliter reuereri debemus. Cũ vt per corporales motus excitemus mentẽ nostram tum vt deũ sm̃ vtrãqz naturã nostram honorem⁹. Vñ Johãnes Damasce. inquit: Qz ex duplici natura compositi sumus. s. corporali et spũali: duplicem deo honorẽ referre debemus. Consistit autẽ hic honor in tribus.

Primo in capitis inclinatione.
Scõo in incurvatione.
Tertio in genuflexione.

¶ Primo cõsistit honor in capitis inclinatione. Et sic statuit ecclesia: vt cũ nominatur nomẽ iesus i ecclesia in missis: ⁊ diuinis officijs: oẽs reuerenter inclinent caput. Vñ de immu. eccle. lib. vj. in c. decet. dicitur: Cõuenientes in ecclia nomen illud qõ est sup omne nomẽ: nomẽ videlz dñi nostri iesu xp̃i: exhibitiõe reuerẽtie specialis attollãt ⁊ ita flectãt genua mentis qõ vel capitis inclinatione protestẽtur. ¶ Secundo consistit honor dei in incurvatione. Habet hunc vsum ecclesia vt in diuinis officijs cum Glo-

ria patri et filio et spūisancto: decantat in fine psalmorū oēs corpus incuruant simul cū capite. ¶ Tertio cōsistit hic honor in genuflexione. Genuflectim⁹ nāq; cū adoramus corpus rpi: in omnib⁹ moribus huiuscemodi profitētes nos subditos deo: qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

¶ Explicitus est tractatus de timore iudiciorum dei.

¶ Tabula in sequentē tractatum.

De diuina charitate	Sermo. j.
De diuina charitate	Sermo. ij.
De diuina charitate	Sermo. iij.
De diuina charitate	Sermo. iiij.
De diuina charitate	Sermo. v.
De diuina charitate	Sermo. vj.
De diuina charitate	Sermo. vij.

¶ Incipit tractatus de diuina charitate: cōpilatus per reuerēdū sacre theologie doctorē magistrū Robertū de Licio ordinis minorū. In quo ostēdit cū omni veritate sacrosancte scripture: qualiter deꝰ benedictus quātum in se est oibus peccatorib⁹ offert indulgētiā ꝛ remissionem peccatorꝝ: neminē excludens a salutis via cuius sunt sermonis septē.

Venite ad me oēs qui laboratis ꝛ onerati estis: et ego reficiam vos. Verba sunt redēptoris nostri iesu xpi originaliter Mat. xj. Inestimabilē charitatem dei qua hoies diligit impugnāt sepenumero hi qui a pctis desistere volūt. Ipsi nāq; impio ac sacrilego ore suo asserunt optimū deū fore cām dānationis eorum: quasi nec hois merita in aliquo profint nec ipsis iniqs sua malicia valeat imputari. Hoc errore illusi plerīq; audaciam in malo perseverādi suscipiūt: pniamq; negligūt delictorꝝ suorꝝ. Nihil inquiūt interest qualis qsq; sit siue bonus siue malus: cū deꝰ quosdam sic habeat odio vt etiā post diuturnā in frutibus pmanentiā reprobet: quosdaꝝ aūt diligat vt frequentata impietas sua antiquataq; malicia ipsos nō phibeat saluos fieri. Cōtra hmōi genus hoim acriter insistēdum esse cēsui. Ad quorꝝ cōfusionez decreui in presenti tractatu de charitate dei ad hoies tā bonos q̄z malos copiosius differere. Ostēdā equidē q̄ quātuz est ex parte diuine clemētie nullus quātūcunq; sit sceleratissimus ac flagitiosus expellit a salute: immo vt sic dicam oēs pctōres mūdi dulcissime blāde ꝛ amoroissime inuitātur vt salui fiant: vt ptz in verbis propositis in themate nro. Que verba et si a christo clamante in templo dicta sint tn extendūtur ad quoslibet peccatores: qui sunt vel erunt vsq; ad consummationem seculi. Clamat itaq; dominus iesus christus ex abūdantia charitatis sue: ꝛ dicit Venite ad me ꝛc. Ubi pro instructione nostra notare possumus septem ignitas flammas de diuina charitate erga miseros ingratosq; peccatores.

Prima ōr facilitas: cū dicit: Venite.
Scōa ōr suauitas: cum dicit: ad me.
Tertia ōr generalitas: cū dicit: oēs.
Quarta ōr multiplicitas: cum dicit: qui laboratis.
Quinta dicitur grauitas: cū subiungit: ꝛ onerati estis.
Sexta ōr pciositas: cū subdit: ꝛ ego.
Septima dicitur gratiositas: cū concludit: reficiā vos.

Et cū singulas has flammas difficile sit in vno sermone explicare dicem⁹ de ipsis in septē sermonibus bene distinctis. In hoc ño primo primam suscipiamus elucidare flammā que ōr facilitas. Cuius sensus est: q̄ deus oms neminem violētat neq; cogit vt salu⁹ aut reprob⁹ fiat ꝛ cū omnes sint liberi facillime possunt saluari. Que veritas sub triplici cōclusione declaratur.

Prima dicitur volūtatis.
Scōa dicitur gratiositatis.
Tertia dicitur exēplaritatis.

¶ Qualr in libertate ⁊ libera oī voluntate est vt saluent vel dānentur: exquo concluditur ꝙ si omnes mundi peccatores volunt possunt saluari: ⁊ si nō saluantur imputatur ipsis. Cap. j.

Prima cōclusio dr volūtatis: qr cū omniū voluntas libera sit quicūqꝫ volunt saluari saluant: quiꝫ dānari dānant. Possunt quippe oēs bene ⁊ male facere sicut volunt. Nullusqꝫ cōpellitur ad vtrūqꝫ. Probat hoc ꝑ Aug. li. v. de ci. dei. c. x. vbi ait: Sunt nr̄e voluntates ⁊ ip̄e faciūt quicq̄d volēdo facimus: siue bonū siue malū: qd nō fieret si nollem⁹ Et idē in li. de libe. arbi. ait: Vasis ire nunq̄ de⁹ redderet interitū si nō spontaneū inueniret homo hr̄e pctm̄. Que verba ponunt in decretis. xxiij. q. iiij. c. Nabuchodonosor. ⁊ h̄ idē ꝓbat Aug. di. illud qd notat. xv. q. j. c. merito. c. illa. ⁊. c. ex volūtate. Et. viij. q. j. c. sciēdū. Et. lvj. dis. c. nasci. Peccatū est adeo voluntariū qd si nō sit volūtariū nullū est pctm̄. Idē dic̄ Chryb. xxxij. q. v. c. sicut. Sicut em̄ pctm̄. inq̄t: opus sine voluntate nō facit: ita ⁊ iusticia ex opere non cōsummat: nisi volūtas fuerit. De hoc dicit etiā Gratia. de peni. di. ij. c. si em̄. §. ceterū confido. Nec ad vitia nec ad virtutes necessitate trahimur sꝫ voluntate. Oīa tn̄ includit elegātissime Hiero. in q̄stionib⁹ ad heluidiū. vbi sic ait: Hoīes suo arbitrio derelicti sūt. Neqꝫ em̄ bonū necessitate faciūt sꝫ volūtate: vt credentes coronā accipiāt: increduli supplicijs mācipentur. Et iterū Hiero. eodē loco. De⁹ equali cūctos sorte gn̄auit et dedit arbitrij libertate vt faciat vnusq̄sqꝫ qd vult siue bonum siue malū. Et iterū. Dedit hoībus ptātē: vt vox ipsa disputet ꝯ creatorē suuꝫ: et causas voluntatis illius perscrutet. Hoc etiā confirmat sapiēs Eccl̄i. xv. c. cum dicit: Deus ab initio ꝯstituit hoīem ⁊ reliq̄t eū in manu consilij sui. Vn̄ patere pōt ꝙ hō sit liberi arbitrij alioq̄n ꝟm Tho. j. parte summe. q. lxxxiij. arti. j. frustra essent consilia: exhortationes: ⁊ p̄cepta prohibitiones: premia: ⁊ pene. Verūtm̄ est sciēdū ꝙ quedā agūt absqꝫ iudicio: sicut lapis mouet deorsum: similr oīa cognitione carentia. Quedā agunt iudicio: sed nō libero: sicut aīalia bruta. Judicat em̄ ouis videns lupū eum esse fugiēdū naturali iudicio: ⁊ non libero: qr nō ex collectione: sed ex naturali instinctu hoc iudicat: et sil'e est de quolibet brutoꝝ animaliū. Sed homo agit iudicio: qr per vim cognoscitiuaꝫ iudicat aliq̄d esse fugiendū vel ꝓsequēdū. Et qr iudiciū illud nō est ex naturali instinctu in particulari opabili: sꝫ ex collectiōe rationis: ideo agit libero iudicio potens in diuersa ferri. Ratio em̄ circa cōtingētia hꝫ viā ad opposita: vt ptꝫ in dialecticis syllogismis ⁊ rhetoricis persuasionib⁹. Particularia aūt operabilia sunt quedā cōtingentia: et ideo circa ea iudiciū rōnis ad diuersa se habet: et nō est determinate ad vnū. Et ꝑ tanto necesse est ꝙ hō sit liberi arbitrij: ex hoc ip̄o ꝙ est rōnalis. hec Tho. Cuius ꝟbis cōgruit illud dictū Tullij lib. j. de officijs vbi dicit: Inter hoīem ⁊ beluā hoc maxime interest: ꝙ hec tantū quātū sensu mouet ad illud solū qd adest quodqꝫ presens est se accōmodat: parū admodū sentiens preteritum aut futurum. Homo autē qm̄ rationis est particeps per quā cōsequentia. i. cās finales: ⁊ causas rerū. i. principia videt: earūqꝫ ꝓgressus quasi antecessiones nō ignorat: similes cōparat: rebusqꝫ presentibus adiungit atqꝫ annectit futuras: facile totius vite cursum videt: ad eamqꝫ regendā preparat res necessarias. hec ille. Ex quib⁹ oībus clarissimuꝫ est: hoīem id posse in bono ⁊ in malo qd velit. Quinimmo tāta est hec libertas: vt nullū agens creatum possit ipsuꝫ liberū arbitriū cogere. iuxta illud Bern̄. in lib. de libe. arbi. Volūtas pro ingenita sui nobilitate nulla cogitur necessitate. Ad hoc tn̄ aduertendum siue intelligendū. ꝟm Bon̄. in. ij. distin. xxv. parte. ij. q. iiij. ꝙ est duplicit er

loqui de libero arbitrio. Vel quātuz ad actū exteriorē: vel quātum ad actū interiorem. Si autē loquamur quātum ad actum exteriorē respectu talis actus potest interuenire coactio. Pōt enim quis cōpelli: vt ipso nolēte genua coram idolis flectat. Si loquamur quātū ad actū interiorē: qui scz est velle eligere vel cōsentire: sic respectu talis actus pōt liberum arbitriuz aliquo modo induci: pōt ⁊ impediri: sed nullo modo cogi siue cōpelli. Induci quidē pōt cū amat aliud a se: ⁊ qđ infra se est. Vñ per oblationez alicuius rei amate pōt induci ad cōsentiendū in aliquid multū efficaci persuasione: per quē modū idolatre tentabāt sanctos martyres consentrie idolatrie: modo promittēdo leta: modo infligēdo tristia. Ista tamen inductio lōge distat a coactione: sicut probat ipse exitus: qr nec blādimētis allici nec tormētis terreri adeo potuerunt: vt a veritate iusticie mutarentur. Et sic liberū arbitrium potest induci. Potest etiā impediri propter inclinationem et coniunctionē sui ad naturam corporalem qua posset aliquis aliū ita ledere: vt vsum liberi arbitrij amitteret. Coactio em̄ ponit liberi arbitrij vsum ⁊ actum: sed ligatio ⁊ impeditio tollit. Et iterum impeditio prouenire potest ab inferiori: coactio v̄o a superiori. Et hinc est ꝙ liberū arbitriū: etsi possit induci ab agente creato rōne boni exterioris amati: ⁊ possit impediri rōne corporis cōiuncti: non tñ pōt cogi respectu actus ꝓprij. Sed adhoc dubiū venit in mentē qđ declarare ⁊ intelligere optimū est ac delectabile. Pōt nāqz pctōr q̄sqz querere an liberū arbitrium qđ a creatura cōpelli nō pōt cogi possit a creatore? Et videt ꝙ sic. Nā Lu. xiiij. c. dr: Exi i vias ⁊ sepes: ⁊ cōpelle intrare: vt impleatur domus mea. Si ergo domum dei non contingit intrare nisi per visum liberi arbitrij: ⁊ dñs intrare compellit: videtur ꝙ liberum arbitrium cogat. Itez Job. vj. dicitur: Nemo potest venire ad me nisi pater q̄ misit me traxerit eum. Sed tractus est motus violentus vt dicit pb̄s: ergo liberum arbitrium violentatur. Item Prouerb. xxj. Sicut diuisiones aquaruz ita cor regis in manu dñi: quocūqz voluerit immutabit illud. Sed talis immutatio est quedam coactio: ergo deus cogit liberū arbitrium. Qđ si verū esset: conqueri possent pctōres de deo possentqz ad ipsuz clamare. O creator omnipotēs cur nos perire permittis? cur nos in errore nr̄o relinquis? Cur tantam multitudinem a te sempiternis cruciatibus deputandam non compellis: nō cogis ad bonū? Tua est potentia: tuuz est regnum: tua deniqz bonitatis omnis: ⁊ dulcedinis abudātia. Miserere nostri deus: ⁊ succurre voluntatibus pereūtiū. Voluntatem habemus: sed maluz volumus malum eligimus: maluz nos sequitur. Tu aūt ꝓpriā vim inferas volūtati: qđ si tu deus nō feceris: causa certissime eris nostre ꝑditionis. Sed ꝓfecto fragile debileqz est tale pctōrū fundamētum: qm̄ q̄ veritatē cognouerūt: asserūt nullo modo liberū arbitriū a deo cogi posse. Nā Aug. sup Gen̄. ad lr̄am dicit: Nō pōt deus facere contra naturā quā bonā instituit: qm̄ nō pōt facere cōtra suā volūtatem. Si ergo deus voluntarie liberum arbitriū hoī dedit: impossibile est eum facere de libero arbitrio cōtra innatam eius libertatē. Sed si ip̄m cogeret: ꝯtra libertatē faceret: ergo liberū arbitriū a deo cogi est impossibile. Itē Augu. xix. de ci. dei dicit: Illud est vnicuiqz rei naturale qđ de ipsa facere disposuerit oīpotētis volūtas: ergo si nullū naturale est violētū: nihil qđ facit deus est violētū. Si ergo oīs coactio est ꝑ violentiā: q̄cq̄d deus de libero arbitrio faciat: nulla pōt sibi inferri violētia: ac ꝑ hoc nulla coactio. Ad clariorē tñ noticiā huius veritatis dicit dñs Bon̄. in. ij. dist. xxv. vbi. s̄. q. v. ꝙ cū queritur si liberum arbitrium pōt a deo cogi: dupliciter pōt intelligi. Aut ita ꝙ possit auferre libertatem: ⁊ auferendo libertatez inducere

coactionē: ⁊ hoc modo nulli dubiū esse debet quin deus possit hoc facere quātum est de immēsitate sue potētie. Alio modo vt intelligat̄ ꝙ deꝰ cogit liberuꝫ arbitriū salua libertatis ꝓprietate ⁊ eiꝰ natura: ⁊ hoc mō nō solū est īpossibile: sꝫ etiā nō intelligibile: ꝓ eo ꝙ implicat duo ꝯdictorie opposita. Ex hoc em̄ ꝙ liberū est: si aliq̄d vult libere vult: ex hoc ꝙ voluntariū est: si aliquid vult voluntarie vult: ⁊ seipo mouēte vult. Ex hoc aūt ꝙ cogitur: si q̄d vult seruiliter vult. Et si quid vult inuite vult. et si q̄d vult ab alio vult: qꝛ violētū est cuiꝰ prīcipiū est extra nihil cōferente vim passo. Ergo liberū arbitriū a deo cogi nō est aliud q̄ actū liberi arbitrij simul et semel esse liberū ⁊ seruilē esse voluntarium ⁊ non esse voluntariū: esse a se ⁊ non esse a se. Si ergo est impossibile qd̄ claudit in se vtranqꝫ partē ꝯtradictionis: non tm̄ est impossibile creature: verūetiam creatrici essentie: qꝛ illud posse non est posse. Ad intelligentiā autem obiectorum est sciendum ꝙ differt dicere volūtatem inducī ⁊ voluntatē mutari: ⁊ voluntatez cogi. Tunc enim induci d̄ꝛ qn̄ aliqua persuasio ei fit: qua disponitur vt ad aliqd̄ appetibile inclinet̄: q̄ si valde īntensa sit nomen coactionis sortit̄ q̄uis nō sit vera coactio. Tūc aūt volūtas mutat̄: qn̄ ipa nolēte vnū: potenti virtute affectio ei īmittit̄ ad ꝯrīū: et de nolēte fit volēs: ita ꝙ vna affectio expellitur ⁊ cōtraria inducit̄: sicut ptꝫ cū deꝰ de amatore tpaliū facit contēptorē. Et hoc d̄ꝛ esse q̄dā cōpulsio ⁊ tractio diuina: vt volūtas ab eo separet̄ cui ꝑ amoris glutinum fortiter iungebat̄. Tūc v̄o voluntas d̄ꝛ cogi: qn̄ intelligit̄ ipam inuitā aliquid velle ⁊ repugnāte actu voluntatis deliberatiue: aliena v̄tute mouente: ⁊ repugnātia manēte ad aliquid volēdū inclinari. Et hoc duo apposita implicat. Volūtas igit̄ īduci potest ab agente creato: mutari v̄o ab alio nō potest nisi ab agente increato: sed cogi a nullo. Cum igitur d̄ꝛ in scriptura deum voluntatē hominis cōpellere vel trahere vel mutare: intelligitur nō qꝛ voluntatē cogat: sed qꝛ voluntatē creatā non solū inducit: sicut agens creatuꝫ: verūetiā immutat īmittendo affectiōes varias. In qua immissione nō est coactio pro eo ꝙ ita volūtarie volo illud quod deus īmittit sicut illud qd̄ ex meipo volo. Et si aliquid volo volens volo nō inuitus: ⁊ ita in volendo ad nihil cōpellor. hec Boñ. Cū ergo libertas a coactione in oībus equaliter se habeat: quis de deo si ipsemet agit conqueri potest. Quis etiā suijpsius culpā in semetipso non reflectet? Quis ꝓpriā ⁊ volūtariā nequiciā nō agnoscet? Nisi dicere velit adhuc aliquis ꝙ deus minime rectum quid fecit: qꝛ hoīem in libertate arbitrij voluit cōstituere. Sed ꝓfecto si bene sapiant: intelligēt nō inane in foro sententiam illā qua dicitur Geñ. j. c. Vidit deꝰ cūcta que fecerat ⁊ erāt valde bona. Et quibus v̄bis Hireronymus scribēs ad Paulinū dicit: Bonus est deꝰ: ⁊ oīa que fecit bona sint necesse est. hec ille. Sapiētissimus ergo rerū opifex omnium ⁊ magister: cū hoīem cōderet rationalem ad beatitudinē: in tali statu eum voluit esse: in quo ad beatitudinē perueniens: dei iusticia semper salua et misericordia laude honoris ⁊ glorie corona decoraretur. Quomodo ergo hō potuisset laudari ꝙ malum non fecisset qd̄ facere non valebat? Inquit enim Lactātius in. vj. lib. diuina. insti. aduer. gen. Nulla laus est non facere qd̄ facere nō possis. Hinc Hiero. ad Demetriadē virginez ait: Iā prouidendum est: ne forte illud remordeat te: in quo temere imperitū vulgus offendit vt ideo nō vere bene factū hominem putes: eo ꝙ is malū facere pōt: nec ipsa natura astringatur ad immutabilis boni necessitatem. Nam si diligenter rem tractes: et ad subtiliorem intellectum animum totum cogas: hinc tibi melior et superior hoīs status apparebit vnde putatur inferior. In hoc enim gemini itineris discrimine: in hac vtri-

nisq; libertatis parte: rationalis anime decus positū est. Hinc inquā totus natu re nostre honor consistit: hinc dignitas: hinc premiū: hinc deniq; optimi quiq; laudē merētur. Nec esset hoīs vlla virtus in bono perseuerantis: si is ad ima trāsire nō posset. hec ille. Nonnulli autē obijciūt his que dicimus ex diuina presciētia que est ineffallibilis: ꝙ ipa necessitatē inferat actionib⁹ hoīm. Quibus respōdemus sibi prescientiā esse ⁊ homines volūtate nō necessitate ad bona vel mala inclinari. Vñ Aug. li. v. de ciui. dei c. x. dicit: Nullo modo cogimur: aut retēta presciētia dei tollere volūtatis arbitrium: aut retento voluntatis arbitrio deū: qđ nefas est negare presciū futurorum: sed vtrūq; cōplectimur: vtrūq; fideliter et veraciter cōfitemur. Illud vt bene credamus: hoc vt bene viuamus: Male aūt viuitur si de deo nō bene creditur. Vñ absit a nobis ei⁹ negare prescientiā vt liberi esse velimus quo adiuuāte sumus liberi vel erimus. Proinde nō frustra sunt leges: obiurgatiōes: exhortationes: laudes ⁊ vituperatiōes: qr et ipsas futuras esse presciuit et valent plurimū quātū eas valituras esse presciuit. Et preces valēt ad ea impetranda: que se precātibus cōcessurum esse presciuit. Et iuste premia bonis factis: ⁊ peccatis supplicia cōstituta sunt. Neq; enim ideo peccat hō: qr deus illū peccaturuz esse p̄sciuit: immo iō nō dubitat ipsum peccare cum peccat: qr ille cuius presciētia falli non potest: non fatum: nō fortunam: non aliquid aliud: sed ipsum peccaturū esse p̄sciuit. Qui si nō oīno non peccat: sed si peccare noluerit etiaz hoc ille presciuit. hec ille. Liberi ergo sunt omnes qui bene agunt: liberi sunt qui male: liberi qui iam celum ꝯscenderūt. Insuper liberi ⁊ qui suorum criminum supplicia lugent.

¶ Qr facile est vt pctōres saluentur: qr gratia ad salutem necessaria omnibus preparata est a deo: ⁊ nullius volēti negatur.

Cap. j.

Secunda cōclusio dr gratiositas. Facile quippe est vnicuiq; volenti posse saluari: qr gratia ad salutem necessaria oībus est preparata. Ad qđ plenius intelligēdū sciēdū quosdaz ita tenuisse liberi arbitrij facultatem: ⁊ tm̄ illam estimasse: vt absq; auxilio diuine gr̄e ꝑ solius liberi arbitrij potestatem saluari oēs posse profiterent. Fuit aūt erroris huius ꝑniciosissimus garrulator Pelagius ⁊ eius imitatores: de q̄bus egregius doctor Aug. li. j. retractionum ait: Noui heretici pelagiani cū sic liberū asserūt volūtatis arbitriū: vt gr̄e dei nō relinquāt locū: quam ꝑm merita nostra dari asserūt. Cōtra quā sniam validissime pugnat idē doctor p̄clarissim⁹ in q̄plurībus doctrine sue locis: ostendens neminē absq; gr̄a nō solū nō posse in aliqđ opus meritoriū: sed etiam in quācūq; meritoriā cogitationē volūtatis: vel ad opa meritoria deuenire. Vñ ad Bonifaciū papā ait: Non pōt hō aliquid boni velle nisi iuuet ab illo q̄ non pōt malū velle: ⁊ iterū in li. de p̄destinatione sctōꝝ. Prius est cogitare bonum q̄ credere: ⁊ ip̄m cogitare bonū ex deo est. ⁊ in li. de correctione ⁊ gratia. Sine gratia dei nullū prorsus siue volēdo siue agēdo faciūt hoīes bonū. Et ad Valentinum. Cogitare vel agere ꝑm deum nulla rōne sine gratia dei possumus: et in Enchiridion. Gratia p̄uenit vt velimus bonuz. ⁊ in li. de eccle. dog. di. Mouet ad querendam salutem libertas arbitrij: mouente prius deo. Sunt ⁊ alij doct. qui Augu. dictis firmissimo iudicio alligantur. Inquit nāq; Isido. lib. differentiarum. Gratia est diuine misericordie donū ꝑ qđ bone volūtatis est exitus. hec ille. Et iterū ibidē. Sciāt defensores liberi arbitrij nihil boni posse nisi diuine gratie iuuamine sustententur. Et de hoc etiam magister. ij. sententiarum. xxvj. di. Bona voluntas comitat gratiā: nō gr̄a voluntatem. Et Paulus vas electionis. ij. Coꝝ. iij. Non sumus

sufficiētes aliq̄d cogitare a nobis quasi ex nobis: sed sufficiētia nostra ex deo est ꝛ Rom. ix. Nō est volētis neq; currētis sed miserētis dei. Aduertēdū tñ ꝑm Bo na. in. ij. di. xxviij. q. vj. ꝙ opus aliquod tripliciter pōt dici bonū. Uno mō dicit bonū esse aliq̄d simplr. Et hoc est bonū qđ ordinatū est in finē: ꝛ tale est bonus meritorū. Et hmōi bonū nō pōt liberū arbitriū lapsum absq; auxilio gr̄e gratū faciētis. Scđo mō dr aliquid esse bonū in hoc ꝙ aliquo mō de cōgruo dispo nit ad bonū. Et tale est bonū qđ fit extra charitatē: nihilominus tñ cū recta intētione. Et in tale nō pōt liberū arbitriū absq; munere gr̄e gratis date ꝑ qđ illuminet ꝛ dirigat ꝛ excitet vt velit facere vt fit aliq̄d deo placitū. Tertio mō dr aliq̄d bonū: qz est ordinabile: ꝛ hz aliquā ordinationē intra se: siue ex trāsitu sup materiā debitā: sicut pascere eurīē tem siue ex debita circūstātia supaddita salz cū id faciat qñ id exigit loci ꝛ tpis opportunitas. Ad illud aūt genus boni cōplēdum: ꝛ si gratia gratis data fit necessaria ad hoc ꝙ fiat faciliter: circun scripto tñ oi munere gr̄e relicto libero arbitrio in puris naturalibus ꝑ naturale iudicium ꝛ instinctū hō posset in tale bonū deo sibi cooperāte sicut cooperat in alys creaturis. Nā sine primo agente nullū agēs pōt agere. Ad bonū autez qđ ducit ad bonū pfectū siue merito cōgrui: siue merito cōdigni non pōt absq; auxilio dei. Et hīs q̄dā minus bñ intelligentes dicūt ꝙ nullus absq; gr̄a saluari pōt: ꝛ qđ nō est in hoīum ptāte seu volūtate posse saluari. Sed hīs leuiter respōdere possumus: qz diuina gr̄a nec liberū arbitriuz coartat: nec ipsum a se excludit. Exprimit nāq; Aug. ordinem gr̄e ꝛ liberi arbitrij in li. de eccleſiasticis dogmatibus dicens: Initiū salutis nostre deo inserante habemus. Ut acquiescamus salutari inspirationi nostre protestatis est: vt adipiscamur qđ acquirēdum admonitione cognouimus: diuini est muneris, Ut nō labamur iā adepta salutis munere nostre sollicitudinis est ꝛ diuini pariter adiutorij. Et hoc dicto clare cognoscit ꝙ principium salutis a gr̄a dei est: sed nō nisi in hoīe psentēte Qđ etiā Aug. li. de lib. ar. aptissime manifestat. Uirtutē inq̄t deus in nobis sine nobis operat. Et iteruz. Qui fecit te sine te nō saluabit te sine te. Que autoritates vnā eandēq; sniam habent nullamq; repugnantiā. Nam prima auctoritas denotat in hoīs salute dispositionē susceptiuā virtutis ꝛ potestatem effectiuam. Dispositio susceptiua virtutis est liberum arbitriū: ptās aūt effectiua est diuina gratia. Dicit ergo. Uirtutē deus operat in nobis cōsentiētibus. Ecce dispositio susceptiua: sine nobis efficientibus. Ecce effectiua ptās: q̄ deo tribuit. Et in scđa autoritate idem dr: Qui fecit te sine te: efficiēte. Ecce ptās effectiua. Nō saluabit te sine te: cōsentiente. Ecce dispositio susceptiua. Et cū liberū arbitriū vir aut nunq; destituat a gr̄a gratis data ꝑm Boñ. in. ij. di. xxviij. ar. ij. q. j. quid aliud restat nisi malos nō saluari nō ex defectu gratie: sed ex defectu ꝑprie volūtatis. Sicut em̄ sol radios suos nō abscondit: sed illos quantuz in se oibus idifferēter cōicat: ita ꝛ deus gratiam suā. Et sicut aliquis claudēs fenestram ne lumē solis videat est inculpādus: qz lumē recusat ꝛ nō sol ipse q̄ quātum in se est relucet ei. Ita reprehēsibilis est hō q̄ resistit gr̄e dei quā ipse semper dare est paratꝰ. Quid nāq; culpe i fonte yberrimo ꝛ affluētissimo esse potest si trāsiens quispiā siti defatigatus: propria sua negligētia illā aquā nō bibat? Audite itaq; miseri pctōres ꝛ intelligite si saluari cupitis si peccatorum veniā concupiscitis: si celestem patriam anhelatis. Aperite cor vestrum ꝛ nō contemnatis gratiam dei vocantis: qz Apoca. iij. c. dicit: Ecce sto ad ostiū ꝛ pulso. Si quis audierit vocem meam ꝛ aperuerit mihi: intrabo ꝛ cenabo cū illo ꝛ ille mecū. Clamat equidez deus benignus ad aiaz peccatricē illud qđ Lañ. v. c. scribit

tur: Aperi mihi soror mea: sponsa mea: amica mea: colūba mea: formosa mea. Apl. ſaia soror mea: qr tu ad imagines ſimilitudinem meā facta es. Sponsa mea: qr ad hūc finē despōsaui te in fide: vt mecū in celis in eternū regnare vales. Amica mea: qr bñficioz multitudie vt me cognoscas: vt me diligas: a me ꝑdotata es. Colūba mea vt mihi similiter obedires ꝓceptis ⁊ monitis salutaribus: a me bñ instructa ⁊ disciplinata es. Formosa mea: qr vt me solū formosus amares: summa pulchritudine a me decorata es. Aperi ergo mihi ⁊ me non abijcias necz repellas.

¶ De exēplis ꝗbus clare cōstare pōt ꝙ dēs ꝓcōres si volūt possunt saluari: ⁊ si nō saluantur: ideo est qr nolūt nemine ipsos cogente. Cap. iij.

Certia cōclusio ꝺr exemplaritatis. Sunt quidē exempla plurima ꝗbus apparere pōt ꝙ facile sit saluari cum sit ꝺ in volūtate vnius cuiuslꝫ fiat superius diximus. Audiamus ergo Augu. in li. de libe. arbi. Et notat in decret. xxiij. q. iiij. c. Nabuchodonosoz. vbi egregius doctoz adducit exēplū de nabuchodonosoz ⁊ pharaone dicens: Nabuchodonosoz penitentiam meruit fruct̄uosam: nōne post innumeras impietates flagellatus rex ille penituit: ⁊ regnum qō ꝓdiderat rursus accepit? Pharao aūt ipsis flagellis durior est effect⁹ ⁊ perijt. Vic mihi rōnem reddat ꝗ diuinum consilium nimiū alte sapiēti corde diiudicat cur medicamentū vnius medici manu ꝓfectum: alij ad interitū: alijs vita fuerit ad salutē: nisi qr xpi bonus odor alijs est odor vite in vitā: alijs est odor mortis in mortē? Quātū aūt ad naturā ambo hoēs erant: quantum ad dignitatem ambo reges: quantum ad causaz ambo dei populū captiuū possidebant quantū ad penā ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorum fecit esse diuersos: nisi ꝙ vnus manus dei super se sentiens: in recordatione ꝓprie iniquitatis ingemuit: alterꝰ libero cōtra dei misericordissimam veritatē pugnauit arbitrio: hec ille. Pharao nāqz decē plagis a deo pcussus non se humiliauit: sed populū dei persequēs in mari rubro submersus dānatus periit. Nabuchodonoꝛꝰ post septennē pniaz sue sui castigationē. vt ꝺr Dañ. iiij. Leuauit oculos ad celum: ⁊ se deo humilians ad honoreꝫ regni decoremqz venit. ⁊ ſm Nico. de lyra super hoc passū Danielis: saluus mortuus est: qr scriptura hist̄oriā illam in eius salutē terminat. Patet ergo ꝙ nec Pharaoni nec nabuchodonosoz ad diuersos fines facta est violentia. Est ⁊ huic simile exemplū petri ⁊ iude discipulorum xpi. Petrus xpi apls: Judas xpi apls. Peccauit petrus negando xpm: peccauit iudas prodendo xpm. Quid est ergo ꝙ Petrus post peccatum xpo successit in animarum cura ⁊ merito coronatus beatitudinis palmam recepit. Judas ꝺo se laqueo perimens ⁊ suspendēs damnatus est. Nulli dubium esse debet ꝙ si iudas saluari voluisset vtiqz ꝺe potuisset. Vñ de pen. dist. ſ. c. his ptātis. ꝺr: Arbitror em ꝙ etiam iudas potuisset tanta miseratione dñi nō excludi a venia: si penitētiam nō solus apud iudeos: sed apud christū egisset. hec ibi. Penituit inquies iudas sed cur veniā non accepit? Ad qō facile est respondere. Quia laqueo se suspendit. Et ideo in. c. Judas. de peni. dis. iij. dicitur penituit sed male: nam laqueo se suspendit. Idem notatur in. c. Nihil. ⁊ in. c. sceleratior. eadez di. ⁊ in. c. nemo. de peni. di. ſ. vbi dicitur: Nemo potest bene agere penitentiam n isi sperauerit indulgentiaz. Videns quippe iudas ꝙ male egerat in singultibus ⁊ suspiriis prorupit dicens: Peccaui o me dolentē: peccaui o me infelicem. Peccaui inquā qr tradidi sanguinem iustum. O impie iuda cur tuum peccatū cognoscens nō cucurristi ad pedes iesu christi: sed potius ad pedes sacerdotum etiam si illum querere debuisses: siue ligatum ad colū

nam siue crucifixum: siue inter duos latrones pendentē. Si eo inuēto dixisses ei peccaui iesu: qꝛ osculo te tradidi ī manus iniquoꝝ: vile p̄ciū ab eis suscipiēs: statim audiuisses vocē dulcissimā eius dicentē tibi. Remittunt̄ tibi pctā tua. Nō hoc fecit iudas: sed ꝯbiēs laqueo se suspēdit: ⁊ sic dānatus interijt. Petrus ꝟo post trinā negationē si voluisset dānatus fuisset. Nullus eū induxit ad salutē: sed sentiēs cantū galli vt p̄dixerat ei xp̄s: ⁊ vidēs se a xp̄o respici: sicut hr̄ Lu. xxij. egressus foras fleuit amare. Dicebat forte petrus. O quāta est iniq̄tas mea. O q̄ꝫ graue pctm̄. Negaui me scire xp̄m quē vidi: quē amaui: q̄ me tātū dilexit. Vidi eū sup aquas ambulare: mortuos suscitare: illuminare cecos: ⁊ mundare leprosos: ⁊ tñ dixi me eū nō vidisse O benignissime pr̄ mi negaui noscere te quē aspexi ꝓprijs oculis trāsfiguratū in mōte: ⁊ captus formositate ⁊ pulchritudine maiestatis tue dixi: faciam⁹ hic tria tabernacula. O pijssime saluator mūdi tu me ad aplatum vocasti: tu meos pedes lauisti: tu mihi tua secreta mōstrasti: ⁊ ego cū iuramēto negaui te. Parce mihi: indulge pctis meis: nō me despicias penitētē. O petre esto secur⁹: qꝛ humilitas pnīe tue xp̄m inclinat ad veniā. Pepcit petro xp̄s quē nūc sedere facit in glia regni celoꝝ. Que itaq̄ difficultas est vt pctōres saluent̄: q̄ cum volūt pñt saluari. Audiāt pctōres oēs: q̄d loquar: q̄d cū veritate dicā. Si aīa peccatrix: diaboli serua: inimica dei: ⁊ gr̄a spoliata: deleta ex libro viuētiuꝫ ꝓpter sua scelera multa ⁊ nefandissima deo recōciliari voluerit: tanta est facilitas vt ad recōciliationē hmōi nō sit expediēs neq̄ necessariū expectare tp̄a lōga: non annos: nō mēses: nō diē: nō horā: sed vt sic dicaꝫ in ictu oculi reuoluto corde ad deū cū cōpūctione ⁊ ꝓposito bñ viuēdi ip so facto oīs culpa cessabit. O igit̄ rep̄hēsibilis humana duricies: o reprobanda negligētia pctōꝝ: o impietas humane mētis. Tā dulcis est via salutis oīb⁹ ppl̄is: ⁊ tñ paucissimi illaꝫ ingrediunt̄. Clama ad deuꝫ o peccatrix aīa ⁊ dic ei. Miserere mei. ⁊ statim sine vlla dilatione dabit tibi gr̄am suā: quaꝫ offert oīb⁹ ad se recurrētibus: quos vocat sicut pꝫ in themate di. Venite. s. ad gr̄am meaꝫ quam vobis liberaliter exhibeo. Hanc ipse deus det nobis omnib⁹ vt peruenire tandem possimus ad eternam gloriam. Amen.

¶ De diuina charitate in quo ostenditur q̄ꝫ suauis ⁊ benignus sit deus benedictus ipsis peccatoribus vt saluentur que suauitas ad omnes se extēdit ⁊ nullum excipit. Sermo. ij.



Venite ad me oēs q̄ laboratis ⁊ onerati estis ⁊c. vbi. s. Conat̄ antiquus hostis suggerere eis q̄ pctā pristina deponere iā disponūt sentiētes facilitatē voluntatis sue: ꝙ benignus deus cum multa exprobratione atq̄ obiurgatiōe pctōres ad se redeūtes suscipiat. Quod falsissimū esse cōstat ⁊ ab om̄i veritate alienū: cū rex ipse ⁊ dñs oīm creaturarū penitētibus sit totus blandus benign⁹ placabilis: dulcis: suauis: ⁊ pius. Quare in pñti sermone ad cōfortationē oīm de scd̄a flāma diuine charitatis q̄ suauitas dicta est disserem⁹: ostēdētes q̄ꝫ immēsa sit suauitas dei ad oēs sub triplici radio illustrante. Eruntq̄ hi tres radij tres ꝯclusiones ꝯfirmātes hāc veritatē scꝫ ꝙ deus ex suauitate sua multa facit vt pctōres saluent̄: que nō faceret si nō vellet quātū in ipso est saluos fieri oēs.

Primus radius dicitur beneficiorum communicatio.

Secundus radius dicitur diuturna supportatio.

Tertius radius dicitur abundās miseratio.

¶ Ubi dicitur de immensis beneficijs que deus exhibet cunctis peccatoribus ostendens ꝙ quantum in se est vult oēs saluari. Cap. j.

Primus radius quo illustramur ad cognoscēdū dei suauitatē erga oēs d̄r bn̄ficiorū cōicatio. In principio cuius q̄ro abs te o miser homo: si vnq̄ cogitasti q̄s ille sit qui te ardētius ceteris diligat. Respōdebis forte ꝙ pr̄ tuus vel mater tua: vel soror tua: ⁊ huiusmodi. Sed certe ignoras verū amatorē tuū. Deus hic est: de quo dicit Hugo de arra spōse. Spōsum habes ⁊ nescis pulcherrimū oīm ⁊ faciē eius nō vidisti. Ipse em̄ te videt: qr nisi te videret non te diligeret. Noluit adhuc seipsum p̄sentare: sed munera misit arram dedit pignus amoris. hec ille. Verba ista sunt (poteris dicere) de illis q̄ iusti q̄ boni sctiq̄ sunt hos deus amat: hos diligit: hos amplectit̄ vincula charitatis. Peccatores v̄o quō diligit deus: cū nequeat esse amor vbi est inimicitia ⁊ odium. Scribit nāq̄ Aug. xij. lib̄. de ciui. dei. c. iij. di. Dicunt̄ in scripturis inimici dei q̄ nō natura sed vitijs eius aduersantur imperio: nihil ei nocere valētes: sed sibi inimici sunt resistēdi volūtate nō potestate ledēdi. Et idē scio deū inimicū omni criminoso. Et de hoc insup hr̄ Sap̄. xiiij. vbi d̄r: Abominabilis est deo impius ⁊ impietas eius. ⁊ Eccli. xij. Altissimus odio habet pctōres. ⁊ Judith. v. Deus pctōꝝ odit iniquitatem. ⁊ Dauid loquēs ad deuꝫ dicit ps̄. xxx. Odisti oēs obseruantes vanitatē. Ad hoc respōdere possumus ex dictis Bona. in. iij. dist. xxxij. q. ij. ꝙ deus nō d̄r creaturam diligere rōne affectionis animi: sed rōne cōmunicationis alicuius boni. Ita ꝙ dilectio dei dicitur potius esse dilectio effectus q̄ affectus. Cōicatio aūt bonitatis diuine si attendatur quantū ad effectum gratie non se extēdit ad pctōres. Jō ꝓpter hmōi boni subtractionē dicitur illos odire: ⁊ sic intelligunt̄ autoritates preallegate. Sed cōicatio alioꝝ beneficiorum ⁊ bonis ⁊ malis eadē est. Ob quod ⁊ malos deus diligit: non vt malos: sed sua illis beneficia tribuens: vt boni fiāt. Sunt aūt inter cetera tria beneficia que ⁊ bonis ⁊ malis tribuuntur a deo: scꝫ

Primū est creationis.
Scd̄m est sociationis.
Tertiū est gubernationis.

¶ Primum est beneficium creationis. Quisnam estimet quantum bonum est esse in numero creaturarum nō quarūcunq̄: sed rationabilium. Nullo quidē p̄cio emi posset vnus ex oculis: aut aliquod ex membris nostris. Multo min⁹ aliqua anime potentia cuiuscunq̄ thesauro p̄cioso poterit comparari. Et q̄s est qui omnibus dedit animam cuꝫ potentijs: ⁊ corpus cum sensibus nisi de⁹. Dedit autem hoc ex mera liberalitate sua. Vinc est ꝙ Lactan. in. ij. li. diui. institu. aduer. gen. dicit: Deus veri patris officio functus est. Ipse corpus effinxit ipse animam quam spiramus infudit: illius est totum quicquid sumus. hec ille. ⁊ Bern̄. in sermone quodam. Parum tibi videtur homo. Cogita qualeꝫ te fecit. Nempe s̄m corpus egregiam creaturam: s̄m animam magis: vtpote imagine creatoris insignem rationis participem: beatitudinis eterne capacem. Porro ambo sibi coherere fecit: artificio incomprehensibili sapientia inuestigabili. Nec hoc ante promeruit: qui ante nō fuit. Nec spes retributiōis fuit: quoniā bonorum nostrorum nō indiget. ¶ Secundum beneficium dicitur associationis. Magnuꝫ q̄ppe hoc est vt vnusq̄sq̄ habeat socium angelū. Unde dicit Hieronymus super. xviij. c. Matthei. Et ponitur. ij. sen. distin. xj. Magna est dignitas animarum vt vnaqueq̄ ab ortu sue natiuitatis in sui perfectionem ⁊ custodiam habeat angelum specialiter delegatū. In qua autoritate tria notant̄ a doctoribus theologicis. ¶ Primū notādum s̄m Alexan. de ales. in. j. sum. q. xlj. mē. iiij. ar. iij. ⁊ Archidiaconū sup. c. firmissime. de ꝯse. di. iiij. ꝙ est duplex natiuitas. s. in vtero ⁊ ex vtero. ¶ Prima est quando aīa creat̄ simul ⁊ infundit̄ cor-

pori. Secunda ꝺo est qñ erit de ventre matris. Angelus aũt deputatur homini a prima natiuitate: licz in vtero non ante. Nec debuit etiam post istã differri. Ratio eñ ꝺm Boñ. in. ij. di. xj. in declaratione littere: ꝙ illa custodia principalius respicit spm̃ ꝙ corp̃. Et ideo non debet specialem angelum ad suam custodiã habere anteꝙ spũs infundat. Non debet etiã differri: quia extũc defendere potest ⁊ adiuuare. Utrũ autem ꝙdiu paruulus caret vsu rõnis aliquẽ occultũ effectũ habeat quantũ ad habilitatem ⁊ directionẽ in bonũ: rationem assignare est difficile: sed negare nõ est tutũ. hec Boñ. ¶ Secundũ notandum ꝙ angelus nõ deserit obstinatũ in peccatꝫ vsqz ad mortẽ. Ratio est ꝺm Boñ. in. ij. distin. xj. ar. ij. q. j. quia promptior est bonus angelus ad adiuuandũ: ꝙ malus ad perdendũ. Sed malus angelus hominẽ nõ derelinquit vsqz ad mortez etiam quãtũcunqz sanctũ: sic et bonus quantũcũqz sceleratũ nõ dimittit vsqz in finẽ. ¶ Tertiũ notandum est ꝙ angelus beatus propter custodiaz hominis non est inferior homine viatore: neqz indignior: cum illud fiat ex dulcedine summi dei: qui homini ostẽdere voluit benignitatẽ suam: que tanta est vt angelos suos mittat: qui homines habẽt adiuuare. De hoc autẽ auxilio ⁊ angelox custodia suo loco alꝫ dicturi sum̃. Nunc ꝺo tñ tetigisse sufficiat: ꝙ deus benedictus ita deputauit angelos ad custodiã iniquox: sicut ad custodiã bonorum. ¶ Sed hic incidit dubiuz non immerito discutiendũ. s. vtrũ deus magis diligat hominẽ ꝙ angelũ: vel econuerso. Et ꝙ magis diligat angelũ ostẽditur sic. Maior dilectio ⁊ minor attenditur ꝺm maiorẽ ⁊ minorẽ cõmunicationem diuine liberalitatis: sed deꝰ ꝑ vno solo mꝺto angeluz glorificauit qꝺ non facit hominib̃: ergo est eis liberalior ꝙ nobis: ergo magis angelos diligit ꝙ nos homines. Itẽ angeli magis diligũt deũ ꝙ homines ꝑ eo ꝙ nullam habent retardationem qua impediantur ne totaliter possint tẽdere in deum ergo si deus magis diligit diligẽtes se: videꝫ ꝙ magis diligat angelos ꝙ nos homines. Contra. Dicitur ad Heb. ij. Nusqꝫ angelos apprehẽdit: sed semen Abrae. Sed illud fuit potissimũ signuz dilectionis et familiaritatis diuine ꝙ assumeret nostrã naturã creatã in vnitate persone sue. Ergo magis videꝫ ꝙ dilexerit naturam humanã ꝙ angelicã Itez Joh. xv. Maiorẽ charitatẽ nemo habet ⁊c. Sed deus posuit aiam suam pro hoibus ⁊ non pro angelis: ergo videtur ꝙ magis dilexerit homies ꝙ angelos. Itẽ illã naturã magis diligit quã in altiori gradu honoris ꝓstituit: sꝫ deꝰ humanã naturã in vtroqz seru angelicis spiritibus superposuit. s. xpm ⁊ eis nobilissimam matrẽ: ergo videꝫ ꝙ humanam naturã magis diligat ⁊ magis dilexit ꝙ naturã angelicaz. Huic questioni Boñ. rñdet in. iij. dist. xxij. q. iij. dicẽs: ꝙ cũ deus dicatur diligere creaturaz effectu: ꝺm ꝙ duplex est effectus principalis dei respectu creature rõnalis: ꝺm hoc potest dilectio dei maior et minor dupliciter cõsiderari. Est aũt duplex effectus. s. conditionis ⁊ reparationis. Si loquamur de dilectiõe dei quãtũ ad affectũ conditionis: sic magis dilexit angelos quia meliora cõtulit eis naturalia et magis potẽtes eos fecit. Si ꝺo loquamur quantũ ad affectũ reparatiõis: sic magis dilexit hoies ꝙ angelos qm̃ ãgelos deseruit: hoies ꝺo reparauit seu releuauit. Si autẽ q̃ras q̃ illaz dilectionũ magis excedat aliquã tunc respondendũ est: ꝙ est loqui de excessu dilectionis ꝺm statũ ꝓsentem: ⁊ ꝺm statum finalem. Scõm statum ꝓsentem magis dilexit angelos ꝙ homines. Scõm statũ finalis gratie in quo erit reparatio cõsummata: videtur rationabiliter posse dici: ꝙ magis diligat homines. De pluribus eñ habebit homo in paradiso: vñ gratus ⁊ deuotꝰ existat deo ꝙ angelicus ordo. Tum ꝓpter

beneficiū creationis: tum ꝓpter beneficium incarnationis. Et sic pz ad obiecta respōsio. Nā prime rationes concludūt ꝑm effectū cōditionis: alie ꝑm effectū reparationis habito respectu ad finalē statū. Hec Bon̄. Dictū est satis de dilectione hoīs ⁊ angeli reparatione. Nos ꝟo a deo singulariter dilectos homines cognouim⁹: q̄bus angelicos spiritus dignat⁹ est sociare: a quoꝝ societate alieni nō sunt infideles: nō iudei: nō heretici: nō deniq̄ mali xp̄iani. O superna dei pietas cur hoc facis. Cur angelos ad custodiā non tm̄ amicorū: sed etiam inimicoꝝ tuoꝝ deputas. Profecto nō ob aliā causam: nisi vt tua a cunctis noscatur suauitas: qua etiā peccatores ad tuā euocas charitatē. Quisnā est qui oēs homīes gubernat: oēs alit: omnesq̄ pascit. Ille ꝓculdubio de quo dicit in ps. xxiij. ⁊ decretꝫ. di. viij. c. quo iure. et ex̄ de deci. in. c. tua nobis. Dn̄i est terra ⁊ plenitudo eius: orbis terraꝝ ⁊ vniuersi qui habitāt in eo. Ipsi⁹ nāq̄ sunt omnia celū ⁊ terra mare ⁊ oīa elementa: luna: sol: stelle: arbores: plante: ⁊ cuncta que sunt in mūdo: a q̄b⁹ bn̄ficiū suscipiunt ingrati pctōres. Un̄ Hugo de arra sponse ait: Respice vniuersum mundū istū ⁊ considera si aliq̄d in eo sit quod tibi non seruiat. Omnis natura ad hunc finē dirigit cursum suuz. vt obsequijs tuis famuletur ⁊ vtilitati deseruiat tuisq̄ oblectamentis pariter ⁊ necessitatibus ꝑm affluentiam indeficientem occurrat. Hoc celum: hoc mare: hoc aer: cum his que sunt in eis vniuersis explere non cessat. Hec ille. Videamus ergo q̄ multis quātis ac quibus bonus deus omnia illa largitur. Propterea Matthei. v. dicitur: Pluit super iustos ⁊ iniustos: et solē suū oriri facit super bonos et malos.

¶ Qualiter deus ex abundanti pietate sua non statim punit peccatores: sed eos expectat longo tempore solum vt conuertantur.

Capitulum. ij.

Secūdus radius quo illustramur ad cognoscēdā dei suauitatē d̄r diuturna supportatio. Nullus quidē est tā insane mentis qui nō cognoscat luce clarissima peccatū summe displicere deo. Ob qd̄ statim mortali pctō ꝑpetrato meretur peccator eternas penas subire. Certissimum est aūt q̄ de⁹ in tā seue punitionis executione potentiam habet ⁊ facultatē: cui nemo resistere potest ⁊ tm̄ tolerat patiēter: nō vnū tm̄: sz plures: ⁊ q̄ innūeros peccatores nefandissimis spurcissimis horridisq̄ pctīs fedatos: de q̄bus d̄r Eccl's. j. Stultorū infinit⁹ est numerus. Quot nāq̄ sunt in hac vita erūnosa hmōi in stulticia laborantes idolatre: heretici: scismatici: excōicati: ꝓditores: sacrilegi: seditiosi: detractores: susurratores: bilingues: falsarij: periuri: deceptores: mendaces: vsurarij: sortilegi: malefici: incātatores elati: superbi: inanis gl'ie cupidi: hypocrite: irosi: gulosi: blasphemie lusores: fornicatores: adulteri: sodomite: tyrāni dn̄i ⁊ crudeles: ꝓprietarij religiosi non officiātes: clerici: sigilli pnīe fractores: simoniaci dei tēpla ingredientes et habitantes irreuerēter: aduocati ⁊ ꝓcuratores sine veritate ⁊ sine iusticia: semel in anno non cōfitentes ⁊ cōicātes communionē in peccato mortali suscipientes: ⁊ alijs plurib⁹ vitijs obnoxij: quos expectauit de⁹ ⁊ tolerat patiēter quosdam ad vnū annū: quosdam ad duos: quosdā ad vltimū vite sue? Cur nō periclitant̄ subito tot pctōres q̄ merent̄ viui descēdere ad infernū? Cur nō aperit̄ terra et deglutit eos? Cur tanto tp̄e vt prediximus primo radio diuinis beneficijs perfruunt̄. O superexcelsa latitudo diuine charitatis? O pelagus infinitū diuini amoris. Exaltant̄ impij ⁊ supbi mortales cōtra deum: ⁊ ipse nō statim priuat illos salute ꝓpter affluētissimā charitatem suam. Un̄ Sap̄. xj. d̄r: Misereris omnium dn̄e: quia oīa potes: ⁊ dissimulas pctā hoīz ꝓpter penitētiā.

Et.ij.Pet.iij.c.Deus patiēter agit pro
pter nos:nolens aliquē perire:sed oēs
ad penitētiam reuerti. Peccatores aūt
nō corriguntur ex diuina expectatione
sed potius malicia ꝓpria obdurant in
mēte. Hic apl's Rom.ij.c.ait: An igno
ras qꝛ benignitas dei ad penitentiā te
adduxit. Tu aūt ꝟm duriciā tuā ⁊ impe
nitēs cor thesaurizas tibi irā in die ire
⁊ reuelationis iusti iudicij dei. Siq̄dē
si esset aliq̄s potēs qui in potestate sua
haberet filij sui interfectorē:nōne beni
gnus esset si eū viuere ꝑmitteret. Igit
a simili:peccando nosmetipsos qui su-
mus filij dei interficimus spiritual'r:et
tñ deus sinit nos viuere vita tēporali:
⁊ etiam vita spūali per quā nos filij dei
sumus. Qd̄ ꝟo peccantes nos interfici
mus ꝓbat. Sap.xvj. Homo ꝑ maliciā
occidit animā suā in se. Peccando etiā
filiū dei iesum xp̄m qui in nobis est in-
terficimus. Vñ Heb.vj. Rursus cruci-
figentes sibimetipis filiuꝫ dei. Et glo.
sup Mat. Uere oīs hō malus quantū
ad voluntatem suam: et manus mittit
in deum et occidit eum.

¶ De abūdantia diuine misericordie:q̄
tanta est vt peccata omnia et superet ⁊
antecedat. Capitulum.iij.

Tertius radius quo illustra-
mur ad cognoscendum dei
suauitatē d̄r abūdans mise-
ratio. Multa q̄ppe est mīa
dei pctōrib⁹ ad se ꝯuertenti
bus exhibita. Sed quō dices hoc pōt
esse veꝝ:cū Damascenus dicat lib.ij.c.
xiij.mīa est tristicia in alienis malis. sꝫ
in deo nulla est tristicia : ergo nec mīa.
Ad qd̄ respondet ꝟm Rich.in.iiij.dist.
xlvj.ar.ij.q.j.q̄ hic mīa importat duo.
Unū tanq̄ essentiale: aliud tanq̄ acci-
dētale. Primū est prōptitudo volūtatꝫ
ad subueniendū miseris in qua est to-
tum virtutis mīe essentiale. Secundū
ꝟo est passio tristicie: que oritur in ap-
petitu sensitiuo ex cognitiōe miserie al
terius. Quantū ad scd̄m nō est in deo
misericordia:sed quantum ad primum
est summe misericors: ita q̄ misericor-
dia est in eo ꝟm effectū:⁊ nō ꝟm passio
nis defectū. Cōcordat his Boñ.⁊ Sco
tus.xlvj.di.iiij.⁊ Alex.in.iiij.summe.⁊
Tho.j.parte.q.xxj.ar.iij. Hic est q̄ An
selmus in monologion loquēs ad deū
ait: Misericors es:qꝛ miseros saluas:
peccatoribus parcis. Misericors non
est:qꝛ nulla miserie cōpassiōe afficeris.
Quanta aūt sit latitudo huius diuine
mīe:ptꝫ in sacra scriptura decretorūq̄
sententijs. Et primo sapiēs Eccl'i.xvij.
c.ait: Magna mīa dñi:⁊ ꝓpitiatio illi⁹
conuertentib⁹ ad se. Quis adijciet enar
rare mīas dei. Eccl'i.xviij. Letetur ani-
ma vestra in mīa eius. Ibidem.lj.ca.
Tu aūt deus noster suauis ⁊ verus es:
⁊ in misericordia disponens oīa. Sap.
xv. Exo.xxxiiij. Dñator dñe deus miseri
cors ⁊ clemēs patiēs ⁊ multe mīe ⁊ ve-
rax.⁊ Esa.liiij.dicit dñs: In mīa sempi
terna misertus sum tui : dicit redēptor
tuus dñs. Derelinquat impius viam
suā ⁊ vir iniquus cogitationes suas:et
reuertatur ad dñm ⁊ miserebitur eius.
Esa.lv. Inuocabis ⁊ dñs exaudiet:cla-
mabis ⁊ dicet adsum:qꝛ misericors suꝫ
dñs deus tu⁹. Esa.lviij. Conuertimini
ad dñm deū vestrū:qꝛ benignus ⁊ mise
ricors est:patiēs ⁊ multe mīe:⁊ presta-
bilis super malicia. Johel'.ij. Magnifi
cata est vsq̄ ad celos mīa tua. ps.lvj.
Tu aūt dñe suauis ⁊ mitis:⁊ multe mi-
sericordie omnibus inuocātibus te. ps
lxxxv. Laudate nomen eius qm̄ suauis
est dñs in eternū mīa ei⁹. ps.xcix. Ma-
gna est sup celos mīa tua. ps.cvij. De
peni.di.j.c.vide. Pius est dñs ⁊ miseri
cors qui vindictā tēperat ab eo q̄ illam
penitēdo preuenit. et de peni.di.j.c.qꝛ
diuinitatis natura. Hiero.ait: Qꝛ diui
nitatis natura clemens est et pia: ma-
gisq̄ ad indulgentiā prona q̄ ad vindi
ctam:que non vult mortē peccatoris sꝫ
vt cōuertatur ⁊ viuat. Si quis post la-
psum peccatoꝝ ad verā pnīam se cōuer
terit cito a vero mīe iudice veniā impe
trabit. ⁊ de peni.distin.prima.c.nouit

dominus.et.c.si agam⁹.et.c. q̄obrem. c.xxij.q.iiij.c.vnusquisq̄.⁊.c.incōmutabilis. Nouit deus mutare sententiā: si tu noueris mutare ꝓpositū.i.emēdare delictū. Quid faciūt ergo peccatores cur nō ad deū reuertant qn̄ tātā mīam peccatores ipos suscipientē inueniūt? Inq̄t em̄ Greg.in homel. Qui stare cōtēpsit saltē post lapsum surgat. Reuertētes nos dn̄s clementer amplectit: qr peccatoꝝ vita esse indigna iam nō pōt que fletibus saluatur. hec ille. Et de peni.di.j.c.in actione.⁊ ꝑ psalmistā ps̄.l. Cor cōtritū ⁊ humiliatū de⁹ nō despicies.et ꝑ Ezech.xviij.c.dn̄s dicit: Nolo mortē peccatoris: sz vt ꝯuertat⁊ viuat. Reuertimini et viuite. Paulusq̄ ad Eph.ij.dicit: Deus diues est ī mīa. Et iterū.ij.Cor.j.Bn̄dictus deus et pater dn̄i nostri iesu xp̄i pater misericordiaꝝ. Que oīa considerans deuot⁹ Bern̄.sup cantica sermone.xxij.ait: Oīno propter mansuetudinē que de te predicat̄ curremus post te dn̄e iesu: audiētes ꝙ nō spernas pauperē: peccatorē non horreas. Non horruisti cōfidētē latronē: nō lachrymātē peccatricē: nō chananeam supplicantē: nō deprehensam in adulterio: nō sedentē in theloneo: nō supplicantē publicanū: nō negātē discipulū: non persecutorē discipuloꝝ: non ipsos crucifixores tuos. hec ille. Nihil ergo ī deo austerū: nihil terribile est ad se veniētib⁹ peccatoribus. Ideo clamat: Venite ad me operātes iniquitatē. Venite ad me flumen indeficiens oīs charitatis. Ad me qui vos creaui. Ad me qui vobis contuli tanta beneficia. Ad me qui multis annis vos expecto. Ad me qui dulcissime vos inuito. Ad me qui vos benigne suscipio. Ad me qui vobis indulgeo. Ad me vestrum creatorem: q̄ paratus sum dare vobis felicitatem regni celorum: quam nobis concedere dignetur qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

¶ De diuina charitate: in qua declaratur quare deus benedictus ⁊ gloriosus multa peccata ⁊ omnia cuiuscūq̄ grauitatis remittit vere penitētibus ad se redeuntibus. Sermo.iij.

Venite ad me oēs qui laboratis ⁊ onerati estis. Iteruz vbi.s̄. Et si quodcūq̄ peccatū mortale qr contra deum cū sit infinitū bonū: malū infinitū merito dici possit: verūtamen vnuz altero grauius esse respectu alicuius circūstātie: nullus sane mētis ambigit: īmo et plerīq̄ peccatores lz alios penitētes videant: tn̄ se illis graui⁹ errare rōne cognoscūt: rōeq̄ iudicāt. Ob qd̄ ī dubiū venit. Si diuina charitas ad oē peccati genus ⁊ ad quoscūq̄ pctōres se extēdat. Qd̄ q̄dē saluator noster soluit ī verbis p̄missis: cū dicit: Venite ad me oēs scilz pctōres. In q̄bus verbis tertia flāma diuine charitatꝫ exprimitur: de qua in presenti dicendum est sub triplici cōclusione: videlz

Prima vocat̄ volitiōis.
Scd̄a vocat̄ remissiōis.
Tertia vocat̄ dānatiōis.

¶ Quod deus suauis est omnibus: et qualiter intelligitur illud dictum apostoli: ꝙ vult omnes saluos fieri: cum tn̄ non omnes saluentur. Capl'm.j.

Prima ꝯclusio dicitur volitionis. In qua scire debem⁹ ꝙ deus gratiosus quātū in ipso est vult oēs saluos fieri. Iuxta illud ps̄.cxliiij. Suauis dn̄s vniuersis ⁊ miseratiōes eius sup oīa opa eius. Apl's autem.j. ad Timoth.ij.loquēs de liberalissima voluntate dei dicit: Oēs homīes vult saluos fieri: et ad agnitionem veritatis venire. Sed non immerito dubiuz oritur: quia cum non omnes saluentur: videtur ꝙ voluntas dei nō sit efficax: vel dictuz apostoli est minus verum. Ad quod declarandum dicit doctor seraphicus Bonauentura in.j.dist.xlvj.q.j.⁊ Nicolaus de lyra super hoc passu ꝙ dictuz apostoli tribus

modis exponitur. Uno modo vt sit ibi distributio accommoda sicut ꝛ hic. Ois homo timet in mari. Scdm enim cōem modum loquendi intelligitur qui est in mari. Similiter Augu. exēplificat: vt si dicatur: Magister iste docet oēs pueros de ciuitate: qz sez docet illos qui addiscūt. Nullus em̄ docet nisi per ipsum. Sic in proposito pōt esse sensus. Deus vult saluos fieri oēs hoies qui saluantur: qz nullus saluatur nisi velit deus.

¶ Secundo modo pōt exponi vt sit ibi distributio pro generibus singulorum: ꝛ nō pro singulis generū. Sicut cū dicitur: Oīe aial fuit in arca Noe: quia de oībus generibus animaliū fuerunt ibi aliqua individua. Et deus de oīi genere vult aliquos saluos fieri. s. de grecis: de latinis: de prelatis: ꝛ de subditis: et de omni genere. Et sic exponit magister sentētiarū in tertu di. xlvj. j. libri.

¶ Tertio modo potest exponi de volūtate dei antecedēte ꝛ nō cōsequēte. Uolūtas antecedēs est qua q̄s vult aliq̄d absolute. Uolūtas aūt que est consequēs est qua q̄s vult aliquid cōsideratis circūstātijs. Uolūtas antecedēs est voluntas respectu eiusdē ꝓpter q̄d deus hoiem facit: ꝛ est irrefragabiliter bonoꝝ. Volūtas consequēs est qua vult aliqua ꝺm prescientiam meritoꝝ. Differētia aūt inter hāc ꝛ illā voluntatē nō est ꝺm diuersitatem affectionis siue modi volendi qui sit in deo: sed ꝺm rationē cōnotandi ꝛ intelligēdi. Prout em̄ ōr deū velle salutē oīm antecedēter: cōnotatur in oībus hominibus ordinabilitas ad salutē. Tum ex parte nature date. Tum ex parte gratie oblate. Dedit em̄ deꝰ naturā ꝺm quā ipsum possent cognoscere: cognitū quere re: ꝛ quesitū inuenire ꝛ inuento inhere re: ac per hoc salutē obtinere. Gratiā simili mō obtulit dū filiū misit: cuiꝰ precium oīm saluti sufficit. Leges etiam et mādata salutis tribuit ꝛ ostendit. Ipse insup ꝓpe est oībus inquirentibus: et oībus inuocātibus eū. Velle ergo hominē antecedēter saluare nō cōnotat salutem. Velle autē cōsequēter saluare est velle dare salutez ei quē scit ad salutem peruenturū ꝓ suū auxiliū ꝛ gratiā: ꝛ cōnotat salutis euentū. Et sic nō est dicere q̄ deꝰ vult oēs hoies saluos fieri.

¶ Qualiter deꝰ penitētibus peccatoribus remittit omne genus pcī: et quomodo intelligit de pctō i spiritūsanctū q̄ sit irremissibile. Capm. ij.

Ecūda cōclusio dicit remissionis. Si em̄ deus vult oēs homines saluos fieri qui saluari volūt: adhuc remanet dubium de peccato in spiritūsanctū. Posito em̄ q̄ aliquis peccasset in spm̄sctm̄ ꝛ reuerti velit vtrū deus talē ad veniā suscaperet? Et videt q̄ nō: qz pctm̄ i spiritūsanctū est irremissibile. Ptz ꝓ Aug̃. libro de fide ad Petrū: vbi ait: Dis q̄ peccāt in spiritū sanctū: nec̄ hic: nec̄ in futuro remitti dicim⁹. Dis rñdēdū est ꝺm magistrū sen. dis. xliij. ij. libri. q̄ peccatū in spiritūsanctū vix aut raro: aut difficulter remittit. ꝺm em̄ Alexā. de ales in iij. summe. q. j. mem. ij. ar. ij. vbi tractat de remissione peccati Ade: peccatum tripliciter ōr irremissibile: scilz

Negatiue.
Priuatiue.
Contrarie.

¶ Negatiue est irremissibile illud quod nullo mō pōt remitti. Et isto modo est irremissibile peccatū luciferi ꝛ aliorꝝ dānatorum. ¶ Priuatiue dicitur irremissibile q̄d nō hz aliq̄d dignuz vt remittat. Et sic oīe pctm̄ mortale est irremissibile: qz nullū pctm̄ mortale habet aliquid per q̄d fit dignū remissione. ¶ Cōtrarie ꝺo ōr irremissibile: qz hz cōtrariā dispositionē ad gratiā: sine qua nullo mō potest peccatū remitti. Et isto mō est irremissibile pctm̄ in spiritūsanctū: qz dicte est cōtra effectū spūssancti qui quidē ōr gratia penitentialis. Huius aūt pctī ser sunt species: vt ꝓz per Aug. in Enchiridion: ꝛ de fide ad Petrum. ꝛ in lib. de sermone dñi in monte. ꝛ in lib. de baptismo paruulorum: videlz

Desperatio.
Presumptio.
Inuidia fraterne gratie.
Obstinatio.
Finalis impenitētia.
Impugnatio veritatis agnite.

¶ Quartuz specierū numerus assignat̄ ſm Boñ.in.ij.dist.xliij.ar.iij.q.j.vbi dicit: ꝙ cū peccatū in spiritūsanctū fit cōtra penitentialē gratiā: tūc aut est contra ipsam rōne sui: aut rōne antecedentium: aut rōne subsequentiū. Si ratione antecedentiū: cū ad penitentiā antecedant timor ⁊ spes tanq̄ due mole: cōtra timorē est presumptio: cōtra spē est desperatio. Si ratione cōsequentiū: cū ad penitentiaz cōsequatur emenda que cōsistit in duob⁹.s.in vera confessione ⁊ vera satisfactione: sic sumūtur due species: quarum vna est impugnatio veri agniti: alia est detestatio boni. Si rōne sui: sic est obstinatio que cōprehēdit etiā finalē impenitētiā. Dicit̄ ergo peccatuz in spiritūsanctū irremissibile magis q̄ alioꝝ peccatorū genera: pro eo ꝙ nō tm̄ repugnat gratie: sed etiam dispositioni ad veniā ⁊ gratiā suscipiendā. Remissibile aūt est tum ratione diuine potētie remittētis: tum qꝛ homo pōt de illo penitere: excepto pctō finalis impenitentie. Hec autē finalis impenitētia d̄r dupliciter sicut ⁊ perseuerātia. Nā perseuerātia vno mō d̄r ꝓpositū ꝑseuerandi. Alio mō d̄r cōtinua ꝑmanentia in bono vsq̄ in finē. Sic ⁊ impenitētia vno mō d̄r ꝓpositū nō penitēdi. Alio mō d̄r cōtinua ꝑmanētia ī malo. Impenitētia primo mō ꝓut d̄r ꝓpositū nō penitēdi est pctm̄ irremissibile: qꝛ vix remittit̄ eo ꝙ tale ꝓpositū claudit viā ad gr̄am et impedit ingressum spūssancti. Tn̄ possibile est ꝙ illud pctm̄ interdū licz nō semꝑ remittat̄. Sed impenitētia scd̄o mō dicta nullo mō potest remitti. Hec aūt nemini est attribuenda vsq̄ ad illud instans in quo posset dici de aliquo ꝙ finaliter sit impenitens.

¶ De pctō dānatoꝝ ꝙ talibus etiā remitteret si ipsi verā pnīam facerēt: et ꝙ pnīa eoꝝ nihil valet. Capm̄.iij.

Tertia cōclusio d̄r dānationis Nā licz ea q̄ dicta sunt locum habeāt in his q̄ peccāt in via ⁊ emēdantur dū viuūt in hoc seculo: tn̄ nullo pacto extēdi possunt ad eos q̄ in inferno dānati sunt ꝑ sentētiā diffinitiuā. His em̄ nunq̄ de⁹ veniā dabit et tn̄ pnīam agūt: sicut ptz Sap̄.v. Dicētes intra se pnīam agētes. Ergo videtur ꝙ dei benignitas nō sit oībus cōmunis: neq̄ oēs penitentiā agētes dei suauitatē inueniūt. ¶ Ad qd̄ dicendum est ſm Boñ.in.iiij.dist.xiiij.ꝑte.ij.art̄.j.q.iij. ꝙ agere pnīam sine dolore de culpa sua cōmissa pōt esse dupl'r. Aut propter lesionē nature: aut ꝓpter offensionem maiestatis diuine. Primaz pnīam habere quis pōt ex sola natura sine aliquo munere gr̄e. Sicut em̄ homo naturaliter se diligit: sic etiā odit omne propter qd̄ malū incurrit. Et talis pnīa est in damnatis ⁊ in malis. Fuit hec in Antiocho scelestissimo: de quo d̄r.ij.li.Machab̄.ix. Orabat scelest⁹ dn̄m a quo non erat immisericordiā consecuturus. Fuit etiā in Esau. de quo d̄r ad Heb̄.xij. Nō inuenit locū pnīe: q̄q̄ cū lachrymis postulasset eā. Hanc dn̄s nō acceptat: nec quis sic penitēs inuenit gratiam vel veniam. Alia est pnīa qua q̄s penitet propter dei offensam. Et hec nō est sine diuina gr̄a gratū faciente vel gratis data que deo placet. Et qm̄ diabolus hāc habere nō pōt: iō nec veniā habere potest. Sed si per impossibile poneret̄ ꝙ diabolus ⁊ dānati possent habere hāc penitentiā: tūc dn̄s daret eis gratiaz. Un̄ de diabolis loquēs Ber. in lib̄.de gradib⁹ humilitatis, ait: Sic em̄ deus tēperauit in vindicta snīam: vt si vellet recipere veniā nō neget. Nullū ergo pctm̄ est tā graue: tāq̄ pōderosum qd̄ deus clementissimus pctōribus nō remittat: siue sit mortale simpler: siue sit in spiritūsanctū siue in deū. Un̄ Chryso. de peni.di.iij.c. talis, ait: Talis est mihi crede: talis erga

hoīes dei pietas ꝙ nunq̄ spernit peni-
tentiā si ei sincere ⁊ simpliciter offerat.
Etiā ad summū q̄s perueniat maloꝝ: ⁊
inde tñ velit reuerti ad ꝟitatis al's vir-
tutis viā suscipit libēter ⁊ amplectitur.
hec ille. ⁊ Hiero. ad Oceanuꝫ de hac sic
dicit: Que pctā fletus iste non purget.
Quas inueteratas maculas hec lamen
ta nō abluāt. Petrus trinā negationeꝫ
trina confessione deleuit. Aaron sacrile-
gium ⁊ cōflatū ex auro vituli caput fra-
terne correxere preces. Dauid sancti et
mansuetissimi viri homicidiū pariter ⁊
adulteriū septē dierū emēdauit fames.
Jacebat in terra: volutabat in cinere: ⁊
oblitus regie maiestatis lumen quere-
bat in tenebris: illūq̄ tm̄ respiciēs quē
offenderat lachrymabili voce dicebat il
lud ps̄. l. Tibi soli peccaui: ⁊ malū coraꝫ
te feci. ⁊. j. Redde mihi leticiā salutaris
tui: ⁊ spū principali confirma me. Atq̄
ita factū est vt q̄ me docuerat virtutib⁹
suis qūo stans non caderē: doceret per
penitentiā qūo cadens resurgerem. hec
ille. De ipso quoq̄ Dauid peccatore gra
uissimo idē Hiero. ad Sabinianū diaco
conem lapsum ita scribit: Totam peni-
tentiā pctōris ostēdit ps̄. l. qñ ingressus
est dauid ad bersabee vxorē Urie Ethei
⁊ a nathan ꝓpheta correptus respōdit
dicēs: Peccaui. Statimq̄ meruit audi-
re. Et dñs abstulit a te pctm̄ tuū. Adul-
terio em̄ iūxerat homicidium: ⁊ tñ inde
conuersus ad lachrymas ait: Miserere
mei deus ꝟm magnā mīam tuam. Ma
gnū enim pctm̄ magna indigebat mīa.
Uñ adiungit ⁊ dicit: Amplius laua me
⁊c̄. Tibi soli peccaui. Rex em̄ aliū nō ti-
mebat. Et malū corā te feci ⁊c̄. Cōclusit
em̄ deus oīa sub peccato: vt oībus mise
reretur. Tantūq̄ ꝓfecit vt dudū pecca-
tor ⁊ penitēs trāsierit in magistruꝫ. Ait
em̄: Docebo iniquos vias tuas ⁊c̄. Hec
Hiero. Hoc ꝟo qd̄ dictū est de dauid no
tatur. ij. Reg. xij. Ubi narratur ꝙ post
adulteriū pariter ⁊ homicidiū per Da-
uid cōmissum: cū ei cōminaretur nathā
propheta iudiciū dñi: dixit ad nathan:
Peccaui dño. Statimq̄ audiuit nathā
respōdentē: Et dñs trāstulit peccatum
tuū a te. Hec pro omniū diximus cōso-
latione: vt sentiant peccatores omnes
q̄ampla sit charitas ⁊ benignitas sum
mi dei. Et ad hoc occurrit quoddā exem
plum vere stupendū ⁊ admirabile sicut
habet in legēda sancti Basilij. Uir qui-
dam venerabilis Heradius noīe filiam
suam habebat vnicam quā disponebat
dño consecrare. Diabolus ꝟo callidus ⁊
astutus inflāmauit supra modū vnū de
seruis suis in amorē puelle. Hic cū im-
possibile iudicaret posse in amplexus tā
nobilis puelle: et dñi sui filie peruenire
accersiuit maleficiū quendā subsidiū ab
eo ⁊ auxiliū postulans promisso precio.
Cui ille respondit: Si vis mittam te ad
dñm meū diabolū: cui si volueris obtē-
perare fauebit tibi ⁊ cōpletū erit deside
rium tuū: ⁊ prospera queq̄ succedēt. Ad
quē iuuenis ibo inquit: sed modum ter
minūq̄ eūdi insinua. Ille igitur male-
ficus ad diabolū per predictū iuuenem
misit hec verba. Qm̄quidem mi dñe stu
dium meū est oēs quos possum tue ad-
ducere volūtati mitto tibi hūc iuuenē:
precor te vt suū desiderium assequatur.
Et dās hāc epistolaꝫ iuueni dixit: Uade
tali hora noctis ad monumētū cuiusdā
gētilis: ibiq̄ acclama demonem: ⁊ hanc
chartam in aere exalta: et statim aderit
tibi. Qui iuuenis hoc faciēs: subito ap-
paruit tenebrarū princeps cū sua comi-
tiua. Et epistola perlecta dixit ad eum:
Credis ī me. Qui ait: Credo dñe. Et dia
bolus: Abnegas deum tuū. Cui respon
dit: Abnego. Dixitq̄ diabolus: Ne a te
decipiar: fac mihi manu tua scriptuꝫ in
quo cōfitearis te xp̄o ⁊ baptismo ⁊ chri
stiane renūciare ꝓfessioni. Qui fecit scri
ptum qualiter xp̄o abrenūciasset: ⁊ dia-
boli seruituti se mācipasset. At diabo-
lus missus spiritibus fornicationis ad
cor puelle inflāmandū in amorem iuue-
nis disparuit. Postea aliquib⁹ elapsis
dieb⁹ adeo puella in iuuenis amore cō-
uersa est: vt patri diceret vel mihi iuue-

nem talē in virū tradas: vel mortuam me cito videbis. Et cuz nulla persuasione posset eā pater lugēs ⁊ dolēs ab hoc ꝓposito amouere: eam predicto iuueni despōsauit. Qui cum diebus aliquibus moraret cū vxore sua nouiter ducta notatus est a multis q̄ nihil xp̄ianitatis erat in eo. Videbāt eū ecclesias fugere: crucis signū horrere: et dei ꝺba spernere atq̄ alia facere que bono viro nō cōueniūt. Retulerunt hi qui obseruabant vxou sue qui viderāt: quidve de iuuene sentirēt. Illa ꝺo diligēter inquirendo a viro didicit veritatē: ⁊ pertimescēs valde iuuenē flexit vt ambo ad sanctū Basilū pergerēt. Ad quē cū venissent: ⁊ sibi oia narassent: ait ad iuuenē. Vis reuerti fili. Vellem inquit sed nō possum. Obligatus enī sum scriptura ꝓpria ad diabolū seruiendū. Cui Basilius: Nō sit tibi cure. Benignus enī est dñs ⁊ te penitentem suscipiet. Et continue apprehendēs eū signū crucis impressit in frōtem eius: inclusumq̄ in cellula quadā: post tres dies eum visitauit. Quē iuuenis libēter vidit, dicitq̄: O pater terribiles sunt clamores demonū qui tenentes scriptum meum in manu dicūt: Tu venisti ad nos: ⁊ nō nos ad te: dixitq̄ ei sanct⁹ Basilius: Noli timere fili. Et iterum eo recluso ꝓ ipso orauit. Post aliquot dies iterum visitauit eum. Cui iuuenis ait: O pater alōge nūc audio clamores demonum ⁊ minas: ⁊ non video ipsos. Quo cōfortato sanctus Basilius discessit. Alia ꝺo die ad eū redijt. Cui iuuenis: Bene inq̄t me habeo pater. Vidi nāq̄ hodie in visu te pugnantē et vincentē diabolū. Post hec educēs eū: clerū ⁊ populū fecit cōgregari: ⁊ oēs monuit orare ꝓ iuuene quē tenēs manu ducebat ad ecclesiā. Et ecce diabolus cū sua comitiua ad eū venit: ⁊ conabat rapere iuuenem de manu eius. Iuuenis autez clamabat: Sancte dei adiuua me. Diabolus ꝺo dicebat: O Basili preiudicas mihi. Ipse venit ad me: Ecce ego teneo eius scriptū. Tūc oēs qui aderāt clamauerūt Kyrieeleyson. Et orante Basileo: Ecce charta per aerē delata et ab omnibus visa venit ad manus Basilij: quam ipse suscipiens dixit iuueni: Cognoscis has litteras frater: ⁊ ille. Mee sunt domine. ⁊ fregit Basilius scriptū in signuz remissionis culpe tam grandis: ⁊ regulam sibi bene viuēdi docuit. Recepit ergo iuuenis tanti sceleris remissionē qui deū reliquerat: qui diabolo se dederat: qui salutem suam in obliuionem tradiderat. O amplitudo misericordie dei. O abundantia diuine pacis. Quis desperabit? O omniū peccatoꝝ portus: refugiū salus ⁊ vita. Reuertimini ergo peccatores ad deū nō terreamini peccatoꝝ magnitudine: quocūq̄ pctō longe maior est dei mīa quā nobis sua gratia hic impartiri dignetur vltimo nos perducēs ad eternā gloriam. Amen.

¶ De diuina charitate in quo declarat quātum ipse deus benignus cōdescēdit humane fragilitati remittendo peccata sepius iterata: a quibus pauci se abstinēt: ⁊ qualiter remittit te iam multitudinem peccatoꝝ. Sermo. iiij.



Enite ad me oēs qui laboratis et onerati estis. Iterum ybi. ꝰ. Nihil si recte cōspicimus debilius est humana mente: q̄ velut arūdo a vēto agitata: facile mouetur: facile flectitur: facileq̄ a bono incepto deficit ⁊ ad malum cōuertitur. Est vtiq̄ hec in multis infirmitas laboriosa: vt post penitentiā post susceptaz indulgentiā peccatoꝝ relabantur in scelera multoplura illis a quibus per antea fuerāt absoluti. Quib⁹ volēs deus ostēdere suaz charitatē eos ad se vocat etiā succurrere huic necessitati sua benignitate spopōdēs. Ait ei: Venite ad me omnes qui laboratis: scz sepius peccando, peccata multaq̄ infimul aggregādo qz et vobis sum indulgere paratus. Ad quod plenius intelligendum est in prez

senti sermone de quarta flamma diuine charitatis que multiplicitas vocat dicendum. Pro cuius declaratione notabimus tres conclusiones.

Prima dr ruinationis.
Secda dr replicationis.
Tertia dr multiplicationis.

¶ In quo aperit error eor q dicut q si hō post pniam cadat vel recidiuet q illa penitētia nō fuit vera. Caplm. j.

PRima pclusio dr ruinationis: vbi veritatē hanc asserimus scz q hō post pniam pōt iterū ruere in pctm et indigere mia dei. Sed ptra hoc arguūt nōnulli dicētes: q si homo cadat a pnia: vel vt clarius dicā: si homo post penitentiam peccat: q illa nō fuit vera penitentia. Eurant aūt illud pbare autoritatibus sanctor. Nā vt habet de peni. di. iij. c. j. Amb. in sermone quadragesime ait: Penitētia est mala pterita plangere: t plangēda iterū nō cōmittere: ergo qui iterū peccat vera pniam nō facit. Item ibidē. c. penitētia. Greg. ait: Penitētia quippe agere est t ppetrata mala plangere t plāgēda iterū nō perpetrare. Nā qui sic alia deplorat: vt tm alia committat: adhuc penitētia agere: aut dissimilat aut ignorat. Et ite Ihō. de summo bono. t no. de pen. di. iij. c. irriso: inqt: Irriso: est nō penitens qui adhuc agit qō penitet. Nec videt eū poscere subditus: scz subsannare supbus. t Aug. in li. soliloquior. Inanis est penitētia inqt quā sequēs culpa coinquinat. Ergo ex his autoritatibus videt q penitentia quā sequitur culpa nulla est: nec va est. Ergo si hoīes experiētia certa pspexerit: se post pniam ad pctā plapsos: ea q pnia nulla fuerit: quid aliud remanet: nisi vt timentes ruinā bonū facere nunq velint. Auertat de q ita esse credamus: imo si qs hanc positionē teneret q si hō cadat a penitētia q penitētia illa nō fuit vera: vel post quēcunq cōceptū bonū: si ab illo desistat q illud bonū verū bonum nō fuit; tanq hereticus ab oībus est vitādus. Fuit hic antiquus error impij manichei. Pro q cōfutando notandum est pm doctrinam Alexan. de ales in. ij. volumine summe sue. q veritas pnie accipit dupliciter: sicut t veritas cuiuslibet virtutis. Uno mō em virtus vera dr que habet verū virtutz opus vel nata est habere quātū est de se. Et hoc est de essentia virtutis. Alio mō dr virtus va que pducit i finē. Et hec veritas nō est essentialis virtuti: sz tm dicit virtutis cōtinuationem. Si ergo primo modo dicatur penitentia va: q verū virtutis hz actū: sic de penitētie vitate est detestari malū cōmissum: t p illo tpe nullū cōmittere: et de futuro pponere non cōmittere. In hoc statu si qs decederet saluus esset. Et tm ab his oībus pōt homo cadere: et ita a pnia vera veritate primo modo dicta. Si aūt dicatur pnia vera que perducit in finē vt finalis t cōtinuata: ab hac nō est cadere. Nā si quis lōgo tēpore in penitētia permāsisset in qua si fuisset mortuus: fuisset aggregatus numero elector: postea in pctō mortali moreretur: preterita pnia ipsum nō saluaret. Non remanet tm quin pnia illa nō fuerit vera: immo etiaz veritissima. Et ab illo pōt hō cadere. Patet hoc in niniuitis hominibus qui pniam agētes in predicatione Jone: subterfugere subuersionis interitum meruerūt. Nō em cōsecuti fuissent gratiā: nisi illa fuisset vera penitentia. Et tm vt notat in. c. sicut. ait Herodotus niniuite. de peni. dis. iij. q: postea ad vomitū sunt reuersi: ex ira dei eor ciuitas a rege medorū subuersa est regnante apud hebreos Josia. Et etiaz ad hoc cōueniens est exemplum Dauid de quo ij. Regū. xij. c. dicitur: q de pctō mortis Urie penituit: t dns penitentiā ei⁹ acceptauit. Postea vo peccauit iterū numerando populū prout plenius legitur. ij. Regū penul. c. t nihilominus prima ei⁹ penitētia a qua cecidit fuit vera. Intelligende itaq sunt autoritates in cōtrarium adducte. Nam pm Gratianum de

peni.dist.iij.c.incassum.§.sed ꝟba. Illa verba autoritatū nō ad diuersa tēpora sed ad idē tēpus referūtur: vt scz eo tpe quo q̄s deflet mala q̄ cōmisit: et pniam facit modo peccet: ⁊ scelera nō cōmittat. Penitētia equidē hz esse in libero arbitrio ꝟm statū vie qd̄ ꝟtibile est: ⁊ pōt a bono ī malū: ⁊ a malo ī bonū sepi⁹ exire. ¶ Qualiter deus non tm̄ semel sed pluries peccatoribus penitētibus remittit oīa pctā: ⁊ quare pnīa potest iterari: baptismus ꝟo non. Cap̄m.ij.

Secūda conclusio d̄r replicationis. Nā licz hō possit a vera pnīa cadere in peccatū pōt tn̄ sepius per penitētiā surgere et dei misericordiaz inuenire. ¶ Cōtra quā misericordiā plerīq̄ cōueniūt asserētes nō nisi semel cōcessum pctōribus posse ꝑ pnīam a pctō resilire. Et licz homo vt dictū est a vera penitētia valeat ruere: non tamen pōt penitentiā iterū agere fructuosam. Arguūt aūt ꝙ Ambrosius dicit in.c. reperiuntur. de peni.dist.iij. Sicut vnum baptisma: ita vnica est penitētia. Quibus respondendum est ꝟm Boñ.in.iiij. dist. xiiij. qui dictū Ambrosij intelligit de penitētia solēni ꝟm morē aliquarum ecclesiarum: nō aūt de penitētia cordis qua peccator mente ad deum conuertitur. Qr autē pnīa possit iterari: baptismus ꝟo non ꝓbatur tripliciter. Primo qr in baptismo imprimitur character qui est indelebilis: in pnīa ꝟo nō. Scd̄o qr baptismus est cōtra morbū nō iterabilem qualis est originalis culpa: sed pnīa cōtra morbū iterabilē qualis est morbus pcti actualis. Et medicina debet aptari morbo. Tertio qr baptism⁹ habet totam efficaciam a passione xp̄i: sed penitentia nō tm̄ a passione xp̄i: sed etiā ab actu nostro. Ideo baptismus non iteratur sicut ⁊ pnīa. Penitentia ꝟo iteratur ꝟm ꝙ voluntas nostra cōuertitur ⁊ reuertitur. Dicere ergo ꝙ penitentia non possit iterari est error crudelissim⁹ claudēs visera diuine misericordie: cogens oēs pctōres ad desperandum: ideo sciāt omnes pctōres ꝙ deus misericors ⁊ clementissimus paratus est indulgere: nō tm̄ semel: sz bis: ter: millies ⁊c. Unde ⁊ ipse dn̄s iesus Mat.xviij.c.dicit: interroganti Petro ⁊ dicēti: si peccauerit in me frater meus dimittam vsq̄ septies ei. Nō dico tibi septies: sed vsq̄ septuagies septies.i.totiēs quotiens ꝟm Hiero. Et ponitur numerus finitus pro numero infinito. Vnc Aug.de peni. dist. iij.c.adhuc instant. circa finem ait: Qm̄ quotidiana est offensio: oportet vt quotidiana fit remissio. Cur docuisset dn̄s orātes dicere: dimitte nobis debita nostra: nisi ipse nobis misericors perseueraret al's ꝑsuaderet qui nos ab hac petitione nō vult deficere? Hec aug. Hiero. autem ad Rusticuz scribit: Septies in die cadit iustus ⁊ resurgit. Si cadit quomodo iustus: si iustus quomodo cadit. Sed iusti vocabulum nō amittit q̄ per penitentiam semper resurgit. Et nō solū septies: sed septuagies septies delinquenti si conuertatur ad penitentiā pctā ꝑdonant̄. Hec ille. Ad hoc etiā Lactan.vj.lib̄.diui.insti.aduersus gentes ait: Nemo enim potest esse tam circunspectus: tamq̄ prudens quin aliquando labatur. Et iccirco deus imbecillitatem nostraz sciens: pro sua pietate aperuit homini portum salutis vt huic necessitati: cui fragilitas nostra subiecta est medicina pnīe subueniret. ⁊ Leo papa. de peni.dist.j.c.multiplex misericordia dei.inquit: Multiplex misericordia dei ita lapsib⁹ humanis subuenit: vt nō solum per baptismi gratiam: sed etiam per pnīe medicinaz spes vite reparetur eterne: vt qui regenerationis dona violassent: proprio se iudicio condēnantes ad remissionē criminū ꝑuenirēt. Quid igit̄ pctōres se excusando respōdebunt: Quid gratiosius possunt audire de deo q̄ ꝙ tot multiplicatis vicibus veniam pollicetur his qui ab eius amore nō semel tm̄: sed totiens propria malicia cadunt. Aperi cor tuum o peccator negli-

gens: et vide si erga te blandus sit deꝰ. Esto quippe vt nunc ad ipm reuertaris et dicas ei: Peccaui: ⁊ statim indulget tibi: ⁊ modico interuallo temporis occurrente iterum peccata pristina vel peiora committit: si reuertaris ad deum: ⁊ dicas ei: heu me infelicē peccaui: doleo: ignosce mihi: adhuc iteruꝫ īpetras quod optas: ⁊ adhuc post paululū: proposito bonevolūtatis relicto recidiuas grauiora facinora prosequendo: post q̄ si cōpuncto corde ad deuꝫ clamaueris pro remissione impetrāda exaudiet te.

¶ Qualiter deus remittit pctōri penitēti multa peccata: nec ꝓpter multitudinem negat ei veniam. Capl'm. iij.

Tertia conclusio d̄r multiplicationis. Ostendit em̄ deus peccatoribus charitatē suā: cuꝫ in vno solo si fieri posset omniū maloꝝ: siue demonū: siue hominum essent peccata: omniū hereticoruꝫ idolatrium: omnium homicidarū: ⁊ huiusmodi. hic tamen ad deum conuerti desiderans benigne suscipitur: nec despicitur ob tantam congeriem: peccatorum iniquitatūq̄. Quod vtiq̄ verū cōstat esse autoritate. Esaias nāq̄ in persona dei. xliiij. ait: Delebo vt nubem iniquitates tuas: ⁊ quasi nebulam peccata tua. Dicit iniquitates in plurali ad notanduꝫ ꝙ plura ⁊ multa peccata remittit: etiam si in vno inueniant. Idipsum voluit dn̄s ostendere per Ezechiaꝫ xviij. vbi ait: Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis q̄ operatus est: ⁊ custodierit vniuersa precepta mea: ⁊ fecerit iudicium ⁊ iusticiam vita viuet: ⁊ non morietur. Omniū iniquitatū eius quas operatus est non recordabor. Dicit ergo deus remissurum se non aliqua sed omnia atq̄ se non recordaturū. Aduertēdū tamen est in eo ꝙ dicit non recordabor: quia nō recordari potest dupliciter intelligi. Primo quantuꝫ ad simplicem obliuionem. Et hoc modo non conuenit deo: quia omnia scit preterita; presentia; et futura. Alio modo non recordari potest intelligi quantum ad vindictam et punitionem: vt si quis non recordatur de alicuius peccato ad ipsum puniendū ⁊ iudicandum. Et hoc modo nō recordari d̄r de deo. Cum ergo dicitur: non recordabor: sensus est iste. Cum peccatorem penitentem cōspexero: ita eum videbo ac si nunq̄ peccasset. Igitur audi tu anima vocem clamantis dei qui ad te loq̄tur tibiq̄ dicit. Hiere. iij. Tu autē fornicata es cum amatoribus multis: tamē reuertere ad me dicit dn̄s et ego suscipiam te. Cur tam dura es o ingrata creatura. Cur non mollitur cor tuuꝫ ad vocem tam dulcem celestis sponsi. Forte dices: Timeo ipsum ⁊ despero ꝓpter multitudinē pctōꝝ meoꝝ. An nō audisti que dixit pauloante. Sed adhuc vt spes tua subleuet̄: speculare et cōsidera illā peccatricē Magdalenā cui dn̄s peccata dimisit. O q̄ multa ⁊ varia cōmiserat cōtra deū cū ꝑditione animarū suorū proximoꝝ: ⁊ tn̄ scribit̄ Luc. vij. Dixit iesus phariseo q̄ de ipsa murmurabat. Remittūtur ei pctā multa. Marcus in euangelio suo asserit iesum xp̄m ab illa eiecisse septē demonia: ꝑ que s̄m Grego. in homel'. super Luc. vitioꝝ vniuersitas designat̄. O magna olim peccatrix: nūc v̄o sancta quid remisit tibi lachrymāti xp̄s. Nūq̄d vnū peccatū? Certe inquiet ad oēs euāgelicam vocē perscrutantes. Nō vnum sed plura mihi dimissa sunt. Utinā oēs peccatores mūdi ad pedes iesu currerent sicut ⁊ ego: qr vnicuiq̄ diceret: Remittuntur tibi peccata tua. Que omnibus nobis remittat dn̄s noster iesus xp̄s saluator seculi concedēs hic nobis gratiam: demum perducēs nos ad eternam gloriam: qui sit benedictus: exaltatꝰ: magnificatusq̄ in secula seculorum. Amen.

¶ De diuina charitate in quo ostēditur q̄ardens sit amor diuinus vt saluātur peccatores quos etiā in extremo vite si vere penitentiam egerint libenter suscipit. Sermo. v.

go tribus annis fuisset inclusa: ꝓfectus
abbas Pānutius ad abbatē Antoniuz:
cōuocatis discipulis vt ab eo inquireret
si remisisset ei sua peccata deus: narrata
cā sctūs Antonius discipulis conuoca-
tis: precepit vt illa nocte orarent. Sta-
timq̄ abbas Paulus maior discipulus
Antonij vidit in celis lectum preciosis
vestibus ornatum: quē tres virgines fa
cie clara custodiebāt. Cūq̄ paulus dice
ret gloriā illā esse Antonij: nō est Anto-
nij: sed Thaydis meretricis: vocem sibi
dicentē audiuit. Qd̄ cum mane audisset
abbas Pānutius cum gaudio discessit.
Et cū illam eduxisset de cella: quidecim
dieb⁹ superuixit ⁊ pausauit in pace. Er-
go aperiāt oculos suos peccatores vt vi
deant longitudinem latitudinem alti-

tudinem ⁊ profundum ardētissime charitatis dei: qui sua amplissima ⁊ immēsa clemētia paratus est semper peccatoribus penitentibus dare salutē: quā nobis oībus largiatur ipse qui viuit ⁊ regnat in secula seculorū. Amen.

¶ Explicitus est tractatus de diuina charitate.

¶ Tabula in sequentem tractatum.

De immortalitate aīe: vbi tractatur de vita in cōmuni. Sermo. j.
De vita hominis ante suā beatitudinem. Sermo. ij.
De immortalitate anime que sua nobilitate exemplis ⁊ testificatione probatur. Sermo. iij.

¶ Sequitur tractatus de immortalitate anime: cuius sunt sermones. iij.

¶ De vita in communi. Sermo. j.

Iusti aūt in perpetuum viuent. Scribuntur hec verba originaliter Sap. v. Quoniā falso plerique opinantur extinctos hoīs corporali morte amplius nec viuere nec viuificari posse: fiātque ex hoc in oībus vitijs brutis deteriores: ī presenti tractatū de immortali vita statui cōpilare. Est q̄ppe satis supque necessariū aperire oīb⁹: quēadmodū dei sapīa statuit vt hoīes ꝓ varietate meritorū: aut in eternū viuāt in felicissima patria paradisi: aut illā cōtēnētes eternis supplicijs deputent. Nā q̄ durior petra cēseri pōt q̄ꝫ pctōr hō: q̄ sentiēs certitudinaliter ꝓponi sibi bonū ⁊ malū ꝑpetuo duraturū a pctō separari nō curat? Grādis equidem iactura est ꝓ momētaneo ac labili huius mundi bono ꝑdere gaudia nūq̄ꝫ defutura: ⁊ obligare se in scl̄a seculoꝝ ad eternas penas. Quapropter vt ipsi⁹ immortalis vite plenior ac lucidior possit haberi noticia: in hoc sermone ad vitam in communi stilum nostrū dirigemus: de qua tria mysteria erunt contemplanda.

Primū erit de vite diffinitione.
Scd̄m erit de vite originatione.
Tertium erit de vite substantiata susceptione.

¶ Quid sit vita ꝟm pb̄m declarat: ⁊ an aīa sit ipsa vita. Cap̄. j.

Primū dicenduꝫ erit de vite diffinitione. Nam vt Cicero tradit in. j. de offi. Oīs que a rōne suscipit de aliqua re institutio: debet a diffinitione ꝓficisci: vt facilius intelligatur quid sit de quo disputet. Igit inquiram⁹ primo quid sit vita. Et diffinitur sic a pb̄o lib̄. de motu cordis. Uita est act⁹ anime primus in motu corporis adaptati ad mouendum. Ex quibus verbis dubitatio mouetur: an vita sit ipsa anima? Et quibusdam videt ꝙ sic. Nam Amb̄. in li. de bono mortis ostēdit ꝙ anima nō pōt mori: qꝛ est vita: ⁊ vita est cōtraria morti. Ait aūt sic. Anima vita est: quomodo potest mortem suscipere: cum sit ipsi contraria? Ipse etiam Amb̄. in eodē lib̄. probat ꝙ vita sit aīa: sic. Cui anima infunditur: vita infunditur: a quo anima discedit: vita discedit. Anima ergo vita est. Isid̄. li. j. de summo bono. Uita inquit corporis est anima. Sed ⁊ pb̄us vult ꝙ aīa viuat seipsa. Igitur erit sua vita. Qd̄ ꝓbari potest. Aīa viuit: aut ergo seipsa: aut alio. Si alio: aut illud viuit: aut nō. Si nō ergo nō dat vitā. Si viuit: ergo aut seipsa aut alio. Tūc similiter querit de illo alio. Si ergo nō est abire in infinitū: relinquit ꝙ illud quo viuit viuit seipso. Sed verisimilius est ꝙ aīa viuat seipsa q̄ꝫ aliud quo viuit: ergo aīa seipsa viuit: ergo anima vita est: ergo vita est aīa. Soluit autez hanc ambiguitatē. Alexā. in. ij. volu. sum. sue di. q. xc. mē. ij. ar. ij. ꝙ vita nō est anima sed actus ab ipsa egrediēs. Quia vt scribitur in libro de motu cordis: primus ⁊ continuus actus anime vita est. Unde

anima est cā vite ī corpe: ⁊ cā aīe est causa vite in ipa. Uñ vita qua aīa in se viuit non est aīa: sz illud qd est causa aīe: ideo vita nō est aīa: nec ecōuerso formaliter loquēdo. ¶ Ad autoritates in ꝯriū allegatas rñdet Alexā. ꝙ intelligunt ꝑ comitātiā causalē: nō ꝑ idētitatē essentialē: rōne scz effect⁹ quo ipa corpus viuificat. Ad aliud etiā qd inducebat: ꝙ aīa viuit seipsa aut alio ⁊c. rñdet predictus doctor: ꝙ aīa dr viuere seipa: quia principiū vite est in ipa: nec est ab aliq̄ extra ipam sicut est de vita corporis: qd est ab intrinseco. s. ab ipa anima: ꝯm ꝙ dicit Amb. ꝙ aīa causat vitā: ⁊ facit ꝙ vita sit in corpe. Nota ergo ꝙ viuere seipso est dupliciter. Aut sicut se toto: aut sicut aliquo sui. Uerbi gr̄a. Aliter viuit anima seipa: aliter vita. Uiuit em̄ vita seipsa tota sicut est. Uñ viuere vite est esse. In vita em̄ nō est aliq̄d qd non sit vita. Sed anima viuit seipa: idest aliq̄ sibi intrinseco: vtpote formali ꝑncipio qd nō est alteri⁹ nature q̄ ipsa anima. Et ideo ex hoc nō sequit: ꝙ aīa sit vita. Si em̄ hec esset vera: anima est vita: necessario oporteret ꝙ idē in ea esset īformans et informatū: idest ipsa esset sua forma. Et idē esset illi esse ⁊ viuere: sicut idē est vite esse ⁊ viuere: qr vita seipa viuit. Uita ergo est actus prim⁹ ⁊ continuus substātie nobilis mouētis: vel cognoscētis: vel vtrūq̄ facientis. ¶ Sed adhuc arguūt quidā dicētes ꝙ vita nō possit esse actus aīe. Nā vita cū sit perfectio viuētiū: actus cū sit accidēs: non pōt esse perfectio taliuz. Rñdet ad hoc Alex. ꝙ est primus actus forme substātialis: ⁊ est act⁹ ꝯsequēs ad primū actū Licz aūt cōsequentiū actuū sit aliquod accidēs: tñ actus primus qui est perfectio substātie nō est accidens. Nā sicut intellectus quandoq̄ nominat ipsam potentiam intellectiuā: quandoq̄ aūt actum eiusdē accidentalem vt scilz qui prouenit ex cōprehensione rerū extrinsecarum: similiter est de vita. Uñ vita quandoq̄ nominat ipsam vitam ꝓut est substantia: qñq̄ actum eiusdē accidentale. Ista nihilominus rudib⁹ ostēdi non possunt: quia vt Arist. inquit in iij. Metaph. Soluere vinculum ignoranti non est possibile.

¶ Unde vita habet suum principium.

Capitulum. ij.

Secundū mysteriū cōtēplandum est de vite originatiōe vñ scilz vita trahit originez sicut a prīcipio efficiēte. Et Plato dicit anima esse principiū vite. In libro autem de motu cordis dr: ꝙ motus est causa vite. Arist. ij. de anima. Anima est viuentis corporis causa: ⁊ principium verꝝ. Tamen restat dubiū: qr ex verbis sanctoꝝ videtur ꝙ oīs vita sit a deo. Inq̄t em̄ Aug. li. de vera religione. Nulla vita est que nō sit ex deo: qr deus summa vita est: et ipse est fons vite. Et Dionysius in lib. de diui. nomi. Oīs vite erit vitalis motus ⁊ vita ipsa que est sup oēm vitā. Et Gen. ij. Formauit de⁹ hoīem de limo terre: ⁊ inspirauit in faciē ei⁹ spiraculū vite: ergo per effectū principiū vite est ipse deus. ¶ Rñdet Alex. vbi. s. dicēs: ꝙ aliq̄d viuit in se: ꝑ se: et ex se: vt vita prima q̄ est deus. Et aliquid viuit in se ⁊ per se: sed nō ex se: vt aīa ⁊ angelus. Et iterū aliq̄d qd viuit in se: sed nō ex se: nec ꝑ se: vt aīa sensibilis ⁊ vegetabilis. Illorum que viuunt per se et in se: quedā possunt alijs vitā cōicare: vt aīe rationales corporib⁹ organicis potentiā ⁊ vitam habētibus: quedam nō possunt: vt spūs angelici et spūs rōnales: quedā que non per se sed participādo vitā illis mediantibus que per se viuūt: vt corpora hūana. Ex quibus patet ꝙ quedam sunt que per se viuunt: vt sunt spūs angelici: ⁊ aīe rationales. Dicim⁹ ergo ꝙ vita eoꝝ que per se viuūt immediate sit a deo sicut eorum substātia vel essentia. Uita ṽo eoꝝ que viuūt participādo vitā mediantib⁹ illis que viuunt per se: non est immediate a deo: sed illis mediātib⁹ que per se viuūt Sed propter hoc qd diximus sanctus

Tho.q.xviij.s.pte. querit dubiū videlz: Utruz oīa sint vita in deo. Et ꝙ sic ipse ꝓbat: qꝛ Job.j.dicit: Qđ factum est: in ipo vita erat: sed oīa per deū facta sunt ergo in deo oīa sunt vita. Insuper viuere dei est eius intelligere. In deo autez idē est intellectꝰ ⁊ qđ intelligit: ⁊ ipsum intelligere eiꝰ. Unde quicq̄d est in deo vt intellectuz: est ipsum viuere: seu vita eius. Cuz ergo oīa que facta sunt a deo sint in ipso vt intellecta: sequit ꝙ oīa in ipso sint vita diuina. ¶ Cōtra tamē hoc possumus instare. Primo sic Act.xvij.c. dr: In ipo viuimus mouemur ⁊ sumus sed nō oīa in deo sunt motus: ergo non oīa in deo sunt vita. ¶ Scđo sic: Oīa sunt in deo sicut in primo exēplari. Cuz ergo nō oīa viuāt in seipsis: videt ꝙ nō oīa in deo sint vita. ¶ Rñdet his prefatus doctor. Ad primū ꝙ creature dicuntur esse in deo dupliciter. Uno modo inquātū cōtinent ab ipso ⁊ ꝯseruant ṽtute diuina: sicut ea dicimꝰ esse in nobis: q̄ sunt in nostra ptāte. Et sic creature dicūtur esse in deo ꝓut sunt in ꝓprijs naturis. Et hoc mō intelligit ṽbū apli dicētis: In ipso viuimus mouemur ⁊ sumꝰ: qꝛ nostrū esse: ⁊ nostrū viuere: ⁊ nostruz moueri causat ab ipso deo. Alio mō dicūtur res esse in deo sicut in cognoscēte. Et sic sunt in deo ꝑ proprias rōnes que nō sunt aliud in deo ab essentia diuina. Unde res ꝓut sunt deo sunt in essentia diuina. Et qꝛ essentia diuina est vita: nō aūt motus: īde est ꝙ res hoc mō loquēdi in deo nō sunt motus sed vita. ¶ Ad scđm dicit ꝙ exemplata opz cōformari ꝑm rōnē forme: nō aūt ꝑm modū essendi. Naz alterius modi hz esse q̄libet forma in exēplari ⁊ ī exēplato: sicut forma domus in mēte artificis hz esse immateriale ⁊ intelligibile. In domo aūt q̄ est extra aīam hz esse materiale ⁊ sensibile. Uñ rōne rerū q̄ in seipsis nō viuunt in mēte diuina sunt vita: qꝛ in mēte diuina habēt diuinū esse.

¶ De substantiata susceptione vite: ⁊ q̄ sunt illa que vitam suscipiunt ⁊ viuentia dicuntur. Cap.iij.

Tertiū mysteriū cōtēplanduz est de vite substantiata susceptione: videlz q̄ sunt illa que vitā suscipiūt seu viuunt: ita vt viuentia dici possint. Et fit circa hoc instantia tripliciter.

Primo respectu omniū rerū naturalium an viuant.

Scđo respectu corpoꝝ celestium an illis sit vita.

Tertio respectu īcreate nature an insuper etiā ipsa sit viuēs.

¶ Primo q̄busdā forte videret ꝙ in oībus rebus naturalibus sit vita. Inquit em̄ Arist.viij.phys.ꝙ motus est vt vita q̄dā natura existentibus hoībus: sed oēs res naturales participant motū: ergo oēs res naturales participāt vitaz. Sed ꝯtra hoc Diony.in li. de diui.no. ait sic. Plāte ꝑm vltimā resonātiā vite hñt viuere. Ex q̄bꝰ verbis accipit ꝙ vltimū gradū vite obtinēt plāte. Respōdet ꝑm Tho.j.parte.q.xviij.ꝙ illa proprie dicunt viuētia: q̄ seipsa ꝑm aliquā spēm motus mouēt. Alia ṽo in quoruz natura nō est: vt agant se ad aliquē motum vel operationē: viuētia dici nō pñt nisi ꝑ silitudinē. Et sic verbū phi pōt intelligi vel de motu primo.s.corpoꝝ celestiū vel de motu cōiter. Et vtroqꝫ modo dr quasi vita corpoꝝ naturaliū ꝑ silitudinē ⁊ ꝑ ꝓprietatez. Nā motus celi est in vniuerso corpoꝝ naturaliū: sicut motus cordis in aīali quo vita cōseruat: ⁊ silr q̄cūqꝫ motus naturalis se hz ad res naturales vt q̄dā silitudo vitalis operationis. ¶ Scđo fit instātia de corporibꝰ celestibus: de quibus nōnulli asserūt ꝙ sint aīata. Scribit siq̄dē Augu.li.xviij. de ciuita.dei.c.xlj.ꝙ Anaxagoras apud athenienses reus factus sit: quia solem dixit esse lapidem ardentem: negansqꝫ vtiqꝫ esse deum. Et vt docet dñs Bonauen.in.ij.dist.xiiij.parte.j.ar.iij. q.ij.q̄dam philosophi posuerunt ꝙ celi haberēt aīam: ⁊ ꝙ celum esset magnū aīal: ⁊ ꝙ moueret a ꝓpria forma ꝑfecta: sicut

mouet aīa. Et hāc aīam motricē posuerūt regi ⁊ dirigi a deo mediante intelligētia. Cui positioni q̄dā inherētes inducūt Hiero. asserētem sup illud Eccl̄s. j. Lustrās vniuersa p circuitū pgit spūs: ꝙ celi sunt aīati. Quibus obstat dictuz Job. Damas. di. li. ij. Nullus aīatos celos aut luminaria existimet. Inanimati q̄ppe sunt ⁊ insensibiles. Rō v̄o pōt esse s̄m Boñ. vbi. s̄. qr substātia intellectualis nō vnit corpori nisi mediāte vegetabili ⁊ sensibili. Et ita si celū pficeretur a substātia spūali: haberet sentire ⁊ vegetari Hiero. v̄o metaphorice locutus est. Q̄ si adhuc obijceret ex verbis cōmētatoris: q̄ ait in. ij. de celo ⁊ mūdo. Principia q̄ sunt in orbibus sunt viua. Pb̄s etiā dicit ꝙ principiū potētialiter ⁊ cā in vita est orbis. Ad primū dici potest s̄m Alexā. vbi. s̄. q. xcix. mē. iiij. ꝙ illud intelligit de intelligētijs q̄ viuunt quas motrices orbiū ponūt. Vel dicuntur viua effectiue: nō ꝙ habeāt vitaz vt formā vel actū: sed effectiue tm̄ sicut habēt calorē aut frigus: nec tñ calida sunt nec frigida formaliter loquendo. Viua itaq̄ dici pñt. i. ꝯseruātia viuētes in vita. Nimirū detestādus est error ponentiū illa viuere cū facile si aliquid diuinitatis habere possent ea venerarent ac colerēt. Ista q̄dā falsitate delusi solem ⁊ lunā deos existimātes corpora illa adorare sunt ausi. De q̄bus sic loquit Eusebius li. j. de euāgelica p̄paratione. Egyptios ferūt primos oīum cū in celū oculos sustulissent: motū ordinē ⁊ quātitates corpoꝝ celestiū admirātes: solem ac lunā deos putasse: ac solē q̄dē osirim: lunam ysin nūcupasse a ꝓprietate quadā inditis sibi noībus. Nā si quis ad latinam linguā verba trāsferat multioculus osiris dici pōt. Nec id ab re. Radios em̄ suos quasi multos rebus immittit oculos q̄bus oīa ꝓspicit: ysin v̄o latine priscam dicere possumus: lune hoc noīe indito: qm̄ sempiterna priscaq̄ sit Et iterū de grecis idē platonē inducit. Plato inq̄t in cratillo sic scribit ad verbum. Uident mihi primi grecoꝝ eos solūmodo deos putasse: q̄s etiā nūc multi ex barbaris colūt solē videlz atq̄ lunam: tellurē: stellas atq̄ celū. Nā cū ipsa cernerēt thein semper hoc est currere atq̄ reuolui ab hac ipsius thein natura theos. i. deos appellarūt. ¶ Tertio de natura increata dubitat an ipsa sit viuens. Cū em̄ vita addat supra esse in illo in quo nihil addit ad esse: videtur ꝙ nō sit ibi vita. In deo aūt nihil additur ad esse: alioq̄n in ipso esset aliqua cōpositio. Uñ nec in ipso erit vita. ¶ Respōdet Alexā. vbi. s̄. mē. j. ꝙ in deo est vita nō p differentiā a substātia: sed ipse sua vita est ⁊ suū viuere: ⁊ tāto nobilior est eiꝰ vita quāto simplicior. Quia aūt diuinū esse est simplicissimū nihil habēs de potētialitate admixtū: ideo est in pena actualitate atq̄ vigore. Qd̄ aūt in deo sit vita pz p Aug. qui ait in li. de fide ad Petrū. Deus naturaliter vita est. Inde est ꝙ antiq̄ per iuramētum solebāt dicere: viuit dñs. sicut ptz. xxij. q. j. c. ⁊ iurabūt. Et. j. Regum. xix. ⁊. xxiiij. ⁊. xxvj. ⁊ xxviij. ⁊. ij. Reg. ij. ⁊ Judith. xiij. dixit illa sctā Judith. Viuit ipse dñs deus nr̄. ⁊ Esa. xlix. Uiuo ego dicit dñs. ⁊ Dañ. xiiij. dixit daniel. Non colo idola manufacta: sed viuentē deū q̄ creauit celum ⁊ terrā. ⁊ Hiere. xxij. Uiuo ego dicit dñs. ⁊ Ezech. xiiij. ⁊. xvj. Uiuo ego dicit dñs deus. Ipse ergo est deus q̄ viuit: cuius vita est eterna. Tū qr esse diuinū est eternum. Ut aūt inq̄t Tho. j. parte. q. x. ar. j. illud qd̄ v̄e est eternū nō solū est ens: sed viuēs. Tū qr vt ait Aristo. xj. meta. ostensio ꝙ deus sit intelligēs cōcludit ꝙ habet vitā sempiternā ⁊ pfectissimā: qr eius intellectus est perfectissimus ⁊ semp in actu. Quare cū ipse sit vita vera alijs nō tm̄ tpalē: sed etiā eternā vitā cōcedere pōt: ad quam iusti festinantes adipiscunt regnū celoꝝ: in quo xp̄s saluator noster viuit ⁊ regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Explicit sermo de vita temporali in communi.

¶ De vita hominis ante suam beatitudinem. Sermo.ij.

Iusti aūt in ꝑpetuū viuēt. Iterū vbi.s. Acq̄rēda nūc est vita immortalis nō sine labore: qm̄ ipsa est p̄miuꝫ cuiuscūq̄ operis virtuosi. ⁊ vt Greg. ait i sermone plurimoꝝ martyrum: ad magna premia ꝑueniri non pōt nisi ꝑ magnos labores. Uerūtn̄ añq̄ de ipsa vite eternitate q̄cq̄ dicamus: de vita hoīs ante suā btitudinē aliq̄d aperiemus. Uñ ꝯsiderabimus eā ꝟm triplicē statū.

Primo ꝟm statū nature cōdite.
Scdo ꝟm statū nature lapse.
Tertio ꝟm statū nature reparate.

¶ Qr in statu nature cōdite homo si voluisset impassibilis fuisset ⁊ īmortalis.

Capitulum.j.

Primo cōsideremus hoīs vitam ꝟm statū nature cōdite: scꝫ añ pctm̄: quo tpe si voluisset impassibilis erat: ⁊ immortalis. Ad qd̄ plenius intelligendū erūt declarāde tres difficultates: videlꝫ

Prima de impassibilitate.
Scda de immortalitate.
Tertia de cibi necessitate.

¶ Prima difficultas est de impassibilitate: quō.s. verū sit ꝙ hō ꝯditus fuerit impassibilis. Primo qr sentire est qd̄dā pati: sed in statu innocentie erat homo sensibilis: ergo ⁊ passibilis. Secundo qr corpus hominis molle fuit: ⁊ omne molle naturaliter passiuū est a duro. ergo si corpori primi hoīs oblatuꝫ fuisset aliqd̄ durū ab eo pateretur: ⁊ sic fuisset hō passibilis. Tertio qr Aug. sup Gen. ad lr̄am dicit: Adā nō māducauit de pomo eo ꝙ nō crederet esse deū: sed ne suas delitias cōtristaret.s. vxorē suā: sicut Salomō adorauit idola.iij. Reg.xj. ne cotristaret vxores suas. Ex q̄bus ptꝫ ꝙ Eua erat causa ꝓpter quā adā comederet, Nā status prime cōditionis erat status passibilitatis aīe ⁊ corporis tristabilis in statu prime conditionis. Sed tristicia est passio affligēs aīam. Relinquit̄ ergo ꝙ status prime conditionis erat status passibilitatis aīe ⁊ corporis ¶ Ad hoc obiecta soluēda sctūs Tho.j. parte.q.xcvij.ar.ij. dicit ꝙ passio dupliciter d̄r: Uno mō ꝓprie: ⁊ sic pōt dici qd̄ a sua naturali dispositione remouetur. Passio em̄ est effectus actionis ꝟm Gilbertū porretanū li.vj.principioꝝ. In rebus aūt naturaliter cōtraria agūt ⁊ patiunt̄ ad inuicem: quoruꝫ vnū remouet alteruꝫ a sua naturali dispositione. Et de hoc dicit Damascenus: ꝙ passio est motus p̄ter naturaꝫ. Alio mō d̄r passio cōmuniter ꝟm quācūq̄ immutationeꝫ etiā si ꝑtineat ad ꝑfectionē: sicut intelligere vel sentire d̄r quoddā pati. Pꝫ ḡ ex diffinitione ista ꝙ passio erat isto scdo mō ⁊ non primo: qm̄ sentire ⁊ dormire nō remouent hoīem a naturali dispositione: sed potius ordinant̄ ad bonū nature. ¶ Ad scd̄m idē doctor dicit: ꝙ in illo statu hō poterat corpus p̄sentare ne pateret̄ ab aliquo duro. Poterat q̄dem ꝑ ꝓpriā rōnē ꝑ quā poterat vitare nociua. Poterat etiā ꝑ diuinā ꝓuidētiam q̄ sic ipsum tuebat̄: vt nihil eū occurret ex improuiso a quo lederet̄. ¶ Ad tertium respōdet Alexan.in.iij.volu.summe sue q.j. ꝙ q̄uis hō haberet naturā tristabilem nunq̄ tn̄ tristaret̄ dūmodo rō ꝑ negligentiaꝫ ⁊ ꝓprio studio nō deficeret. Cōcludūt itaq̄ doctores oīno impassibilitatē illius status. Uñ Isid. li.de trini.ait: Si hō in paradiso innocēs viueret: nec ignis eū vreret: nec aqua mergeret: nec aerꝫ absentia suffocaret: nec oīa q̄ nocēt mortalibus impedirēt. ⁊ Aug. li.xiiij.de ciui.dei.c.xxvj.ait: Nihil corruptionis ī corpore vel ex corpore vllas molestias: vllis eius sensibus ingerebat. Nullus ītrinsecus morbus: nullus ictus metuebat̄ extrinsecus. Sūma in carne sanitas erat in aīo tota tranq̄llitas. Sicut ī paradiso nullus estus aut frigus: sic ī eius habitatore nulla ex cu

piditate vel timore accidebat bone voluntatis offensio. Nihil oīno triste: nihil erat inaniter letū. hec ille. Notāduz tñ ꝟm dicta Sco. ⁊ dñi Boñ. ⁊ alioꝝ doctoꝝ di. xix. ij. lib. ꝙ impassibilitas illa nō erat dos sicut impassibilitas btōꝝ: qm̄ solū priuabat actū: sed nō potētiā patiendi. Impassibilitas ꝟo btōrū priuat actū ⁊ potētiā passionis ꝟm omnez statum. Et ne cui impossibile videatur qđ dicimus de statu primi hoīs omnia ad dei voluntatem ⁊ ordinem referēdo inspiciamus exempla quibus patere potest qualiter deus actum suspendit actiuorum ⁊ passiuoꝝ approximatoꝝ ⁊ nō impeditoꝝ: ita vt actio nō fuerit secuta sicut ꝟm naturā factū fuisset. Est q̄ppe ignis elementū maxime actiuitatis: et nihilominus tres pueros in ardentem fornacem missos vt cōburerent: nec minime lesit: quinimmo ambulabāt ī medio flāme laudātes ⁊ bñdicētes deum. Dañ. iij. Sctīfica Agnes flāmis iniecta fuit ⁊ nihil sibi nocuit. Johānes euāgelista Domitiani crudelissimi tpibus: rome in doliū feruētis olei missus illesus exiuit. Idem etiam venenū mortiferum bibit: quo exhausto duo alij extīcti fuerant: ipse ꝟo intactus permansit. Quid plura? Indomitas feras mansuetas fecit deus sanctis suis. Nōne fecit sempiternus deus ꝙ illos nedū offendere ausе sunt: verūetiam eis obediebant ac si ratione vigerent? Ferocissimi inter animalia leones reputantur: ⁊ tñ Antonio ministrabant ad terram effodiendaz ꝓ sepultura pauli primi heremite: vt in vitispatrum de paulo legitur: Leonis p̄sidio abbas zosimas sancte marie egyptiace corpusculū sepeliuit. Leonē etiā Hieronymus habuit: qui ita obediens erat vt ⁊ asinum monasterij ad pascua dirigeret. De Jona legimus ꝙ fuit a cete deuoratus: ⁊ post triduum ad littus ab eadē belua sanus fuit eiectus. Jone ij. Nec mirandū si ad ipsum rerum oīm opificem sapientiā atq; potentiam ista referamus. Ipse siquidem ⁊ hec tēpora tenebrarum ꝓut melius indicauit hoī cōuenire aliquibus beluis marinis donauit vt cum hoīe familiaritatē cōtrahere possent. Sicut de delphine Plinius in li. de naturali historia ait: Delphinus hoīem nequaq; vt alienū expauescit: si obuiā nauigijs venit exultans alludit. Solinus aūt de mirabilibus mundi li. j. inquit: Augusto principe ī campania delphinū puer fragmētis panis primo allexit: ⁊ intantum ꝯsuetudo valuit vt alendū se etiam manu ipsius crederet. Moxq; cuz ꝑtulisset puerilis audacia eū inter spacia lucerni lacus euectauit. Uñ effectū est vt a Baiano littore puerum equitantē vsq; ad puteolos veheret. Hoc per annos plurimos tādiu gestū est donec assiduo spectaculo defineret esse miraculum. Sed vbi puer obijt sub oculis publici desider ij merore delphinus interijt. In africo quoq; littore delphinus ab hipponēsibus pastus est tractandūq; se prebuit impositosq; frequenter gestaui: ꝓcōsul africe Flauianus ipse eū contingit. Apud lassum autem vrbē puerū delphinus adamauit. Quē per maria insidentē cum vndosior fluctus necauisset: delphinus ad terras reuexit: ⁊ ac si ille reatū suū fateret: penitentiū suā morte mulctauit: nec amplius in ꝓfunda reuertivoluit. Hec. A. Gellius in li. noctiū acticarū. ⁊ Aug. li. j. de ciui. dei. c. xiiij. dicit: ꝙ Arion citharista optimus a Periandro corinthioꝝ rege artis gratia dilectus fuit: a quo licentia obtēta siciliā ⁊ alias partes italie visitauit: demulcēs aures oīm ⁊ mētes: adeo vt multas quātitates pecunie congregaret. Et reuerti proponens Corinthum: elegit sibi nauim ⁊ nautas corinthios. Naute aūt proiecta in altum naui tenuerūt concilium de ipso necando. Arion aūt intellecta morte pecuniā ⁊ bona sua obtulit ⁊ cuncta que habebat illis dedit pro salute. Tunc ei naute inquiunt: sibi vim proprijs manibus nō inferre: sed imperāt ꝙ ipse solus in mari saliat. Orauit tūc citharedus Ariō

ꝙ sibi permittāt nobiles vestes capere ⁊ cuꝫ fidibus illius carmē canere. Naute vt delectarentur eius cantu qđ orauerat cōcesserūt. Arion ergo stans in summo puppis ornatus altisona voce cantauit: demū cum fidibus: ⁊ ornatu sese in profundum egit. Naute nequaq̄ dubitantes q̄n perisset cursum secuti sunt Sed contigit delphinū aduenisse dorsoq̄ suo cantorē in latoniam regionem deportasse. Arion v̄o petiuit Corinthū retulitq̄ oīa regi. Qui nautas fecit inq̄ri. Quibus inuentis interrogauit quid foret de Arione. Qui respōderūt ꝙ eēt in italia. Quos tñ mētiri volētes rex de veritate conuicit̄. Huius historie argumento dicit. A. Gellius ꝙ athenis suo tempore sculptum atq̄ pictum videbatur simulacrum. s. delphinus vehēs super quo effigies sedebat humana. Diximus ista vt clareat oībus non esse durū qđ loquimur de hoīs conditi impassibilitate. ¶ Secunda difficultas est de illius statu immortalitate: quomodo scilꝫ poterat tunc corpus hoīs esse incorruptibile ⁊ immortale. Nam omme cōpositum ex contrarijs est naturaliter dissolubile ⁊ corruptibile: igit̄ ⁊c. Ad istud respōdet Hugo ī li. de sacr̄is: vbi ponit tres status humane nature.

Primus est nature condite.
Scđs est nature lapse.
Tertius est nature beate.

¶ In primo statu habuit hō posse peccare ⁊ posse nō peccare: ⁊ sic habuit posse mori ⁊ posse non mori ⁊ hoc fuit prima humani corporis īmortalitas. ¶ In secundo statu habuit posse mori ⁊ non posse nō mori. Et sic posse peccare ⁊ nō posse non peccare: quoniam in hoc statu est peccandi ⁊ moriendi necessitas. ¶ In tertio v̄o statu habebit posse nō mori ⁊ nō posse mori: sicut ⁊ posse non peccare ⁊ non posse peccare: qm̄ ad hūc statum pertinet moriendi ⁊ peccādi impossibilitas. Sanctus v̄o Tho. in. j. parte. q. xcvij. ar. j. dicit: ꝙ aliq̄d potest dici incorruptibili tripliciter. Uno modo ex parte materie: eo. s. ꝙ non habet materiam sicut angelus. Uel habet materiam que non est potentia nisi ad vnaꝫ formam: sicut corpus celeste: ⁊ hoc dicitur ꝑm naturā incorruptibile. Alio modo aliquid dicit̄ incorruptibile ex parte forme: qꝛ. s. rei corporali inheret aliqua dispositio per quā totaliter a corruptione ꝓhibetur. Et hoc đr incorruptibile ꝑm gloriam: qꝛ vt Aug. dicit in epistola ad Dioscoꝝ: tā potenti natura fecit deus aīam vt eius beatitudine redundet etiam in corpus plenitudo sanctitatis ⁊ incorruptionis vigor. Tertio modo đr aliquid incoruptibile ex parte cause efficientis. Et hoc modo in statu innocentie fuit incorruptibilis ⁊ immortalis: qꝛ deus sic voluit. Hinc ait Augustinus in questionibus noui ⁊ veteris testamenti. Deus hominem fecit qui q̄diu non peccaret immortalitate vigeret: vt sibi autor esset aut ad mortem aut ad vitā. Et idem in libro de baptismo paruulorum. ait: Fiebat inquit ordo iusticie: vt sicut anima domino suo: ita ei corpus obediret. Et in lib̄. xiij. de ciui. dei. c. iij. ait: Fatendum est primos homines ita fuisse institutos: vt si nō peccassent nullum genus mortis experirentur. Sed eosdem primos homines ita fuisse morte mulctatos: vt quicquid eorum stirpe fuisset exortum eadem pena teneretur obnoxium. Et ibidem paulopost idem ait: Pro magnitudine quippe culpe illius: naturaꝫ dānatio mutauit in peius: vt qđ penaliter p̄cessit in peccātibus hominibus primis: etiā naturaliter sequeret̄ in nascētibus ceteris. hec ille. ⁊ idē in li. xiiij. de ci. dei. c. xxvj. dicit: Uiuebat itaq̄ hō in paradiso sicut volebat: q̄diu hoc volebat qđ deus iusserat. Uiuebat fruēs deo ex quo bono bonus erat. Uiuebat sine vlla egestate: sic semꝑ viuere habēs in potestate. Cibus aderat ne esuriret: potus ne sitiret: lignum vite ne illum senecta dissolueret. hec ille. ¶ Tertia difficultas dicitur de cibi necessitate, Si enim corpus erat im-

passibile quō cibis indigebat: Et respō
det Aug. in q̄stionibus noui ⁊ veteris
testi: ꝙ īmortalitas p̄mi stat⁹ erat ꝟm
vim quādā supnaturalē in aīa residen
tē: nō aūt ꝑ aliquā dispositionē corpori
inherētē. Unꝫ ꝑ resolutiōe corꝑis aliq̄d
de humido. s. corꝑis poterat deꝑdi ⁊ ne
total'r consumeret: necesse erat ꝑ assum
ptionem cibi homini subueniri.

¶ De vita hoīs ꝟm statuꝫ nature lapse
quō īcurrit necessitatē moriēdi. Ca. ij.

Secundo cōsideremus hoīs
vitā ꝟm statū nature lapse.
Peccante siquidē hoīe ītro
ducta fuit lex mortꝫ: vt mo
reretur vsq̄ ad ꝯsummatio
nem seculi: iuxta cōminationē dei dicē
tis Geñ. ij. Quacūq̄ die comederis ex
eo morte morieris. i. mortis necessitatē
īcurreres vel morti obligat⁹eris ꝟm ꝙ
exponit Aug. super Geñ. Uerūtñ in il
lis primordijs longa fuit vita illorum:
adeo vt audientes Adam vixisse nōgē
tis. xxx. annis. ⁊ Malalehel octingen
tis. xcv. annis. et Jareth nongentis
lxij. annis. et Mathusalem nongen
tis. lxix. annis. vt pꝫ Geñ. v. plurimum
admirātur. Unde apud plerosq̄ varia
⁊ falsa quidez de annis illis opinio est
exorta. Nam vt dicit Aug. libro. xv. de
ciuitate dei. c. xij. Aliqui dixerūt ꝙ de
cem anni illius tꝑis accipiūtur ꝑ vno
anno nr̄o: volentes ꝙ nongēti anni ex
illis essent nonaginta. Sed falsum esse
hoc constat vt ex codicibus colligitur.
Habet' em̄ Geñ. v. c. Centuꝫ ⁊ triginta
annoꝝ erat Adā qñ tertiū genuit filiū.
Qui āni ꝟm illos essent tredecim ex no
stris. Sed omittamus Adā: qꝛ fortasse
etiam qñ creatus est generare potuit.
Sed quid de Seth: de quo habetur ꝙ
centum quinq̄ erat annoꝝ quando ge
nuit Enos: ac per hoc nōdum habebat
annos vndecim. Enos v̄o nonaginta
erat annoꝝ qñ genuit Caynan: ⁊ sic no
uem annos habebat. Caynan autē se
ptuaginta erat annoꝝ qñ genuit mala
lehel: et sic septē annos habebat. Quis
homo generat in septem annis: sic tūc
anni septuaginta nuncupant' ꝙ septeꝫ
fuerūt. Plinius v̄o cū audisset homies
ad tot peruenisse annos hec omnia in
scitia ipsa ꝓuenisse est arbitrat⁹: īquiēs
quosdam transisse annū estate ⁊ alium
hyeme. Archades triū mensium annos
habuisse: egyptios ⁊ lauinios tredecim
Acharnanas sex. Contra quā opinionē
Aug. super Geñ. ad lr̄am adducit scri
pturam dicentem: Sexcentesimo anno
vite Noe mense. ij. die septima mensis:
rupti sunt oēs fontes abyssi magne. Et
Geñ. c. viij. Requieuit arca mēse septi
mo vigesimoseptimo die mēsis sup mō
tes armenie. At v̄o aque ibant ⁊ decre
scebant vsq̄ ad decimū mēsem. Et post
subdit scriptura. Sexcentesimoprimo
anno vite Noe primo mense prima die
mēsis imminute sunt aque sup terraꝫ.
Tales igitur erant tunc anni: quales ⁊
nūc. Et si adhuc vltra querat': quō tam
diu hominū illoꝝ vita poterat elōgari?
Ad hoc respondet Nicolaus de lyra su
per Geñ. v. c. ex verbis Josephi in. j. li.
antiquitatū: qui opinioni nr̄e īmo scri
pture sancte de annis cōcordat asserēs
Hiero. egyptium: ⁊ Berosiū Caldemiū
⁊ Manethā idē tenuisse in illis libris:
quos de antiquitate scripserunt ꝙ hoc
fiebat multiplici rōne. ¶ Prima ratio
sumitur ex bonitate cōplexionis primo
rū parentū: qui fuerūt a deo īmediate
formati: ⁊ per ꝯñs optime cōplexiōis:
⁊ sic ad longiorē vitam dispositi. Et illa
bonitas cōplexiōis magis deuenit ad
hoīes ꝓpinquos illi⁹ tꝑis q̄ ad remo
tos tꝑis moderni. ¶ Scd̄a rō sumitur
ex modo viuendi: quia tꝑate viuebant.
¶ Tertia ratio sumit' ex bonitate nutri
menti: qꝛ ante diluuiuꝫ terrenascentia
fuerunt meliora q̄ post: qꝛ inūdatio di
luuij fuit ꝑ maiori parte ex aq̄s oceani
salsis: que inducunt sterilitatem terre:
et per consequens reddunt peiora ter
renascentia ex quibus abbreuiatur ho
minis vita. ¶ Quarta ratio sumitur ex
sciētia Ade: quia formatus fuit in sciē

de diuersitate annorum

fectiõe. et ideo cognouit virtutes fructuũ herbarũ ⁊ lapidũ ꝓciosorum: que faciunt ad cõseruandã sanitatez ⁊ vitã prolongandã: ⁊ de hoc docuit homines illius tpis. ¶ Quinta rõ sumit er bono aspectu fiderũ super regionez illam in qua manebãt: qz aspectꝰ multũ facit ad lõgitudinẽ vite. Sed ꝓ motũ celi cõtinuũ muratus est tpe procedenti. ¶ Serta ratio sumit er dispositione diuina hoc ordinãte: vt per longam vitã hoim multiplicaret genꝰ humanũ. Propter oĩa hec Augꝰ. c. viij. li. xv. de ciui. dei manuducit nos ad intelligendã illius vite diuturnitatem: qz non potuissent tot hoies er vno multiplicari nisi per lõgũ tractũ tpis. Nam magister historiarꝫ dicit sup Beñ. x. c. ⁊ Aug. narrat in li. questionũ sup Beñ. qr tribus filijs Noe adhuc eo viuente nati sunt viginti ⁊ tres milia virorꝫ ⁊ centũ ⁊ decẽ: preter mulieres ⁊ puellos. Uixit quippe Noe post diluuium annis. ccl. ⁊ fuerũt oẽs anni noe nõgenti ⁊ quinquaginta: sicut ptz Beñ. ix. c. Et vno insup Abraam dicit Augꝰ. vbi ã. nõ multo amplius quadringentis annis numerositas hebreorꝫ gẽtis tanta procreata est: vt in exitu eiusdẽ populi de egypto sercẽta milia hoim fuisse referant bellice iuuẽtutis. Et si dicat ꝙ post diluuiũ non tãdiu vixerũt homines: cũ dns dixerit Beñ. vj. Erũt dies illius cẽtum viginti annorꝫ. Rñdet Augꝰ. c. xiiij. li. xv. de ciui. dei. Quia nõ fuit tps humane vite post diluuiũ: sed termin⁹ assignat⁹ ad pniaz his qui in diluuio erant perituri. Et vt testat magr historie scholastice. dixit dns hec verba ante annos viginti ꝙz inciperet arca fieri ꝙ facta legit cẽtũ annis. Uel fm Strabonẽ eo anno hoc dixit deus quo cepit arca fieri. Sed qz in malicie perseuerauerũt: ante prefixũ terminũ. centesimo anno deleti sunt. Qz etiã post diluuiũ vixerint hoies supra centũ ⁊ viginti annos ptz. Habemus enim. xj. c. Beñ. Sem erat cẽtũ annorꝫ qñ genuit arpharat biẽnio post diluuiũ ⁊ post vixit quingentis annis. Salevixit quadringentis trigintatribus annis. Uixit Heber. cccclxiij. an. Uixit Thare. ccv. an. Uixit Abraaz. clxxv. annis. Beñ. xxv. Uixit Hismael. cxxxvij. annis Beñ. xxv. Et sic etiã alij plurimi quos longũ esset cõmemorare. Nõ tñ ꝓterea hi qui tandiu vixerunt mortẽ euadere potuerunt.

¶ De vita hoĩs fm statũ nature reparate. Lapl'm. iij.

Tertio cõsiderem⁹ hoĩs vitaz ⁊ fm statutũ nature reparate. In quo. s. post aduentũ xpi ⁊ eius mortẽ ac ascensionez in celũ breuiꝰ ꝙꝫ primus hoies vitã finiũt. Si enim ꝓpter pctm̃ mors est subsecuta ⁊ introducta: cur nõ post satisfactionẽ que facta est xpi passionẽ totaliter est remota. Et sic dicim⁹ er doctrina Alex. in. iij. ⁊ dñi Boñ. dist. xix. ar. s. q. iij. ꝙ xps incarnat⁹ est vt hoĩb⁹ subueniret ⁊ pro eis satisfaceret. Nõ aũt peccando incurrit aliq̃ dãna principalia: vt putationẽ diuine visionis ⁊ destinationez in limbo. Aliq̃ ño incurrit er cõsequẽti: vt famẽ: sitim: laborẽ: mortẽ: ⁊ huiusmodi. Debuit itaqꝫ xps ita ꝓ hoĩe satisfacere vt melius ipse hõ cõsecꝙ posset beatitudinẽ eternaz. Hoc aũt fit remanẽtib⁹ penalitatib⁹: qz hoies ꝓpter has vel pctm̃ hoĩs lapsi ꝛofitent vel cõpatiunt xpo passo: vel de regno celoꝛ curant. Ut em̃ inqt Augꝰ. sup ps. Ecce turbat mãdus ⁊ amat. Quid si tranqllus esset ⁊ formosus. Quõ ei hereres ꝙ sic amplecteris fedũ. Flores ei⁹ quõ colligeres: si sic a spinis non reuocas manũ. Et in lib. de ỽbis dñi idem ait: Ideo de⁹ felicitatib⁹ hui⁹scli amaritudinẽ miscet: vt alia ꝙrat felicitas cui⁹ dulcedo non est fallax. Et lz xps vt tactũ est ab his penalitatib⁹ non liberauit nos vt nunc: ipsi⁹ tñ fiet merito vt in generali resurrectione: put dicetur in sequẽtib⁹: beati sua coꝛpoꝛa reassumant ĩpassibilia; ĩmoꝛtalia ⁊ gliosa:

cū quibus eternaliter letabūtur in gloria celesti: in qua xp̄s benedictus viuit ⁊ regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Animā esse īmortalez sua nobilitate exēplis ⁊ testificatiōe ꝓbat. Ser. iij.

Iusti aūt in perpetuū viuēt. Dei viuentis v̄ba sunt. iterum vbi. s̄. Predicant eq̄dem publice amatores mundi: nihil post mortē homini superesse animāq; simul aiunt cum corpore interire: ideoq; nullū agendū bonū esse pro futura vita cōsequenda. Cui errori dānatissimo in hoc sermōe quātū poterim⁹ resistem⁹. Ostendem⁹ aūt aīe īmortalitatē: q̄ a corpore exuta nō morit: nō corrūpit nec vt isti aiunt desinit esse: q̄nīmo beati sunt illi quos dn̄s inuenerit vigilantes: ⁊ vhe illis q̄ negligūt pn̄iam pctōꝝ suoꝝ. Ad intelligendū v̄o qualiter aīa rationalis sit immortalis vtemur tribus modis.

Primus modis erit ipsius aīe nobilis conditio.

Scd̄s mod⁹ erit mlt̄oꝝ testificatio.

Terti⁹ mod⁹ erit exēploꝝ coruscatio.

¶ Qr tanta est nobilis anime ꝯditio ꝙ omniū corpoꝝ superioruz ⁊ inferioruz dignitatem excedit. Capl'm. j.

Prim⁹ modus ad ostendendū anime īmortalitatem d̄r nobilis cōditio que vtiq; talis est ꝙ aīa ipsa rōnalis excedit dignitatē quorūcūq; corpoꝝ: siue īferiorū siue superioꝝ. Qr aūt omni corpe nobilior sit aīa rationalis probat̄ tripl'r.

Primo autoritate.

Secundo ratione.

Tertio exemplo.

¶ Primo ꝓbat̄ autoritate. Nā inquit Arist. j. de aīa. Aīa aūt aliq̄d meli⁹ esse ⁊ antiqui⁹. i. nobilius impossibile est. Impossibilius aūt adhuc intellectu. s. esse aliq̄d nobili⁹. Rōnabiliuz em̄ esse hz ⁊ nobilissimū ⁊ diuinū s̄m naturā. Idē in. j. de aīa in p̄ncipio docet qualiter scīa de aīa quantū ad bonitatē: ⁊ honorabilitatē est preponēda alijs scientijs naturalib⁹: q̄ sunt de nūero bonoꝝ honorabiliū ꝓpter bonitatē subiecti qd̄ est aīa intellectiua q̄ est nobilior oī corpe. Ad idē dicit Aug. in li. de libero arbitrio. vbi ait: Oīs aīa oī corpore est nobilior seu melior. Et in lib. lxxxiij. q̄stionū. Oīs aīa melior est om̄i corpe. Meli⁹ est em̄ qd̄ viuificat q̄ qd̄ viuificat̄. Corp⁹ aūt ab aīa viuificari: nō animā a corpore nemo ambigit. Et idē in lib. de duab⁹ aīab⁹. Anima luce ista quā hoīes venerant̄ melior est: q̄m quidem illa intelligit̄ mēte: hec sensu corporis innotescit. Et in li. viij. de ci. dei. c. xiij. dicit: Oī corpi preferunt̄ anime. Et in li. soliloquioꝝ. Quicquid em̄ celi ambitu cōtinet̄: inferi⁹ hūana aīa est. Et idē ī li. de quātitate aīe. Quēad modū fatēdū animā humanaz nō esse qd̄ de⁹ est: sic presumēdū est nihil inter oīa que dicūtur ipi deo esse ꝓpinqui⁹. Et Chryso. ī libro de lapsu mūdi. Quāto celū terra pulchri⁹: tāto aīe pulchritudo oēm formā pulcherrimi corporis supat. Ad idē est glo. in. c. Cuz sit. ex̄ de etate ⁊ q̄li. ordi. q̄ dicit: Aīe preciosiores sunt cūctis reb⁹ etiā corpalib⁹. Idē hr̄. xij. q. j. c. Precipim⁹. ⁊. xxiij. q. iij. c. Si habes. Et de peni. ⁊ re. c. Cū īfirmitas. Et. C. de sacrosan. eccl'. l. Sācim⁹.

¶ Scd̄o ꝓbat̄ rōne q̄ tripler pōt esse.

Prima ratio creationis.

Scd̄a ratio ordinationis.

Tertia ratio assimilationis.

¶ Prima rō d̄r creationis. Qr aīa nobilior est q̄ ipsa corpa creata: ⁊ in esse producta si attendam⁹ adhuc tria.

Primū scz a quo sit creata.

Scd̄m scz de quo sit creata.

Tertiū qualiter sit creata.

¶ Primo q̄dē aīa rōnalis creata est a deo opifice summo. Vñ glo. sup illud ps̄. xxxij. Qui finxit sigillatim corda eorū. dicit: Creauit de⁹ aīas singuloruz ꝑ se. Aduertēdū tñ ꝙ ꝓbi q̄dā cū platōe

dierunt q̄ aīe fuerūt sīl create in cor-
poib⁹ stellarū: t post formatī corpib⁹
illis organicis: p orbes planetaruz ad
hoc viuificādū desc̄ēdāt: t postmoduz
corruptis corpib⁹ illuc reuertuntur: t
postmodū suo loco t tpe iterū ad alia
corpa desc̄ēdāt. Hāc opinionē videtur
narrare Macrobi⁹ explanās somniuz
Scipōis. Sed hec opinio est ō pbiaz
q̄ dicit q̄ pau⁹ actꝰz fieri in propria
materia. Alī si opinio ista esset va: aīa
corpib⁹ nō esset pfectior. Fuerūt insup
heretici q̄dē dicētes: q̄ anime fuerunt
create in celo cū angelis: q: sunt eiusdē
nature: t postmodū ad suggestionē
dei tenebrarum peccauerunt: t merito
illi peccati in corpa sunt retruse tanq̄
in carcerē: vt ibi purgent: vt cū purga-
te fuant ad celestē glīaz reuocentur. Et
hec opinio est manicheoꝝ q̄ cōtrariat
sibi ipiahe: ponēs nullā animā debe-
re dānari. Cōtrariat etiā pbie: cū pōit
q̄ corpa cōparat ad aīaz nō sicut pfe-
ctibiles sicut carcer. Qd̄ si verū esset:
sequeret q̄ hō nō esset vera spēs: cum er
anima t corpe nō fiat vnū. Est adhuc
opinio talis ō sensibilē experientiā: q: vi
dem⁹ animā quātūcūqz bonaz nolle a
corpore separi: adeo vt aīe etiā btē vt
videt in sequētib⁹ inclinationē habe-
ant ad ipsz corpa sibi vniēdā. Ideo illa
opinio est abiciēda Cui Aug. ꝓtradi-
at li. de eccle. dogma. vbi ait: Credēdū
est firmiter tenēdū q̄ aīe nō sunt ab
initio create. vt Origenes finxit: aut
in corpib⁹ seminant. vt Luciferiani. t
quidā t qdē latinoꝝ affirmāt sed a deo
aīam creari simul t infundi in corpore
cōposito formato. b ille. Q Scdo arrē
ctā est de q̄ sit aīa creata. Et heretici
q̄dā parit etiā t pbi direrunt aīam de
dei suba esse ꝓductam. Naz ꝑm Aug.
pfalteniste manichei t gnostici: vt
ꝓ lib⁹. vij. sup Gen. ad lr̄am. t li. ꝓtra
Faustū. t in li. de duab⁹ aīab⁹. dicebāt
q̄ aīa esset oīno qđ deꝰ est: vel aliquid
esse de suba dei. Idipm tenuit Euripi-
des qꝫ pba vt testat Tulli⁹ in li. tuscu. q̄-
stionū. Et ipe Tulli⁹ li. eodē de earūdem
q̄stionū ait: Spūs hūan⁹ er diuina mē
te disertus cū nullo alio nisi cū ipo deo
cōparari pōt. Et Sen. ad Lucullū epla
lxv. inq̄t: Nihil aliō est aīa q̄ ps diui-
ni spūs in corp⁹ nr̄m īmersa. Hoc idez
scripsit supra Macrobi⁹ sōniū Scipio
nis. Quā opinionē deiecit Aug. li. de
origie aīe: qui si ita eēt: aīa nec i meli⁹
nec in peius labi posset. Et iterū. Deꝰ
multaz aīarū formatiōe lacerarēt. Hñ
idē Aug. li. de fide ad petruz ait: Non
vni⁹ nature pūt eē q̄ fecit t factuz. Alij
insup pbi ex elemēt̄ aīaz ostare asserue
rūt. Ut ei scribit Arist. i. j. d aīa. Demo
crit⁹ dixit aīam esse ignē quēdā. Ju li.
d de vita t morte Arist. legit: Eracli⁹
tū sp affirmasse deos oēs ex igne esse t
ex igne vniuersa ꝓstare: et aīaz fauillā
eē stillātis eēntie: zeno stoicus t leucip
pus illd idē pfitebant ꝑm Tullīū li. j.
q̄stionū tuscu. Hoc idē affirmabat Hip
parch⁹ put scribit Macrobi⁹ li. j. sup
somniū Scipionis. Aī illd aūt tenere
mori sunt: q: aīa pāte corp⁹ calet: t re-
cedēte frigescit. Diogenes teste pbo in
j. de aīa dixit aīam esse aerē. Cui ꝓcor-
darūt Cleātes t Crisipp⁹: vt scribit Hie
gon⁹ naz ꝛenon⁹ in libro de natura hoīs.
Anaximenes: vt ait Aug. libro. viij. de
ciui. c. ij. oēs rerum causas aeri dedit.
Nā dicebat deos aīaz t oīa alia ab ae-
re gigni: cū ablqz aere nlla aīa lia cerne
ret pereari moriqz subito aere pdito.
Hic ꝑm Plinīū in libro de naturali hi
storia inuenit horologiū. Thales milesi⁹
put refert Tulli⁹ li. j. de natura deorū.
materiā posuit in humore cām nascēdi: tenuitqz deū er aq̄ cūcta formasse: t
alia hmōi de aīa locuti sunt delatran-
tes. Cōtra q̄s theologi quemūt affirmā
tes de nihilo a deo aīaz eē creatā. Hñ
Aug. in libro de quāntate anime ait:
Nō er his notꝫ vīratisqz naturis aīa
facta est q̄s istis corporeis sensib⁹ tāgi-
mus. Nam neqz er terra: neqz er aere:
neqz er aq̄: neqz er igne: neqz er his oī-
bus: neqz er aliis cōiūctis horū ꝓstare

animā puto. Nec nūc disputanduz est qualiter deus possit ex nihilo aliqd facere q̄ ⁊ angelos de nihilo sicut ⁊ aīas voluit creare. ¶ Tertio attendendum est qualiter aīa sit creata: scilz qr spiritualis ⁊ incorporalis substātia. Ut em̄ Augustin⁹ ait: anima substātia est incorporea regens corpus. Sed ignaris non facile persuadem⁹ spm̄ esse aīam ⁊ nō corpus: qr vt Thom̄. dicit. q. lxxv. arti. j. prime partis. dicūt sola corpora esse: ⁊ qd̄ nō est corpus nihil esse: cū tn̄ deus spirit⁹ sit Joh. iiij. c. ⁊ angeli spirituales esse dicant. Hinc est q̄ Lactātius in. vij. li. diui. insti. c. ix. de inuisibili deo dicit: Quia deus ab hoīe videri nō pōt: ne quis tn̄ putaret ex eo ipo deū nō esse: qr mortalib⁹ oculis nō videret: inter cetera suoꝝ institutoꝝ miracula fecit etiā multa quorū vis q̄dē appareret: substantia autē non videretur sicut est vox odor ventus: vt haruz rerū argumēto ⁊ exēplo etiā deū licet sub oculis nō veniret de sua tn̄ vi ⁊ effectu ⁊ operibus cernerem⁹. hec ille. Angelos etiā nō solū bonos: sed etiaz malos. i. demones esse ex effectu magicarū artiū cōspicimus: de quibus nūc loqui omittimus: quia latius suo loco tractabimus. Ad aīam igitur incorpoream veniam⁹: quam esse Alexā. in. ij. sic ostendit. Uidem⁹ inquit quedā corpora que nō nutriunt: nec augmētantur: nec generant: nec mouent nisi motu violentissimo vt lapides. Quedam que nutriunt ⁊ augmentant: vt plāte. Quedam v̄o que vltra hec mouent: ⁊ sentiunt: vt animalia. Quedā v̄o q̄ vltra hec agūt rōne. Si ergo harū opationū esse corporeitas p̄ncipiū ⁊ causa: inuenirentur tunc in oīb⁹ opib⁹: sed hoc est falsum. Ergo illud a q̄ ille opationes proueniunt: non erit corp⁹ sed aīa. Insup̄ videm⁹ actiones in quib⁹ conueniunt vegetabilia: ⁊ animalia: ⁊ homines: vt nutrire ⁊ generare. Et videmus actiones cōmunes hoīb⁹ ⁊ brutis: in quibus non cōmunicant vegetabilia: vt sentire ⁊ imaginari. Et videmus alias q̄ sunt proprie hominibus: vt ratiocinari ⁊ intelligere: vt inter bonū ⁊ malū verū ⁊ falsum discernere: ⁊ hmōi. Ergo erit in vegetabilib⁹ principiū generationis: qd̄ quidē est anima vegetatiua. In animalib⁹ brutis principiū mouendi ⁊ standi: qd̄ est aīa sensitiua. In hoībus v̄o principiū rōcinādi ⁊ intelligēdi: qd̄ est aīa intellectiua. Quisnā explicet quot sunt hoīm opationes: que licz per corpus exerceant tanq̄ per instrumentū nihilomin⁹ ab ipsa procedūt. Quanta est preteritarū rerū memoria. Quanta ad futura p̄uidētia? Quot picture: quot artes: quot ad capiēdū aues: pisces: ⁊ indomitas feras modi distincti? Quot ad pugnādum arma? Quot ad nauiganduz mare dispositiones mirabiles? Quot ad inueniendā sciendāq̄ veritatem artiū liberaliū scientie. Unde ista in homie. Certe nō ab ipso corpore: sed ab ipsa aīa. Unde Aug. homines naturaz aīe scire volentes redarguit in libro cōfessionuz dicens: Eunt hoīes mirari alta montiū: ingentes fluctus maris: ⁊ altissimos lapsus fluminū oceani ambitū ⁊ gyros syderū: ⁊ seipsos relinquūt nec mirant. Et in libro de spū ⁊ anima idē Aug. dicit: Qm̄ dictum est mihi vt meipsum cognoscā: non possum sustinere vt me habeaz incognitum. Magna autē negligentia est nescire q̄d sit illud quo celestia tam profunde cogitamus: naturalia tam sublimi indagatiōe inuestigam⁹ ⁊ de ipso quoq̄ creatore nostro tā subtilia desideramus scire. Nec est res p̄egrina: nec longe quodāmodo quo ipsa sapimus: sed adest sem: p̄ nobiscuz tractat: loquit: ⁊ intus nescitur. Datū est illi tam ingentiū rerū scire secreta: ⁊ seipsum cognoscere non pōt. hec ille. Anima itaq̄ spūalis est. Neq̄ ex hoc aīas ⁊ angelos eiusdē speciei dicim⁹: lz angeli spūales intellectualesq̄ substantie sint. Qd̄ Origenes tenuit: vt dicit sctūs Tho. j. parte

q.lxxv.ar.vj.⁊ in.q.vij.scdi libri. q̄stio
nū de aīa. Cōtra quē idē Tho. dicit: ꝙ
illa que habēt diuersas ꝑfectiōes ꝟm
speciem: differūt specie: sed angelus ⁊
anima habent diuersas rōnes ꝟm spe
ciem: ergo angelus ⁊ aīa differunt spe
cie. Anima em̄ rationalis hoī ꝑbet spe
ciē ⁊ actū specificū: qd̄ non facit ange
lus. ¶ Scdo ꝓbatur ꝙ aīa omni cor
pore sit nobilior rōne ordinationis.
Quidnā est quo ipsa sit finis oīm cor
porū: imo vt phs dicit. ij. physi. omniū
rerū que sunt. O q̄mirandа est omniū
rerū elementoꝝ celorūq; varia pulchri
tudo. Quāta est in omnib⁹ creaturis
creatis bonitas? quātaq; in cūctis vti
litas? Ideo audi o aīa misera: o aīa
pigra qualiter tibi seruiunt vniuersa.
Respice inquit Hugo in libro de arra
sponse. vniuersum mundū: ⁊ cōsidera
in eo si aliquid sit qd̄ tibi non seruiat.
Omnis nāq; creatura ad hūc finez di
rigit cursum suū: vt obsequijs tuis fa
mulet ⁊ vtilitati deseruiat: tuisq; oble
ctamētis pariter ⁊ necessitatibus ꝟm
affluentiā indeficientez occurrat. Hoc
celum: hoc terra: hoc mare: hoc aer: cū
his que sunt ī eis vniuersis explere nō
cessant. hec ille. Et si dicatur debēt ista
oīa ad corporis cōditionē referri: pos
sumus respondere corpora ista ꝓpter
animā esse. Unde Aristo. in. ij. li. de aīa
ait: Oīa em̄ corpora physica aīe instru
menta sunt: sicut animaliū: sicut ⁊ plā
tarū: tanq̄ gratia anime extrīseca. Est
ergo corpus anime instrumentū orga
nicū. Ideo Aug. in li. soliloquiorū ad
deū dicit: Oīa dn̄e que dicūtur sub pe
dibus hoīs subiecisti vt solus hō sup
omnia tua tuus esse totus. Exteriora
nanq; ꝑ corpore cuncta creasti: ipsum
vo ꝑ aīa: aīam vo pro te: vt tibi soliva
caret: te solum amaret: ⁊ possideret ad
solaciū. hec ille. ¶ Tertia ratio ad ostē
dendū aīe īmortalitatē dr̄ assimilatio
nis: qr̄ aīa deo assimilat. Nā Gen. j. di
xit deꝰ. Faciamꝰ hominez ad imaginē
⁊ similitudinē nostrā. Qd̄ negātes he
retici reputant. xxiij. q. iij. c. penultīo.
De ista vo similitudine dicemꝰ suo lo
co diffusiꝰ. Nūc tn̄ dicimꝰ aīam deo si
milē qr̄ sicut deus est simplex ⁊ nō cō
ponit: sic aīa q̄ de nihilo est creata: si
cut deꝰ est īmortalis: ita ⁊ aīa. Et alie
sunt hmōi similitudines q̄ nō accipiū
tur ꝟm idētitatē: sed ꝟm quandā pro
portionē. ¶ Tertio ꝓbat exēplo: ꝙ oī
corpore sit aīa nobilior. Naz videmus
sctōs crucifixisse corpa sua ⁊ dura peni
tentia castigasse vt anima salua fieret.
Quanta fuit pauli primi heremite pe
nitētia in heremo: de quo scribit Hie
ro. in vitispatrū. Oēm in solitudine du
xit etatē cibū ⁊ vestitū ei palma prebe
bat. Quid fecit Antoniꝰ? quid Hylari
on? quid Machariꝰ? quid Franciscꝰ?
quid Dominicꝰ? O sancti ⁊ amici dei:
dicite nobis quare tot vigilijs ⁊ oratio
nibus ⁊ disciplinis carnē vestraz mor
tificastis? Respōdebūt certe oēs. Pro
pter aīam. O martyres triūphantes:
cur vos tot cruciatib⁹ exposuistis ⁊ tot
supplicijs: ⁊ mori nō recusauistis? Ite
rum ⁊ ipsi clamabūt ⁊ dicent: Propter
aīam. O iesu benedicte: cur tu trigīta
annis in mundo ⁊ ampliꝰ: famē: sitim:
labores: sudores: vulnera: ⁊ liuores su
stinuisti? Statī clamabit. Propter ani
maz. O aīa nobilis: o aīa delicata: cur
tuam in tot exēpplis nobilitatē nō cu
ras agnoscere? Respice aīa misera: qr̄
carnē ꝑ te suscepit xp̄us: ꝑ te paup na
tus est in presepio: ꝑ te circūcisus: ꝑ
te pegrinatur in egyptū: ꝑ te ieiunat:
pro te orat: ꝑ te lachrymat: ꝑ te pati
tur: ꝑ te sanguinem fudit. Ideo Bern.
in meditationib⁹ ait: Sublime est aīe
principiū: que nō nisi sanguine xp̄i re
dimi potuit. Quaz ergo cōmutationē
pro aīa tua das: q̄ ꝑ nihilo das illam?
Nōne dei filiꝰ cū esset in sinu patris a
regalibus sedib⁹ ꝓpterea descendit: vt
eā liberaret a potestate diaboli? Quaz
cū vidisset pctōꝝ funib⁹ irretitam iam
iamq; demonib⁹ tradēdā vt morte dā
naret ꝑpetua: fleuit sup illā que fiere

se nesciebat. Nō solū aūt fleuit: sz etiā
femori permisit: vt sui sanguinis p̄cio
redimeret. h̄ ille. Et Hugo ī libro de ar
ra spōse ait: Amplius mihi vtilis esse nō
debeo qui tātū deo placui vt mori di-
gnaret ne perderet me. Patet ergo ex
dictis quanta sit aīe nobilitas: ⁊ quan
tū corpa cūcta dignitate precellit quā
tū infelicissimi pctōres suis miseriis vi
lem fedāq; reddūt ac faciūt. Cuz itaq;
tanta sit anime nobilitas: quō poteri-
mus eā dicere interire cū corpore: qua-
si deus tā egregiā creaturā cōdidisset:
vt eā taz breui tpe perimeret? Conclu
dendū est ergo cū verbis catonis q̄ in
li. de senectute Cicero scripsit vbi sic ha
betur: Sic mihi persuasi: sic sentio: cū
tanta celeritas animoꝝ sit: tāta memo
ria p̄teritoꝝ futuroꝝ ꝓuidētia: tot ar-
tes: tāte scie: tot īuēta nō posse eaz na-
turā q̄ res ipsas cōtineat esse mortalē.

¶ Q̄ animam esse immortalē testifica-
tione ꝓbatur. Capl'm. ij.

Secūdus modus ad ostenden
dū anime immortalitatez: d̄r
multorum testificatio. Addu
cemus autē tria testimonia:
Primū est philosophoꝝ.
Scd̄m est sanctoꝝ atq; doctoꝝ.
Tertiū est theologoꝝ.

¶ Primū testimonium est ph̄oꝝ: q̄ suo
modo anime īmortalitatē ꝯfessi sunt.
Vñ Seneca ad Lucillū epl'a. xxxvj. sic
ait: Mors illa quā pertimescimꝰ ⁊ re-
cusamꝰ iter mutat: vitā nō eripit. Aliꝰ
eñ expectat qui nos reponat in lucez
dies. Idē in libro de naturalibꝰ q̄stio-
nibꝰ ait: Si tranq̄lle volumꝰ viuere: in
expedito habēda est aīa: vt siue illā in-
sidie: siue egritudīes petāt: quid aliud
debeo nisi vt ereat exhortari: ⁊ cū oībꝰ
eā bonis emittere? Vade inquā: vade
fortiter: vade feliciter: nihil dubitans:
fac qd̄ q̄nq; faciendū est. En rerū natu
ra q̄ generauit expectat ⁊ locꝰ isto me-
lior ⁊ tutior. Auerrois sup. xj. metaph.
Anima rōnalis manet post mortē: ⁊ fi-
nis ꝓsperitatis eius erit si coniungat
primo motori. Galienꝰ in libro de sper
mate. Sicut lumen solis qd̄ est incor-
porale separatur ab aere ab omni ocu
loꝝ intuitu sine corruptione: sic ⁊ ani-
ma sine sui corruptione separat a cor-
pore. Plato insup ph̄s nobilissimꝰ ani
insufficiēs ⁊ querit̄ aliquid sufficiēs loco eius: aut habet aliquod incōmodum annexū ꝓpter qđ in fastidiū venit. Visio aūt diuine essentie replet animā omnibus bonis ⁊ nō hꝫ aliquod incommodum adiunctū. Quare ꝓpria volūtate non pōt beatus beatitudinez deserere. Silr̄ beatus nō pōt beatitudinē perdere deo subtrahēte: qꝛ cū subtractio beatitudinis sit quedā pena: non pōt talis pena a deo iusto iudice ꝓuenire: nisi ꝓ aliqua culpa que cadere nō pōt in eum qui dei essentiā videt: cū ad hāc visionē de necessitate sequat̄ rectitudo volūtatis. Nō potest etiā beatitudo amitti ex parte alicuius alterius agētis: qꝛ mens deo cōiuncta sup oīa alia eleuatur: ⁊ sic ab hmōi cōiunctione nulluꝫ aliud agēs pōt ipsum excludere. Est ergo beatitudo perfectio cōsummata que oēm defectum excludit a btō. Et iō absq̄ mutabilitate adducit eam habenti: faciēte hoc virtute diuina: que hoīem subleuat in participationē eternitatis transcendentis omnē mutationem. Iccirco male dixit Origenes sequēs quorūdam platonicorum errorem: ꝙ post vltimā beatitudinē homo potest fieri miser. ¶ Tertiuꝫ dubium fuit vtruꝫ beatitudo possit haberi in hac vita? Et ad hoc respōdemus ꝙ non loquendo de lege cōmuni: ⁊ hoc ꝓpterea: quia dn̄s noster iesus xp̄s fuit viator et cōprehensor. Quare v̄o in hac vita quis beatus esse nō pōt: assignari possunt tres rationes precipue.

Prima dicitur insatiabilitatis.
Secūda penalitatis.
Tertia mortalitatis.

¶ Prima ratio dicitur insatiabilitatis. Ut em̄ inquit dn̄s Bon̄. dist. v. iiij. libri. Beatitudo est finis satiens appetitum. Sed bona presentis vite non satiāt appetitum: non diuitie: non delitie: nō honores: nō fama: non gloria: nō quecūq̄ desiderabilia et delectabilia excogitari possunt: vt docet experientia: ergo nec in huiusmodi bonis beatus quis reputari debet. Thom̄. v̄o. j. parte. q. ij. dicit: Impossibile est beatitudinem hominis esse in aliquo bono creato: qꝛ beatitudo est bonum perfectum qđ totaliter quietat appetitum: alioquin non esset vltimus finis si adhuc restaret aliquid appetendū. Obiectū autē volūtatis est vniuersale bonū: sicut obiectum intellectus est vniuersale veruꝫ. Ex quo patet ꝙ nihil pōt quietare voluntatē hominis nisi bonum vniuersale: qđ nō inuenitur in aliquo creato: sed soluꝫ in deo: qꝛ oīs creatura habet bonitatem participatam. Un̄ solus deus voluntatem hoīs implere pōt. Iō Dauid in ps̄. xvj. dixit: Satiabor cū apparuerit glia tua. Et Aug̃. li. j. cōfessionū. Fecisti nos dn̄e ad te ⁊ inquietuꝫ est cor nostrum donec quiescat in te. Et in. iiij. li. Redite inq̄t preuaricatores ad cor: et inherete ei qui fecit vos: state in eo ⁊ stabitis: quiescite in eo ⁊ quieti eritis. Quo itis in aspera quo itis bonum qđ queritis ab illo est. Qꝛ igitur aīa eo imago dei est quo eius capax est et particeps esse potest: vt scribit Augu. xiiij. de trinitate. c. iij. Iccirco nulla creatura anime capacitatē implere valet. Ex hoc dicit Rich̄. dist. xlix. iiij. ar. ij. q. vj. ꝙ sine clara dei visione nō potest haberi beatitudo. Et ratio est: qꝛ vt inquit Augusti. xiij. de ciuitate dei. c. v. Beatus nō est nisi qui habet que vult scꝫ naturaliter ⁊ nō voluptuose. Et sanctus Tho. j. ij. q. iij. arti. viij. dicit: Perfectio vniuscuiusq̄ attēditur s̄m rationē sui obiecti. Obiectum autē intellectus est qđ quid est: idest essentia rei: vt dicit iij. de anima. Unde intantum procedit perfectio intellectus: inquātum cognoscit essentiam alicuius rei. Si ergo intellectus aliquis sit essentiā alicuius effectus: per quam nō possit cognosci essentia cause: vt scꝫ sciat de causa quid est: non dicitur intellect⁹ attingere ad causam simpliciter: q̄uis per effectū cognoscere possit de causa an sit. Et ideo remanet naturaliter homini desideriū cognoscendi effectum si scit eū habere causam: vt sciat etiā de causa quid est. Et il

lud desiderium est admirationis: ⁊ causat inquisitionē: vt dicitur in principio Metaphy. puta si aliq̄s cognoscēs eclypsim solis considerat ꝙ ex aliqua causa ꝓcedit: de qua qꝛ nescit q̄d sit admirat̄: et admirādo inquirit: nec ista inquisitio quiescat: quousq̄ perueniat ad cognoscēdum essentiam cause rei. Si ergo intellectus humanus cognoscēs essentiā alicuius effectus creati: non cognoscat de deo nisi an est: nondū perfectio eius attingit simpliciter ad primaꝫ cām: sed remanet adhuc ei naturale desiderium inquirēdi causam: vnde nondū est perfecte beatus. Ad perfectā igitur beatitudinem requiritur ꝙ intellectus pertingat ad ipsam essentiaꝫ prime cause: que est nobilissimū intelligibile: ⁊ sic ꝑfectionem suā babebit ꝑ vnionē ad deuꝫ sicut ad obiectuꝫ in quo solo beatitudo hoīs cōsistit: vt supra dictū est. ¶ Scd̄a ratio cur in hac vita nō possit q̄s esse beatus d̄r penalitatis: vt enī ait Tho. j. ij. q. v. Beatitudo excludit omne malum. Uita autē presens multis malis ⁊ penalitatibus subiacet que vitari nō possunt. Et ignorātie ex parte intellectus: ⁊ inordinate affectionis ex parte appetitus: et multiplicibus laboribus: calamitatib⁹: et erūnis ex parte corporis: qūo igitur in tot fluctuationibus beatū se credere quispiā habet. Inquit Job. xiiij. Homo natus de muliere ibreui viuēs tēpore: repletur multis miserijs. Et Hiero. ad heliodorū. Ubiq̄ luctus: vbiq̄ gemitus: et plurima mortis imago. Augu. lib. de simbolo tractatu. x. Ecce ruinosus est mūdus: ecce tātus calamitatibus repleuit deus mundū: ecce amarus est mundus. Et si sic amat̄: q̄d faceremus si dulcis esset. O mūde immūde tenebras pariens quid faceres si maneres? Quem non deciperes dulcis: si amarus alimēta mentiris. Et Augusti. ix. de ciui. dei. Omnes inquit homines q̄dīu in orbe mortales sunt: miseri sunt. Et Hiero. ad matrem ec filiam in gallijs cōmorātes. Stadium quoddam est hec vita nostra mortalis in qua bellum quotidie gerimus: qꝛ militia vita hominis sup terrā. Quis inter serpentes et scorpiones tutus ingredit̄ vel secure dormitat. Quis dulces iuxta viperas somnos capit. Nā etsi semper nō percutiat: tamen sollicitat. Securius est ergo perire non posse q̄ iuxta periculum non perisse. hec ille. Et Boetius li. ij. de cōsolatione. Q̄ multis amaritudinib⁹ humane felicitatis dulcedo respersa est: que etsi fruenti iocunda esse videatur: tamen quo minus cum velit abire retineri non potest. Et Seneca in tragedijs. Nulla sors longa est: dolor atq̄ voluptas inuicē cedunt. Nemo vtiq̄ reperitur q̄ diuti⁹ in quocunq̄ sit statu delectari possit: ⁊ absq̄ turbatione vel animi vel corporis pertrāsire. Nemo inquit Seneca vbi. s̄. cōfidat nimiū secūdis: nemo desperet meliora lapsis. Et ad Lucillum. Noli huic tranquillitati confidere: momento mare euertitur: et eodem die vbi luserunt nauigia sorbētur. Quisnam felicior iudicari potuisset Policrato tyranno samiorum. De ipso quippe refert Tullius in lib. de finibus bonorum ⁊ maloꝝ. Et idem cōfirmat Ualerius de mutatione morum et fortune ꝙ adeo sibi fortunaꝫ obsequiosam habuit ꝙ omnia desiderata perficiebat. Ad moderandam igitur fortune inuidiaꝫ sumpto e manu anulo quē preciosum possidebat in mare iecit. Sed inopinate illum repente recuperauit. Nam post dies paucos a piscatoribus piscis captus qui anulum sorbuerat tyranno donatus est. Accidit tandē ꝙ aduersus Dariū persarū regem duxit exercitum: ⁊ ꝙ Orinthes prefectus Darij illū acie fuderit ceperitq̄: et in summo megalēsis montis vertice suspendi iusserit. Et relictus auibus lacerandus qui vbiq̄ felicissime in terra vixerat: in aere miserrime expirauit. Mutātur oīa que sunt in hoc mūdo: ⁊ nihil stabile: nihil est firmum: nihil deniq̄ tutuꝫ. Ideo sapiēs Eccs. ij. c. dicebat: Uidi in oībus vanitatem et afflictionē spiritus

⁊ animi: ⁊ nihil permanere sub sole.
¶ Tertia rō quare in presenti vita nullus pōt esse beatus dicitur mortalitatis. Oēs q̄ppe ad mortē tendim⁹ cui⁹ manus potentissimas nullo ingenio: nulla vi: nulla arte: nullo precio euitare valem⁹. Instat ceruicibus nostris. Et ꝑm Aug. xiij. de ciui. dei. c. vij. beatitudo sine īmortalitate eē nō potest. Si quis igit̄ dixerit aliquē beatum eo ꝙ diuitijs affluat: statim rn̄debo. Non sic: non sic: q: diuites moriunt̄. Si q̄s affirmauerit aliū esse btm̄ eo ꝙ oībus delitijs huius scl'i perfruatur. Ad hoc respōdebo. nequaq̄ sic est: q: post breuem hanc vitā oēs hoīes morientur. Si q̄s btm̄ reputauerit eū q̄ orbi vniuerso dn̄aretur. Clamabo ⁊ ego ꝙ nec regna siue imperia btm̄ hoīez reddūt. qm̄ ⁊ principes ⁊ reges ⁊ purpurati ⁊ imp̄atores oēsq̄ dn̄i morientur. Ideo hec cōsiderās Augu. in prima p̄te supputationū sic ait: Uita hec vita misera: vita incerta: vita laboriosa: vita immūda: vita dn̄a maloꝝ: regina superborū: plena miseria ⁊ erroribꝰ: que nō est dicēda vita sed mors in qua momētis singulis morimur per varios mutabilitatis defectus: diuersis generibus mortis. Nunq̄ ergo q̄diu viuimus in hoc mūdo possumus dicere vitā quam humores tumidāt: dolores extenuant: ardores excitant: aera morbidant: esce inflant: ieiunia macerant: ioci dissoluunt: tristicie cōsumūt: sollicitudo coartat: securitas hebetat: diuitie iactāt pauptas deijcit: iuuētus extollit: senectus incuruat: infirmitas frangit: meror deprimit: ⁊ his oībꝰ malis mors furibūda succedit: sil'rq̄ gaudio istiꝰ misere vite finē imponit: ita vt cū esse desierit: nec fuisse putetur. hec ille. Item Aug. li. soliloquioꝝ dicit: Uita mea vita caduca: vita que quanto magis crescit: tāto magis decrescit: quāto magis procedit: tāto mag̃ ad mortē accedit. Uita fallax ⁊ vmbratica: plena laq̄is multis. Nūc gaudeo: sepe tristor: nunc vigilo: iam infirmor. Nūc viuo: statim morior: nunc felix apparebo sp̄ miser: nūc rideo: iam fleo: sicq̄ oīa mutabilitati subiacēt: vt nil vna hora vno statu p̄maneat. Hinc timor: hinc tremor: hinc fames: hinc sitis: hinc calor: hinc frigus: hinc languor: inde dolor exuberat. Subsequit̄ his oībus inopinata mors: que mille modis miseros hoīes quotidie rapit. Hunc necat febribus: illū opprimit doloribꝰ: hūc consumit fame: illū siti extinguit: illum ꝟo suffocat aquis: hūc perimit flāmis: hūc interimit laqueo: illū dentibꝰ bestiarum fortiū deuorat: hunc trucidat ferro: illū veneno corrūpit: alterū ꝟo tm̄ repētino terrore miserā vitā finire cōpellit. Et nūc sup̄ hec oīa magna est miseria: q: cū nihil sit certiꝰ morte: ignorat hō finē suū: ⁊ cū stare putat: tollit̄ ⁊ perit spes eius. Nescit aūt hō q̄n vel vbi: vel quomō moriat̄: ⁊ tn̄ est certū ꝙ eū mori oporteat. h̄ ille. Quare vita presens beata esse minime potest. Et ideo cum Lactā. cōcludim⁹ dicēte in lib. Sūmū bonū qd̄ btōs facit nō pōt esse nisi in ea religione atq̄ doctrina cui spes immortalitatis adiūcta est. Igitur dem⁹ operā ne decipiamur tp̄aliū bonorum suauitate: atq̄ mūdū audacter sub pedibus habeam⁹: eoq̄ tm̄ vtamur vt sic tandē perueniam⁹ ad fruitionē illam beatam: ad quam nos perducat iesus filius dei q̄ cū pr̄e ⁊ sp̄ūsancto viuit et regnat in secula seculorum. Amen.

¶ De gaudijs btōꝝ qui letabunt̄ ex visione dei ⁊ dotatione corpoꝝ atq̄ habitatione in celo empyreo. Sermo. ij.

Exultabūt sancti in gl'ia. Illumīati p̄phete ꝟba sunt ista original'r p̄s. cxlix. Licz arta sit via q̄ ducit ad vitā quātū est ex p̄te virtuosoꝝ actuū: nihilomin⁹ facillima atq̄ suauis ex cōsideratione futuri premij. Inq̄t em̄ Origenes sup̄ epl'as pauli. Spes futuroꝝ la

bꝰibus requiē parit. Vnde Hieronymus Eustochium virginem in epla ad eādē cōmonet: vt allicientes blāditias seculi ad que mēs hūana communiter inclinat paradisi recordatiōe pculcet. Ait ergo. Quotiēs te vana seculi delectat ambitio. Quotiēs ibi videris aliquid gl'iosum ad paradisum mēte trāsgredere: t cē incipe qđ futura es. Egredere queso paulisp de carcere corporis tui t psentis laboris mercedem ante oculos depinge: quā oculus nō vidit t auris nō audiuit: nec in cor hoīs ascēdit. hec ille. Jcirco vt in via dñi expeditus fortiusqꝫ beneviuendo ambulemus: decreui in psenti sermōe de gaudio btōꝝ ꝟba facere. Qō vtiqꝫ qꝫ sit immensum ostēdemꝰ maxime ꝓpter tria.

Primo propter dei visionez: fruitionem: t tensionem.

Secundo propter corporis dotationem t sensuum perfectionem.

Tertio propter loci habitationez: sociationem: t liberationem.

¶ Qualiter pōt videre essentiam diuinam hō vel angelus: t quomō nō oēs vidēt illā equaliter: t quāta sit in illa visione iocūditas t delectatio. Cap. j.

Primo ostendamus qꝫ sit copiosum gaudiuz beatoꝝ propter deivisionem de qua tria sunt consideranda.

Primū dicitur possibilitas.

Secundum inequalitas.

Tertium iocunditas.

¶ Primū cōsiderandū ē: possibilitas. Vbi inuestigandū est: vtrū possit quis hō vel angelus videre deū in sui essentia siue facie ad faciē. Et pro pte vera t affirmatiua dicimꝰ qꝫ sic. Nam vt dicunt doctores in. iiij. dist. xlix. Et est de hoc glosa sup illud ps. xc. Ostendā illi salutare meū. Tota merces est visio. Et ad hoc facit autoritas apli j. ad Corinth. xiij. c. ait: Videmus nunc p speculum in enigmate: tunc autē facie ad faciem. Et iterū ibi: Nunc cognosco ex parte: tunc cognoscā sicut t cognitus sum. Et xps Matth. v. ait: Beati mundo corde: qm ipsi deum videbunt. Et Matth. xviij. Angeli eoruz in celis sp vident faciem patris mei qui in celis est. Sed nōnulli arguūt contendētes probare qꝫ nulla creatura pōt videre diuinam essentiam. Et hoc tripliciter.

Primo autoritate.

Secundo ratione.

Tertio exemplo.

¶ Primo ꝓbant autoritate. Nam scribitur Johannis. j. c. Deum nemo vidit vnqꝫ. Que ꝟba sic prosequitur Augu. ad paulam de videndo deū. Om̄ sicut natura incorruptibilis ata t natura inuisibilis. Et Chrysо. sup Jobem exponēs dictū preallegatuz inquit: Jdipm quod deus est non solus prophete: sed nec angeli viderunt: nec archangeli. Quod em̄ creabilis nature est qualiter videre poterit quod increabile est: Et apostolus. j. ad Timotheuz vltimo c. dicit de deo. Solus hz imortalitatē: t lucem habitat inaccessibilem: quem nullus hominum vidit sed nec videre pōt. Et Dionysius lib. de mystica theologia ait: Deꝰ inuisibilis est t incognoscibilis: omnē sensum superās t oēm intellectum. ¶ Secō arguunt ratiōe. Nam cognoscentis ad cognitum oportet esse proportionem: cum cognitum sit perfectio cognoscentis. Sed nulla est ꝓportio creature ad creatorem: qz in infinitū distāt. ergo nulla creatura pōt videre diuinā essentiam. ¶ Tertio istud videt posse ꝓbari exēplo. Nam Exo. xxxiij. c. habet. qualiter dñs loquebat ad Moysi cum apparebat in figura vel subiecta creatura. Moyses dixit. Oñde mihi gl'iaz tuaz: id est ꝟm Nico. de lyra. Oñde mihi teipm sicut video in gl'ia. Et dñs rndit ei. Nō poteris videre faciem meaz. Non videbit me homo et viuet. Et infra. Posteriora mea videbis: faciem autem meaz videre nō poteris. ¶ Pro solutione predictoꝝ t intelligētia veritatis notare debemꝰ tres catholicas ꝓpositiones sequētes.

er Alexandro de Ales in primo volumine summe. Et Bonauētura in suo. j. di. iij. Et Tho. j. parte. q. xij. ¶ Prima veritas: q̄ essentia dei videri nō potest oculis corporalibus: quia deꝰ incorporeus est: vnde nec sensu nec imaginatione videri pōt: sed solo intellectu. Et si diceretur q̄ deus potest videri ab homīe visione imaginaria: q̄ dicit Esa. vj. c. Vidi dominū sedentem super solium excelsum ⁊ eleuatū: ⁊ visio imaginaria a sensu originē habet: quia fantasia est motus factus a sensu ꝑm actum: vt dicitur iij. de anima. ergo deus sensibiliter visione videri potest. Respondet Tho. q̄ in visione imaginaria non videtur ipsa dei essentia: sed aliqua forma in imaginatione formata representans deū ꝑm aliquem modū similitudinis: prout in scripturis diuina per res sensibiles metaphorice describuntur. ¶ Secūda positio: q̄ nullus homo vel angelus potest videre diuinam essentiā visione intellectuali proprīa vi nature. Ratio est ꝑm Tho. in. iij. summe cōtra gentiles: quia quod est superioris nature ꝓprīū nō potest cōsequi natura inferior: nisi per actionem superioris nature cuius est proprīū. Sicut aqua nō potest esse calida nisi per actionem ignis. Videre autē deū per ipsam essentiam diuinam est proprīū nature diuine. Operari enī ꝑm propriā formam est proprīū cuiuslibet operātis: nulla ergo intellectualis substātia potest videre deū per diuinā essentiam nisi deo hoc faciente. Et hoc est quod dicitur ad Roma. vj. c. Gratia dei vita eterna: quia videre diuinā essentiam cōuenit intellectui creato p̄ gratiam: non per naturam. ¶ Tertia ꝓpositio: q̄ videntes per essentiam deum: licz apprehēdāt essentiam diuinā: non tamen illam cōprehēdunt. Vidēt nāq̄ essentiam diuinā infinitā: sed modo finito. Nam illud cōprehēdi dr q̄ perfecte cognoscitur. pfecte aūt cognoscitur q̄ tātū cognoscit quātuz cognoscibile est. Cū si illud quod est cognoscibile p̄ sciētiā demonstratiuā opinione teneatur: ex aliqua ratione probabili concepta: nō cōprehēditur puta si hoc quod est triāgulū habere tres angulos equales duobus rectis aliquis p̄ demōstrationē cognoscat cōprehendit illud. Si ño aliquis opinionē eius accipiat per hoc q̄ a sapientibus ⁊ philosophis ita dicit: nō cōprehendit ipsuz: q̄ non pertinget ad illum perfectū modū cognitionis quo cognoscibile est. Nullus autē intellectus creatus pertingere potest ad illū pfectū modū cognitois diuine essentie quo cognoscibilis est. Qr cū essentia diuina sit ifinita infinite cognoscibilis est: ⁊ intellectꝰ creatus non pōt illā infinite cognoscere. Intantum enī aliquis intellectus creatus diuinaz essentiā perfectius: vel minus perfecte cognoscat: inquātū maiori vel minori lumine glorie perfunditur. Cū ergo lumē glorie in quocūq̄ intellectu creato receptum: non possit esse infinitum impossibile est q̄ aliquis intellectus creatꝰ deū infinite cognoscat. Probantur ista per Augu. qui in li. de cognitione vere vite ait: Deus est spiritus incomprehensibilis. Et in. xij. lib. de ciuita. dei. c. xviij. inquit: Quicquid sciētia comprehenditur sciētis apprehensione finitur. Et idē ad paulā de videdo deuz. Aliud est videre: aliud totum vidēdo cōprehēdere. Videtur q̄ō necessariū presens sentitur. Comprehēditur q̄ō ita videtur vt eius nihil lateat cuius fines conspici possunt. Cū cū deꝰ sit infinitus nulli creature est cōprehēsibilis. Quis igit nō admiret pariter ⁊ collaudet infinitaz celsitudinem summi dei: quē ix tot milia milīū angelorum ⁊ hoīm clare videāt ⁊ intelligant summe bonū: summe felicē: summe gloriosum: summe sapiētē: summe pulchrū summe delectabilē: summe desiderabilem: summe potentē: summe iustū: summe clementē: summe dominātē: summe regnantem: ⁊ filia. Cū in his excedit adhuc incōparabiliter cognitionē illorum. ¶ Soluēda ergo iā sunt obiecta. Et ad

autoritates atq; exemplū dicim⁹ ꝙ de⁹ in sui essentia videri nō pōt visione corporali: neq; ꝓpria vi nature visione intellectuali. Sed tali visione videri pōt cū adiutorio ipsi⁹ dei illuminātis ⁊ eleuātis intellectū creatū ad suā beatā visionem. Nec sic etiaz videri pōt a creatura visione cōprehēsionis vt iā est predictū. ¶ Ad rationē que in contrariū adducta fuit. Rñdet Tho. ꝙ ꝓportio d̄r dupliciter. Uno mō certa habitudo vni⁹ quātitatis ad alterā. Alio mō quelibet habitudo vnius ad alteruz. Hoc modo scd̄o pōt esse ꝓportio creature in deū inquātum se hz ad ipsum vt effectus ad cām aut potentia ad actū. Et ꝑm hoc intellectus proportionatus esse pōt ad cognoscendū deuz. Et vt clarius loquar. Alia est ꝓportio ꝑm quātitatem: vtputa est ꝓportio aque in duobus vasis eiusdem cōtinētie: ⁊ sic nō est ꝓportio inter deuz ⁊ creaturā. Est alia ꝓportio ꝑm quādaz attingentiā siue ordinis cōuenientiā: et sic est proportio inter guttulam aque et aquam oceani etiā si esset infinita. Hoc mō est ꝓportio inter intellectū creatuz angeli vel hoīs ⁊ ipsuz deū. Ex quo August. dicit lib. xiiij. de trini. Eo aīa imago dei est quo ei⁹ capax est et particeps esse pōt. ¶ Scd̄m cōsiderandū de beata visione dei d̄r inequalitas. Licz em̄ tot milia miliū angeloꝝ ⁊ hominū videant essentiam dei: tñ nō oēs equaliter vidēt Uñ saluator nr̄ Joh. xiiij. dixit: In domo p̄ris mei mansiones multe sunt. vbi glo. i. diuersa p̄mia meritoꝝ. Hec autez inequalitas ꝑm Tho. vbi. s̄. erit ꝑ h̄ ꝙ intellectus vnius habebit maiorē virtutem seu facultatē ad vidēdū deū q̄ alius. Facultas v̄o vidēdi deū vt dictū est nō cōpetit intellectui creato ꝑm suā naturā: sed ꝑ lumē glorie qd̄ intellectuz in quadā deiformitate cōstituit. Uñ intellectus plus participans de lumine glie ꝑfectius deū videbit. Plus aūt participabit de lumine glorie q̄ plus habet de charitate. Quia vbi est maior charitas ibi est maius desiderium: ⁊ desiderium quodāmodo facit desiderantē aptum ⁊ paratū ad susceptionē desiderati. Unde qui plus habet de charitate perfectius eū videt ⁊ cū maiori beatitudine. Si v̄o aliquis obstaret ex verbo Jobis qui. j. cano. c. iij. ait: Uidebimus euz sicuti est: sed ipse vno mō est: ergo vno mō videbitur ab oībus: ⁊ sic nō ꝑfectius ab vno q̄ ab alio. Respōdere possum⁹ ꝑm Thomā ꝙ cū dicimus: videbimus euz sicuti est: aduerbiū determinat modū visiōis ex parte rei vise: vt sit sensus. Uidebim⁹ eum ita esse sicuti est: qr ipsum esse eius videbimus qd̄ est eius essentia. Nō aūt determinat moduz visionis ex parte videntis: vt sit sensus ꝙ ita erit ꝑfectus modus videndi sicut est in deo ꝑfectus modus essendi. Quare diuersitas illa videndi nō erit ex parte obiecti: qr idē obiectuz oībus presentabit. s. dei essentia. Sed erit ꝑ diuersam facultatē intellectus nō naturalē: sed gloriosam. Quis nāq; poterit explicare q̄ pulcher q̄ bonus: q̄ pius: q̄ benignus sit creator. Deficit certe sensus: nō sufficit intellectus hoc in mundo excogitare in creaturis q̄ nihil sunt respectu creatoris. Ideo Augu. in lib. soliloquiorum. Uhe cecis oculis qui te non vident sol illuminans celum ⁊ terram. Uhe caligantibus oculis qui te videre non possunt. Uhe auertētibus oculos vt non videant veritatez. Nequeunt enim oculi assueti tenebris summe veritatis radios intueri: nec sciunt de lumine aliq̄d estimare: quorū est in tenebris habitatio. Tenebras vidēt: tenebras diligunt: tenebras approbāt: de tenebris euntes in tenebras nesciūt vbi corruant. Ideo nāq; si mortales miseri conspicerent quāta sit creatoris dulcedo: nihil aliud gustarent de mundo. Quid est deus? Qualis est: aut quātus. Cum sit infimus certe comprehendi nequaq̄ potest. Ueruz de ipso noticia aliqua haberi potest: si consideremus que ipse fecit atq; creauit. Ideo Sap. xiij. dicitur: A magnitudine speciei ⁊ creature cognoscibilis poterit creator horum

videri. Et Isidor⁹ de summo bono li. ſ.c.iiij. Sepe ad incorporeā creatoris ꝛc. Ibi videas obsecro. Quot in mundo fuerūt hoīes sunt ꝛ erūt? Quot ipsorū gaudia? Quot leticie? Quot exultationes? Quot felicitates? de dinitijs de delitijs: de choreis: de odoribus: de coloribꝰ: de saporibꝰ: de honoribus: de ceteris ꝓpter que humani nostri sensus delectari solēt ꝛ aīa? Oīa simul collige: ꝛ cū simul ea colligeris: inuenies nihil eē respectu gaudij qđ habēt beati de visione diuina. O lumen incōprehensibile. O summa maiestas dei: qñ potero te in hoc mūdo aliqualiter sentire? O aīe xp̄iane vultis aliq̄d videre de imagine creatoris? Audite q̄d asserit Augustin⁹ libro soliloquioꝝ. q̄ deus multis modis q̄siuit. Ait em̄ sic: Circūiui vicos ꝛ plateas ciuitatis hui⁹ mūdi querēs te: ꝛ nō inueni: q: male querebā foris qđ erat intus. Misi nūcios meos oēs. s. sensus exteriores: vt quererēt te: ꝛ nō inueni: q̄ male querebaz. Uideo em̄ lux mea de⁹: qui illuminasti me. Quia male ꝑ eos querebā: q: tu es interius: ꝛ tñ ipsi vnde intraueris nescierūt. Nā oculi mei dicūt: Si nō fuit coloratū: per nos non intrauit. Aures dicūt: Si sonitū nō fecit: per nos non trāsiuit. Nasus dicit: Si nō oluit: per me nō venit. Dicit gustus: Si nō sapuit: ꝑ me nō intrauit. Tactus etiā addit Si corpulētus non est: nihil de hac re me interroges. Nō ista in te sunt deus me⁹. Nō em̄ corporis speciē: nō dec⁹ tēporis: nō cādorem lucis vel colorē: nō dulciū melodiarū cātus: ꝛ quecūq; dulce sonātia: nō floꝝ ꝛ vnguētoꝝ vel aromatum odores: nō mella vel māna gustui delectabilia: nō cetera q̄ ad tangēdū vel amplexādū amabilia: nec om̄ia alia sensibus his subiecta quero cum deū meuz quero. Absit vt ista crediderim deū meū esse: quē etiā brutaliū sensibus cōprehendunt. Et tñ cū deū meum quero: quero nihilominus quādā lucē super omnē lucē quā nō capit oculus: quandā vocē super oēm vocē quā non capit auris: quendā odorē super oēm odorē quē non capit naris: quendā dulcorē super oēm dulcorē quē nō sapit gustus: quēdā amplexuz sup omnē amplexū quē tactus nō tāgit. Et interioris quidē hoīs ista lux fulget vbi locus nō capit: ista vox sonat vbi tp̄s nō capit: odor iste redolet vbi flat⁹ nō spargit: sapor iste sapit vbi nō est edacitas: amplexus isti tangit vbi nō diuellitur. Hic est de⁹ meus: ꝛ nō estimabit alius ad illuz. Et. j. Circūibā oīa querēs te ꝓpter te: ꝛ propter oīa derelinquens me. Interrogaui terram si esset deus me⁹. Et dixit mihi: Nō. Et omnia quē in ea sunt: hoc idē cōfessa sunt. Interrogaui mare ꝛ abyssos: ꝛ reptilia q̄ in eis sunt. Et rñderunt. Nō sumus deus tuus. Quere supra nos. Interrogaui flabilē aerē ꝛ inq̄t: Fallitur labor tuus nō sum ego deus tu⁹. Interrogaui celū lunā ꝛ stellas. Nec nos sumus deus tuus inquiūt. Et dixi oībus his qui circūstant fores carnis mee. Dicitis mihi q̄ vos nō estis deus me⁹. Dicite mihi aliq̄d de illo. Et exclamauerūt oēs voce grandi. Ipse fecit nos. Interrogaui proinde mūdi molē: dic inquam mihi si deus me⁹ es: an non? Et rñdit voce forti. Nō sum inquit ego: sed per ipsum sum ego. Quē queris in me ipe fecit me. Supra me quere q̄ regit me q̄ regit ꝛ te. hec ille. O magna igit dulcedo mentis: qñ tot Aug. cōsiderabat. Nēpe magnus ei videbat dñs ꝛ laudabilis nimis. Ideo Esa. xxxij. d: Regē in decore suo videbūt Eccl's. xj. Dulce lumen ꝛ delectabile est oculis videre solē. Et tātū est leticia in visione gratiose essentie diuine: q̄ potius sancti dei vellent in inferno esse ꝛ deū videre: q̄ in paradiso ꝛ deū non videre: ꝛ potius in penis esse ꝛ deū videre: q̄ extra penas ꝛ deum non videre. Chryso. quoq; ait: Ego dico: multo grauior est q̄ gehenna cruciatus remoueri ꝛ abijci ab illa gloria. Nec puto ita acerba esse ge

bonne incēdia vt sunt illa q̄b⁹ to:quē/
ar dī q̄ arceñ a cōspectu dei. Et Bern.
Neuera illud est summū ⁊ verū gaudi/
um quod nō de creatura:sed de creato
rē cōcipitur:quod cū possideris:nemo
tollet a te:cui cōparata oīs aliunde io
cunditas mero: est:oīs suauitas do/
lcedo:omne dulce amarum:omne pul/
chrū fetidū:oīe postremo q̄ delecta/
re possit molestū:cū dei bonitas in in/
finitū excedat omnē bonitatē creatā.
Delectatio que erit in perceptione im
mediate illius bonitatis in infinitum
melior erit omni perceptiōe create bo/
nitatis. Job.xvii. Hec est vita eterna
vt cognoscāt te solū deū verū ⁊ quem
misisti iesum xp̄m Aug. supra.ii. Lor.
iij. Ibi beata vita in fonte viuo bibit
vnde aliq̄d spargit huic humane vite.
Ꝫ⁹ prophetā Dauid dicit p̄s.xlij. Quē
admodum desiderat cervus ad fontes
aquarū ⁊c. Oēs delitie q̄ sunt in toto
mūdo velut minime gutte sunt aque:
que flurerūt ab illo sacro fonte trinita
tis. Ube ergo inimicis dei q̄ dimittūt
infinitā dulcedinē ⁊ bonitatē p⁹ mini
ma sapientia quevertēt in amaritudinē
Dicē.ij. Dereliquerunt me fontē aque
vive ⁊c. ¶ Tertiū cōsiderandū de visio
ne dei ē iocūditas. Erit vnicuiq̄ vidē
ti deū tanta iocūditas ⁊ plena letitia:
vt in illa omne boīs desideriū quiescat
nihilq̄ amplius appetat. Ratio ē ⁊m
Rich. in.iiij. di.xlix. q: vnusquisq̄ na/
turaliter appetit suā perfectionē. Se
cundaria ꝫo humani intellectus perfe
ctio cōsistit in pfectione sui actus qui est
intelligere. Nūq̄ aūt actus intelligen
di est pfectus nisi sit respectu nobilissimi
intelligibilis ⁊ nobilissimo mō intelli
gendi. Nobilissimū intelligibile est de
us:nobilissimus modus intelligēdi est
intelligere ipm in sui substātia. Exquo
tā amabilis tāq̄ gratissima ē visio illa
q̄ si q̄s proponeret alicui beato vellet
ne per milia milium annoꝝ esse in hoc
mundo absq̄ hoc q̄ videret deū: habe
req̄ oēs diuitias: oēs thesauros: oēs
pecunias: omnes p̄ciosos lapides: om
nia iocalia: omnia regna mundi: om/
nia delicata cibaria: omnē viroꝝ clarif
simoꝝ famā ⁊ gloriaꝫ: ac desiderabilia
queq̄ q̄ in hoc seculo possunt esse sta/
tim clamaret. Discede a me ⁊ fine me
esse in delitijs visiōis dei: q̄ sola incom
parabiliter excedit quelibet tēporalia
dona: q̄libet tpalia gaudia: quamlibet
pboꝝ sciam: quālibet regū ⁊ imperato
rū preeminētiā. Vinc Aug. li.iij. de li
bero arbitrio. ait: Tāta erit illa pulch:i
tudo iusticie ⁊ icōmutabilis lucis eter
ne: q̄ si non liceret in ea morari plus
q̄ vnius diei hora: ꝓpter hoc solus in
numerabiles anni huius vite plenis cir
cūfluētia bonoꝝ tpaliū recte meritoq̄
contemnerētur. Et lib:o.x. de ciui. dei.
c.xv. inquit: Illa nāq̄ beata visio dei
tante pulch:itudinis visio est ⁊ tanto
amore dignissima: vt sine hac quibus/
libet alijs bonis preditum ⁊ abundan
tem non dubitem protinus infelicissi/
mus dicere. Et apostolus.j. ad Lor.ij.
Oculus nō vidit nec auris audiuit nec
in cor hominis ascendit que preparā/
uit deus his qui diligunt eū. Videbi/
mus etiam deū incarnatuꝫ: quod quā/
te iocūditatis sit: dicit Bern. Plenum
profectus omnis suauitatis videre homi
nem hoīs conditorē. Profecto nimia
letitia erit videre xp̄m tāq̄ gloriosum
deum ire per paradisum. Un Scotus
in.iiij. di.xlix. dicit q̄ xp̄s potest se mo
uere realiter vere ⁊ sicut rex in celo em
pyreo. Videmus quoq̄ ipsum nostrū
finē. Videbim⁹ ipm factorē: creatorem
sicut vn⁹ ex nobis: ⁊ humanā naturaꝫ
exaltatam super angelos. Et hec erit
prima dos anime. ¶ De secunda dote
que est fruitiōis inquit Rich. in quar/
to vbi. s. q̄ dos fruitionis est perfect⁹
charitatis habitus quo anime fruitur
deo. ¶ De tertia dote que est tentionis
inquit Rich. vbi. s. Dos tentionis est
habit⁹ pfectus quo voluntas est per/
fecte secura de tentionis p̄dicte ppetua
tione. Quid plura? Sursuꝫ corda leua

mus de tenebre vite huius: ⁊ dulcedinē paradisi ꝑ ꝯtēplationē degustemus: qꝛ nihil arbitror dulcius q̄ tali cogitatione occupari. Exempluꝫ fratris Egidij. Exēplū fratris Bernardi de q̄ntavalle. Cū aūt experiemur ea admirabimur et letabimur scientes multo vberiorē esse felicitate ipsam sctōꝝ q̄ rumor q̄ insonat nr̄is auribus in hac vita. Sicut factū legimus de regina saba q̄ venit a finib⁹ terre ad Salomonez audita fama ipsi⁹: vt dr̄. iij. Reg. x. Hec cū ꝯsiderasset sapiētiā Salomonis: vidissetq̄ domuꝫ quā edificauerat: ⁊ cibos mēse eius: et habitacula seruoꝝ: ⁊ ordinē ministrantiū: vestesq̄ eoꝝ ⁊ pincernas: ⁊ holocausta que offerebat in domo dn̄i: nō habebat vltra spm̄: dixitq̄ ad regez. Verus est sermo quez audiui in terra mea suꝑ sermonib⁹ tuis ⁊ suꝑ sapiētia tua: ⁊ nō credebā narrātibus mihi donec ipsa veni ⁊ vidi oculis meis: ⁊ ꝓbaui q̄ media pars mihi nūciata nō fuerit. Maior est sapientia tua ⁊ opa tua: q̄ rumor quez audiui. Bti viri tui ⁊ bti serui tui hi q̄ stāt corā te semꝑ ⁊ audiūt sapiam tuā. O igit̄ p̄clarū illū diē cū aīa nr̄a ad visionē illā diuinā attinget. Cōperiet ꝓfecto tātā esse visionis delectationez q̄ merito dicere poterit. O deus dulcissime: bti q̄ te q̄rūt: bti q̄ te habēt: bti qui te vidēt: bti q̄ habitāt in domo tua: beati deniq̄ qui mundo spreto te verum ⁊ summum bonum desiderant.

¶ De origine dotium corpoꝝ btōꝝ: ⁊ de numero atq̄ ꝯditione illarū. Cap̄. ij.

Secundo ostēdimus q̄ sit copiosum ⁊ immēsuꝫ gaudiū btōꝝ ꝓpter corporis dotationē: de q̄bus dotibus tria consideremus.

Primo originationē.
Scdo distinctionē.
Tertio cōditionē.

¶ Primo ꝯsideremus originationē. vn̄ scꝫ erit origo dotiū in corporibus btōꝝ Ad qd̄ ita dicit Rich̄. in. iiij. di. xlix. Dotiū origo erit a deo ꝑ creationē vt q̄daꝫ v̄o improbabiliter dicūt. Vn̄ ꝓ tāto dr̄ q̄ dotes erūt in corpore a btitudine aīe ꝑ quādā redūdantiā: qꝛ deus illas creabit in corporibus btōꝝ ꝓpter meritus aīarū: qꝛ in via ⁊ sibi ⁊ corporibus suis gl̄iam meruerūt. Vel pōt dici ꝓbabiliter q̄ origo illaꝝ dotiū erit a deo nō tn̄ ꝑ creationē: sed mediāte btitudine aīe: qꝛ sicut dicit Aug. in epl̄a ad Dios. Taꝫ potētem fecit deus aīam: vt ex eius plenissima btitudine q̄ in fine tēpoꝝ sctis ꝓmittit̄ redūdet in inferiorē naturā q̄ est corpus nō btitudo q̄ fruētis ⁊ intelligētis est ꝓpria: sed plenitudo sanitatis ⁊ incorruptionis vigor. Dn̄s autem Bon̄. in suo. iiij. di. xlix. ita posuit: q̄ est loq̄ de dotibus corporis: in q̄bus eius gl̄ificatio ꝯsistit: vel quātum ad dispositionē: vel quantū ad cōsummationem. Si quātū ad dispositionē sic dicunt̄ dispositiōes q̄ sunt qualitates absolute ipsius corpis q̄ sibi dant̄ a deo i eius reformatione. Si quātū ad ꝯsummationē: sic dico q̄ sunt a gl̄ia aīe siue ab aīa gl̄iosa. Vn̄ sicut in pn̄ti aīa in corpus influit: ⁊ ꝑ illā influētiā corpus est coloratius: durabilius: virtuosius ⁊ agilius q̄ cū aīa separat̄. Sil̄r dico in ꝓposito suo mō q̄ aīa gl̄iosa influēs in suū corpus oēs dotes istas ad quas dispositionē habebat ꝑ sui reformationē ꝑficit et cōsummat. ¶ Scdo ꝯsideremus de dotibus btōꝝ corpoꝝ distinctionē. Distinguunt̄ em̄ a sctis quattuor dotes ipsuꝫ corpus gl̄iosuꝫ ꝑficiētes: videlꝫ impassibilitas: claritas: subtilitas: ⁊ agilitas. Rō aūt huius numeri ⁊ sufficiētie assignat̄ a Bon̄. qꝛ corpus nostrū est cōpositū ex quattuor elemētis: ⁊ qꝛ elementa sunt imꝑfecta: quadruplicem habet ab eis defectibilitatē. Ab aqua que est elementū humidū ⁊ passibile: hꝫ passibilitatem ⁊ corruptionez: vnde humidum aqueū corpus corrumpit. A terra q̄ est elementū opacū habet obscuritatē. Ab igne aīalitatē: qꝛ calor cōsumit̄ cōtinue ideo continue indiget ciboꝝ alimonia. Ab aere habet infirmitatē. Aer em̄ faci

le immutatur ⁊ cedit cuilibet impellēti
Qm̄ ergo quattuor isti defectus debēt
per bona opposita remoueri: ad hoc ꝙ
corpus sit ꝑfectuꝫ ꝑfectione cōpleta: iō
quattuor sunt dotes. Cōtra corruptio-
nē ⁊ passionē: incorruptibilitas vel im
passibilitas. Cōtra obscuritatem clari-
tas. Cōtra aīalitatē spūalitas. Cōtra in
firmitatem virtus siue penetrabilitas.
Vnde aplus. s. Coꝝ. xv. ait: Seminat̄ in
corruptione surget in incorruptione: ec
ce impassibilitas. Seminat̄ in ignobili
tate surget in gloria: ecce claritas. Se-
minat̄ in infirmitate surget in virtute:
ecce subtilitas. Seminat̄ corpus aīale
surget spūale: ecce agilitas. ⁊ Augu. lib.
xxij. de ciui. dei. inquit: Abijciet̄ a corpo
ribꝰ nr̄is oīs deformitas: oīs tarditas:
oīs infirmitas: oīs corruptio. Oīs de-
formitas ꝑ claritatē. Oīs tarditas per
agilitatē. Oīs infirmitas ꝑ spūalitatē.
Oīs corruptio ꝑ impassibilitatē. Uide-
tur itaqꝫ sufficiens ista dotium enume
ratio. Nā dotes corporis dicunt̄ nō om
nes qualitates: sed qualitates nobiles
⁊ principales de nouo supaddite natu-
re. Et qꝛ de nouo supaddite debēt acci-
pi ꝟm naturales defectus: ⁊ hi ꝟm cau-
sas pricipales q̄ sunt quattuor elemēta
¶ Tertio ꝯsideremus de dotibꝰ corporū
btōꝝ cōditionē. Prima dos est impassi
bilitas. Erūt enim corpora illa incorru-
ptibilia ⁊ impassibilia. Sed huius im-
passibilitatis causam diuersimode ple-
riqꝫ ponunt. Dicunt ergo quidā ꝙ ele-
menta erūt in corpore glorioso ꝟm sub-
stantiā nō ꝟm qualitates. Et iō qꝛ sub-
statie nihil est contrariū: sed vbi nulla
est cōtrarietas nulla est pugna nec dis-
solutio ex consequenti corpora illa erūt
incorruptibilia ⁊ impassibilia. Sed hoc
stare nō pōt: vt dicit Boñ. ꝙ a corpori-
bus gl̄iosis: vt refert Augu. vitia detra-
buntur: natura seruabitur. Sed quali-
tates elemētales sunt eis naturales: er
go manebunt. Si dicas ꝙ manent ꝟm
essentiam nō ꝟm actum. Cōtra qꝛ vnū-
quodqꝫ nobilius est qñ est coniunctum
actui q̄ qñ nō. Alij dicūt ꝙ corpora bea
ta erunt impassibilia ꝑ hoc ꝙ cessabit
motus celi quo cessante nihil pōt mo-
ueri. Sed articulus iste excōicatus est.
Nā ꝟm Augustinū si cessaret motus ce
li adhuc rota figuli posset moueri. Lan
dul. in suo. iiij. asserit ꝙ causa impassibi
litatis corporꝫ btōꝝ est ex hoc ꝙ volun-
tas diuina nō coagit cuicūqꝫ cause se-
cunde corrūpenti. Cessante enim prima
cā ab actiōe sua cessabit cā scd̄a. Jō nul
la cā scd̄a pōt corrūpere corpora btā: qꝛ
deus non coaget illi: sicut corpora triuꝫ
pueroruꝫ erant impassibilia ab igne: qꝛ
deus nō coagebat igni ad comburendū
eos: lꝫ coageret ei ad talia combustibi-
lia. Si obijcias cōtra ista qꝛ tūc impassi
bilitas nō esset dos: qꝛ nihil poneret in
corpore dotato nisi priuationem actio-
nis diuine. Et scd̄o qꝛ eodeꝫ modo erūt
impassibilia corpora dānatorū: qꝛ deus
non coaget igni vt corrūpat ea. Respō
det Landul. ꝙ nō oportet ꝙ dos sit in
dotato. Nam dos non est in spōsa que
dotatur: sed sufficit ꝙ ex dote aliquid fi
at circa personam dotatam: ⁊ sic est in
ꝓposito. Uel dicere possumꝰ: ꝙ impassi
bilitas est quedam priuatio passionis
seu potentie recipientis passionē: ⁊ ista
priuatio est in corpore dotato. s. corpore
beato: sed est a voluntate diuina. ¶ De
corporibus ꝟo damnatis dicit Landul.
ꝙ non habebunt dotem impassibilita-
tis. Tum qꝛ fortissime patient̄ ab igne
tum quia non datur eis pro meritis ꝙ
non corrumpantur ab igne: sed vt conti
nue crucient̄. Richardus ꝟo in suo. iiij.
vbi. s̄. refert ꝙ in impassibilitate est cō
siderare: ⁊ illud qd̄ ponit ⁊ illud qd̄ ex-
cludit. Quis enim significetur negati-
uo modo: tamen res per eam significa-
ta non est priuatio: sed habitus. Est em̄
qualitas in corpore ex redundantia bea
titudinis anime causata: corpus prohi-
bens ab omni passione corruptioni con
traria. Omissis itaqꝫ doctoꝝ opinioni-
bus varijs de causa impassibilitatis il-
lorum corporum glorificatoruꝫ firmiter

⁊ indubitanter tenere debem⁹ ꝙ pre-
tacta corpora nec patient̄ nec poterūt
pati: nec ab interiori nec ab exteriori:
nō a frigore: nō a calore: nō a fame: nō
a siti: nō ab egritudinib⁹: ⁊ hmōi qui
bus molestamur in p̄senti vita quoti-
die. Jō Apocal. xxj. scribit̄: Absterget
deus oēm lachrymā ab oculis eoꝝ: et
mors vltra nō erit: neq; luct⁹: neq; cla-
mor: neq; dolor erit vltra. Erit itaq;
ibi sanitas sine infirmitate: iuuētus si
ne senectute: vita sine morte. ¶ Scd̄a
dos corpoꝝ btōꝝ d̄r claritas. De hac
scribitur Sap̄. iij. Fulgebunt iusti. Et
Mat. xiij. Fulgebūt iusti sicut sol in re
gno patris eoꝝ. Sunt nihilominus in
hac parte tres theologoꝝ ꝓpositiōes
attendende. ¶ Prima est dn̄i Bonauē
ture ⁊ Lūdulphi: qui dicūt ꝙ corpora
beatoꝝ erūt luminosa ⁊ colorata. Co-
lorata quidē ꝓpter naturā quattuor
elemētoꝝ ⁊ eoꝝ qualitates ex q̄bus cō
stabit corpus humanū. Sed luminosa
rōne luminis superadditi. nā noctilu-
ca de dei apparet colorata: de nocte lu
cida. Simil̄r carbo per sui naturā alicu
ius coloris est: igne aūt adueniēte effi-
citur luminosus: ⁊ tn̄ nihilominus est
coloratus: q: est ibi lux materie terre-
stri incorporata. Sic corpus resurgēs
per naturā suā habebit colorē ⁊ clari-
tas luminis superinducet ipsum sicut
ignis carbonē. ¶ Scd̄a ꝓpositio ꝟm
Richardū: ꝙ lux elemētalis ⁊ lux cor-
poris glorificati nō sunt eiusdē speciei
sed lux est quasi quedā imitatio illius:
sicut lux spūalis aīe nō est eiusdē speci
ei cū spirituali luce glorie: sed est q̄daz
imitatio illi⁹. Simil̄r lux solaris eius-
dē speciei nō est cū luce corporis glori-
ficati: sed vna est quedā similitudo seu
imitatio alteri⁹. Et lz dicat̄ Mat. xvij.
de xp̄o. Resplēduit facies ei⁹ sicut sol:
tn̄ glosa ibi dicit plus certe q̄ sol: sed
non habuit exēplū maius cui cōpara-
ret. ¶ Tertia ꝓpositio est ꝙ lux corpo-
ris xp̄i eiusdē speciei est cū luce q̄ post
resurrectionē erit ī alijs corporib⁹ glo-
rificatis. Ideo apl̄s dixit Phil. iij. Re
formabit corp⁹ hūilitatis nostre confi
guratū corpori claritatis sue. Tn̄ erit
differētia inter lucē corporis xp̄i: ⁊ lu-
cem alioꝝ. Et inter se etiā differūt lux
vni⁹ corporis gloriosi a luce alteri⁹ ꝟm
magis ⁊ min⁹. Quod notauit apl̄s di-
cēs. j. ad Corinthios. xv. Alia est clari-
tas solis: alia claritas lune: alia clari-
tas stellarū. Stella em̄ differt a stella
in claritate: sic ⁊ resurrectio mortuoꝝ.
Nā sicut dicit magister sententiarū in
littera. Claritas corpoꝝ est differēs ꝟm
differētiā glorie aīarum: q: ex claritate
beatitudinis aīe claritas redundabit
in corpus. Un̄ ꝟm ꝓportionē qua bea
titudo aīe xp̄i excedit beatitudinez cu
iuslibet alteri⁹ aīe: sic lux corporis xp̄i
excedit lumen futurū in quocūq; alio
corpore. ¶ Tertia dos corporū beatoꝝ
erit subtilitas. Ubi dicit Richardus
de media villa ex mēte philosophi: ꝙ
res triplici de cā est penetratiua. Aut
propter quātitatis paruitatē: maxime
ꝟm latuz ⁊ profundū vnde acus q̄uis
longa: penetratiua est. Aut propter ra
ritatē: ⁊ si aer est penetratiuus. Aut ꝓ
pter actiue virtutis magnitudinē: ⁊ nc
vinū est penetratiuū multomagis q̄
simplex aqua quātūcūq; tenuis. Qua-
propter aqua cū modico vino bibita
magis refrigerat sanū q̄ si per se biba
tur: q: vinū facit eam ad loca corporis
penetrare. Scd̄m primā cām penetrā-
di non attendit̄ subtilitas corpoꝝ bea
torū: q: indebita quantitate resurgēt.
Nec etiā ꝟm cām secundā: q: tota ma-
teria que est necessaria ad essentiā eoꝝ
resurget in eis. Unde quidā errauerūt
dicētes: ꝙ corpora gloriosa erūt rario-
ra aere vel vento. Quē errorē vt ponit
Gregorius in moralibus tenuit Eutici
us constantinopolitane vrbis episco-
pus. Igitur subtilitas illorum corpoꝝ
erit ꝟm tertiam causam. Per virtutes
nanq; beatitudinis anime erit in bea-
tis corporibus tanta magnitudo vir-
tutis actiue ꝙ per eam multo efficaci⁹

poterūt penetrare q̄ ignis vel aer. Ūñ Anselmus in libro de similitudinibus inter ꝓncipiū ⁊ mediū de quolibz beato dicit: q̄ intantū erit fortis vt etiā si velit terrā cōmouere possit. ¶ Quarta dos corpoꝝ beatoꝝ erit agilitas. De qua Sap. iij. scribit: Tāq̄ scintille in arūdineto discurrēt. s. beati volabūt ⁊ nō deficiēt. Ad qđ intelligēdum dicit Landulphus q̄ tria cōcurrūt ad agilitatē. ¶ Primū est potētia aīe motiua. Duplex em̄ motus est in hoīe. Unus q̄ est ꝑ elemētū ꝓdominās quo mouetur deorsum: ⁊ iste motꝰ nō inest ībi ꝑ aiam. Alius est motꝰ ꝓgressiuus cuius principiū est aīa: q̄ motꝰ tripliciter differūt. Primo q̄ vnus est ab aīa sez progressiuus: alius aūt nō. Scō q̄ motꝰ primꝰ est ad vnū tm̄ eo q̄ sequit grauitatē. scōs pōt esse ad diuersa ꝑ diuersam apprehēsionē sensus quā sequit aīa. Tertio q̄ i primo motu grauitas que est principiū eiꝰ nō pōt desistere: sed in scō motu pōt aīa desistere. Nam dñs ihesꝰ in aīa potētiā nō solū ad motū ꝓgressiuū organice: sed etiaz ad mouēdū corpus nō organice. Dicitur autem aīa mouere organice q̄n mouet mediātes alia: sicut mouēdo organice mouet alia mēbra: ⁊ sic fit motꝰ progressiuus. Mouet em̄ immediate vnā partē mediāte illa mouet aliā: ⁊ sic mouetur totꝰ hō successiue. Dicit etiā mouere nō organice mouēdo totū simul. Et sic aīa beata poterit corpus subito mouere: liez nō in instāti de loco ad locū. ¶ Scōz qđ occurrit ad agilitatez erit multiplicatio spiritū purissimoꝝ. Tū q̄ spūs vitales erūt purissimi ⁊ vigorosissimi: tū q̄ corpꝰ replebit aliq̄ purissimo elemēto. s. purissimo aere vt nō sit vacuū nō erūt tūc faces. ¶ Tertiuz qđ cōcurrit ad agilitatē erit remotio oīs indispositiōis q̄ est in neruis ⁊ in corpore: ⁊ oīs pōderositas q̄ nō est de essentia nature. Et tūc aīa poterit mouere facilē tale corpꝰ vel motu ꝓgressiuo vel totū simul. ¶ Si dicas quo ista bunt corpa in celo empyreo. Rūdeo q̄ ambulabūt ⁊ mouebunt subito ꝑ libro. Si q̄ stabūt credit q̄ stabunt erecta. Liez em̄ corpi inquatū corpus est magis cōpetat sedere vel iacere. Tū inquatū est instrumētū aīe magis competit sibi stare ꝓpter ꝑticipationē ad operandū. Ūñ Stephanus vidit ihesum stantez a dextris dei. Actuū. vij. c. Oēs etiā sensus tam spūales q̄ corporales erūt in sua pfectiōe. Videbit nāq̄ aīa deū per clarā visionē: odorabit deum ꝑ transformationē: audiet deū ꝑ sue vōlūtatis impletionē. Ex his sensibus in aīa glorificata redundabit gloria in sensib⁹ corpis gloriosi: ⁊ quāta magis aīa erit glorificata a deo i sensib⁹ suis tanto in corporeos sensus in maiorez gloriam redūdabit. ¶ Primo quidē visus erit tāte perfectionis: q̄ ab extrinseco non poterit corrumpi vel impediri. ſlā sine obstaculo videbit cūcta corpora. Unde vndecim nobilitatib⁹ erit decoratus. Primo quidē videbit intra sicut extra: ⁊ oīa corda ⁊ corpis armoniam: atq̄ interioꝝ mēbroꝝ dispositionē: vt dicit cōmentator super Ysidorū de ange. hierar. Scō videbit oculus subtus sicut supra. Tertio videbit delonge sicut ppe. Quarto minima sicut magna. nā videbit beatos in oriēte etiam si ipse moueret in occidente. Quinto superiora oculos non leuando. Sexto inferiora oculos non iclinādo. Septimo videbit diuersa obiecta ⁊ quasi infinitos radios tāq̄ vnū ⁊ q̄si vnitos. Octauo videbit qđlibz obiectū ⁊ qđlibz ꝑdictoꝝ q̄si infinitoꝝ radioꝝ ab altero separatū. Nono videbit i nocte sicut i die. Decimo oculis clausis sicut apris. Undecimo absq̄ labore aliq̄ ⁊ ifatigabili oīa supradicta. vñ esa. lx. Tūc videbis ⁊ afflues ⁊ mirabit ⁊ dilatabit cor tuū. ¶ Scō audit⁹ pficiet. Nā nullū audit⁹ obstaculū poterit ipedire eū vl' ꝓturbare. Qui i trib⁹ mariē perfectus erit. Primo nanq̄ audiet oēs insimul sonos ⁊ voces ⁊ oēs can-

tus totius celestis curie fine reuerberatione aeris. Scdo discernet in his vnū ab altero ita distincte: q nullus cant⁹ sonus aut vox poterit ab altero ipedir̄i. Tertio audiet ita delōge sicut deprope. ¶ Tertio aūt gustus pficiet qui est quidā tactus. Nā gustus t tact⁹ ī psentivita similes quodāmodo dici possunt Nā gustus particularis est tactus qui est in oībus subiectis. idest sensuū partibus subiectiuis. Gustus aūt non erit in patria in aliqno actu: qui deseruiat nutritiue: sed tantūmodo inquātuz est apprehēsiuus sapor: redūdabit quedā dulcedo anime in sensum gustus: t ꝑm quosdā causabit in lingua t gustu beato quādā suauissimā humiditatē habētem illū saporē qui correspōdeat perfectioni illius cui⁹ erit lingua. Rich. dis. xcix. ar. iiij. q. iij. ad. v. ar. tñ sentit q talis humiditas ī palato t gustu: aut fiet a deo per creationē: aut causabit in aer vi beatitudinis anime. Exēplum de sctis pri⁹q tā parū comedebāt. Exemplū de bto Fran. qui ieiunauit in lacu perusino. Exemplū de Maria magdalena. ¶ Quarto sensus odoratus perficietur in estimabili suauitate odoris: q tñ odor nō causabitur er euaporatione seu resolutione ab aliquo corpore odorabili que tunc nō erit: quia repugnat impassibilitati: sed solū per multiplicationē odoris a corpore odorifero ad ipsum sensum: immutando ipsum nō immutatione materiali: sed tñ immutatione animali. Pro quo notanduz ꝑm Rich. vbi. s. ad. vj. ar. q fumalis euaporatio nō est per se necessaria ad hoc vt similitudo odoris pertingat vsq ad olfatū. Quod patz: qz refert phs. ij. de anima quedā sunt animalia que alōge currunt ad alimētum per hoc quod ab odore mouētur. Unde vultures ex odore percepto ad loca tam remota currūt ad cadauera q non esset possibile q euaporatio facta ab illis cadaueribus pertingeret ad loca tam remota. Sz q cum multiplicatione odoris fiat euaporatio aliqua a corpore odorifero: hoc prouenit ex hoc quia corpora odorifera sunt nimia humiditate aspersa. Sz in corporibus gloriosis erit odor in sua vltima perfectione: nullo modo per aliquam superfluam humiditatem dispersus. Et ideo ab eis multiplicabit odor ad olfatum sine aliqua euaporatione. ¶ Quinto tactus perficiet atq inerpli cabili delectatione iocūdabitur. Quia nēpe iocūdissima suauitate adherebit deo: hinc est q corpori suo tūctus hanc iocūdissimā adherētiam illi impartiretur. Sed quia anima gloriosa erit in toto suo corpore gloriosa: hinc est q gloriam suā toti corpori communicabit p experiētiam tanti altissimi t gloriosissimi sensus q in presenti vita nō potest bene itelligi aut credi: nisi ab illis qui per priuilegium singulare toto corpore aliquam diuinam dulcedinem experimentaliter experti sunt. Talis aūt perfectio predictorū procedet: quia voluntas subiecta deo corpi t eis sensib⁹ ad libitū imperabit. Corpus⁹o cū sensibus suis anime sicut anima deo obediet.

¶ Or ingens erit letitia beatoz er eo q habitabūt in celo empyreo. Cap. iij.

TErtio ostēdimus q̄ sit copiosum gaudiū beatoz ꝓpter loci habitationē qz habitabūt in celo: vbi tria dubia merito declaremus.

Primū vtrū scriptura sacra celi p⁹ductionē recte denunciet.

Scōm vtrū celū sit vnū vel plēs.

Tertiū vtrū celū sit locus beatoz.

¶ Ad primum dubium oritur ambiguitas: t quidem nō parua. qm̄ Beñ. s. scribitur: In principio creauit deus celum t terram: vbi asserit scriptura celū prima die creatum. deinde sequitur: vocauit deus firmamentum celum: qō confirmat secunda die factum. Ad hoc respōdet Thom̄. s. parte. q. lxviij. Primo ꝑm Chrysost. qui asserit q moyses sum marie dixit q deus fecit premittens. In principio creauit de⁹ ꝛc. postea per

uersali autē politice non contradicunt ob ipsa distrahētes vnā vel plures particulares: vt dicendo: oēs de ista ciuitate sunt sani: oēs currūt ad spectacula: tamen aliqui sunt infirmi: aliqui in domo. Et sic Mat. iij. dr: Exibat ad Johānem hierosolyma ⁊ omnis iudea ⁊ ois regio circa iordanē. ¶ Quarta ratio faciens ad confirmandā opinionē istā dr puritatis comparatio. Debuit quidem virginis puritas superexcedere puritatem quarūcūq; aliarū creaturarū: ⁊ angelorū ⁊ hominū. Unde Anselmus lib. de conceptu virginali inquit: Decuit vt illius hominis conceptio de matre pulcherrima fieret: q̄ ea puritate niteret qua sub celo maior nequit itelligi cui deus pater vnicū filiū sibi equalem de corde suo genitum ita dare disposuit: vt esset vnus idēq; dei ⁊ virginis filius. Sanctus Tho. in. s. sententiarū di. xliij. ar. iij. in responsione ad tertiū argumētum dicit: Puritas intenditur per recessum a contrario. In rebus autē creatis nil purius eo quod est sine contagione peccati: qualis fuit puritas beate virginis que a peccato originali et actuali immunis fuit. Si ergo beata virgo peccatum originale contraxisset: tūc puritas eius nō excessisset puritatem alior. Nam angelus creatus fuit sine aliqua labe peccati. Sic ⁊ anima primi hominis ⁊ mulieris. ¶ Quinta ratio p̄ hac opinione dicitur honoris exhibitio. Debet vtiq; filius honorare matrem quātū potest: quoniam vt inquit Dierony. parentibus nemo pōt reddere quod tenetur. Sed rps potuit honorare matrē illam preseruando ab originali culpa: igitur debuit ita facere. ¶ Sexta ratio dicitur gratie completio. Fuit equidem in virgine tanta gratie plenitudo: quantam capere potuit aliq̄ pura creatura. Ideo angelus eam dixit plenā gratia. Luc. s. ⁊ Diero. in sermone ad Paulam et Eustochiū inquit: Ceteris per partes prestatur: marie vo totam se infundit gratie plenitudinē. Quare p̄ nullo instanti defecit illa grā: quod tamē nō fuisset si ad modicum originalis culpa habitasset in anima eius. Itē vt inq̄t Franciscus. Ipa fuit virgo virginū: si cōtraxisset originale virginitas ei⁹ fuisset diminuta. Nam virginitas angelorū que spiritualis est: de qua Dierony. dicit: Semper est angelis cognata virginitas: est maior virginitate corporali. Et ideo si fuisset virginitas anime marie p̄ originale corrupta non esset par cū virginitate angelica. ¶ Septima ratio dicitur diuina reuelatio. Cepit nāq; celebrari festum conceptionis virginis marie reuelatione dei. Nāvt scribit Anselmus cantuariensis: dū quidē venerabilis abbas Remensis cenobij Helsinus nomine missus fuisset a Guilhelmo anglor̄ rege in daciā: cum peractis q̄ sibi cōmissa fuerant ad angliam redire cuperet: ingressus est mare: vbi postq̄ per spaciu⁹ prospere nauigauit vt solet eē: tēpestas valida cepit nauigātes terrere. Fatigatis igitur nautis nec vltra valentibus se iuuare: remis fractis funibus ruptis: candentibus velis: spes salutis amittitur: ⁊ nihil sibi nisi submersionis iudiciū expectatur. Cūq; essent de corpor̄ salute desperati: curā solummodo animarum creatori suo magnis clamoribus cōmendarēt: ⁊ beatā genitricem dei mariā matrē miseror̄ in suū auxiliū inuocarent: cōspiciunt quendā a venerande habitudinis virū pontificali infula decoratū statē p̄mū nauim. Qui aduocans ad se abbatē Helsinum his verbis alloqui cepit eū. Vis periculū maris euadere? Uis in patriā tuam sanus redire? Cūq; cū fletu id solū desiderare dixisset: tunc ille ait: Scias me a dña nostra dei genitrice ad te missum: vt si meis dictis obtēperare volueris: saluus cū comitātibus ad portū deuenies. Spopōdit ille se facturū omnia. Cui vir ille. Promitte mihi q̄ diem cōceptionis matris christi solenniter celebrabis: ⁊ celebrandum p̄dicabis. At Helsinus. Et quo inquit die festū istud

erit mihi celebrandus. Sexto ait idus decembris: vteriscz officio natiuitatis: excepto q nomē natiuitatis mutabis in conceptionis. His dictis ille dispa-ruit. Et sedata tēpestate abbas cum re-liquis applicuit ad littus. Et que vide-rat qb⁹ potuit notificauit. Statuitcz in Remensi cenobio ipsum festum cele-brari. Sic paulatim excrescere cepit de-uotio xpianoꝝ ad cōceptionē virginis excolendam: que tñ temporibus istis vt apparet vbicz terrarū ab omnib⁹ preco-nizatur. Omnes clerici: oēs religiosi de conceptavirgine festiue officiū dicunt: At t Sixtus quartus pontifex maxim⁹ per suas litteras ad ppetuā rei memo-riam statuit vt per totū octauā hui⁹ cō-ceptionis officiū protendatur: pcedēs eandem indulgētiam omnibus q̄ misse t horis canonicis adesse curauerint: q̄ conceditur pro festo t octaua corporis xpi. Planum iam est q hec opinio secū da indies roboratur et pficit t magis videtur fore cōsona pietati. Et ꝟm sen-tentiā Hostiensis aliorūcz doctorum. Quādo sunt diuersa iura et opiniones non contra deū nec contra bonos mo-res: humaniori sententia est preferenda ceteris paribus. eē de transac. c. fi. vbi glosa super verbo humaniorem. Pro-niores inquit esse debemus ad soluen-dum q̄ ad condemnandum. vt. j. in. c. ex litteris. de pba. t. ff. de accu. t obli-gatio. l. arrianus. Necz tamen vt ex dic-tis colligi potest festum conceptionis refertur ad transfusionem seminis: de quo fuit formatum corpus virginis q̄ dicitur prima conceptio hominis: quia licz fuerit sine peccato parentum virgi-nis fuit tamen cum feditate et de ordi-natione nature: vt refert dñs Beltran-dus cardinalis in expositione epistole sexte ferie quattuor temporū de aduen-tu. Sed festum illud ordinatur ad secū dā conceptionem: ꝟm quam virgo fuit concepta et in esse naturali humano et in esse spūali gratioso. i. in animatione illius benedicti corporis: que fuit din post primam conceptionē fo: sanctoge-simo die. Nam dicitur q corpus ma-sculi animat quadragesimo die: femi-ne vo octogesimo. Et hoc modo si fuit de pctō originali preseruata: de ista cō-ceptione scdo modo sumpta facim⁹ ad virginis laudē festū referentes gratias omnipotēti deo qui aduocatā nostram tanto priuilegio decorauit. Si aūt pec-catū originale cōtrarit: a quo tū p san-ctificationem mūdata anteq̄ nata: tūc festū sub noīe cōceptiōis ad ipam san-ctificationē refertur. Utvo tā finē dicē di faciamus conemur virginē affectio-ne singularissima: t reuerētia qua pos-sumus prosequi vt sic mereamur ipsa interueniente sui filij gratiam acquire re: et gloriam celestem tandem letāter ingredi. Amen.

¶ De sancta nobili t digna natiuitate virginis gloriose.

Sermo secundus.

EGredietur vir-ga de radisse iesse et flos de radice eius ascendet. Esaie pphete verba sunt ista. c. xj. Duz recolit me moria natiuitatz virginis gloriose de-bet humana mens in magnā letitiam prosilire. Nā ecclesia legit sermone san-cti Augustini sic dicentis: Adest nobis dilectissimi optatus dies beate acvene rabilis semp virginis marie. Ideo cuz summa exultatione gaudeat terra no-stra tāte virginis illustrata natali. Vic eñ est flos cāpi de qua ortū est precio-sum liliū cōualliū: per cuius partū na-tura mutatur pthoplastorū quo delet et culpa. Et in antiphona dicit: Eū io-cunditate natiuitatē beate marie cele-bremus: vt ipsa p nobis intercedat ad dñz iesuz xpm. Propterea vt ad natiui tatz hui⁹ pconia extollēda icitemur: in hoc sermone de ipa nascēte virgine ver-ba faciem⁹: que designatur nomine vir-ge ab Esaia propheta in verbis assum-ptis p themate. Predixit qppe esaias

virginē ex pgenie dauid oriundā defignatā noīe virge que fuit rectiſſima ſine aliqua curuatione ad inania bona ⁊ trāſitoria mūdi. Fuit etiā pleniſſima quia in ea fuit omne ſoliū ſanctoꝝ ſermonū: ⁊ oēs fructꝰ ſanctaꝝ operationū ⁊ oīs flos ſanctarum virtutū: q̄nīmo ex ipa pdijt flos florū ⁊ fructus fructuū: vīdictꝰ ieſus filiꝰ eius ⁊ dei. Et q̄ hec pphetica ſit dicta de xp̄o pꝛp trāſlatio nē chaldaicā que in hoc loco ſic habet Exurget rex de filijs yſai: ⁊ meſſias de filijs filiorū eius. Igit̄ de ipa naſcente virgine tria myſteria cont̄plemur.

Primū ſanctitatꝫ. Fuit iſta natiui
Scōm nobilitatꝫ. tas ſancta nobi
Tertiū dignitatꝫ. lis ⁊ digna.

Q̄ beata virgo fuit in vtero matris ſcificata: ex qua ſanctificatiōe fomes in ea nullū actū habuit et ab oī peccato preſeruata. Capitulum. j.

PRimo cōt̄plemur virginis naſcētis ſanctitatē. Fuit nāq̄ ante ſancta q̄ ex vtero nata. Et ꝫ hoc nō tradatur in ſcriptura ſacra expreſſe. verūtn̄ vt dicit ſctūs Tho. iij. parte. q. xxvij. rōnabiliꝫ id credimus qm̄ illa que genuit vnigenitū a patre plenuꝫ gratie ⁊ veritatis: pre oībus alijs maiora gratie priuilegia debuit accipere. Inuenimꝰ autem quibuſdā alijs hoc fuiſſe p̄ceſſum vt in vtero ſanctificarēt: ergo ⁊ virgini non fuit negatū. Dictū nāq̄ fuit hieremie: ſicut patet eiuſdē. j. c. anteq̄ exires de vulua ſanctificaui te: et de iohāne baptiſta dixit angelus Lu. j. Spūſcto repleb̄itur adhuc ex vtero mr̄is ſue. Sed in hoc loco tres difficultates ſe offerūt.

Prima: vtrū beata virgo fuit ſanctificata ante animationem.

Secunda: vtrum fuit mundata ab infectione fomitis.

Tertia: vtrum per ſctificationem in vtero fuit p̄ſeruata ab omni peccato.

Pro prime difficultatis declaratione reſpōdet ſanctus Tho. vbi. s. q̄ ſctificatio de qua loq̄mur non eſt niſi emūdatio ab originali peccato. Sanctitas em̄ eſt p̄fecta mūdicia. vt dicit Dionȳ. li. xij. de diui. no. Culpa autē non pōt emundari niſi per gratiam cuius ſolū eſt ſola creatura rationalis. Et ideo ante infuſionem anime rationalis beata virgo ſanctificata non fuit. Et hoc figuratum fuit per ſanctificationeꝫ tabernaculi. Exodi vlti. c. de quo dicitur: Poſtq̄ cūcta perfecta ſunt operuit nubes tabernaculum teſtimonij: et gloria domini impleuit illud. Tabernaculum virginem ſignificat: de qua dicitur in p̄s. xlv. Sctificauit tabernaculū ſuuꝫ altiſſimus que ſanctificata fuit poſtq̄ cūcta eius perfecta ſunt: ſcilicꝫ corpus ⁊ anima: vel in ipſa animatione ſi fuerit ab originali p̄ſeruata: vel ſtatim poſt ipſam animationeꝫ ſi originale cōtraxit. Et ſi obijceretur q̄ alij ſanctificati ſunt ante animationem: ergo ⁊ virgo. Nam Hieremie dictum fuit. Priuſq̄ te formarem in vtero noui te. Hiere. j. Non autem infunditur anima ante corporis formationem. Similiter etiā de Johanne baptiſta dicit Ambroſius ſuper Lucam: q̄ nondum inerat ei ſpiritus vite: ⁊ iam inerat ei ſpiritus gratie. Ad hoc reſpondet ſanctꝰ Thomas q̄ dominus dicit ante formationem in vtero Hieremiam nouiſſe noticia p̄deſtinationis: ſed ſanctificaſſe ſe dicit eum non ante formationem: ſed anteq̄ exiret de ventre. De beato inſuper Johanne baptiſta non eſt intelligendum ſm̄ q̄ ſpiritus vite dicitur anima viuificans: ſed ſm̄ q̄ ſpiritus dicitur aer exterius reſpiratus. Vel poteſt dici q̄ nonduꝫ inerat ei ſpiritus vite. i. anima quātū ad manifeſtas ⁊ cōpletas operationes ipſius. Secunda difficultas erat an beata virgo mundata fuit ab infectione fomitis? Et ad hoc inueſtigandum ſequamur ſanctuꝫ Thomam qui ait: q̄ circa hoc ſunt diuerſe opiniones. Quidam enim dixerunt q̄ in ipſa ſanctificatione beate marie virginis qua fuit ſanctificata in

vtero totaliter fuit ei fomes subtractꝰ. Quidā ꝟo dicūt ꝙ remāsit fomes quātū ad hoc ꝙ facit difficultatē ad bonū sublatus tñ fuit quantū ad hoc ꝙ facit ꝓnitatē ad malū. Alij ꝟo tenēt ꝙ sublatus fuit fomes quātū pertinet ad corruptionē persone: ꝓut impellit ad malum ⁊ difficultatē facit ad bonū. Remāsit tñ inquātū pertinet ad corruptionē nature ꝓut. s. est causa traducēdi originale peccatū in prolē. Nōnulli ꝟo affirmant ꝙ in prima sanctificatione remāsit fomes ꝟm essentiā sed ligatus fuit: in ipa autē conceptione filij dei fuit totaliter sublatus. ¶ Ad hoꝝ autē intellectū oportet considerare ꝙ fomes nihil est aliud q̄ inordinata concupiscentia sensualis appetitus habitualis tamē: qꝛ actualis cōcupiscētia est motus peccati. Dicitur aūt cōcupiscētia sensualitatis esse īordinata inquātū repugnat rationi: qđ quidē fit inquantū inclinat ad malū vel difficultatē facit ad bonū. Et adeo ad ipam rationē fomitis pertinet ꝙ inclinet ad malū vel difficultatem faciat in bono. Unde ponere ꝙ remansit fomes in beata virgine nō inclinans ad malum: est ponere duo opposita simul. Similiter nō est intelligibile ꝙ remansit fomes inquātum ꝑtinet ad corruptionē nature: non inquantū ꝑtinet ad corruptionez ꝑsone. Restat ḡ vt dicamꝰ ꝙ vel totaliter fomes fuerit ab ea sublatus per primā sanctificationez vel ꝙ fuerit ligatus. Posset tñ quis dicere ꝙ totaliter fomes fuit sublatꝰ hoc modo: ꝙ cōcessum fuit anime beate virginis ex abūdantia gr̄e descēdentis in ipsam: vt talis esset dispositio viriū aīe ꝙ inferiores vires nunq̄ mouerentur sine arbitrio rōnis sicut dictū est fuisse in xp̄o: quē cōstat peccati fomitē nō habuisse. Et sicut fuit in Adā ante peccatū per originalē iusticiā. Itaq̄ quantū ad hoc gratia sanctificationis in virgine habuit vim originalis iusticie. Et q̄uis hec positio ad dignitatem virginis matris pertinere videat̄: derogat tamen in aliquo dignitati xp̄i: absq̄ cuius virtute nullus a prima dānatione liberatus est: q̄uis per fidez xp̄i aliqui ante eius incarnationē sint ꝟm spm̄ ab illa damnatione liberati: tamen ꝙ ꝟm carnē aliquis ab illa dānatione liberetur: non videtur fieri debuisse: nisi post incarnationē eius: in qua p̄mo debuit immunitas damnationis apparere. Et ideo sicut ante īmortalitatē carnis xp̄i resurgētis: nullus adeptus fuit carnis immortalitatē: ita incōueniēs etiā videtur dicere ꝙ ante carnem xp̄i in qua nullū fuit peccatū caro ꝟginis matris eius: vel cuiuscūq̄ alteriꝰ fuerit absq̄ fomite: qui đꝛ lex carnis siue mēbrorū. Et ideo melius videt̄ dicendū ꝙ ꝑ sanctificationē in vtero non fuerit sublatꝰ virgini fomes ꝟm essentiā: sed remāsit ligatus non quidē ꝑ actū rationis sue: sicut fuit in viris sanctis: qꝛ non statim habuit vsum liberi arbitrij adhuc in vētre matris existens: hoc em̄ speciale priuilegiū fuit xp̄i: sꝫ ꝑ gr̄am abundātem: quā in sanctificatione receperat: ⁊ etiā perfectius ꝑ diuinā ꝓuidētiā: sensualitatem eius ab omni motu inordinato prohibētē. Postmodū ꝟo in ipa conceptione carnis xp̄i: in qua primo debuit refulgere peccati īmunitas: credēdum est ꝙ ex ꝓle redūdauerit in matrē totaliter a fomite subtracto. ⁊ hoc significatur Ezech. xliij. c. vbi đꝛ: Ecce glia dei israel ingrediebatur perviā orientalez: idest per beatam virginē: ⁊ terra. i. caro ipsius virginis splendebat a maiestate eius. i. xp̄i. Si aūt īstaret aliq̄s ꝙ apostolus. ij. Coꝝ. xij. ait: Uirtus in infirmitate perficitur ⁊ loquitur de infirmitate fomitis ꝟm quā patiebatur stimulū carnis. Sed nihil ꝙ pertinet ad perfectionē virtutis fuit btē virgini subtrahendum: ergo neq̄ fomes. Respōdet̄ ꝙ infirmitas carnis ad fomitē ꝑtinēs est quidē in sanctis viris ꝑfecte virtutis occasio: non tñ causa sine qua perfectio haberi nō possit. Sufficit autē in beata ꝟgine ponere ꝑfectā virtutem et

abundātiā gratie. Nec in ea opz pone-
re oēm occasionē ꝑfectionis. ¶ Tertia
difficultas amouenda erat: vtrum per
sanctificationē in vtero fuit virgo pre
seruata ab oī pctō actuali. Et de hoc
sic loquitur sanctꝰ Tho. ꝙ illos quos
deus ad aliquid eligit: ita preparat ⁊
disponit: vt ad id quod eliguntur inue
niātur idonei. Beata igitur virgo fuit
electa diuinitus vt esset mater dei. Et
ideo nō est dubitanduz quin deus per
suam gratiam eam ad hoc idoneā red
didit ꝑm ꝙ angelus ad eam dixit: In-
uenisti gratiā apud dñm. Ecce ꝯcipies
⁊c. Nō aūt fuisset idonea mater dei si
peccasset aliqñ. Tū qꝛ honor parentuz
redundat in prolē. ꝑm illud Prouerb.
xvij. Gloria filioꝝ patres eoꝝ. Uñ etiā
per oppositū ignominia matris ad fi-
liū redūdasset. Tū etiā qꝛ singularem
affinitatem habuit ad xp̄m qui ab ea
carnē accepit. Tum qꝛ singulari modo
dei filius q̄ est dei sapiētia in ipsa ha-
bitauit: nō solū in aīa: sed etiā in cor-
pore siue vtero. Dicit autē Sap. j. In
maliuolā animā non introibit sapien
tia: nec habitabit in corpore subdito
peccatis. Et ideo simplr̄ fatendū est ꝙ
beata virgo nullū actuale peccatū cō-
misit nec mortale nec veniale: vt īplea
tur quod dr̄ Cant. iiij. Tota pulchra es
amica mea ⁊ macula non est in te.

¶ De nobilitate virginis gloriose de-
scripta ab euāgelista mattheo: ⁊ ꝯcor-
dia matthei ⁊ luce in huius descriptio
ne. Capitulum. ij.

Secūdo contēplemur virgi-
nis nascentis nobilitatez.
Ipsa quippe fuit nobilius
indiuiduum oībus indiui
duis que in humana natu
ra fuerūt aut potuerint gñari. Et q̄dez
mattheꝰ. j. c. describit eā natā de. xiiij.
patriarchis. de. xiiij. regibꝰ. ⁊ de. xiiij.
ducibus. Exquo cū ipsa sit vera mater
xp̄i: ⁊ xp̄us sit eius verus filius: omnis
nobilitas xp̄i ꝑm carnē ortū habuit a
virgine benedicta. Et cum ipse sit vlti
mus rex: vltimus dux: ⁊ vltimꝰ patriar
cha populi iudaici: hoc totū habuit a
virgine bñdicta. Quia igit oēs precla
ritates: ingenuitates: prefecturas: di-
gnitates ⁊ nobilitates: q̄ possent esse
in aliquo indiuiduo humano ꝑm ori-
ginē sanguinis: describunt euāgeliste
in hac puella. Opz nos eorū testimo-
nio eā preferre oībus principibꝰ ⁊ pn-
cipissis: regibꝰ: ⁊ reginis: imperatori-
bus ⁊ imperatricibꝰ: ⁊ oībus potesta-
tibus tribubus ⁊ linguis. Ecclesia ꝟo
sancta dei oīa ista cōsiderās in officijs
ita illā extollit. Natiuitas inquit glo-
riose virginis marie ex semine abrae:
orta de tribu iuda: clara ex stirpe da-
uid. Et iteꝝ. Regali ex progenie maria
exorta refulget. Sed hic tria oriuntur
dubia declaranda.

Primum vtrū mattheus potuit ge
nealogiam christi describere.

Scdm vtrū ex descriptiōe hmōi ge
nealogie nobilitas ꝟginis demōstret.

Tertiū vtruz eadē sit descriptio ge-
nealogie christi facta per mattheū que
⁊ per lucam.

¶ Ad pmū dubiū posset quis arguere
ꝙ mattheus nequiuerit describere ge-
nealogiā xp̄i ⁊ sue virginis mr̄s. Pri-
mo qꝛ Esa. iij. dr̄: Generationē eius q̄s
enarrabit? Insup vt ex iosephi dictis
colligimꝰ in. xvij. antiquitatū libro. ⁊
Beda illud refert in sua chronica. Luz
oēs gñationes hebreoꝝ in archiuis tē
pli secretioribus seruarent. Herodes
alienigena oēs iussit incendi: vt sic sua
ignobilitas iudeis minus contempti-
bilis esset. Quomō igit mattheus ela-
psis iam annis ferme quadraginta a
dilectione hmōi libroꝝ: euāgeliuz scri
bens potuit hanc genealogiā agnosce
re. ¶ Ad qd̄ rñdemus ⁊ pmo ad illud
Esaie cū Hieronymo in homel. sic dicē
te: In Esaia legimus generationē eiꝰ
quis enarrabit? Non ergo putemꝰ euā
gelistā ꝓphete esse cōtrariū: vt qd̄ ille
impossibile dixit affatu hic narrare in-
cipiat: qꝛ ibi de gñatione diuinitatis:

hic de incarnationis est dictū. Uerūtn̄
cōtra istā respōsionē plerique inducunt
sententiam leonis pape in sermone de
natiuitate xpi vbi ait: In dn̄o nr̄o iesu
xpo nō solū ad diuinā: sed etiā hūanaz
spectat naturā qd̄ dictū est per ꝓphe-
tā. Generationē eius quis enarrabit:
Igit̄ nec generatio tēporalis xpi ꝟm
carnē explicabilis. Ad hoc respōdem⁹
ex doctrīa sancti Tho. iij. parte. q. xxxj.
ꝙ v̄ba ista intelligunt̄ de modo incar-
nationis q̄ ineffabilis est: qd̄ ex v̄bis se
quentib⁹ ipsius leonis pape concludit̄
inquit em̄. Utrāq; em̄ naturā in vnam
cōuenisse personā nisi fides credat ser-
mo non explicat. Ad aliud v̄o qd̄ obie-
ctū est de cōbustione librorū in quibus
descripta erat origo nobilis iudeorū.
Rn̄det Nicola⁹ de lyra sup Mattheū:
ꝙ Mattheus habuit ꝑ reuelationem
qd̄ nō habuit ꝑ scripturā. Un̄ apostoli
ꝛ euāgeliste nō minus fuerūt illumina
ti: immo magis de mysterijs xpi q̄ pa-
triarche ꝛ antiqui prophete. Quidam
tn̄ dicūt ꝙ nō oēs illi libri cōbusti fue-
runt: cū ꝛ domi cōseruarent̄ a multis.
Etiā ꝛ aliq̄ memorie mandauerāt q̄ de
hmōi nobilitate didicerāt a proauis.
Nā ꝛ si Esdras scriba vt Isidorus nar-
rat in. vj. etymologiaꝝ libro. incensam
legē a chaldeis duz iudei regressi fuis-
sent in hierusalē diuino afflatus spiri-
tu reparauit: cunctaq; legis ac prophe
tarū volumina que fuerūt a gentibus
corrupta correxit: quāto magis potuit
Mattheus xpi generationē retexere q̄
spm̄. s. cū alijs aplis in linguis igneis
descēdētē accepit. ¶ Ad scd̄m dubium
respōdet Nico. de lyra: ꝙ q̄uis Joseph
nō fuerit pater iesu: tn̄ beatissima v̄go
ꝛ Joseph fuerunt ex eadē tribu: qꝛ mu
lier nō poterat nubere cū viro alterius
tribus qn̄ ad ipsam pertinebat heredi
tas paterna: vt ptz Numeri. xxxvj. Btā
aūt virgo Maria fuit vnica Joachim
patri suo: ꝛ ideo cogebat̄ ex lege viro
sue tribus nubere ꝓpter hoc etiaz fuit
cū Joseph in bethleē ciuitatez dauid:
vt ꝓfiteret̄ cū eo: vt scribit̄ Luce. ij. c.
¶ Tertiū dubiū fuit: vtrū sit eadez de-
scriptio xpi facta ꝑ mattheū que ꝑ Lu
cam? Et videt̄ ꝙ sit diuersa. Nā Mat-
the⁹ dicit ꝙ Jacob genuit Joseph vi-
rū Marie. Lucas aūt dicit Joseph esse
filiū Heli. vt ptz in. c. ¶ Ad hoc rn̄det
Aug. li. de cōsensu euāgelistarū dicēs:
Tres cause occurrūt quarū aliquā euā
gelista secutus est. Aut em̄ viuus euan
gelista patrē Joseph a quo genitus est
noīauit. Alter v̄o vel auū maternū vel
aliquē de cognatis maioribus posuit.
Aut vn⁹ erat Joseph naturalis pater.
Alter eū adoptauerat. Aut more iudeo
rū cū sine filijs vnus decessisset: ei⁹ vxo
rē propinquus accipiens filiū quez ge-
nuit propinquo mortuo deputauit: qd̄
est quoddā genus adoptionis legalis.
Et hec vltima causa est verior ꝟm scm̄
Tho. iij. ꝑte. q. xxxj. quā etiā Hiero. sup
Mattheū ponit: ꝛ Eusebi⁹ cesariensis
in ecclesiastica historia ab africano hi-
storiographo traditū asserit: dicūt em̄
ꝙ mathā ꝛ mathath diuersis tpib⁹ de
vna eadēq; vxore est a noīe filios pro-
crearūt: de mathan nat⁹ est Jacob: de
mathath Heli ita ꝙ Heli ꝛ Jacob fue
runt fratres vterini: sed de duob⁹ fra-
tribus a Dauid diuersimode descēden
tibus. Heli aūt accepta vxore mortuus
est sine semīe. Et ideo Jacob frater ei⁹
accepit vxorē fratris sui vt ei suscitaret
semen ꝛ genuit Joseph: ita ꝙ ioseph
fuit fili⁹ naturalis ipsi⁹ iacob. Et sic ac
cepit eū ī genealogia matthe⁹. Et fuit
filius legalis Leui: ꝛ sic accepit eū Lu
cas. Nā fili⁹ q̄ modo dicto nascebatur
ꝟm naturā erat fili⁹ generātis: ꝟm aūt
legē erat filius defuncti. Idē etiā dicit
Jobes Dama. li. iiij. c. vj. Quare nō est
mirādū si aliter xpi genealogiā scribit
Matthe⁹ q̄ Lucas cū vterq; proferat
veritatē. Nā etsi multa noīa vel alia di
cat Lucas q̄ tacet Mattheus illud est
ꝟm Aug. de cōsensu euangelistarū: qꝛ
Matthe⁹ in xpo regiā instituerat insi-
nuare ꝑsonā. Lucas aūt sacerdotalez.

quo. Matthēus explicat illos qui regia corona fuerunt decorati. Lucas illos qbus dignitas sacerdotalis fuit ꝺcessa. Matthē posuit carnales patres. Lucas posuit patres spūales. s. iustos viros qui dicunt pres ꝓpter summā rudinē honestatis. Matthē describit genealogiaz xpi descēdēdo a dauid ⁊ Abraam vsqz ad Joseph: ex eo ꝙ descripsit assumptionē nostre humanitatis a deo. Lucas aūt ꝓgressus est ascēdendo a Joseph vsqz ad deū: qz descripsit redēptionē nostrā in deū que fit p gratiam adoptionis. Sed adhuc post ōia ista in dubiū vertit animus: qm̄ vt Viero. iqt sup Danielē. Ꝓ oāi oēs maiores pres dicūtur. Cū igit in generatiōe xpi multi fuerūt patriarche ⁊ plures reges: quare tm̄ filius dauid ⁊ abraam nūcupat. Ad qō rndet Viero. in homel dicēs: Ideo aūt cereris ꝓtermissis horū filiū nuncupauit: quia ad dos tm̄ facta est de christo repromissio Ad abraam inqt: In semine tuo bndicentur oēs gentes. Act. iij. ⁊ Heb. vij. Ad dauid. de fructu ventris tui ponaz sup sedē tuā. pō. cxxxj. Dauid ergo fuit principalis iter reges. Abraā inter patriarchas. Abraā fuit ꝓmꝰ q̄ fidē vni dei publice ꝓfessus est. Et in signū huius accepit circūcisionē que fuit signuz distinguens fideles ab infidelibꝰ. Dauid aūtē fuit primus rex electus a deo ꝑm volūtatē dīi ad fidelē ꝓplm regendū. Ut dr. j. Regū. c. xvj. Quesiuit dns virū iurta cor suum. Saul aūt lz ꝓmo fuerit electus a dño: hoc tm̄ nō fuit ꝑm cor dīi: sed ꝑm erauditionē ꝓpli. Ꝓpterea dixit deus Samueli. Audi vocē populi. s. petentis regem. Et ob hanc causam Matthēus nominat ipsuz solum regem: cum dicit: Jesse autem genuit dauid regem. Dauid autem rex genuit Salomonem: cum tm̄ ⁊ Salomon rex fuerit: ⁊ Roboam: ⁊ Abanasses: ⁊ Josaphat: ⁊ exechias ⁊ reliq̄. Ꝓponitur vō dauid ipsi Abraam lz fuerit tempore posterior: propter eminentiam regie dignitatis.

¶ Qz natiuitas virginis fuit digna ratione bonitatis parentum quibus fuit per angelum nunciata. Caplm. iij.

t Ertio cōtemplemur virgis nascentis dignitatez. Fuit equidem natiuitas eius dignissima triplici oratione.

Primo ratione parētalis cōditiōis.
Scdo rōne angelice nūciationis.
Tertio ratione diuine reuelationis.

¶ Primo apparet dignitas natiuitatꝭ virginis benedicte ratione parentalis conditionis. Habuit nanqz parentes honestissimos ⁊ timentes deum. Joachim ⁊ Annam. Joachim quidem ex galilea ⁊ ciuitate nazareth: sanctā Annam ex bethleem duxit vxorem. Ambo autem iusti erant ⁊ sine reprehensione in omnibus mandatis domini incedebant omnemqz suam substantiam tripharie diuidebant. Unam partem templo ⁊ templi seruitoribus impēdebāt: aliam peregrinis ⁊ pauperibus erogabāt: ⁊ tertiā suis vsibus ꝓ se suaqz familia reseruabant. Et ita per annos viginti ꝓlem non habentes. vouerunt domino ꝙ si eis sobolem concederet: eam seruitio domini manciparent. Cuius rei gratia cuz singulis annis in tribus festis precipuis hierusalem frequentarent. In festo encenioꝝ rum Joachim cum suis hierusalē ascēdit: ⁊ cum cereris ad altare accedens oblationem suam offerre voluit. Quez videns sacerdos cum indignatione nimia repulit: ⁊ cum ad altare accedere ꝓsumeret increpauit: asserens non esse conueniens maledicto regis obnoxium oblationem domino legis offerre: nec inter fecundos infecundum et qui populum dei nō auxit astare. Joachim ergo sic confusum se videns prepudore domum redire noluit: ne similiter a contribulibus suis qui hoc audierant tantū opprobrium sustineret: ꝛ ad suos pastores secessit. ¶ Scdo apparet dignitas natiuitatis virginis

ratione angelice nunciationis. Fuit
nanq; ab angelo Joachim ⁊ Anne mo
do qui sequit annunciata. Ut em̄ scri-
bitur in legenda natiuitatis. Cū Joa-
chim aliquādiu cū suis pastoribꝰ morē
traxisset: quadā die ei soli angelꝰ cū in-
genti claritate apparuit: ⁊ de eiꝰ visio-
ne turbatum ne timeret admonuit di-
cens: Ego sum angelus dn̄i missus ad
te: vt annunciez tibi preces tuas exau
ditas eē: ⁊ elemosynas in ꝯspectu dn̄i
ascendisse. Uidi em̄ pudorē tuū: ⁊ au-
diui sterilitatis opprobriū nō recte ti-
bi obiectū: peccati quippe non nature
vltor est deꝰ. Et ideo cū alicuiꝰ vterum
claudit: ad hoc facit vt mirabilius de-
nuo aperiat: ⁊ nō libidinis esse qd̄ na-
scit: sed diuini fore munera cognosca-
tur. Prima gētis vestre mater sara nō-
ne vsq; ad nonagesimū annū sterilita-
tis opprobriuz pertulit: ⁊ tn̄ ysaac cui
repromissa erat oīm gentiū benedictio
generauit. Rachel etiā nōne diu steri-
lis fuit: ⁊ tn̄ ioseph genuit q̄ totiꝰ egy-
pti dominiū habuit. Quis fortior san-
sone: vel sanctior samuele: tn̄ hi ambo
matres steriles habuerunt. Rōni igit
⁊ exēplis crede dilatos diu cōceptus ⁊
steriles partus: mirabiliores esse sole-
re. Proinde Anna vxor tua pariet tibi
filiā: ⁊ vocabis nomē eiꝰ mariaz hec vt
vouistis erit ab infantia dn̄o ꝯsecrata
⁊ adhuc ex vtero mr̄is sue spūsctō ple-
na nec forinsecus inter populares: sed
in tēplo dn̄i sp morabit. Et sicut ex ste-
rili mr̄e ipsa nascet: ita mirabil'r ex ea
filiꝰ altissimi generabit: cuiꝰ nomē erit
iesus ⁊ p eū oībus gētibꝰ erit salus. Et
tibi hoc signū: cū perueneris ad aureā
hierosolyme portā: Annam vxorē tuaz
obuiam habebis: que de tua tardatio-
ne modo sollicita: tūc in tuo conspectu
gaudebit. His dictis angelus ab eo di
scessit. Anna aūt cū amare fleret: ⁊ qm̄
vir suus iuisset ignoraret: idem ange-
lus sibi apparuit: ⁊ eadē q̄ viro annun
ciauerat patefecit: addens ꝙ ꝓ signo
hierl'm ad aureā portaz ꝑgeret: ⁊ ibidē
viro suo redeūti obuiaret. Igit iuxta
angeli p̄ceptū ambo sibijnuicē obuian
tes de mutua visione letati ⁊ de prole
promissa securi: adorato dn̄o redierūt
diuinū promissum hilariter expectan-
tes. Anna ergo cōcepit filiā suo tp̄e pe
perit q̄ vocata fuit maria. ¶ Tertio ap
paret dignitas natiuitatis virginis ra
tione reuelationis diuine. Postq̄ em̄
in celū assumpta fuit dies natiuitatis
eius aliquāto tp̄e fideles latuit. Cōtin
git ergo vt refert iob̄es beleth: ꝙ q̄dā
vir sctūs sedule cōtēplatiōi insistēs sin
gulis ānis sexto idus septēbris in ora-
tione positus: iocūdissimam angelorū
solēnitatē audiret in celo. Cūq; deuo-
tissime sibi reuelari peteret cur quoli-
bet anno illa tm̄ die ⁊ nō alia hoc au-
diret: diuinū accepit responsum: ꝙ vir
go gl'iosa maria tali die mundo fuisset
nata. Et ideo h̄ manifestaret filijs sctē
eccl'ie vt cōcordes fierēt in hac celebri-
tate celesti curie. Cū ꝟo hoc summo pō
tifici ⁊ alijs intimasset hunc diē in ho-
norē natiuitatis ꝟginis celebrandum
vniuersaliter statuere. Gaudeamꝰ igit
⁊ exultemus de tot amplissimis nobis
oībus collatis donis. Nam virgo q̄ na
ta est: salutē attulit mūdo. Et vt inq̄t
Aug. in sermone precisum est in ea il-
lud Eue infelicitatis elogiū: de quo di
citur: In tristicia paries filios: qr ista
in leticia dn̄z parturiuit. Eua em̄ luxit:
ista exultauit. Eua lachrymas: maria
gaudiū in ventre portauit: qr illa pec-
catorē: ista edidit innocentē. Et iteruz
in eodē sermone. Benedicta tu in mu-
lieribꝰ que vitam ⁊ viris ⁊ mulieribus
peperisti. Mater generis nostri penaz
intulit mundo: genitrix dei nostri salu
tez attulit mūdo. Auctrix peccati eua:
auctrix meriti maria. Eua occidendo
obfuit: maria viuificando ꝓfuit. Per-
cussit illa: sanauit ista: que simul cuz fi
lio collaudetur in eternum ⁊ in secula
seculorum. Amen.

¶ In festo annūciationis virginis ma
rie. Sermo. iij.

Ne timeas maria: inuenisti em̄ gratiā apud deū. Luc. j. Sacratissime solennitatis hodierne p̄conia digna laude ingenioli paruitatez deterrēt: ⁊ ideo citur difficultas fandi vbi adest ratio nō tacēdi. Quia oēs hui⁹ scl'i homines virginē deū ⁊ hoīem in vtero suo recipientē in hac die precipua reuerentia extollere debēt. Quobrem ⁊ loqui difficile ⁊ tacere videt̄ ingratū. Verūtamē sicut possum⁹ in meritis beatissime dn̄e cōsiderantes sacratissime annunciationis sue mysteria enarremus: si quid ibi fuerit in dicēdo diminutū cōpatietur ⁊ ipsa fragilitati nr̄e. Audacter itaq; ad nostram deuotionē circa huius diei solēnitatem dirigimus sermonez. Hec siquidē dies est in qua ꝓ humani generis salute dei fili⁹ virginalē ingressus est vterū. Hec dies est in qua angeli leti facti exultauerūt in iubilo. Hec dies est in qua per vniuersum mundū melli fui facti sunt celi. Quare vt possumus mentes nostras feruentius deuotioni subijciam⁹: quod vt meli⁹ ⁊ deuoti⁹ facere possimus: de hac benedicta solennitate dicere statui: que annunciatio virginis gl'iose ab eccl'ia nuncupatur: eo ꝙ ipsa virgo inuenit hodie gratiaz: nō solū sibi: sed cūctis gentibus sicut verba ꝓposita dicūt. In quib⁹ de hac annunciatione aliquid loqui cupientes: tria possumus mysteria cōtēplari.

Primū d̄r missionis.
Scd̄m d̄r annunciationis.
Tertiū d̄r cōsensionis.

Primū mysteriū cōtemplāduz dicit̄ missionis: de quo Luc. j. d̄r: In mēse sexto missus est angelus gabriel a deo in ciuitatē galilee cui nomē nazareth: ad virginē desponsatam viro cui nomē erat Joseph de domo dauid: ⁊ nomē virginis maria. In quibus verbis lz multa possint cōsiderari: nihilominus causa breuitatz quinq; cōsideratiōes de hac missione poterunt notari.

Prima d̄r qn̄.
Scd̄a d̄r q̄s.
Tertia d̄r a quo.
Quarta d̄r ad quē locū.
Quinta d̄r ad quē ꝑsonā.

¶ Prima cōsideratio d̄r qn̄. Un̄ dicitur in euangelio: in mense sexto. s̄m Nico: de lyra scz a cōceptu precursoris: quia fuit cōceptus in septēbri circa finē mēsis. Saluator aūt circa finē martij. scz xxv. die s̄m Bern̄. Fuit aūt hic mensis conueniens vt in eo filij dei fieret īcarnatio propter tria.

Primo propter nouitatem.
Scd̄o propter delitiositatem.
Tertio propter cōformitatem.

¶ Primo fuit cōueniens hic mēsis propter nouitatē. Nā ait Isidorus. v. lib. etymol'. ꝙ martius appellatur ꝓpter martē romane gentis autorē: ⁊ d̄r q̄si mensis nouarū. Conuenienter ergo tali tp̄e debuit cōcipi: qui autor est mundi. In cui⁹ cōceptione facta sunt a deo quattuor noua. ¶ Primū nouū est angeli salutatio. Un̄ Bern̄. in sermone de annūciatione dicit: Iniungitur noua legatio angelo: ⁊ nouaz virgo professa virtutē: noue salutatiōis honorat̄ obsequio. hec ille. Et Hiero in sermōe de assumptione. Cogitis me ⁊c̄. Non simplex vel cōsueta fuit ista salutatio: sed omni admiratione digna. ¶ Scd̄m: facta est noua sine viro virginalis conceptio. Ideo Bern̄. in quodā sermone de pente. ait: Substantial'r vtero virgīs elapsus: de spūsctō conceptus est xps. O noua miracula. Conceptus fuit sine pudore: partus sine dolore: mater sine corruptiōe. ¶ Tertiū: facta est noua tāte maiestatis abbreuiatio: qr Bern̄. super missus estinquit: In cōceptu partuq; v̄ginali noua ac mira ꝓfecto inspicit qui diligenter inq̄rit. Porro ibi agnoscitur longitudo breuis: latitudo angustia: altitudo subdita. Et Hieronymus ad Pau. ⁊ Eustochium. Vere

nouū ⁊ oīm nouitatū supeminēs nouitas ꝟtutū qn̄ deus quē ferre non poterat mūdus: neqꝫ videre aliq̄s vt viuere possit: sic ingressus est hospitiū ventris vt corporale claustrū nesciret: sicqꝫ gestat⁹ vt tot⁹ de⁹ in eo esset. ¶ Quartū facta est noua oīs creature renouatio. Quippe oīs creatura antiq̄ta erat: ⁊ a ꝓprio vsu elōgata: q: post primum pctm̄ nulla creatura habuit vsum suū debitū. Factū est em̄ vt homini seruiret existēti sine pctō ⁊ subdito deo. qn̄ ergo hō peccauit ⁊ iā mysteriū creaturarū renouationis creatura debito vsu caruit. Nūc aūt est restituta: q: xp̄o hoī oīs creatura exhibebat seruitutem ⁊c̄. ⁊ sic impletū est illud Apocal'. xxj. Ecce noua facio oīa. ¶ Scd̄o fuit hic mensis cōueniēs ꝓpter delitiositatē. Naꝫ tpe veris ⁊ mēse nouoꝝ solent quedā flumina principalia inundare: vt phison ⁊ tigris. Sic modo flumina spūalium charismatuꝫ ⁊ donoꝝ. Vn̄ Eccl'i. xxiiij. Ego sapientia effundi flumina. s. gratie ⁊ sciētie. Ideo Isidor⁹. v. etymol'. dicit: Ver dictū est q: viret. Tūc post hyemē vestitur tellus herbis: ⁊ flore cūcta replent. Et ph̄s dicit: ꝙ ver est pictor terre. Istud tpi gr̄e conuenit: post hyemē culpe ista aruit herba ⁊c̄. ¶ Tertio fuit hic mēsis cōueniēs propter cōformitatē. Tali em̄ mense vetus Adā est de limo format⁹: ⁊ in paradiso collocatus: ⁊ inde ꝓpter p̄uaricationē expulsus. Tali ergo mēse fieri debuit reparatio ꝑ nouū adā. Vn̄ ⁊ tūc est xp̄s incarnatus ⁊ in paradiso vteri ꝟginalis collocatus vt multo meli⁹ oparet ⁊ custodiret illū. Eodē insup die quo vet⁹ adā suos per lignū dānauit: nouus adam eos per lignum reparauit. Dicit em̄ ꝙ adā in mane creatus hora nona peccauit. O adam vbi es? O adā ecce iaꝫ incarnatione filij dei tua oīa mala finiētur. ¶ Scd̄a cōditio d̄r quis. s. missus est. ⁊ d̄r angelus gabriel. Quare autez per angelum facta sit ista salutatio: triplex ratio sumi potest.

Prima ex parte dei.
Scd̄a ex parte angeli.
Tertia ex parte virginis.

¶ Prima ratio sumit ex ꝑte dei: vt seruaret ordo quē ip̄e statuit: quo mediātibus angelis diuina hoībus ministrātur. Hec est regula Dionysij in libro de angelica hierarchia: qui ait: Dn̄icū benignitatis mysteriū angeli primū edocti sunt: postea per ipsos ad nos cognitionis gr̄a trāsiuit. Scd̄z em̄ Isid'. vij. etymol'. Angeli grece vocant: hebraice mala hoth: latine ꝟo nūcij interpretant: ab eo ꝙ dn̄i volūtatē ppl'is nunciant. Angeloꝝ aūt vocabulū officij nomen est: ⁊ non nature. Sēper em̄ sp̄us sunt: sed cū mittunt vocant angeli: q̄bus ideo pictoꝝ licētia pēnas facit vt celerē eoꝝ in cunctis discursum significet. Angelus ergo nūcius d̄r: q: ad virginē missus est ad annūciandū mysteriū incarnationis filij dei. ¶ Sed ꝯtra hoc dici posset: q: quod supra dicit nō fuit cōgruū. Nā vt dicit Diony. ī libro celestis hierarchie: supremis angelis: fit reuelatio immediate a deo propter ipsoꝝ dignitatē. Sed mater dei est super oēs angelos exaltata: ergo videt ꝙ immediate a deo debuerit sibi annūciari incarnationis mysteriū: ⁊ non ꝑ angelū. Ad qd̄ rn̄det btūs Tho. iij. pte q. xxx. ar. ij. ad. j. ꝙ mr̄ dei superior erat quātū ad dignitatē ad quā diuinit⁹ eligebat. Sed quantū ad statū presentis vite inferior erat angelis: q: ipse xp̄us ratiōe passibilis vite modico ab angelis minoratus est: vt d̄r Hebre. ij. Sed tamē q: xp̄s fuit simul viator ⁊ cōprehensor: quātū ad cognitionē diuinoꝝ nō indigebat ab angelis instrui. Sed mater dei nō erat in statu cōprehēsoꝝ: ideo de diuino ꝯceptu ꝑ angelos īstruenda erat. ¶ Et si adhuc obijciat ꝙ btā virgo ex lumine gr̄e ⁊ fidei cognoscebat dei filiū incarnādum: ⁊ credebat hoc fidelissime q̄ in vtero mr̄is fuerat sanctificata: ideo nō videt ꝙ tale mysteriū debebat ei ꝑ angelum reuelari.

Ego dico q̄ lz fidē de mediatore virgo habuerit ante annūciationem angeli: verūtn̄ ex humilitate cordis sui nunq̄ cogitauit se ad tale mysteriū sublimādā: igitur ante hoc debuit premoneri. ¶ Scd̄a rō sumit̄ ex pte angeli: vt ostēderet se iuuare hūanā naturā ⁊ ei⁹ q̄rere salutē: sicut diabol⁹ impulerat ad p̄ditionē: ⁊ sicut prima suggestio fuit a diabolo: sic annūciatio saluatoris fieret ab angelo. Et hāc rōnē posuit Beda in homelijs. Aptū hūane restaurationis principiū vt angelus a deo mitteret̄ ad virginē partu cōsecrandā diuino: q̄ prima perditiōis hūane causa fuit cū serpēs a diabolo mittebatur ad mulierez spiritu sup̄bie decipiendam. ¶ Tertia rō sumit̄ ex parte virgīs. Primo vt ex tali nūcio mēs ei⁹ eleuaret̄ in deū: ⁊ sic ardēti charitate flāmesceret: vt prius p'amorē eū cōciperet mēte q̄ corpore. Vn̄ Aug. libro de virginitate ait: Beatior erat maria cōcipiendo fidem xp̄i: q̄ cōcipiendo carnem xp̄i. Et post subdit. Materna p̄ximitas nihil marie p̄fuisset: nisi felici⁹ xp̄m corde q̄ carne gestasset. Secūdo vt ei⁹ puritas ostēderet̄. Ideo Hiero. in s̄mōe de assumptione ad paulā ⁊ eustochiuz ait: Bene angel⁹ ad v̄ginē mittit̄: q̄ semp̄ est angelis cognata v̄ginitas. Tertio vt esset certior testis hui⁹ sacramenti: qn̄ sup̄ hoc sacr̄m erat instructa. Dicebatur ergo nūcius angel⁹ gabriel. Secūdū Hieronymum hoc nomē gabriel pōt multipliciter interpretari. Primo virtus nostra deus. Scd̄o fortiter dei. Tertio cōfortauit me de⁹. Quarto cōfirmatio dei. Missus est ergo angel⁹ Gabriel: q̄ virtute diuina ꝯcepit v̄go: nō hūana. Scd̄o q̄ diuina fortitudo magis videt̄ cōnexa fuisse in ista annūciatione q̄ in mundi creatione. Plus em̄ distat de⁹ a qualibet creatura sua q̄ creatura a nihilo. Ideo d̄r in. c. damnam⁹. ex̄ de sum. trini. ⁊ fide catho. Inter creatorē ⁊ creaturam nō pōt tanta dissimilitudo notari: quin inter eos sit maior dissimilitudo notāda. Pl⁹ ergo fuit facere hoīem deū q̄ producere de nihilo mūdū. Tertio angelus cōfortauit virginē. Quarto p̄ eius annunciationē cōfirmatū est cor virgīs. ¶ Tertia cōsideratio d̄r a quo dicit tex. euangelij: a deo. Sed pie mēs humana dubitare pōt cur nō statim post peccatuz operatus est deus salutē humanam: ⁊ carnē non assumpsit de virgine. Ad qd̄ assignari possunt tres rōnes s̄m Bonauen. in. iij. dis. j. ar. ij. q. iiij.

Prima p̄pter peccati punitionem.
Scd̄a p̄pter morbi curationem.
Tertia p̄pter xp̄i honorationem.

¶ Prima rō quare tm̄ distulit incarnari fili⁹ dei d̄r p̄pter pctā punitionem. Nā in hoc manifestat̄ diuine vltionis seueritas: que tantos clamores ⁊ luct⁹ hoīm tanto tp̄e sustinuit anteq̄ vellet descēdere: ⁊ ipse adā cū posteritate sua tanto tp̄e expectauit in limbo exulans a paradiso: quia diuina iusticia nihil inultū relinquit. ¶ Secunda ratio est p̄pter morbi curationē. Nā peccatum qd̄ hō cōmiserat ex sup̄bia p̄uenerat. Ideo p̄ humilitatē liberandū erat: qd̄ fieri debuit vt hō se infirmū agnosceret: ⁊ liberatore indigere. Vn̄ glo. sup̄ iij. c. ad Gal. Magno cōsilio factū est: vt post hoīs casum nō ilico dei filius mitteret̄. Reliquit em̄ deus hominem prius in libertate arbitrij in lege naturali: vt sic vires nature sue cognosceret: vbi cū deficeret legē accepit: q̄ data inualuit morb⁹: nō lege sed nature vitio: ⁊ ita cognita infirmitate clamaret ad medicū: ⁊ gratie quereret auxiliū. hec ibi. Per totum itaq̄ tp̄s illud quo venire distulit: cū multa humilitate sancti patres ⁊ amici eius aduentū ipsius precib⁹ multiplicatis rogabāt. Facta em̄ erat ipsis p̄missio de incarnatiōe filij dei: ⁊ in fide mediatoris viuebāt. Quisnā nō cogitet Adā ⁊ Euaz post pctm̄ cōmissum ad pnīe lamēta se cōuertisse: quando ecclesia sanctos illos cōfitet̄ ⁊ ponit in numero electoꝝ

qd̄ esse nō posset sine fide mediatoris. Ideo Aug. in libro de correctiōe ⁊ gratia dicit: Illa fides sana est: qua credimus nullum hoīem quātūcūq; parue etatis liberari a contagione mortis: ⁊ obligatione peccati: nisi per vnū mediatorem dei ⁊ hominū iesum christū. Potes etiā rōnabiliter credere ꝙ primus pater Adā qui ita sapiens conditus fuerat post lamentū penitētie ⁊ recognitionē salutis sue in iesu nascituro de carne sua magna ⁊ mira reuerentia deum coluit: ⁊ colendū generatiōi electoꝝ mandauit ad iesuꝫ in carne vēturū: ⁊ pro salute nostra moriturū ardentissimo suspirauit affectu ⁊ alios docuit suspirare. Cū em̄ Adā nongentis ⁊ triginta annis vixerit: sicut patꝫ Gen̄. v. quāta putas documenta salutis de fide mediatoris dedit posteris. Quid Noe vir iustus atq; perfectus fecit qn̄ inundante diluuio saluū se recepit in arca. Quid Abraam pater cui facta est de xp̄o repromissio. Quid Moyses legislator. Quid sancti patres ceteri oēs ⁊ ꝓphete. Nēpe hi oēs agnouerūt morbū suū: īmo oīm hoīm qui per xp̄m curari debebāt. O quāti dū viuerent in hoc seculo erāt illoꝝ gemitus. o quāta suspiria. O q̄ vehemētissima ⁊ ardentissima desideria post mortē corporis huius: cū illū tenebrosum limbū inhabitarēt: sperātes inde per xp̄m reuocari ad lucē glorie ꝑ tot milia annorū. O q̄ deuoti erāt ipsoruꝫ clamores. Veni dicebāt: veni ad liberanduꝫ nos dn̄e deus v̄tutū. Oñde faciē tuā ⁊ salui erim⁹. Sed pudeat ex hoc deuotaꝫ aīam iam xp̄i morte redēptaꝫ: ⁊ in suo sanguine lotā: nō delectari ⁊ nō q̄escere in recepto munere: qd̄ sancti patres ita volebāt: vt nihil aliud viderentur: nec cupere nec velle: niñ solū sibi exhiberi dilectū iesum dei miseratiōe promissum. Vñ Ber. ſmone. ij. sup Cant. ait: Ardorē desiderij patrū suspirātiuꝫ xp̄i in carne p̄sentiā frequētissime cogitās cōpūgor: ⁊ cōfundor in memetipo ⁊ vix ꝯtineo lachrymas: ita pudet torporis miserabiliū tp̄oꝝ hoꝝ. Cui nāq; nr̄m tātū ingerat gaudiū gr̄e hui⁹ exhibitio: quātū sctīs veterib⁹ accenderit desideriū ꝓmissoꝝ. h̄ ille. Patet itaq; nō incōueniēter fore factū: vt propter hoīm humilitatē tardaret fili⁹ dei incarnationē suā. ¶ Tertia rō q̄re tantuꝫ distulit incarnari filius dei est ꝓpter xp̄i honorationē. Magna q̄ppe dignitas ⁊ vtilitas erat v̄bi incarnati: quaꝫ vt merito vnusquisq; cognosceret per lōgā preconū seriē ꝯueniēs erat. Ideo in glo. sup. iij. c. ad Gal. d̄r: Quāto maior iudex veniebat: tanto p̄conū series lōgior p̄cedere debebat. hec ibi. Debuerūt itaq; p̄cedere de illo īcarnato v̄bo figure: ꝓphetie: ⁊ alia q̄ in veteri testamento relatu digna sunt vt verbi īcarnati excellētiā oēs aspicerēt. Cuꝫ ergo oīa cōpleta essent dei clemētia hūano generi subuenire nō distulit quinīmo diffinito cōsilio angelū aduocauit cui ambasiatā virgini exponēdā imposuit dixitq; pr̄: Vade ad v̄ginē illā immaculatā: purā: ⁊ sanctā: q; illaꝫ in spōsaꝫ eligo. Subiūxit fili⁹: Et ego eā in meā matrē eligo: de cui⁹ purissimis sanguinib⁹ passibilē carnē assumaꝫ. Eroq; ei vnic⁹ f li⁹ ipsaq; mihi dilectissima mr̄. Spūsctūs supaddidit. Et ego inhabitator ero suus gratiosissim⁹: ⁊ opatione mea v̄go in eternū cōcipiet filium. Quis dubitabit sine errore mirabili stupēdaq; leticia exultasse celestes hierarchias: ⁊ angelicos choros: qn̄ videbāt totū mūdū ad pn̄iam in breui rediturum ꝓ incarnatiōe filij. Sic ipsis gaudiū erit in celo sup vno pctōre penitētiā agēte: vt hr̄ Luc. xv. Letabant ergo gaudebāt ⁊ exultabāt bn̄dicentes deo. O inquā gaudiū suauissimū: q̄ ꝑ tot milia annoꝝ in dānatiōe derelicta fuerāt hūana natura: iaꝫ assumitur in vnione ꝑsone a filio dei: q̄re angelus a dn̄o mittit ad suā spōsam: cui tā sublimia sacr̄a referre deberet. ¶ Quarta cōsideratio d̄r ad quē locū: q; in ciuitatē

galilee cui nomē Nazareth. Ponit hic nomē loci ad denotandā certitudinez historie ꝟm Nico. de lyra. Insup vt ad impleret prophetia Esa. xj. que dicit: Egredietur virga de radice iesse: ⁊ flos de radice eius ascēdet. Ubi ꝟm veritatez hebraicam habet: Et Nasareus de radice eius ascēdet. Iste locus fuit cōueniens vt in eo annūciaret virgini diuinum ꝓpositū: qꝛ Nazareth interpretatur flos. Et floris est triplex cōditio: q̄ virgini cōpetit.

Prima pulchritudo.
Secūda redolētia.
Tertia fructuositas.

¶ Ponit has ꝯditiōes deuotus Bern. in sermone de assumptione dicēs: Cōmendāt flores pulchritudo: suauis redolētia: ⁊ spes fructus gratia triplex. ¶ Prima ergo cōditio dr pulchritudo qꝛ flores sunt pulcherrimi. Sic ⁊ beata virgo in oībus suis actionib⁹ ex parte corporis ⁊ ex ꝑte mētis. Un Cant. iiij. dicitur: Tota pulchra es amica mea: ⁊ macula nō est in te. Super que verba Hugo de sancto Uic. dicit: Pulchra in corpore: pulchra in mēte: corpe vnica: ⁊ mēte sincera. ¶ Scda cōditio floris est redolētia: ⁊ suauitas odoris. Sic ⁊ beata v̄go suauissimū reddebat suarū virtutū odorē. Ideo in ꝑsona ei⁹ dicit Ecci. xxiiij. In plateis sic cynamomū ⁊ balsamū aromatizās odorē dedi: quasi myrrha electa dedi suauitatē odoris Fuit hic ordo beate v̄ginis: exēplaris ⁊ immaculata vita. Un Amb. lib. j. de virginitate ait: Ut v̄gula fumi ex aromatibus myrrhe ⁊ thuris: quia multa erat repleta virtutū odorib⁹: manans ex ea fragrabat suauissimus odor etiā spiritib⁹ angelicis. Et Hiero. ad Pau. ⁊ Eusto. in sermone de assumptiōe. Uere hortus delitiarū beata virgo: in quo cōsita sunt oīa florū genera ⁊ odoramēta virtutū. ¶ Tertia cōditio floris est fructuositas. Sic ⁊ a v̄gine florentissima fruct⁹ ille dulcissim⁹ exijt iesus bn̄dict⁹: ꝑ cui⁹ gustū oēs electi salui fiūt, Ideo Eccli. xxiiij. dicit. Ego mater pulchre dilectionis ⁊ timoris ⁊ magnitudinis ⁊ sctē spei. In me gr̄a oīs vie et veritatis: ī me oīs spes vite ⁊ virtutꝫ. Trāsite ad me oēs q̄ cōcupiscitis me ⁊ a generationib⁹ meis implemini. Spiritus em̄ meus sup mel dulcis: ⁊ hereditas mea sup mel ⁊ fauum. Ipsa virgo flos est cāpi de qua ortū est preciosum liliū cōualliū: ꝑ cui⁹ ꝑtū mutatur natura ꝓthoplastoꝝ: q̄ delet et culpa ꝟm Aug. in sermone de natiuitate virginis. ¶ Quinta ꝯsideratio dr: ad quā personā: qꝛ ad virginē despōsatā viro cui nomē erat Joseph de domo Dauid ⁊ nomē virginis Maria. In q̄bus verbis tres hui⁹ spōse cōditiones noīant

Prima dr virginitas.
Scda dr societas.
Tertia dr nobilitas.

quiescite ī eo ⁊ requiescetis. Quare itis
in aspera qm̄ istud bonum qd̄ queritis
vel amatis ab illo est. ¶ Tertio id ꝓba
tur ratione exemplaritatis. Oēs nāq;
sancti exhibent nobis huius veritatis
testimonium: qui non solum huius mū
di vanitates ⁊ voluptates non quesie-
runt: verū etiā ipsas aufugerūt vsq; ad
mortē. Et hoc ꝓbat̄ duplici autoritate.
¶ Prima est Pauli exemplificando de
patribus veteris testamēti ad Heb. xj.
sic dicentis: Sancti per fidem vicerunt
regna: opati sunt iusticiaz: adepti sunt
repromissiones. Obturauerunt ora leo
num: extinxerunt impetum ignis. Effu
garunt aciem gladij: cōualuerunt de in
firmitate: fortes facti sunt in bello. Ca-
stra verterūt exteroꝝ. Acceperūt mulie-
res de resurrectione mortuos suos. Alij
aūt distēti sunt: nō suscipientes redem-
ptionē vt meliorē inuenirēt resurrectio
nem. Alij ꝟo ludibria ⁊ verbera experti
insuper ⁊ vincula: ⁊ carceres lapidati
sunt: secti sunt tentati sunt: in occisione
gladij mortui sunt. Circūierunt in melo
tis: ⁊ in pellibus caprinis egentes an-

gustiati:afflicti:q̄bus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes: in montibus ⁊ speluncis: ⁊ in cauernis terre. Hec ibi. Alia est Rabani in sermone omnium sanctorum: qui exemplificat de sanctis noui testamenti dicens: Apostolis subiectum est triūphale martyrum nomen: qui per diuersa tormentorum genera christi passionem non lacescentibus precordiorū mentibus imitabantur. Alij nāq̄ ferro perempti: alij flammis crusti: alij flagris verberati: alij vectibus perforati: alij cruciati patibulo: alij pelagi periculo demersi: alij viui decoriati: alij vinculis mancipati: alij linguis priuati: alij lapidibus obruti: alij frigore afflicti: alij fame cruciati: alij ꝙ truncatis manibus: siue ceteris ceſis membris: spectaculum contumelie in populis mundi: propter nomen domini portauerunt. hec ibi. Quid dicam de christo qui semper ostendit in hac vita non esse beatitudinem: ⁊ amaritudinem habuit vsq̄ ad crucis mortem? De quo Firmianus Lact. vij. diui. instit. aduersus gentes sic ait: Pater noster: ac dominus qui condidit formauitq̄ celū qui solem cū ceteris sideribus induxit: qui libratam magnitudine sua terram vallauit mōtibus: mare circūdedit: nubesq̄ distinxit: ⁊ quicquid est in hoc opere mundi conflauit atq̄ perfecit ex nihilo: perspectis erroribus hominum ducem misit qui nobis iusticie viam pāderet. Hunc sequamur omnes: hunc audiamus: huic deuotissime pareamus: quoniam solus vt ait Lucretius. Veridicis hominū purgauit pectora dictis. Et finem statuit cupedinis atq̄ timoris. Exposuitq̄ bonum summus quo tēdimus omnes. Quid foret atq̄ viā mōstrauit limite paruo. Quo possimus in id recto contendere cursu. Nec mōstrauit tm̄: sed etiam processit: ne quis difficultatis gratia iter virtutis horreret. ℔ ibi. Eleuentur igitur ex his cordis nostri studia ad cognoscendum regnū celorum: ⁊ inflammētur affectus ad amorem glorie: qz ibi ꝺe ⁊ perfectissime iocūda requies inuenitur. ¶ Scōa regula mōstrāda ꝺ: varietas. In qua videndū est que differentia sit inter fidē ⁊ spem. Respōdet ꝺm Augu. in enchiridion: ꝙ est triplex. Prima qz spes nō est nisi bonarum rerū: fides ꝺo malarū ⁊ bonarū. Scōa qz spes est futurox tm̄: fides ꝺo est futurox preteritox ⁊ presentiū. Tertia qz spes est de bonis tm̄ sibi: fides ꝺo de bonis tam sibi ꝙ alijs. ¶ Tertia regula ꝺ: veritas. In qua tres veritates notari possunt. Prima ꝺm. s. Tho. ij. q. xviij. ꝙ in beatis non est spes: qz iam habent quicquid volunt. Unde ad Roma. viij. Qꝺ videt quis quid sperat? Et Augu. x. de ciui. dei. c. xxv. ait: Spes em̄ que videtur nō est spes. Tanta est enim in ipsis certitudo beatitudinis: ꝙ nullam spem habere coguntur. Si ꝺo dicatur ꝙ sancti in patria expectant resurrectionem ⁊ corporum glorificationes: ergo sperant. Respondetur ꝺm Bona. ꝙ nec anime beatorum nec angeli proprie habēt spem. Et ratio est: qz spes est expectatio premij substātialis. Omnes autem hi premiux substantiale habent: ⁊ ideo carent spe proprie dicta. Alia est ratio: qz spes habet anneram fidem. Fides aūt cognitio enigmatica est. Et qz claritas visiōis diuine tollit oīa enigmata: per consequens euacuat ipsam spem. Et ob hanc rationem dicitur: ꝙ nec aīa nec angeli habent spem. Potest tm̄ dici ꝙ ly in eis nō ponatur spes proprie dicta. s. que est expectatio premij substantialis: est tamen in eis spes large dicta ꝓ quacūq̄ expectatiōe scōe stole ⁊ gaudij accidentalis. ¶ Scōa veritas est: ꝙ in dānatis nō est spes. Nā ꝺm Tho. vbi ℔. sicut ad veram beatitudinem spectat vt alijs certus sit de sue beatitudinis ꝑpetuitate: alioquin voluntas nō quietaret: sic etiā ꝑpetuitas pene cū pertineat ad penam. Nō em̄ ꝺe haberēt rōnem pene dānati si ꝑpetuitatē damnationis ignorarent. Et hoc est quod ꝺ: Job. xv. Non credit. s. q̄ est dānatus: ꝙ reuerti

possit de tenebris ad lucem. Et si quis petat quare: respõdet glo. Sicut enim involutꝰ tenebris luce desperat: sic etiã dãnati desperant vnq̃ posse egredi de tenebris inferni. ¶ Tertia veritas est q̃ spes reperitur in his qui sunt in purgatorio ꝛ in his qui sunt ī hac vita. De his qui sunt in purgatorio: ptz p magistrũ sen. in. iiij. dicentẽ: Quod sancti patres felici spe ingressum ianue celestis expectabãt. Si ergo dicerek q̃ ipsi sunt certi q̃ nõ possunt dãnari: ergo non indigent fulcimento spei. Dicẽdũ ꝟm Boñ. q̃ hoc nõ est ꝓpter assecutionẽ glorie: sed ꝓpter cõfirmationẽ liberi arbitrij: quod est extra statũ merẽdi atq̃ demerendi. Et illa confirmatio non euacuat spem: q̃uis ponat extra statũ vertibilitatẽ liberi arbitrij. De his ꝟo qui sunt in hoc mũdo dubium est an spes possit esse in peccatoribus. Videk em̃ q̃ non: quia ꝟm magistrũ in. iij. dis. xxvj. Sine meritis aliquid sperare: nõ spes: sz presumptio dici potest. Sz dicas: Omnes peccãt ꝛ oẽs sperant. ergo ꝛc. Respondet Boñ. q̃ quadruplicitꝛ aliquis potest exire in actũ sperandi. Aut em̃ sperat habendo merita in ꝓposito: in radice et in effectu: sicut homo iustus q̃ diu dño seruiuit. Aut sperat habendo merita in ꝓposito ꝛ in radice: sed nõ in effectu. Sicut ille qui ante bonũ vsum virtutum postq̃ suscepit gratiaz expectat beatitudinẽ ꝛ per illam sperat saluari. Aut sperat habẽdo merita in ꝓposito nõ in radice nec in effectu: sicut ille qui est in peccato mortali: tñ ꝓponit penitere ꝛ facere bona: ꝛ sic sperat consequi btitudinẽ. Aut sperat nõ hñdo merita necī ꝓposito: nec ī radice: nec ī effectu: sicut ille qui facit malum ꝛ perseuerare intendens credit per solã mĩam saluari neglecta diuina iusticia. Primꝰ actꝰ est spei iam formate ꝛ exercitate. Secũdus formate ꝛ primo infuse. Tertiꝰ spei informis. Quartus presumptionis: q: presumptio est cũ q̃s in malo fine emẽdatione sperat posse saluari. Vñ Greg. Qui vestigia xp̃i dedignantur sequi: qua temeritate sperãt ad eius claritatẽ gaudia peruenire. hec ille. Sed si peccator disponeret se conuerti: licz sit peccator: tñ sperare potest ꝛ debet vitam eternã: quia vt ait Piero. ad Rusticum monachũ. Nihil sic offendit deũ q̃ despatio. Et sic ptz primum principale.

Secundo contemplemur spei distinctionem. Nam triplex spes potest distingui: videlz Prima ꝺ: bona.

Scda dicit vana.

Tertia dicit falsa.

¶ Prima dicitur bona que est in deum vel ratione gratie: q: in omni necessitate sperat gratiam a deo inuenire: vel ratione venie: quia sperat consequi veniã delictorũ suorũ: vel ratione glorie: quia homo sperat omnẽ gloriã suam a deo. Et de hac dulcissima spe ait sapiẽs Ecclesia. ij. Respicite filij nationes hoim: ꝛ scitote quia nullus speravit in dño ꝛ confusus est. Et Prouerb. xvj. Qui sperat in dño beatꝰ est. Et pñs. lxxxiij. Beatus homo qui sperat in te. Et alibi. pñs. xxxix. Beatus vir cuius est nomen domini spes eius. Et pñs. xx. et. lxx. In te dñe speraui ꝛc. O q̃ firmuz est stabilimẽtũ sperare in dño. Vere nil in hoc mundo securius fieri potest. ¶ Secunda spes dicitur vana. Et hec est illorũ qui spem suã ponũt in vanitatibꝰ mundi. Vorux itaq̃ spes vana ꝺ: Johan. j. cano. ij. c. Mundus transit ꝛ concupiscẽtia eius. Quid est em̃ qđ non in breui transeat ꝛ euanescat vt fumus. O miseria humana audi quid de seipso loquitur sapiẽs Eccls. ij. c. Magnificaui opa mea: edificaui mihi domos: plantaui vineas: feci hortos ꝛ pomeria: ꝛ conseui ea cũcti generis arboribus: extruri mihi piscinas aquarũ: vt irrigarẽ siluã lignorum germinãtiũ. Possedi seruos ꝛ ancillas: multãq̃ familiã habui. Armẽta quoq̃ ꝛ magnos ouiũ greges vltra oẽs q̃ fuerunt ante me in hierusalẽ. Coacerraui mihi argẽtũ ꝛ aurũ ꝛ substãtias regũ ꝛ

prouinciarū. Feci mihi cantores ⁊ cantatrices: ⁊ delitias filioꝝ hominū. Lyphos ⁊ vrceolos in ministerio ad vina fundenda: ⁊ supgressus sum opib⁹ oēs qui fuerūt ante me in hierl'm. Sapientia quoq; pseuerauit mecū: ⁊ oīa q̄ desiderauerūt ocl'i mei nō negaui eis. Nec phibui cor meū quin oī voluptate frueret: ⁊ oblectaret se in his q̄ ꝓparauerā. Et hanc ratus sum partē meā si vterer labore meo. Cūq; me ꝙuertissem ad vniuersa opa q̄ fecerant manus mee: et ad labores in quib⁹ frustra sudauerā: vidi in oībus vanitatē et afflictionē animi: ⁊ nihil pmanere sub sole. hec ibi. Exemplifica de senectute hoīs ⁊c. Jō Chryh. homel'. vj. super Job. ait: Vanitas vanitatū inq̄t Eccl's: ⁊ oīa vanitas. Nunc versiculū si saperēt q̄ in potētia versantur: in parietibus suis oībus ⁊ vestibulis scriberent: in domo ⁊ in foro: ⁊ ante oīa in cōsciētijs suis: vt semp ⁊ id ocl'is cernerēt: ⁊ corde sentirēt. Q̄m em̄ multe sunt reruꝫ facies ⁊ imagines vane q̄ decipiūt incautos: dꝫ istud carmē salutare quotidie et in prandijs et in cenis conuentibusq; oībus: vnūquēq; proximo suo canere libēter ⁊ a primo suo audire libēter: q; vanitas vanitatū et oīa vanitas. hec ibi. ¶ Tertia spes dꝫ falsa. Et hec est illoꝝ qui nunq̄ credunt se eē morituros. Verificat em̄ de his illud Tullij de senectute dictū. Nemo est taꝫ senex qui non se putet p annū posse viuere. Cui ꝓcordat Piero. ad An. Nemo est sic fractis viribus: ⁊ decrepite senectutis: vt nō se puret adhuc annuꝫ esse victurū. Jnde subrepit obliuio cōditionis sue: vt mortale animal iā tāq; soluē dū erigat in supbiā: ⁊ aīo celū tangat. hec ille. Patet em̄ satis euidēter hanc spem eē falsaꝫ. Et sic pꝫ scōm p̄ncipale.

Tertio contemplemur spei fructificationem. Possum⁹ aūt in hoc mysterio triplicē spei fructum ponere.

Primꝰ dꝫ fortificatio.
Scōs dꝫ confortatio.
Tertius dꝫ assecuratio.

¶ De primo igiť patꝫ: q̄ spes fortificat hoīem in laborib⁹ suis. iuxta illud Origenis sup Exo. Spes futuroꝝ: laboribꝰ requiē parit. Nā si vana spe bonoꝝ temporaliū tot grauia ⁊ onera ardua mortales tolerant infelices: quō laborare vsq; ad mortē difficile videri pōt his q̄ sperant regnū celoꝝ? Quare diebus ac noctib⁹ varijs curis hoīes mūdi indefesse sudant: nisi q; aliq̄d sperant adipisci? Laborant dīi sperantes magnifice dñari: laborant milites sperantes gloriā tpalē acq̄rere: laborant mercatores sperātes diuitias adipisci: laborāt artifices ⁊ agricole victum vestitūq; sperātes recipere. Sed multo fortiꝰ laboribꝰ insisterēt si finalr vitā eternā sperarēt. hec ille. Vñ Greg'. in moral'. ⁊ ponit in decret'. dist. xlvij. c. oēs. Omnes huius seculi dilectores in terrenis rebꝰ fortes sunt: in celestibus debiles. Nam p temporali glia desudare vsq; ad mortē appetunt: ⁊ p spe ꝑpetua: nec parū quidē in labore subsistūt. Pro terrenis lucris iniurias quaslibet tolerant. ⁊ p celesti mercede vel tenuissimi ꝛbi cōtumelias ferre recusant. Terreno iudici toto etiā die assistere fortes sunt: in oīone coraꝫ dño vel hore vnius momēto lassantur. Sepe nuditatē: deiectionē: famē p acquirēdis diuitijs atq; honoribus tolerant: ⁊ earū rerū spe se per abstinētiam cruciant ad quas adipiscēdas festināt. Supna aūt laboriose querere tāto magis dissimulant: quāto magis ea retribui tardiꝰ putāt. hec ille. Ptꝫ quō sancti iugū dīi fortiter portauerūt: ⁊ nō infirmi mortales. ¶ Secūdus spei fructꝰ dꝫ confortatio. Jpa enim solatiū est tribulatoꝝ ⁊ afflictoꝝ in hac vita: q̄m impossibile est q̄ qui sperat in dño succūbat. Exemplifica in prosperitate ⁊ afflictione. Jdeo Piero. in epla ad Tyrasiū eum reprehendēdo scribit eo q̄ nimis doluit de dormitione filie. Ait em̄. Charitatis tue scripta percepi: in quib⁹ animuꝫ tuū dolore cōmotū de filie dormi-

tione cognoui. Nō aliud p̄ncipal'r ad-
miratus sum q̄ xp̄iam pectoris ī te vir
tutē ablatā fuisse vt animū flecteres ad
dolorē. Stupeo murū fidei penetratuz
vulnerib⁹ orbitatis: quē sopire debue-
rat spes resurrectionis ⁊ regni celestis.
Nūq̄ spes cū dolore ꝯcordat: nec fides
aliqn̄ sentit quācūqz iacturā. Resurge-
re credim⁹ mortuos nr̄os ⁊ plāgimus?
Quid facerem⁹ si mori tm̄modo perci-
peret de⁹ volūtas cui⁹ sola sufficeret ad
solaciū cui nullū p̄ponere iubemur affe
ctū: cū qd̄ dederat abstulit dn̄s q̄ crea-
uerat. Quis est ille q̄ plāgat qd̄ ad tp̄s
acceperat. Cōmodauerat vt hr̄es quā-
tocūqz tp̄e voluisset: ⁊ cū vellet rursus
auferret. Nihil abstulit de tuo: q̄ digna
tus est recipere ꝓpriū. Creditū suū reci
pere decuit creditorē: ⁊ nihil aliud de-
cet q̄ creditori suo gr̄as agere mutuan
tē. Sic Job. j. c. legim⁹ quē sequamur
deuotissima voce dicentem: Dn̄s dedit
dn̄s abstulit: sicut dn̄o placuit: ita fa-
ctū est. sit nomē dn̄i bn̄dictum. hec ille.
Fecisset ḡ Tyrasi⁹ sicut Job si recte spe
rasset in dn̄o. ¶ Terti⁹ spei fruct⁹ d̄r asse
curatio: q̄r hec virt⁹ reddit hoīem secu-
rū in morte: quā hoīes oēs ita timent.
Ptz de paulo ad Phil'. j. Cupio dissol-
ui ⁊ esse cū xp̄o. Ptz de sctō Andrea in
cruce pēdēte. de quo ait Aug'. li. de pe.
Ne p̄mittas me dn̄e descēdere viuū: sed
tp̄s est vt cōmēdes terre corp⁹ meū. Tā
diu em̄ illud portaui: terre iā illud com
mēda: ⁊ ampli⁹ me vigilare non p̄mit-
tas. hec ibi. Agam⁹ ⁊ nos sil'r: vt digne
sperare illā gl'iam possim⁹: hic p̄ gr̄am
⁊ in futuro per gloriam. Amen.

¶ De virginitate. Sermo. ix.



Queramus do
mino nr̄o regi adolescē-
tulam virginē. iij. Reg.
j. Solet queri a doctori-
bus ⁊ apd̄ morales phi
losophos vtrū seruare virginitatē sit li
citū? Et videtur quibusdā q̄ non. Et rō
ipsoꝝ est. Omne quod ꝯtrariat̄ p̄cepto
legis non est licitum: sed virginitas est
hm̄oi. ergo ⁊c. Nam p̄ceptū legis est
Genesis. ij. c. De omni ligno qd̄ est ī pa
radiso comedes cōseruari valeas. Sil'r
hoc est p̄ceptum legis nature. Gen̄. j.
Crescite ⁊ multiplicamini. Un̄ quēad-
modū est illicitū se abstinere a cibo sic
non est licitū seruare virginitatē: q̄r est
cōtra p̄ceptū legis nature. Scd̄a rō
est talis: Omne qd̄ recedit a medio vir-
tutis est vitiosum. Un̄ pb̄s. ij. Ethico.
dicit: q̄ q̄ voluptate vtitur nec ab vno
se abstinet intēperat⁹ est: q̄ aūt oēs fu-
git agrestis est. Sz q̄ seruat virginitatē
ab oī delectatione se abstinet venerea:
ergo illicitū est. Et sic apud illos erat vi
tiū ⁊ nō virtus. ¶ Ad quod tn̄det beat⁹
Tho. ij. ij. q. clij. art'. ij. q̄ ī hūanis acti-
bus illud est vitiosum qd̄ est p̄ter rectā
rōnē. Habet aūt hoc ratio recta: vt his
que sunt ad finē vtatur aliq̄s sed ea mē
sura que cōgruit fini. Est autē hoīs tri-
plex bonū vt dicit pb̄s. j. ethico. Primū
est qd̄ ꝯsistit in rebus exterioribus: puta
diuitijs. Scd̄m est qd̄ cōsistit in bonis
corporis: sicut est sanitas: pulchritudo:
⁊ sil'ia. Tertiuz est qd̄ consistit in bonis
anime: inter que principalis est vita cō
tēplatiua q̄ est potior vita actiua: vt d̄r
iiij. ethi. ⁊ Luce. x. Maria optimā par-
tem elegit ⁊c. Quoꝝ bonoꝝ exteriorum
quedā ordinant̄ ad ea q̄ sunt vite con-
templatiue. Pertinet ergo ad rectitudi
nem hominis: vt aliquis vtatur exterio
ribus bonis s̄m eam mēsuram q̄ com-
petit corpori: ⁊ similiter de alijs vt pos-
sit contemplari: ⁊ hoc non est vitiosuz.
Similiter si aliquis abstineat se a dele
ctationibus corporalibus vt liberius
possit vacare vite comtemplatiue: hoc
non est vitiosum. Et quia virginitas re
linquit veneream delectationē vt pos-
sit vacare vite contemplatiue: ideo vi-
tiosum non est: immo magis virtuosuz.
Ideo virginitas est licita. Circa quam
virtutem quattuor notabimus contem

plationes: videlz
Primo v̄ginitatis perfectionē.
Scd̄o virginitatis exaltationē.
Tertio v̄ginitatis ꝯseruationē.
Quarto v̄ginitatis corruptionē.
¶ Circa primū notandū ꝟm Tho. ij. ij. q. clij. ar. ix. ꝙ in virginitate duo sunt cōsiderāda. vnū. s. formale. ⁊ aliud materiale. Formale est firmū ꝓpositū scilz velle nunq̄ experiri delectatiōes carnales: etiā si posset. Materiale est corporis integritas. Et ideo triplex est virginitas. Una que est corporis ⁊ nō mētis qr mēte fornicāt̄ ⁊ nō corpe. vt pz. xxxij. q. v. c. si paul⁹. Scd̄a est mētz ⁊ nō corporis: qr violate sunt. xxxij. q. v. c. tolerabilius. Tn̄ iste nō amittūt virginitatē vel virginitatis coronā. Nō sunt tn̄ consecrāde inter alias virgines: vt pz. xxxij. q. j. c. vlti. Tertia est mentis ⁊ corporis ⁊ hec est gloriosa. xxxij. q. v. c. sicut em̄. Ideo dicit Aug. Virginitas est in carne corruptibili ꝑpetua incorruptionis meditatio. hec ibi. Hec aūt est ꝑfectissima. ⁊ hec de primo. ¶ Circa scd̄m. s. suā exaltationē nota virginitatis octo exaltationes. Et prima est angeloꝝ conformitas. Nā deus fecit eā in celo sociā angelorū. Nam oēs angeli virgines sunt creati. Vn̄ Amb. li. de virgi. ait: Supgreditur virginitas conditionē humane nature: ꝑ quā hoīes angelis assimilant̄. hec ille. Nā vt dicit Cyprianus est angeloꝝ soror. Inquit em̄. Virginitas est angeloꝝ soror: victoria libidinū: regina virtutū: ⁊ possessio oīm bonoꝝ. Et ideo Hiero. ait: Viuere in carne preter carnem angelicū est ⁊ nō humanū. Qd̄ dn̄s declarauit Mat. xxij. In celo neq̄ nubent neq̄ nubentur: sed erunt sicut angeli dei. Sz est questio quō genuissent ⁊ fuissent virgines in statu innocētie: Rn̄det Aug. di. ꝙ genuissent salua pudoris integritate ⁊ peperissent sine dolore. ¶ Scd̄a exaltatio est xp̄i societas. Nā licz in patria omnes sint btī et videant diuinā essentiā: tamē virgines magis sunt deo cōiūcti. Vn̄ Apoc. xiiij. Hi sunt q̄ cū mulieribus nō sunt coinquinati: virgines em̄ sunt: ibi sequunt̄ agnū quocūq̄ ierit. Et Amb. di. Quocunq̄ pergit virgines sequunt̄ agnum atq̄ laudib⁹ xp̄m semꝑ associāt. ¶ Tertia est prioritas. Nam virginitas ordinata fuit in statu innocētie: quia homo de terra virginea fuit creatus. Gen̄. j. ⁊ matrimoniū post. Gen̄. j. ⁊. xxxij. q. ij. in princi. ⁊. c. sicut. j. ¶ Quarta est mentis dignitas. Due em̄ sunt vite. vt di. Tho. ij. ij. q. xviij. ar. j. s. vita actiua: ⁊ vita cōtēplatiua. Contēplatiua est dignior vt dicit pb̄s. ij. ethicorū. Virginitas autē pertinet ad vitā contemplatiuaz: ergo est dignior. Figura hui⁹ fuit maria magdalena que stabat secus pedes domini. Luce. vij. ¶ Quinta est virtutis raritas. Nam illa que raro reperiunt̄ sunt preciosiora sicut lapides preciosi. Sed virginitas raro reperit̄: ergo ⁊c. ¶ Sexta est perditionis irrecuperabilitas. Tanta est excellentia huius virtutis ꝙ perdita nullo modo pōt amplius recuperari: vt dicit Hiero. Cum cetera de⁹ possit: non potest ruinam virginitatis recuperare. Intellige de virginitate corporali. Et hoc ratione sue preciositatis quia sic non est de alijs virtutibus: scilz charitate: fide: ⁊ spe: ⁊ sic de alijs q̄ pn̄t recuperari. ¶ Septima est status sublimitas. In eccl̄ia dei sunt tres status. vt pz. ij. ij. q. xv. ar. j. s. stat⁹ virginitatis matrimonij: ⁊ viduitatz. Sublimior autem oībus istis est virginitas: que fuit prior matrimonio. xxxij. q. j. ca. nuptie. ¶ Octaua ⁊ vltima est fructus sublimitas. Nā illa virt⁹ dr̄ esse tanto nobilior ac perfectior: quāto ei mai⁹ premiū datur. Sz maius p̄miū dat̄ virginitati. g̃ ⁊c. Dicit enim Hiero. ꝙ nuptie replēt terram: virginitas celum. Et sic pz secūdū principale. ¶ Circa tertiū scz ei⁹ cōseruationem nota septē necessaria ꝑ cōseruatione huius virtutis. Et prima ratio est sobrietas. Nam vt dicit Prouer. xx. Luxuriosa res est vinum. Jō apostolus ad Ephes. v. ait: Nolite inebriari

vino ī quo est luxuria. Dicit Hiero. Uē-
ter vino estuās facile in libidinem spu-
mat. Sicut ptz de Loth: q̄ vino replet⁹
dormiuit cū duab⁹ filiab⁹ suis. Gen. xix.
¶ Scd̄a rō est sollicitudo. Nā ociuz in-
ducit maxime ad carnis tētationē: vt d̄r
Ezech. xv. Hec fuit iniquitas sororis tue
sodome sup̄bia: saturitas panis ⁊ abū-
dantia ⁊ ociū. hec ibi. Sicut accidit etiā
Dauid. ij. Reg. xj. de Bersabee. Exēpluz
etiā de sctā Justina a diabolo tētata: qr
erat sine exercitio. Jō dicit Hiero. Sem
per aliq̄d boni facito: vt diabolus semp̄
occupatū te inueniat. ⁊ notat̄ de conse.
dist. vlti. c. nunq̄. ¶ Tertia est habitus
honestas. Nā sup̄fluitas habitus ducit
ad lasciuiā. Uñ. j. Timo. ij. Nō in tortis
crinib⁹ aut auro aut margaritis vel ve-
ste preciosa: sed qd̄ decet mulieres pro-
mittētes pietatē p̄ bona opera. Uñ Au
gu. ad Cancianum militē ait: Hoīes et
mulieres q̄ serico ⁊ purpura induuntur
xp̄m induere difficile est. Jō cōsulimus
in xp̄o pie viuere volētibus vt modera-
te induātur. hec ibi. Exēpluz de Judith
que ornata decepit Holofernē: vt pz Ju
dith. x. Et Cyprian⁹ dicit: Serico ⁊ pur-
pura indute: xp̄m induere nō possunt.
¶ Quarta est custodia sensuū. Uñ intel
ligendū est: magnā partē innocētie esse
cecitatem. Dina em̄ oppressa fuit a Si-
chen. Gen. xxxiiij. qr curiose voluit vide-
re mulieres regionis illi⁹. ¶ Quinta est
modestia sermonis. Uñ Hiero. Sermo
virginis prudēs ⁊ rarus. Et. j. Pet. iiij.
Si quis loquitur: quasi sermones dei.
¶ Sexta est timor: vt virgo semp̄ sit ti-
morosa. Uñ Bern̄. Solēt virgines que
vere virgines sunt semper esse pauide.
Exemplum ptz de beata v̄gine Luce. j.
¶ Septima et vltima est fuga occasio-
nū. Uñ Hiero. Solus cū sola secrete nō
sedeas. Quoniā vt ait Bern̄. Stare cuz
mulieribus ⁊ immunē se cōseruare ma-
ius est q̄ mortuos resuscitare. Et iō di-
cit Hieronymus. Ostiolū tuū raro aut
nunq̄ mulierū pedes terāt: qm̄ vt ipse
dicit: Mentes ferreas libido domat.
Exemplū patet de beato Bernardo cla-
māte: Latrones latrones. Applica exē-
plum materiale de duobus lapidibus:
qui si adinuicē comprimātur: emittunt
ignē. Nā Augustinus nolebat stare cuz
propria sorore cōsiderās periculū. Sicut
patet de Amnon qui oppressit Thamar
sororē suaz. ij. Reg. xiij. Et sic patet ter-
tium principale. ¶ Circa quartū ⁊ vlti-
mū scz corruptionē: nota q̄ quinq̄ sunt
que habēt corrūpere virginitatem. Pri-
mum est superbia. Unde Augu. lib. de
virgi. Non solū predicanda est virgini-
tas vt ametur: verūetiam ammonenda
est ne infletur. Facilius enim sequūtur
agnū cōiugate humiles: q̄ virgines su-
perbiētes. Nā deus nō solū respexit vir
ginitatē marie: sed magis humilitatem
vt pz Luc. j. Scd̄m est defectus charita
tis. Exemplū de illis quinq̄ virginib⁹
fatuis Matth. xxv. Uñ Bernardus. Ca
stitas sine charitate est lāpas sine oleo.
Tolle charitatē: castitas deo nō placet.
Tertiū est macula pcti. Nihil em̄ valet
castitas cum peccato: qr est forma priua
ta. Unde Hiero. Illa virginitas hostia
xp̄i est: que nec mentē nec carnē libidi-
ne maculat. Ille virgines que in pecca
tis morantur: deo non placent. Quar-
tum est diuisio cordis. Uñ Augustinus
libro de virginitate ait: Totus vobis in
corde figatur: qui pro nobis fixus est in
cruce. Diuisum est cor virginis: cum deo
⁊ mundo studet placere. hec ille. Quin-
tum est stabilitas. Uñ Augusti. vbi. s̄.
Deum sequamur ne virginitatis bonuz
a nobis perdatur: hic per gratiā: ⁊ in fu
turo per gloriam. Amen.

¶ De patientia omnibus necessaria.
Sermo. x.



Er patientiaz
curramus ad p̄positum
nobis certamē. Doctoris
gētium v̄ba sunt ista ad
Heb. xij. Post lapsuz pri
moꝝ parētū adeo humanū gen⁹ passio-
nibus est vexatū: vt nullus vnq̄ in hac

vita inueniri possit oīno quiet⁹. Insurgūt vndiq; mala: vndiq; tēpestates: vndiq; afflictiones: laboriosecq; cure. Accidūt ꝛ sepe multa aduersa nolētib⁹ ꝛ inuitis. Necq; aliter aduersus fortune impetus ꝛ incursus: repētinosq; mot⁹: nisi ferēdo et equo aīo tolerando tuti esse valemus. Superāda: ait Vergil. v. enei dos. oīa fortuna ferēdo est. Hoc aūt maxime operaī patientie virt⁹: que oībus necessaria est: sine qua succūbit mens: ꝛ deficit animus cū aliquod sinistrū accidere viderit. Eaptopter in hoc sermone de patientia erimus tractaturi: de qua tres cōsiderationes faciemus.

Prima est de eius descriptione.
Scōa de eius determinatione.
Tertia de eius acquisitione.

¶ Quid sit patientia: ꝛ de multiplici ei⁹ acceptione. Eapm. s.

Prima cōsideratio est de patientie descriptione: in qua q̄d sit patientia ostēdemus. Et Lactā. v. li. diui. insti. aduersus gētes sic dicit: Patiētia est malox que aut inferunt: aut accidūt cū equanimitate perlatio. Et Tullius in rhetorica eandē sententiā loquitur sub alijs vbis dicens. Patiētia est honestatis aut vtilitatis cā rerū difficiliū et arduarum voluntaria ac diuturna perpessio. Et p ampliore declaratione notandū q̄ quintupler patiētia inuenit.

Prima est remissorum.
Secūda mūdanorum.
Tertia stultorum.
Quarta hypocritarum.
Quinta virtuosorum.

¶ Prima est patiētia remissox: eorū scz quib⁹ ex officio incūbit reprehēdere corrigere vel punire aliena pcā: et tñ illa tolerāt. Cōtra quos est. c. facientis. als culpā. lxxxvj. di. vbi ōr: Facientis pcul dubio culpā hz: qui qō potest corrigere negligit emēdare. Et. lxxxiij. dist. c. consentire. Cōsentire videtur errāti qui ad resecāda que corrigi debēt nō occurrit. Et eadē di. i. c. error. Error qui nō resistit approbat: ꝛ veritas cū minime defensatur opprimit. Negligere q̄ppe cū possis perturbare peruersos nihil aliud est q̄z fouere. Nec caret scrupulo cōcessionis: als societatis occulte: qui manifesto facinoꝛi desinit obuiare. De hac aūt vel tolerantia vel punitione malorum copiosius disputabit in sermone de iusticia.

¶ Scōa est patiētia mūdanox: eorū scz qui ꝓpter mūdū quoscūq; labores strenue tolerāt: de quib⁹ ōr. xlvij. dist. c. oēs. Oēs huius seculi dilectores in terrenis his rebus fortes sunt: in celestibus aūt debiles. Nā pro tēporali gloria vsq; ad mortē desudare appetūt: ꝛ p spe perpetua nec parū quidez in labore subsistūt. Pro terrenis lucris iniurias quaslibet tolerāt: ꝛ p celesti mercede: vel tenuissimi vbi cōtumelias ferre recusant. Terreno iudici toto etiā die assistere fortes sunt: in oratione vo cōā dño: vel vnius hore momēto lassant. Sepe nuditatez: dilectionē: famem pro acquirēdis diuitijs atq; honoribus tolerāt: ꝛ earū rerū spe se p abstinentiā cruciāt ad quas adipiscēdas festinānt. Supna aūt laboriose querere tātomagis dissimulāt: quanto magis ea retribui tardi⁹ putāt. hec ibi.

¶ Tertia est patiētia stultorū: eorum scz qui sciūt q̄ peccādo mortaliter seruiunt diabolo ꝛ permittunt se trahi ab illo de peccato in peccatū. Quibus dicit Paulus. ij. ad Cox. xj. Libēter sufferetis insipiētes: cū sitis ipsi sapiētes. Sustinetis enī si q̄s vos in seruitutē redigit: si quis deuorat: si quis accipit: si quis extollit: si quis in faciez vos cedit. ¶ Quarta est patiētia hypocritarux: de quib⁹ dicitur Matth. vj. Exterminānt enī facies suas: vt pareāt hoībus ieiunātes. ¶ Quinta est patiētia virtuosox: de qua dicit Augu. lib. de patientia. Virtus animi que patiētia ōr: tam magnū donū dei est: vt eā ipsius qui nobis eā largitur patiētia predicetur. Et de hac rps Luce. xxj. In patiētia vestra possidebitis animas vestras. Et Jaco. j. Patientia opus perfectum habet. Et. ij. ad Cox. vj. In oībus

exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros in multa patiētia. Et ad Ephe. iiij. Cū patiētia supportātes inuicē. Et j. ad Timo. vj. Sectare iusticiā pietatez fidem charitatē ⁊ patientiā. Huius aūt officiū est cōseruare bonū rōnis contra tristiciaz: ne scilz rō tristicie succumbat. Nā virtutes mortales ordinant̄ ad bonum inquātum cōseruāt bonū rōnis cōtra impetus passionū. Inter alias autē passiones tristicia efficax est ad impediēdum bonū rationis: ꝟm illud Ecc̄i. xxx. Multos occidit tristicia. Hec Tho. ij. ij. q. cxxxvj. Propterea dicit Lucan⁹. Gaudet patiētia duris. Notādū tn̄ ꝙ aliud est passionē ⁊ afflictionē in aduersitatibus nō sentire: aliud non sufferre. Qui homo est angustias ⁊ tribulationes sentit: sed si nō est virtuosus ⁊ fortis aīo in passione deficit: et multa aut cogitat: aut loquitur: aut operatur: que nō conueniūt. Qui ꝟo virtuosus est: ⁊ si vt hō aduersa sentiat: tn̄ in dolore modū adhibet: ⁊ mensurā seruat atq; modestiam. Propterea inq̄t Sen̄. de cōsolatione ad Paulinū. Non sentire mala sua non est hoīs: non ferre non est viri. Et Tullius lib. ij. de oratore. Magna laus et admirabilis videri solet: tulisse casus sapienter aduersos: nō fractū esse fortuna: retinuisse in rebus asperis dignitatem.

¶ De quinq; in quibus dz vnusquisq; esse patiens. Capm. ij.

Secūda cōsideratio de patiētia dicit̄ determinatio. Debet nāq; homo determinare esse patiēs maxime in q̄nq;: videlz

Primo in cōtumeliarū illatione.
Scdo in tēporaliū bonorū ꝑditione.
Tertio in charoꝝ amissione.
Quarto in corporis flagellatione.
Quinto in volūtaria operatione.

¶ Primo debet homo esse patiēs in cōtumeliarū ⁊ iniuriarū illatione. Solēt nāq; homines nequā et mali molestare bonos: nunc detrahendo: nūc cōicando: nūc contumelias inferendo. Ibi virtus est vbi boni patiēter sciūt posse sufferre qm̄ vt dr. xxiij. q. iiij. c. tu bonus. Tu bonus tolera malū. ⁊ idē in. c. tolerandi. et in. c. qui ꝟm carnē. in. c. ꝟo. Hec aūt vita Gregorius ait: Si boni estis: q̄dīu in hac vita subsistitis: equanimiter tolerate malos. Nā quisq̄s nō tolerat malos: ipse sibi per impatientiam testis est: qr bonus non est. Abel enim renuit: quem Cayn malicia nō exercet. Et Lactan. in. v. libro diuinarū insti. Non em̄ minus malū est referre iniuriā q̄ inferre. Nam vnde certamina inter homines contentionesq; nascuntur: nisi ꝙ improbitati opposita impatientia magnas sepe cōcitat tempestates. Qd̄ si patientiaz qua virtute nil melius: nil in hoīe dignius inueniri potest: improbitati opposueris: extinguetur ꝓtinus tāq̄ igni aquā superfūderis. Sinautem ꝓuocatrix illa impatiētia: improbitatē sibi comparem nacta est: tantū excitabit incendiū vt id nō flumen aliquod sed cruoris extinguat effusio. Magna itaq; patientie ratio est quā sapiēs auget bono viro. Ut enim nihil malorum fiat hec sola efficit. Que si detur omnibus: nullus scelus: nulla fraus in rebus humanis erit. Spectat vtiq; ad magnanimitatē qd̄ nōnulli ascribunt ad vilitatem: scilz ferre patiēter ⁊ equo animo verba contumeliosa. Cōtra quos est dictū Senece libro de clemētia: vbi inquit: Magni animi proprium est iniurias atq; offensiones spernere. Et idē in libro de prouidentia. Manet sine aduersario virtus. Tunc apparet quanta sit: quātacunq; polleat: cum quid possit patientia ostēditur. Et sapiens Prouerb. xvj. Melior est patiens viro forti. Et qui dominatur animo suo expugnatore vrbium. Ex hoc laudatur patientia magnorum virorum atq; potentū: qui patientes fuerūt ad ferendū iniurias. Scribit nanq; Seneca de Anthigono rege ꝙ cum audisset quosdam qui eum non videbant de se male loquētes: accessit ad eos ⁊ dixit: Nunc maledixistis Anthigono; cu-

ins occasiõe in has miserias incidistis. Modo autẽ bene optare ei qui vos ex hac voragine eduxit. Nec amplius eis dixit. Dicitur etiam in policratone: ꝙ Aristippus cuidam maledicẽti sibi: philosophus patiens respõdit. Tu lingue tue: ⁊ ego aurium mearum dñs sum. Et ibidem narratur ꝙ Xenophon philosophus de se maledicẽti respondit: Tu dicisti maledicere: ego maledicta contẽnere. Ibidẽ habetur de Octauiano: ꝙ cum eidem descẽdenti Rome per sacrã viam: desperatus quidam diceret o tyranne: respondit: Si essem non diceres. Nec amplius de verbis eius curauit. Fertur adhuc ibidẽ: ꝙ simillimus quidam adolescens Octauiano vrbem intrauit. Quẽ Augustus ad se adductum interrogauit. Dic mihi adolescens. Fuit nunc̃ mater tua rome. Negauit ille nec cõtentus adiecit. Sed pater meus. Jocl itaq̃ asperitate vrbana: noticiam omniũ ⁊ familiaritates sibi cõciliauit. Ibidem adhuc ferẽ illud qõ scribit Augu. iiij. li. de ciui. dei .c. iiij. de magno Alexãdro. Qui cũ reprehẽderet piratã quẽdã dicens: Cur mare habes infestum? Ille libera voce respõdit: Quid tibi: vt tu orbem terrarum. Sed quia id ego vno nauigio facio: latro vocor: quia tu magna classe: diceris imperator. Si solus ⁊ captus fit alexander latro erit. Et multa alia contra alexandrum protulit animose. Piratus Alexãder constantiam hominis honorauit eum: iussitq̃ cõscribi militie. Sic narrat ibi ꝙ anthigonus pedagogus citharam Alexandri magni fregit: abiecitq̃ dicens: Etati tue tã regnare conuenit: vt ea que in corpore regis voluptatẽ luxurie dant domineris. Qõ ille patientissime tulit. Quibus exẽplis apparet: nõ vile esse neq̃ vitupera bile: immo magnificum egregium atq̃ decor illatas iniurias despicere. ¶ Secundo debet homo esse patiens in temporalium bonorum perditione: vt non subruat animus neq̃ desperet si quandoq̃ hec fortune bona; vt honor dignitas potentia diuitie ⁊ similia diminuãtur. Propterea laudatur Anaragoras ꝙ non est contristatus quando in patriam rediẽs possessiones suas desertas ⁊ dissipatas inuenit. Et Bias prieneus letãter respõdit his qui eum interrogarũt; quid secum ferebat cum fugiebat de patria: quam inuaserant hostes. Oia mea mecum porto. De quibus mẽtionem feci in sermone de auaricia: siue in de contemptu diuitiarum in quadragesimali. ¶ Tertio dz esse homo patiẽs in suorum charorũ seu propinquor̃ amissione. Nã iunt multi qui propter mortẽ suor̃ nullum habẽt modũ. Jndignãtur deo: ⁊ seipsos cõmittũt cõtumẽdos doloi. Pro quib9 dicit Seneca de consolatione ad Paulinum. Quid tã humile ac muliebre est: ꝙ cõsumendum se doloi cõmittere? Nos aũt nõ interdicimus eis q̃n p̃ suis mortuis quadã pietate ducti doleant ⁊ lachrymentur. Fleuit ioseph sup patre suo mortuo: vt ꝛ Geñ. vlti. Et Abraam fleuit sup Sara mortuo post. cxxvij. annos vite sue, Geñ. xxiij. Fleuerũt ⁊ pres antiqui pro morte suor̃. Et rps lachrymatus est: cũ lachrymatẽ vidit magdalenã p̃ fratre mortuo. Johã. xj. c. Et virgo beata doluit ⁊ fleuit ĩ morte rpi. Dãnamus superabũdantiã doloris que videtur quandoq̃ desperationẽ pretẽdere. Quapropter Paulus, ij. ad Thessal. iiij. c. ait: Nõ cõtristemini sicut et ceteri qui spem nõ habent. Et. xiij. q. ij. c. vbicũq̃. ij. ⁊ c. habẽt. et. c. qui diuina vocatione, cõfirmatur qõ dicimus. Hinc Jherony. ad Tyrasium ait: Charitatis tue scripta percepi: in quibus animũ tuũ doloꝛe cõmotũ de filie dormitione cognoui. Non aliud in te admiratus sum ꝙ christiani pectoris abs re virtutẽ ablatam fuisse. Stupeo murũ fidei penetratũ vulneribus orbitatis: quẽ sopire debuerat spes resurrectiõis ⁊ regni celestis. Resurgere credimus mortuos nostros ⁊ plangimus. Quid faceremus si mori tm̃ precaperet deus. Voluntas eius vtiq̃ sola sufficeret ad solacĩũ: cui nullũ iubemur

affectum ꝓponere. hec ille. Propterea Ualerius maxim⁹ lib. v. rubrica de parentibus q̄ obitū filioꝝ forti animo tulerunt: laudat Anaragorā: q̄ audita morte filij respōdit nūcio. Nihil expectatū aut nouū nūcias. Ego em̄ illū ex me natū mortalē esse sciebā: ⁊ sicut neminem mori solere q̄ non vixerit: sic nec aliquē viuere qui moriturus nō sit. ¶ Quarto dz vnusq̄sq̄ esse patiēs in corpis flagellatione: cū corpus egritudinib⁹ ⁊ infirmitatib⁹ aggrauat: sicut de btō Frācisco legim⁹. De quo dicit dñs Boñ. in legenda magna. Cū duris corpis angeretur doloꝛib⁹: illas suas anguſtias non penarū cēsebat noīe sz solacioꝝ. Dū aut̄ semel grauī⁹ solito doloꝛ vrgeretur aculeis: q̄dā frater simplex dixit ad eū. Frat̄ oza dñm: vt mitig⁹ tecū agat. Manuz em̄ suā plus debito supte grauare videt. Quo audito vir sctūs cū eiulatu exclamans ait: Nisi noscerē in te simplicē puritatē: tuū ernūc abhoꝛrerē ꝓsoꝛtiū: q̄ ausus fueris circa me diuina iudicia reꝓhēsibilia iudicare. Et licz tot⁹ esset attritus grauis ꝓlixitate languoris: ꝓtinꝯ se in terrā ossa debilia duro casu collisit: ⁊ deosculās humū: gratias inq̄t tibi ago dñe deus de oīb⁹ his doloꝛib⁹ meis: tecū mi dñe rogo: vt cētuplum si tibi placuerit addas: cuz tue sanctevolūtatis adimpletio sit mihi cōsolatio semper plena. ¶ Quinto debet esse vnusquisq̄ patiens in voluntaria operatiōe: in ieiunijs: oꝛationib⁹: vigilijs: et disciplinis: alijsq̄ operibus virtuosis: cum premium illoꝝ sit eterna vita. In omnibus autē vnusquisq̄ memoꝛ esse debet illius patiētissimi Job: qui in omni aduersitate sua: in damno rerum: siue in morte repentina filioꝝ: siue in plagis ⁊ vulneribus corporis sui solitus erat dicere: Job. j. Domin⁹ dedit domin⁹ abstulit: sicut domino placuit ita factum est: sit nomē domini benedictum.

¶ Oz quinq̄ sunt regule ad acquirendam patientiam. Capitulum. iij.

Tertia consideratio est de patientie acquisitione. In qua dicendū est quomodo patientia potest acquiri. Et ad hoc notande, sunt quinq̄ regule.

Prima oz recogitatio.
Scōa melioratio.
Tertia premiatio.
Quarta auxiliatio.
Quinta exēplatio.

¶ Prima regula oz: recogitatio. Quandocūq̄ em̄ q̄s sentit aduersa multa imminere sibi: recogitare debet peccata q̄ cōmisit: ⁊ dicere illud Michee. vij. Irā dñi portabo: q̄m peccaui ei. Sic faciebant fratres Joseph q̄n venerūt in egyptum: ⁊ Joseph loquebatur cum eis: et ipſi non cognoscebāt eū ⁊ dicebat. Frater vester vnus ligetur in carcere: vos aūt abite et fratrē vestrū minimum ad me adducite. At illi lingua hebraica credēres non intelligi ab Joseph dicebant ad inuicem. Merito hec patimur: quia peccauimus in fratrē nostrū: videntes anguſtiā anime illius cuz deprecaretur nos: ⁊ nō audiuimus. Jccirco venit sup nos ista tribulatio. Gene. xlij. c. ¶ Secūda regula dicitur melioratio. Quandocunq̄ quis tribulationibus quatitur: vt patiēs fiat: consideret q̄ deus in hac vita sepius vexat quos amat: et omnia in melius interpretetur. Unde Job. v. c. dicitur: Beat⁹ hō qui corripitur a dño. Jncrepationez ergo eius ne reprobes. Et sapiēs Prouer. iij. Disciplinā dñi ne abijcias: ne deficias cū ab eo corriperis. Quē em̄ diligit dñs corripit: ⁊ quasi pater in filio cōplacet sibi. Solet em̄ tribulatio satis ꝓdesse aīe ad illuminādū eā: atq̄ ad superādas mūdi ⁊ carnis blādicias. Ubi Lactā. in. ij. lib. diui. instit. ait: Tūc maxime de⁹ ex memoria hoīm elabitur cū beneficio ei⁹ fruētis honoꝛē diuine indulgentie dari debent. At ño si qua necessitas grauis ꝓcesserit: tūc dñi recoꝛdantur: si belli terroꝛ infremuit: si moꝛboꝝ pestifera vis incūbit: si alimēta frugib⁹ lōga siccitas denegauit: si seua

tẽpestas: si grãdo ingruit: ad deũ confugitur: a deo petit auxiliũ: deꝰ vt subueniat orat. Si ꝙs in mari vẽto seuiẽte iactatur: hunc inuocat. Si quis aliqua vi affligat: hũc potius implorat. Si quis ad extremã mendicãdi necessitatẽ deductus victũ precibꝰ expoſcit: hũc ſolũ obteſtatur: ꝙ eiꝰ diuinũ atq; vnicũ nomen hominum ſibi miam querit. hec ille. Et Piero. tribulationis vtilitatẽ ꝙ exẽplus quoddaꝫ explicat in epla ad Ruſticum monachũ di. Grecus adoleſcens erat in cenobio qui nulla abſtinẽtia: nulla operis magnitudine flammam poterat carnis extinguere. Hũc periclitantẽ pater monaſterij hac arte preſeruauit. Jmperat cuidã viro graui vt iurgijs atq; cõuitijs inſectaretur hoiem: ⁊ poſt irrogatas cõtumelias ꝓtinꝰ veniret ad querimonias. Vocati teſtes ꝓ eo loquebant qui cõtumeliam fecerat. Solus pater monaſterij defenſionẽ ſuã callide opponere ſtuduit: ne abũdãtiore triſticia abſorberetur frater. Quid plura? Jta annus deductus eſt. Quo expleto interrogatus adoleſcẽs ſuper priſtinis cogitationibus: ſi ita adhuc moleſte ſuſtineret Pape mãt: Mihi viuere nõ licet: ⁊ fornicari libet? ¶ Tertia regula ad acquirẽdã patientiã ꝺr premiatio. Oñcunq; ꝙs deficere videret animũ in tribulatione: aut in laboribus propter deũ ſuſceptis: ſtatim ſubleuari debet ad illaꝫ mercedẽ vberrimã ⁊ copioſam: q̃ rep: omittit nobis in celis. De qua xp̃s dicebat Mat. v. Bti eſtis cũ maledixerit vobis hoies: ⁊ pſecuti vos fuerint: ⁊ dixerint oẽ malũ aduerſum vos: mẽtientes ꝓpter me. Gaudete ⁊ exultate: qm̃ merces veſtra copioſa eſt in celis. Sic ſtephanus cum eſſet inter eos q̃ perſequebant ipſum: intendẽs in celũ vidit gloriã dei. ¶ Quarta regula dicit auxiliatio. Quandocũq; aliquis p̃mitur multis anguſtijs: ſciat deum aſtare ſibi: vt ei ſuccurrat: vel vt patientiam tribuat dummodo ipſe auxiliuꝫ eius poſtulet. Jdeo Dauid in p̃s. xxxiij. ait: Juxta eſt dñs his qui tribulato ſunt corde. Eſt de hoc exẽpluꝫ magni antonij: qui cũ poſt multa etiam verbera: que a demonibus fuerat paſſus: vidiſſet in ſplendore quodam mirabili dominuꝫ ieſum xp̃m: dixit ad eũ: Ubi eras bone ieſu: vbi eras? Quare a principio nõ fuiſti vt me iuuares: ⁊ vulnera mea ſanares? Cui dñs. Antoni. Vic eram: ⁊ meo auxilio certamẽ ſuperaſti. Amodo aũt q; viriliter dimicaſti: in toto orbe faciam te noiari. ¶ Quinta regula ad acquirendam patientiã ꝺr exẽplatio. Oñ aliquis cupit habere patientiã: vltimũ eſt remediũ intueri ſcõꝝ exẽmpla: ⁊ potiſſimuꝫ dñi noſtri ieſu xp̃i. De quo Petrus. j. epla. c. ij. dicit: Chriſtꝰ paſſus eſt ꝓ nobis: vobis relinquens exemplum. ⁊ Paulus ad Heb. xij. c. ait: Recogitate eum qui talẽ ſuſtinuit a pcõribus aduerſum ſemetipſum contradictionẽ: vt non fatigemini animis veſtris deficientes. Quenam patientie exempla nõ inueniuntur in xp̃o? Vide illum o anima in cruce nudatum. Vide ⁊ contemplare diligenter. Si te grauatam ſentis infirmitate corporis: audi illũ dicentem tibi Eſaie. j. Et ego pro tua ſalute a planta pedis vſq; ad verticẽ totus ſum vulneratus. Si dixeris ei. Deu iniuſte accuſor: inique criminor ab emulis meis: reſpondebit tibi. Et ego qui deus ſum factus homo: iuſtus: ſctũs: pius: ſapiẽs: mundus: ⁊ impollutus: vocor ſamaritanus: ſeductor: malefactor: blaſphemus: ⁊ velut perditiſſimus reus: in medio latronũ crucifigor. Si cõqueſta fueris de paupertate: ⁊ ille clamabit: O aia mea ſuſtine patienter: qr ⁊ ego amore tui in tanta ſum paupertate cõſtitutus: vt nõ habeam vbi caput reclinem in cruce. Si tiui: at aque mihi guttula denegatur. Et tandeꝫ nihil inueniri poteſt: in quo nos patiamur pro amore crucifixi: quin magis in illo patiaꝫ ipſe pro amore noſtro. Propterea Auguſtinus in libro de conflictu vitiorum ait: Si paſſio redempcionis ad memoriaꝫ reuocetur: nihil tã durum eſt: qõ non equo animo tolerẽt.

Parua em̄ toleramus si recordemur q̄d biberit ad patibulu3: q̄ nos inuitat ad celū. Ille em̄ opprobria: irrisiones: contumelias: alapas: sputa: flagella: coronā spineā: crucēq3 sustinuit. Et nos miseri ad nostrā confusionē vno sermone fatigamur vno verbo deijcimur. hec ille. Quare ꝓcuremus feruēter: vt acq̄ramus patientiā: per quā deus largietur nobis hic gratiā: ⁊ in futuro sempiternā gloriā: in qua est bn̄dict⁹ per eterna seculorum secula. Amen.

¶ De predestinatorum numero ⁊ damnatorum. Sermo. xj.



Ulti sunt vocati pauci v̄o electi mat. xx. c. Uerba q̄ reuerētijs vestris sunt ꝓposita dilectissimi ī xp̄o iesu: sunt ipsi⁹ dn̄i iesu: q̄ si hoīes vani attēte pensarent ac subtiliter discuterēt: timendi deū causam haberent. Quid em̄ potest tanta efficacia timorē incutere: q̄ p̄fata verba ore veritatis infallibilis ꝓlata ꝯsiderare? Quis em̄ non paueret: q̄s non obstupesceret: q̄ videret suū regem populos sibi subiectos oēs sine defectu coram se aduocantem: ⁊ ex tanta multitudine paucos ad gloriam eligentez: reliquos aūt in ꝯfusione: ignominia: ⁊ tormēto relinquētē. O quantus timor: o quātus fletus: o quāt⁹ gemit⁹ tales cōprehenderet. Sed nūc insania hoīm putat cōtrariū. Nā si sigillatim oēs interrogētur infideles an sint electi ad salutē: quasi oēs dicerēt sumus. Similiter etiā iudei idē dicerent. Uerū q̄d de xp̄ianis loquar: quorū fides est verissima. Nōne ⁊ ip̄i etiā in oībus malis viuentes: tamen credunt se mīam dei cōsecuturos? Interroga queso singulos ī omni sexu: ⁊ in omni etate: conditione: gradu: ac dignitate: neminē fere inuenies etiā si in malo perseueret: q̄ se non putet electu3. Et hoc euenit partim: q2 ignorant lumen veritatis: partim quia proprij amoris fallacia decipiunt: partim deniq3: q2 diabolica suggestiōe fallunt. Nam plerūq3 etiā fatui se sapientes existimāt: ⁊ q̄ claros nō habēt oculos vmbrā interdū pro veritate percipiunt: ⁊ sepe somniātes putant se vigilare ⁊ esse vera que somniāt. Sic multis vocatis a deo eueniet q̄ nunc credūt se saluari ⁊ damnabunt: q2 dicit saluator Mat. xx. Multi em̄ sunt vocati: pauci v̄o electi. Nōne vides in oībus reb⁹ exemplū: q2 illud qd̄ est deteri⁹ plus abūdat: vt in fine sermonis dicet. S3 nūc cape exēplū in piscatorib⁹: q2 vt plurimum plus īmundicie: ⁊ pisciū inutiliū in rhete capiūt q̄ sint boni pisces. Hoc confirmat diuina autoritas Mat. xiij. Simile est regnū celorū sagene misse in mare. vsq3 ibi. in caminū ignis. Ecce q̄ boni ponūtur in vasis quasi in modico loco morātes ꝓpter paucitatē: sed mali ꝓijciuntur in littus maris ꝓpter multitudinem. O peccator: cōuertere ⁊ considera quid significet. Multi sunt vocati ⁊c. Sed licz xp̄s nequeat mentiri: tū quia eius sacratissima dicta ab ignorantibus male intellecta sepenumero errore decipiūtur. Ideo pro luculentiori thematis nr̄i declaratione tria in hoc sermone notabimus.

Primū dicitur oppositio,
Scd̄m d̄r declaratio.
Tertiū d̄r cōfirmatio:



Cape primum qd̄ est oppositio. Quidā eī vident opponere q̄ non pauci sed multi sunt electi: ⁊ hoc triplici oppositione ꝓbare vident.

Prima d̄r inclinationis.
Scd̄a d̄r reuelationis.
Tertia d̄r predestinationis.

¶ Prima oppositio d̄r inclinationis: et est talis. Oīa que sunt inclinant ad agēdum s̄m bonitatē sue nature: loquendo naturaliter: vt ptz in creaturis insensibilibus ⁊ sensibilib⁹: que magis q̄ nos sequuntur nature sue inclinationē. Un̄ ph̄s. iiij. Ethic. aix: Unusquisq3 dirigit opera sua s̄m optimū eoru3 que sunt in

¶ Prima ferocitas dicit contra p̄mos hoīes quos ipsa interemit & pstrauit. Nā a principio cōditiōis hūane in statu innocentie erāt hoīes imunes a lege mortis. Ūñ Aug̃. in. xiij. libro de ciuitate dei. c. iij. ait: Fatendū est p̄mos hoīes ita fuisse institutos: vt si nō peccassent: nullū genꝰ mortis experirent. Sed eosdē primos peccatores ita fuisse morte mulctatos: vt quicq̄d eorum stirpe esset exortū eadē pena teneretur obnoxiū. Pro magnitudine ąppe culpe illi⁹ naturā dānatio mutauit in peius: vt qđ penaliter p̄cessit in peccātibus hoīb⁹ primis: etiā naturaliter sequeret in nascentib⁹ ceteris. Idē in libro de baptismo parulor̄ ait: Fiebat ordo iusticie: vt sicut aīa dño suo ita corpus ei obediret. hec ille. & Eccli. xv. Ante hoīes vita & mors. Et in eodē. c. Deus ab initio constituit hoīes: & reliquit illū in manu consilij sui. & Origines sup Leuiticū. ix. c. Si hō ab initio elegisset vitā: nunq̄ hūanū genꝰ mortalē conditionē teneret. Unde de⁹ p̄ter peccatū dixit Ade. Q: audisti vocem vxoris tue: dico tibi q: in sudore vultus tui vesceris pane tuo: donec reuertaris in terrā de qua sumptus es: q: pulvis es & in pulverē reuerteris. Gen. iij. Et hec oīa propter peccatuꝫ. Ueu q̄ grauis fuit illa culpa: que ipso mortis oēs subiecit: sed potissime p̄mos parentes. Nam per errorē inobedientie sue: mortem quā deus non fecerat sibi inuenerūt. Juxta illud Aug̃. j. pronosticon dicentis: Uide mortem non a deo: sed per errores intus venisse hoībus in paradiso delitiarū positis. Cui etiam conuenit illud qđ scribitur Sapientie. j. c. Deus mortem non fecit: sed impij manib⁹ proprijs acceserunt eam. ¶ Sed circa hoc dubitari potest: q̄ cū deus dixerit Ade Gen. ij. Quacūq̄ die comederis: morte morieris: non tū hoc videt verū: q: non illa die mortui sunt. Ad hoc respondet Nicolaus de lyra in expositione sup Genesim q̄ illa verba sic habent exponi. Morte morieris: idest moriendi necessitatē incurres: quia gustato ligno nō statī mortuꝰ est: sed cepit ad mortē tendere. Et Augustinus sup Gene. sic ait: Morte morieris: idest morti obligatꝰ eris vel mortis reatū incurres. Unde & ī alio loco idē ait. Q̄uis annos multos post vixerunt: illo tamen die mori ceperunt quo mortis legez: qua in senium veterascerent acceperunt. Data est ergo potestas morti ejciendi illos propter eoꝝ culpā. Et quia necessaria erat hūani generis multiplicatio viuē di tēpus in longum processum est: qđ tamen a morte deiectum & debellatuꝫ est. Ecce quid profuit illis longa vita: quibus oīno mors est subsecuta? Audiamus quid scriptura dicat Genesis v. Uixit Adam. cxxx. annis & genuit filiū ad imaginē & similitudinē suā: vocauitq̄ nomen ei⁹ Seth. Et facti sunt oēs dies Adā postq̄ genuit Seth octingenti anni: genuitq̄ filios & filias. Et factū est oē tēpus quo vixit Adaz nōgenti triginta anni & mortuꝰ est. Uixit quoq̄ Seth. cv. ānis & genuit Enos. Uixitq̄ Seth postq̄ genuit enos octingentisseptem annis: genuitq̄ filios & filias. Et facti sunt oīs dies Seth nongentorum duodecim annorum et mortuus est. Uixit ẏo enos. xc. annis & genuit Caynam, post cuius ortuꝫ vixit octingentisquindecim annis: & genuit filios & filias. Factiq̄ sunt oīs dies enos nōgentiquinq̄ anni: & mortuus est. Uixit quoq̄ Caynan. lxx. annis & genuit Malalehel: & vixit Caynam postq̄ genuit Malalehel octingentisquadraginta annis: & genuit filios & filias. Et sic de oīb⁹ alijs a principio vsq̄ ad finē incipientibus. ¶ Si ẏo aliq̄s incredulus dubitaret quomō fuerit illud possibile vt vita illorum sic

protraheretur in lōgū. Rñderi potest ſm Nicolaū de lyra hoc fuiſſe pluribꝰ de cauſis. ¶ Prima ex bonitate condi-tionis vel cōplexionis primoꝝ parentū. Fuerūt em a deo immediate formati: t per cōſequēs fuerūt optime cōpoſitionis: t ſic ad lōgiorē vitā diſpoſiti. Et illa bonitas cōplexionis magis venit ad hoīes ꝓpinquos illi⁹tpis q̄ ad remotos tpis moderni. ¶ Secūda rō ſumitur ex modo viuēdi: qz tēperate viuebāt. Tertia rō ſumit ex bonitate nutrimēti: qz ante diluuiū naſcētia terre erant meliora q̄ poſtea: qz inundatio diluuij fuit ꝓ maiori parte ex aq̄s oceani. Atque aūt ſalſe inducūt ſterilitatē: t reddūt terrenaſcentia peiora: ex q̄bꝰ abbreuiat vita hoīs. ¶ Quarta ratio eſt ex ſcientia Ade: qz formatus fuit in perfectione ſcientie. Et ideo cognouit virtutes herbarū fructuū t lapidū q̄ faciūt ad cōſeruandā ſanitatē t vitaz prolongandam. ¶ Quinta ratio eſt ex diſpoſitione diuina hoc ordinante: vt per longū tps cito multiplicaretur humanū genus. hec Nico. de lyra. Quis igit primi hoīes tā diu ſuperuixerunt ſciētia prediti: fortitudine corporis bene diſpoſiti: non potuerunt tñ mortis ferocitatē repellere: continuit illos et oēs mortui ſunt. Quodvtiq̄ nobis in exemplū eſſe poteſt: vt huius vite erūnam cognoſcam⁹. Hoc eſt q̄ Piero. ad Heliodoꝝ de vita nepotiam ait: Debemus t nos aīo premeditari q̄ aliquādo futuri ſumus t quod velim⁹ nolimus: longius abeſſe non poteſt. Naz ſi nongētos vite excederemus annos: velut ante diluuiū viuebat gen⁹ humanū. t Mathuſalē nobis tpa donarentur: tñ nihil eſſet preterea lōgitudo: q̄ eſſe deſiſſet. Etem inter illum qui virit decē annis t illuz q̄ virit mille: poſtq̄ idez finis vite aduenerit irrecuſabilis mortis neceſſitas: tranſactū oēm tantundē eſt: niſi q̄ magis ſener onuſtus peccatorū faſce proficiſcitur. Optima queq̄ dies miſeris mortalibꝰ eui. Prima fugit: ſubeunt morbi triſtiſq̄ ſenectus. Et labor: t dire rapit inclemēcia mortis. hec ille. Que oīa ſic dicta intelligas: vt ſicut longitudo vite oēs illos primos viros nō excuſauit a morte: ſic nec breuitas vite tue etiam dilata ad multos annos te excuſabit: quia morte morieris. ¶ Secūda ferocitas mortis eſt contra peccātes. Nā ſepenumero ipſos inuadit ſubito: t in breui morula abſorbit eos. Et licz mlta accidāt ꝓ naturā que labilis eſt: t vtplurimuz humane vite contraria: verūtñ mortalitates t peſtilentie aduenīūt ſepe t ſepius iudicio dei: in quibꝰ nō ſine grādi terroꝛe oēs aſpiciunt mortis dominiū: t poteſtatē. Et q̄ hec vera ſint ꝓbatur ex teſtificatione ſcripturarū. Et primo ſumi poteſt illud teſtimonium Numeri. xj. vbi narrat q̄ cuz populus iſrael eſſet in deſerto non contēt⁹ cibo celeſti ſcilz māna qđ pluebat illis de celo: deſiderās carnes t piſces: cucumeres: pepones: cepe: t allia: dominꝰ pluit conturnices in caſtris eoꝝ. Et cū adhuc carnes eſſent in ore ipſoꝝ: ecce furoꝛ dñi concitatus eſt in populū: ꝓcuſſitq̄ eū plaga magna. ¶ Secundū teſtimonū habet Numeri. xiij. Nā cū populus ille murmuraſſet cōtra dñm. dixit dñs ad Moyſen. Uſq̄ quo detrahet mihi ꝓpls iſte? Quouſq̄ non credent mihi in oīb⁹ ſignis que feci coraz eis? Feriaz ergo eos atq̄ conſumā peſtilentia. Qđ factuz fuiſſet niſi Moyſes oraſſet ad dominum vt dimitteret eis. ¶ Tertiū teſtimoniū habetur Exo. xij. vbi narrat: q̄ nocte media percuſſit dñs egyptū plaga magna: t interfecit oīe ꝓmogenitū in terra egypti a primogenito Pharaonis q̄ ſedebat in ſolio vſq̄ ad primogenituz captiue: que erat in carcere: t oē primogenituz iumentoꝝ. Surrexitq̄ Pharao nocte t oēs ſerui eiꝰ: oēſq̄ egyptij: t ortus eſt clamoꝛ magnus. Neq̄ em erat domꝰ in qua non iaceret mortuꝰ. ¶ Quartū teſtimoniū eſt in Leuit. xvj. c. vbi dñs

dicit: Si nolueritis recipere disciplinā
sed ambulauerit ex aduerso mihi: ego
quoq; cōtra vos aduersus incedā: ⁊ ꝑ
cutiā vos septies ꝓpter peccata vestra
inducāq; sup vos gladiū vltorē federis
mei. Cūq; fugieritis in vrbes īmittaz
pestilentiā in medio vestri. ¶ Quintuz
testimoniū est vlt. c. ij. li. Reg. ⁊. j. Pa-
ral. xxj. vbi legit: ꝙ percussit dn̄s pesti
lētia israel a Dan vsq; ad Bersabee: et
mortui sunt ex populo. lxx. milia viroꝝ.
¶ Sextū testimoniū capit ex cōminati
one quā fecit dn̄s per Ezech. vij. c. Ira
mea (inq̄t) sup vniuersuz populū. Gla
dius foris: pestis: ⁊ fames ītrinsecus.
Qui in agro est morte morietur: ⁊ qui in
ciuitate sunt pestilētia ⁊ fame deuora-
bunt. ¶ Septimū testimoniū capit a
Justiniano in aut. vt nō luxurient cō-
tra naturā. vbi ait: Propter ista duo. s.
propter blasphemiā ⁊ pctm̄ contra na
turā fames pestilētie ⁊ terremotꝰ fiūt.
Idē similiter in glo. xxxij. q. vij. c. flagi-
tia. ¶ Octauū testimonium est in histo
ria ecclesiastica. In qua narrat ꝙ Ma
ximianus imperator ductꝰ diabolico
spū: fecit cōponere carmina blasphe-
mijs plena ꝯtra iesum xp̄m ⁊ sanctos:
eaq; scribi mādauit in tabulis. Jussit
per singulas vrbes ⁊ villas ⁊ agros de
ferri: faciebatq; ea cātari. Altissimus
autē tantū scelus multū remanere no-
luit: sed tāto rigore in populū blasphe
mū pestilētiā misit vt comedēdo ⁊ bi-
bendo sola sternutatiōe morerent. Ip
se aūt Maximianꝰ dolore graui percus
sus spiritū exhalauit. ¶ Nonū testimo
niuz est in legēda sctōrū in vita beati
Gregorij in tractatu de letanijs. Ubi
refert ꝙ ꝓpt comesatiōes ⁊ luxurias
romanoꝝ cōmotꝰ est deꝰ cōtra eos pe-
stilētiāq; magnā in illos misit: quā in-
gumes vocant. s. languinaglia. Seua
em̄ fuit eo ꝙ hoīes in via in mensa in
colloquio moriebant subito. Itē cum
aliquis sternutabat exhalabat spm̄.
Et cū aliq̄s aliquez sternutātez audie
bat statim accurrens dicebat: Deus te
adiuuet. Un̄ vsq; nūc h̄ cōsuetudo ob
seruat. Rursus cū aliquis velle se osci
tare sentiebat cōtinuo signū crucis in
os imprimere festinabat. Cū ergo hec
pestis romā vastaret btūs Greg. ꝓces-
sionē cū letanijs: per ciuitatis circulū
quodā paschali tpe ferri ordinauit: in
qua imago beate virginis: que adhuc
est rome in sancta Maria ara celi: quā
btūs Lucas pinxisse dicit: ante ꝓcessi-
onez portare fecit reuerenter. Et ecce
tota aeris infectio imagini sctē cede-
bat: ac si imaginē ipsaz fugeret: ⁊ ipaz
ferre nō posset. Sicq; post imaginem
mira serenitas: ⁊ aeris puritas rema-
nebat. Tūc in aere iuxta imaginez au-
dite sunt voces angeloꝝ cantantiū et
dicētiū: Regina celi letare ⁊c. Statim
aūt btūs Greg. adiūxit. Ora ꝓ nobis
deuz alla. Tūc btūs Greg. vidit supra
castrū vientij angelū dn̄i qui gladium
cruentatū detergēs imaginē cōuerte-
bat. Exquo intellexit ꝙ pestis illa cessa
ret: sicut factū est. Un̄ castrū illud voca
tū est postea castrum sancti angeli. Ex
hoc igit patet ꝙ ꝓpter peccata homi
nū deus punit eos morte. Qd̄ vtiq; fa
ctū cōspicimꝰ tēporibꝰ istis: in q̄bꝰ ad
tantā dementiā venerunt ppl'i: ꝙ cre-
dūt hmōi pestilētiaz venisse ꝓpter bo-
na opa. O hūana demētia. Nūq̄d sunt
falsa tot exēpla scripturarū: vt velit de
us oppugnare hūanū genꝰ absq; cul-
pa? Quinimo vt dixi. ⁊ iterum dicam
mors ista pestilentialis est ensis diui-
ne iusticie: quo transfodiūtur viscera
iniquorū: q̄ nolūt aliq̄n mūdū periere
De iustis ⁊ si ipsi percutiant nō obstat
quia dixit ps̄. cxv. Preciosa in ꝯspectu
dn̄i mors sctōrū eius. ¶ Tertia feroci-
tas mortis est ꝯtra totū mūdū. Nā de
ipsa ⁊ de eiꝰ potentia scripture multe
loquunt. Un̄. ij. Regū. xiiij. Om̄es mo
rimur: ⁊ quasi aqua dilabimur in terrā
Que verba notant. xiij. q. ij. c. in eccl'ia
stico. ⁊ ps̄. lxxxviij. Quis est hō qui vi-
uet ⁊ nō videbit mortē. Eccl'i. xl. Oīa q̄
de terra sunt in terrā cōuertent. ⁊ Se

neca ad Lucillū. Eo ibis quo oēs eūt. Quid ibi noui est? ad hāc legē natus es. Hoc patri tuo accidit: hoc matri: hoc maioribꝰ: hoc oībus ante te. ⁊ Hiero. ad Heliodoꝝ sic ait: Xerxes ille rex potētissimꝰ q̄ subuertit montes: ꝓstrauit maria: cū de sublimi loco infinitaꝫ hoīm multitudinē innumerabilē vidisset exercitiū: fleuisset d̄r eo ꝙ post centū annos nullus eoꝝ quos cernebat superuicturꝰ esset. O si possemꝰ in talem ascēdere speculā de qua vniuersam terrā sub nostris pedibꝰ cerneremus: iā tibi ostēdere totius mundi ruinas ⁊ gentes gētibꝰ ⁊ regnis regna collisa: alios torqueri: alios necari: alios absorberi fluctibꝰ: alios ad seruitutem trahi: hic nuptias: hic planctū: illos nasci: istos mori: alios affluere diuitijs: alios mēdicare: ⁊ nō solū Xerxis exercitū: sed totius mūdi hoīes: q̄ nūc viuūt ī spacio breui morituros. Uīcit ſmo rei magnitudine: ⁊ minus est om̄e qd̄ d̄r: Redeamus ergo ad nos: ⁊ quasi e celo descētes paulisp nostra videamꝰ. Sētis ne obsecro te qn̄ infans: qn̄ puer qn̄ senex factꝰ sis. Quotidie morimur: quotidie cōmutamur: ⁊ tn̄ eternos nos esse credimus. hec ille. Quid igit̄ est hoīm vita: nisi quidā cursus ad mortē? O hūana miseria: q̄d verius vnicuiq̄ dici potest ꝙ morte morieris? Hinc Job. xiiij. dicit̄: Homo natus de muliere breui viuens tēpore replet̄ multis miserijs. De hoc Sen̄. ad Lucillū. Quotidie morimur: quotidie diminuit̄ aliqua pars vite: ⁊ tūc quoq̄ dū crescimus vita decrescit. Infantiā amisimꝰ demū puericiā: demū adolescētiā: vsq̄ ad extremū quicq̄d trāsit tēporis perit. Et iterū ad eundē dicit: Corpora nostra rapiuntur fluminū more. Quicq̄d vides cū tēpore currit. Nihil ex his que videmꝰ manet. hec ille. Et Ouidius ait: Tempora labunt̄ tacitisq̄ senescimus annis. Et Augustinꝰ. xiij. de ciuitate dei. c. x. Ex quo em̄ quisq̄ in isto corpore morituro esse ceperit nūq̄ in eo nō agitur nisi vt mors veniat. Hec em̄ agit eiꝰ mutabilitas toto tēpore vite huius: si tn̄ vita dicēda est vt veniat̄ in mortez. Nemo quippe est q̄ nō ei post annū sit ꝙ ante annū fuit ⁊ eras ꝙ hodie: ⁊ hodie q̄ heri: ⁊ paulopost ꝙ nūc: ⁊ nūc q̄ pauloante morti propinquior qm̄ quicq̄d tēporis vnit̄ de spacio viuēdi demitur ⁊ quotidie sit minus: minusq̄ quod restat: vt omnino nisi sit aliud tēpus vite huiꝰ ꝙ cursus ad mortem. Et infra. Qui ergo vsq̄ ad mortē ꝓductiora spacia tēporis agit: nō lentiꝰ pergit: sed plus itineris ꝯficit. Hec ille. Oībus ergo breuis est vita mors aūt vicina. Un̄ sapiens Eccl̄i. xiiij. c. Memor esto qm̄ mors nō tardat. Uerba ista mltū pōderāda sunt. s. Mors nō tardat: ergo est in ianuis. Mors ergo nō tardat: ergo timeamus: mors nō tardat: ergo bn̄ faciamꝰ. O dilectores mūdi: o terrenoꝝ amatores: mors nō tardat. O peccatores mors nō tardat. Agite penitentiā vt vos nō inueniat dormiētes. O durū verbū: o verissimum verbū. Mors nō tardat. Hoc vtiq̄ omnes cogitare debēt: qꝛ vtile est contra timorē superbie. Hoc etiaꝫ patere potest exēplo valde notādo. Nā legitur ī legēda sanctorū in vita Barlaā quā scripsit Johannes Damascenꝰ: ꝙ rex quidā fuit in india xp̄ianorū valde ꝑsecutor: qui filiū suū nomine Josaphat in palatio quodam includi: ⁊ educari fecit: timēs ne christianus efficeret̄. Qui ad etatem adultā perueniēs admirans cur pater eum sic inclusisset vni ex seruis suis dixit se ꝓpter hoc in magna esse mesticia Quod pater audiēs ⁊ dolēs equos idoneos sibi parari fecit: choros plaudentes ante eū mittentes: ⁊ ne aliquod fedum sibi occurreret prohibuit. Predicto igitur iuuene taliter ꝓcedēte: quadam vice vnus leprosus ⁊ vnus cecus sibi obuiauerunt. Quos ille videns et stupēs quid situ ⁊ quomodo sic essent inq̄siuit. Tūc ministri ei dixerunt: Passiones iste sunt que hoībus accidunt.

Ille autem dixit. Omnibus hominib⁹ hec ne cōtingere solent. Negantib⁹ autez illis respōdit. Noti sunt igitur qui hec pati debeāt: an sic indifferenter veniūt: At illi. Quis hominū futura scire potest: Valde ergo anxius esse cepit pro incōsuetudine rei. Alia autez vice quendam senem valde rugatam habētem faciem⁊ dorsum incurvatū⁊ cadētibus dentibus balbutiēter loquentē inuenit. Stupefactus autē valde dicere voluit visionis miraculū. Et cum diciſſet⁊ se senescere⁊ mori debere: in multa desolatione positus: nō amplius poterat cōsolari. Nec mirum est: quia nihil morte horribilius esse potest. Ipsa est enim que tātos viros rapuit de mundo: ⁊ nulla potentia sibi resistere potuit: nec potest: nec poterit: nec dignitas: nec magnificētia: nec facūdia. O mors devoratrix omniū quid dicā: Audite obsecro: o infelices mortales. Nam si ipsa viderit aliquē cum multa familia ac comitiua magna nunqd fugiet ab eo: Minime. Omnes ad mortem tendimus. Omnes morimur. Omnes ad mortem currimus. Omnibus mors est vicina. Non parcit pulchris: non potentibus: nō scientibus. O insipientes peccatores: respicite vbi sunt milia miliū qui fuerūt in mundo. Omnes mortui sunt. Adam pater generis humani mortuus est. Eua vror eius mortua est. Gigantes qui fuerunt tempore Noe. Illi viri famosi⁊ animosi qui edificauerunt turrim babylonis vbi sunt Oēs mortui sunt. Belus filius Nēroth rex babylonie quem quidā Saturnum esse existimant: q intrauit asiā⁊ p vim obtinuit eā mortuus est. Frater eius minor q regnauit post eū⁊ asiam totā obtinuit: ac babyloniā rebellantem cepit cum de turri babel: idest babylonie fuisset percussus mortuus est. Reges egypti: scilicz. Festus sol Cosmosius amenophis omnes mortui sunt. Reges persarū: reges atheniensium: reges europe: Cramas: Amphitryō: Erichthonius Theseus: Meneste⁹: Demophon: omnes mortui sunt. Alexander magnus: omnesq⁊ eius barones mortui sunt: Reges Juda: Josaphat: Joram: Ozias: Joathan: Joas. zacharias: Achaz: Manasses omes mortui sunt. Reges troie. rex Priam⁹: Troilus: Helenus: Paris: Phebus: Hector. Illi viri potētes: qui fuerunt in obsidione Troie. Agamēnō: Menelaus: Achilles: Ulixes: ⁊: reliqui: omnes mortui sunt. Illa strenuissima domina Pantesilea regina: Amazozonū puellarū: que venit in adiutoriū Troie cū suis puellis. Reges latinoꝝ. Saturnus qui venit in italiam: vbi nunc roma est in siluis inuenies homines sicut bestie viuentes manducantes glandes: ⁊ habitantes in criptis et casellis ex frondibus coopertis: docuitq⁊ eos terreas domos edificare: laborare terras: vineas plantare: sicut homines viuere et his similia docuit: ⁊ pro his omnib⁹ principes eorum ac deus nominatus est. Qui timens filium suū constrvxit ciuitatem saturniaz que Sutrium dicit: Quid dicemus de multis hominib⁹ probis romanoruz: quos omnes mors ferocissima prostrauit. Heu misera humana vita. Mors enim deuorauit omēs hos Quid de Romulo ⁊ Remulo: qui fuerunt fratres gemelli: qui a lupa nutriti sunt: qui etiam romam construxerūt Theodosius imperator optimus christianoruz. De quo Ambrosius fecit mirabiles laudes qui expulit Arrianos: Archadius. Honorius. Karolus magnus: qui totam terram occupatam a saracenis recuperauit orientis et occidentis. Fredericus primus qui multa cuertit: et multa alia fecit: tamen eūdo in subsidium terre sancte in quodam flumine suffocatus est. Fredericus secundus armorum strēnuus linguarum peritus luxuriosus: cum multis pontificibus habuit bellum: preciepue cuz Gregorio mortuus est veneno Rodulphus: Albertus dux austrie.

Henricus sextus ꝑ florẽtinos venenatus: ⁊ alij imperatores romani cũ nobilibus plurimis: ⁊ populo multo mortui sunt. Nõ poterũt romani nec eorũ reges aliqua via mundi mortẽ euadere. Ubi primꝰ imperator Julius cesar? Octauianus: Tyberiꝰ: Cayus: Nero: Claudius: Uespasianꝰ: Titus: Domitianꝰ: Adrianꝰ: Theodosiꝰ: Cyrillus magnus. Oẽs mortui sunt. Ubi sunt illi viri doctissimi atqꝫ phi? Ubi est Plato Ubi Aristoteles? Ubi Socrates? Ubi Pythagoras? Ubi Demosthenes? Ubi Seneca? Ubi tot poete? Ubi Homerꝰ Ubi Menander? Ubi Uergilius? Ubi Terentiꝰ? Ubi Lucanꝰ? Ubi Ouidius? Ubi sunt oratores: ⁊ rhetores? Ubi Titus Liuius? Ubi Tulliꝰ? Ubi doctores medicine. Galienꝰ ⁊ Hypocrates? Ubi Auicẽna: aut alij? Nũquid: medicina sanauit eos: aut eos liberauit a morte Ubi ĩperatores? Ubi reges? Ubi principes? Ubi duces: comites: barones: marchiones: regine principisse: ⁊ multe alie domine nobiles? Ubi tot iuuenes ⁊ iuuẽcule? Ubi tot q̃ in hoc mũdo floruerũt? O vita misera: o vita caduca: o vita labilis: o vita fallax: o vita vmbratica. Omẽs mortui sunt: ⁊ reclusi sunt in monumẽtis ⁊ corrupti. Hinc Hugo. lib. j. de aĩa di. Dic mihi? Ubi sunt amatores mũdi: q̃ ante pauca tẽpora nobiscũ fuerũt? Nihil ex his mansit nisi cineres ⁊ vermes. Attẽde diligẽter q̃d sunt: ⁊ quid fuerũt. Hoĩes fuert sicut tu. Comederunt ⁊ biberũt: riserũt duxerũt in bonis dies suos: in puncto aũt ad inferna descenderunt. Hic caro eoꝝ vermibꝰ: illi aũt anime eoꝝ ignibꝰ deputant̃: donec rursus infelici collegio colligati: sempiternis inuoluãtur incẽdijs: qui socij fuerũt in vitijs. Una em̃ pena implicat quos vnus amor in crimine ligat. Quid ꝓfuit illis inanis gloria: breuis leticia: mũdi potẽtia: carnis voluptas: false diuitie: magna familia? Ubi risus? vbi iocus? vbi saltus vbi iactãtia? vbi arrogantia? De tanta leticia quãta tristicia: post tantã voluptatẽ: tanta grauis miseria. De illa exultatiõe ceciderũt in magnã ruinam: ⁊ in magna tormẽta. Qd̃ illis accidit: tibi quoqꝫ accidere põt: qꝛ homo es: humꝰ de humo: limus de limo. De terra es ⁊ de terra venis: ⁊ in terrã reuerteris: qm̃ veniet dies vltima que subito veniet: ⁊ forsitã hodie erit. hec ille. Colligimus ergo ex dictis vnũquẽqꝫ morte expectare debere. Nec cõfidẽdũ est in huius vite breuitate: qꝛ se nobis aliquãdo ꝑbet cecã ⁊ nõvidentẽ. Deinde iaculo suo nos ferociter vulnerat. Uñ quidã Esculanꝰ poeta vulgaris dicit: Oyme. speranza del core inimica. Che falli el tempo cum le tue vedute. Perche te monstri cosi dolce amica? O imperatores q̃ estis in hoc mũdo? O reges: o principes: o tyranni: o duces: o barones: o marchiones: o iuuenes: o senes: o diuites: o pauperes: o sani: o infirmi. O vos oẽs qui astatis dico vobis: qꝛ moriemini. Benefacite: qꝛ hinc ad paucos annos: etiã vos stabitis in sepulcro ⁊ nõ poteritis resistere furori potentissime mortis.

¶ De mortis dubietate. Capl̃m. ij.

Secundũ mysteriũ cõtẽplãdũ est de mortis dubietate Timenduꝫ est vnicuiqꝫ eo ꝙ cum mors certissima sit oĩbus: tñ multa sunt de ea dubia: que sunt valde periculosa. De quibus tria possunt notari.

Primũ est circa tẽpus.
Scd̃m circa locũ.
Tertiũ circa modũ.

¶ Primũ est circa tp̃s qꝛ nullus est qui sciat qñ sit moriturus. Ignorant hoc vtiqꝫ senes pueri ĩfantes iuuenes adolescẽtes: nec reperit̃ aliquis q̃ possit dicere qñ morietꝫ nec in hoc confidere ꝙ vsqꝫ ad tale tẽpus non morietꝫ. Ex his inquit sapiẽs Eccl̃s. ix. c. Nescit homo finẽ suũ: sꝫ sicut capiunt̃ pisces hamo ⁊ aues laqueo cõprehendunt̃: sic capiẽtur iniq̃ in tp̃e malo. Tp̃s malũ pro mi

quis d̄r tp̄s mortis: in quo artant̄ vie
impioꝝ: qui eq̄dez cū sibi longā vitam
quā nolūt firmiter cōsiderare ⁊ ponde
rare: promittūt: decipiunt̄. Quāti em̄
laborauerūt pro mūdo sperātes ibi re-
cipere fructū laboꝝ suoꝝ: ⁊ perierūt an
te tp̄s qd̄ sibi promiserant? Quis pōt
eos numerare? Nōne Sennacherib ⁊
sui preualere ⁊ obtinere hierl'm credi-
derunt: ⁊ exercitu eoꝝ. clxxxv. milia in
vna nocte ab āgelo sunt interēpti. iiij.
Reg. xix. c. Et sic cū illud sperassent fue
runt decepti. Quid de alijs dicā? Re-
fert Aug. in. li. v. de ciui. dei. c. xxiij. ꝙ
cū Radaga vsus rex gothoꝝ cū maxi-
ma comitiua iā ī vrbis vicinis ꝯstitut⁹
romanis ceruicib⁹ innumeret vna die
tanta celeritate vict⁹ est: vt ne vno qui
dā non dicā extincto sed vulnerato ro-
manoꝝ: multo amplius q̄ cētū miliū
prosternet̄ eius exercit⁹: atq̄ ipse cum
filijs mox captus ⁊ pena debita necat⁹
In bello ingens fuit hec strages subse
cuta. Sed nō sic de alijs q̄ mortis peri
cula fugiunt. Audias obsecro: q: mors
vbiq̄ pugnat: nō solū in bello: sed etiā
in domo: in mēsa: in lecto: ⁊ vbicūq̄ lo
coꝝ. Propterea Seneca ad Lucillum
dicit: Oīs dies ⁊ oīs hora: ꝙ nihil su-
mus ostēdit: ⁊ aliquo argumēto recēti
admonet fragilitatis oblitos: cū eter-
na meditātes respicere cogat ad mor-
tem. Quid sibi illud principiū velit q̄-
ris. Senitionē corneliuz equitē roma-
norū splēdidū ⁊ officiosuz noueras: et
tenui principio seipse promouerat: et
iam illi decliuis erat cursus ad cetera.
Facilius em̄ decrescit dignitas q̄ inci-
pit. Pecuniā quoq̄ ceptā esse pauper-
tate pluriū amorē habet dū ex illa ere-
pta. Hic etiā Senitio diuitijs immine
bat: ad quas illū due res ducebant ef-
ficacissime: ⁊ querēdi ⁊ custodiendi sci-
entia quarū vel altera locupletez face-
re potuisset. Hic homo summe frugali
tatis nō minus patrimonij q̄ corpo-
ris diligēs: cū me ex ꝯsuetudine mane
vidisset: cū per totā diem amico graui
ter affecto ⁊ sine spe iacēti vsq̄ in no-
ctē assedisset: cū hilaris cenasset: gene-
re valitudinis precipiti arrept⁹ angui
nia glandula vix cōpressuz artatis fau
cibus spm̄ traxit in lucē. hec ille. Tēpo
ribus aūt istis multa iuuenum turba
mortua est ex peste: que valde italiā no
stram occupauit: precipue in ciuitate
Ferrariensi anno. M. cccc. lxiiij. mor-
tui sunt in quattuor mensib⁹ nouē mi
lia hominū: adeo ꝙ ciuitas erat vacua
quia vt ait Esculanus. Ogni creato se
corrūpi in tēpo. Passano li acti huma-
ni come fumi Chi ne va tardo: ⁊ chi ne
va per tēpo. Et ideo clamo. Vigilate
vigilate. q: nescitis diē neq̄ horā mor
tis. O mortales fatui ⁊ insensati: ī quo
cōfiditis? O iuuenes stulti vigilate: q:
spes vestra sepissime fallitur. Vn̄ Tul
lius ī libro de senectute ait: Frustra se
parat adolescēs se diu victurū. Quid
em̄ stultius q̄ incerta ꝓ certis habere
Qm̄ etiā illa etas multo plures q̄ sene
ctus mortis habet casus. Facili⁹ em̄
adolescētes ī morbos incidūt: graui⁹
egrotant: tristi⁹ curant̄. hec ille. ⁊ Se-
neca. Iuuenes mortē habent a tergo:
senes aūt ante. O quot sunt q̄ multa
disponūt in tribus vel in quattuor an
nis se facturos: q̄ ante annū morient̄?
Quot edificāt domos: ⁊ in eis non ha
bitabūt? Quot plātant vineas: ⁊ vinū
non bibent? Quot lucrātur pecunias
⁊ alij expēdēt illas? Quot cogitāt face
re magna: ⁊ in breui finē reddituri: co-
rā iusto deo: cū dolore maxīo presenta
bunt̄. O infelix humana conditio: om
nibus dicendū est: vigilate quia nesci-
tis diē neq̄ horā mortis. ¶ Secunduz
dubiū mortis est circa locū. Nescit etiā
miser hō in quo loco mors sit eū inua
sura. Vidimus nāq̄ varios varie mor
tuos. Magnuz inter angustias mortꝭ
reputatur solaciū: cū quis in domo pa
rentuz vel domesticoruz in lectulo de-
cubans nature debituz soluit: sed hō
nullus hoc firmiter ⁊ certuz tenere po
test. Et huius rei vidim⁹ taz lucida ex-

empla ⁊ experimēta vt nō nisi fiendā
putate valeamus humanā vitā. Alios
vidimus suspensos in patibulo: alios
cōbustos ⁊ cōfixos palo: alios submer
sos ī aqua: alios morte subitanea extī
ctos: alios trūcatis capitib⁹ vitā fini-
re: alios varijs casib⁹: ⁊ innumeris (vt
ita dicā) extremā clausisse horā. Et om
nes tales frustrati sunt a voto suo qui
bus aliud q̄ separabāt euenit. Quid
ergo aliud faciemus nisi timere exēpla
alioꝝ. Unde quidā aiebat: Felix quez
faciūt aliena pericula cautū. Fac etiaz
tu illud quod Seneca ad Lucillū scri-
bit: Incertū est quo loco mors te expe
ctet. Tu itaqꝫ eā in omni loco expecta.
Et idē ad eūdē. Erras si ī inauigatiōe
tantū existimas munitū esse. A morte
vita deducit. In omni loco eque inter
ualluz est. Non vbi mors se prope ostē
dit vbiqꝫ tamen ꝓpe est. hec ille. Et tñ
locus dubius est mortis oībus homi-
nib⁹ mūdi. ¶ Tertiū dubiū mortis est
circa modū: quia nullus scit qūo bene
vel male. Et tñ nihil est tā necessarium
vnicuiqꝫ q̄ bene mori. Ut aūt q̄s mo-
riatur bene: necesse est vt bene viuat:
quia vir de mille millibus male viuen
tibus vn⁹ bene moritur: sicut etiaz de
mille bene viuentib⁹ vir male moritur
vnus. quia Augustin⁹ dicit impossibi
le est male viuere ⁊ bene mori: ⁊ econ-
uerso. Magnopere quippe hoc time-
re deberent illi q̄b⁹ vita est lubrica et
dissoluta. Talib⁹ nanqꝫ in extremo cō-
stitutis horridus timor ⁊ tremor acce-
dit. Dic exēpluz de illo domino q̄ tres
amicos habebat: de quibus duos dile
xit: iterū v̄o nūqꝫ dilexit. Cum autez a
principe esset vocatus: ille timens ne
aliquid mali vellet sibi inferri: iuit ad
amicos ⁊ dixit p̄mo amico. Amice do-
minus misit pro me vt statim vadam
ad eū. Rogo te vt venias mecū: q: secu
rior ero. Ille autez dixit nolo: quia nō
possuz. Sufficit q̄ dū mecū stetisti fui
amicus tu⁹: ⁊ tibi seruiui. Nūc aūt va
das: quia nolo venire. Secundū autē
min⁹ q̄ primū diligebat. Et hic vadit
ad eum. Amice. Dic vt. s̄. de primo ille
v̄o respondit. Ego nolo venire ad euz:
tamen ego veniā vsqꝫ ad ianuaz: ⁊ ibi
te dimittā. Tertiū v̄o minīe dilexerat
tñ iuit ad eū ⁊ dixit: Amice ego nunqꝫ
te dilexi tamē rogo q̄ digneris mecuz
venire ad principem q: misit pro me.
Ille v̄o respōdit. Doleo q̄ nō me plus
dilexeris ⁊ pluris precij feceris: tñ va-
das quocūqꝫ volueris: ego sequar te:
¶ Nota q̄ primus amicus sunt diui-
tie: quas preposuit parentib⁹ ⁊ amicis
Secūdus amicus est vxor quā minus
dilexit: illa v̄o respōdit. Et vsqꝫ ad se-
pulcrū te sociabo. Terti⁹ amicus sunt
virtutes: quas nunqꝫ apud se habuit
nec dilexit: tñ ille pauce quas dilexit ip
sum sequent. Amplia modo tuo. Ideo
hoc Innocētius cōsiderās ⁊ videns cō
ditionez humanā labilez dixit: Ualete
amici mei ⁊ pro me orate. Iter em̄ ex-
traneuz pergo: quod nūq̄ ambulaui:
ad regionē longinquā: quaz nunq̄ vi-
di: ⁊ ad seculū alteruz animaruz vnde
nullus reuersus est ad māsiōes metuē
das: vbi nullus mihi cōpatietur: ⁊ ad
iudiciū terribile vbi nescio q̄d mihi cō
tingat. Ecce quero adiutoriū ⁊ nō est q̄
me eripiat: quero qui me societ: ⁊ nul-
lus mihi cōpatit. De his em̄ trib⁹ lo-
quit Bernardus dicens: Certus es o
hō quia morieris: sed omnino incert⁹:
vbi: quomodo: ⁊ quando. Ubi scilz an
ibi an alibi in terra vl' ī mari. Qūo an
in statu penitētie: an ī statu culpe: mor
te subitanea vel naturali seu violenta.
Quando scilz in hieme vel in estate: iu
uētute vel in senectute: hodie vel cras
O q̄dura erit memoria actionum ma-
larum. O peccatores excecati: o iniqui
⁊ scelerati audiatis quid dicit ille do-
ctor vulgaris Petrarcha. Passano vo-
stri triumphi ⁊ vostre pompe. Passeno
li stati passeno signorie. Ogni cossa
mortale tempo interrumpe. Hec ille.
Seruemus ergo regulam Pauli. ad
Gal'. vj. c. Dū tp̄s hēm⁹ opemur bonū.

Veniet nāq; nox scilicz mors qñ nemo poterit nec bene nec male operari.

¶ De mortis crudelitate. Caplm.iij.

Tertiū mysteriū cōtemplanduz est de mortis crudelitate. Expoliat eñ mors crudeliter mūdi amatores tribus bonis.

¶ Primū bonū est gloria huiꝰ mūdi: siue pompa.

Secundū bonū est rerū temporaliū abūdantia.

Tertium bonum est corporis voluptas.

¶ Primū ergo bonū quo mors spoliat amatores mūdi: est mūdana gloria vel pōpa in quibꝰ multi ponūt spē suam. Cū aūt isti in extrema necessitate: vel in extrema hora laborant: ꝑcipere possunt ꝙ verū sit illud Esaie.xl. Oīs caro fenū ⁊ omnis gloria eiꝰ. quasi flos agri. Exiccatū est fenum ⁊ cecidit flos. Et iaco.j.c. Exortꝰ est sol cū ardore: et arefecit fenū: ⁊ flos eiꝰ decidit et decor vultꝰ eiꝰ deperijt. Quid eñ portāt de gloria sua principes et barones et alij huiꝰ mūdi principatꝰ habētes? Quid de honore quē eis homines inferebāt. Quid de comitiua baronū? Quid de timore quē eis serui ⁊ subditi habuerūt Oīa derelinquūt in morte. Jccirco legit̄ de Alexādro magno: ꝙ cū mortuꝰ esset venerūt septē philosophi ad plorādū eū. Et vnꝰ illoꝝ dixit: O Alexāder heri dñabaris toti mūdo: ⁊ hodie mors tibi dominat̄. Scōs dixit: O Alexander: heri nō sufficiebat tibi totꝰ mūdus hodie sufficiūt tibi due vlne t̄re. Tertiꝰ dixit: O Alexāder: heri habebas comitiuā tot dominorū regū principuz ducum et famulorū: ⁊ hodie solus iaces in sepulcro. Quartus dixit: O Alexander: heri vocem tuaz omnes timebunt hodie te nullus mortuū timet. Quintus dixit: O alexander: heri vocem tuam omnes audiebant: hodie morte deuictꝰ iaces in sepulcro ⁊ non vales loqui. Sextus dixit: O Alexander: heri tot regna habebas ī tua potestate: hodie te tenet mors in sua. Septimꝰ dixit: O Alexander: heri comedebas tot cibaria delicata: hodie factus es esca vermiū ⁊ cibus. Ecce ergo q̄ crudelis est mors ⁊ q̄ dira. Omnes dominos q̄ fuerunt expoliauit ⁊ omnes qui sunt: ⁊ qui erunt expoliabunt̄ vana gloria. Unde cōsiderans hoc Augustinus dicit: O vita fallax ⁊ vmbratica plena laqueis multis. Nunc gaudeo sepe tristor: nūc vigeo sepe infirmor: nūc viuo statim morior: nūc felix appareo statiz miser videor: nūc rideo stati fleo: sicq; omnia mutabilitate subiacēt: vt nihil vna hora vno statu permaneat. Hinc timor: hinc tremor: hinc fames: hinc sitis: hinc calor: hinc frigus: hinc labor: hinc dolor exuperat. Jmportuna enim mors mille modis homines quotidie rapit. Hunc nāq; febribus illū opprimit dolore: hunc cōsumit fame ⁊ siti illam extinguit: hunc mors suffocat aq̄s illum perimit flammis: hūc interimit laqueo: istū dentibus bestiarum: hunc trucidat ferro: illū veneno corrumpit. Et sic mors misera tot modis vitā finire cōpellit. Et nūc super hec omnia magna est miseria eius: quia cum nihil sit mortis certius nihil tamen hora mortis incertius. Jgnoratq; homo finē suum ⁊ cū stare se putat perijt spes eiꝰ ⁊ nescit vbi quomodo ⁊ qñ: ⁊ inde certꝰ est ꝙ eum mori oportet. ¶ Secundum bonum quo mors dira priuat amatores mundi: est reruz temporaliū abundantia: nihil enim de suis diuitijs reportant diuites: sed omnia manēt domus: scilz possessiones: denarij: aurū: argentum: indumetna varia: ⁊ omnes thesauri: iuxta illd̄ Job.xxvij. Diues cum dormierit nihil secum afferet aperiet oculos suos et nihil inueniet Et ps̄.lxxv. ait: Dormierunt somnum suum: et inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Hoc intelligens Saladinus magnus inter saracenos: rex multorum regnoꝝ appropinquans morti sudarium quod post mor

tem induēdus erat sibi portari fecit: demū p ciuitatē ipsum ostēdendo oīb⁹ clamari fecit. Tātū portat de reb⁹ suis rex Saladinus potētissimus ⁊ magn⁹. ¶ Tertiū bonū quo mors priuat amatores mūdi est corporis voluptas. In morte nāq; deficiunt delectose vestes: instrumētorū melodie: picture in pānis et in cameris: cibaria delicata: accipitres canes: ⁊ alia hmōi q̄ faciūt ad corporis delectationē: immo eraīe ipsum corpus cadauer faciūt. Eius oculi non videbūt lumen: facies efficiet pallida: manus nihil amplius poterūt tāgere: pedes nō poterunt ambulare: lingua nō poterit loqui: labia nō poterūt moueri: aures nihil audiēt. O mors crudelis: o mors dira: o mors amara: q̄ amarum est iudiciū tuū. Sed vbi illis qui nimis tenuerūt corpus delicate. Quid dā faciēt cōtra mortē? Heu mors misera q̄ miseros facis mundanos ⁊ terrenos. Quod hoc sit verū patet ex dicto Diogenis: q̄ de cesare ait: Intuit⁹ sum vt viderē cadauer cesaris liuido colore colorat̄: putredine circūdatū: aluum eius diruptū: ⁊ vermiū cateruas per illud discurrētes: duo famelici angues pascebant in foueis oculorū crines nō adherebāt capiti: dētes patebāt labijs cōsumptis: ⁊ dixi. Vbi ē cesar chorus puellarū: magnitudo diuitiarū: caterua baronū: acies militū? Vbi sunt canes venātes: eq̄ veloces: aues rapaces thalamus depict⁹: lectus eburne⁹: atrium aureū? Vbi sunt vestimēta mutatoria: cibaria diuersa: canticū lire: organorū somitus: odor: aromaticus? Te verebant hoīes: timebāt principes: colebant vrbes. Vbi est tāta potētia: tāq; p̄clara magnificentia magnifica? Et rñdit mihi. Nec oīa defecerunt in me: quādo defecit spūs meus: ⁊ reliquerūt me in hoc misero sepulcro circūdatum putredine carnis mee. Audiant ergo vniuersi mortales: q: in hoc mūdo nihil est bonū: nisi deū timere ⁊ in eo totā spez suā ponere: in quo sunt thesauri absc̄diti. Quid inquā p̄sunt o frater diuitie? Quid vana gloria? Quid letitia mūdi: cū non liberēt nec defendere possint a morte nec ab eius furore. Ecce em̄ q̄ sedebat heri glorios⁹: modo cōsumit̄ vermibus in sepulcro. Cur ergo superbis vermis ⁊ cinis: q: puluis es: ⁊ in puluerē reuerteris. Ergo aīa reuertere ad dñm deū tuū. ⁊ considera quia in hoc mūdo misero: nulla est vera salus: nulla requies: nulla spes. In ipo ergo deo oēm felicitatē tuā pone: ⁊ ei mūdo puro corde ac corpore seruire stude: vt euadere possis mortē sempiternā: ac acquirere gloriā eternā: ad quā ihesus xp̄s nos eternaliter p̄ducat: qui est benedict⁹ ī secula seculorū. Amē.

¶ De catenis peccatorū. Sermo. xiij.

Vidi angelum descēdentē de celo: habētem clauē abyssi ⁊ catenā magnā in manu sua Apoc. xx. Infirmitates curande dilectissimi in xpo ihesu: nō aliter curant̄: nisi per medicinas eis contrarias: vt pura infirmitates calide p medicinas frigidas: ⁊ ecōuerso. Et hoc cōfirmat Aristo. ij. etb. di. Medicine habet fieri p cōtraria. ⁊. viij. Cōtraria cōtrarijs curant̄. Quare antiquus ille serpēs generis hūani inimicus: vidēs hoīem illuc posse cōscēdere per humilitatem: vnde ipse p superbiā corruerat cōfirmat⁹ in dei odio ⁊ nostri inuidia semper querit nos p̄cipitare: ⁊ ad baratrū vbi ipse est deducere per frequentionē peccatorū mortaliū. Et q: scit nos per penitētiā in hac vita posse resurgere: conat̄ multis modis in t⁹sis nos ligare ne resurgam⁹: vt in his moriendo eternaliter pereamus. Propter hoc dicit thema nostrum: videl⁹. Vidi angelū. i. diabolū descēdētē de celo. i. per superbiā cadentem habentem clauem abyssi: ⁊ catenam magnā in manu sua. i. ligamēta ad ligādū aīas ne vere peniteant; sed eternaliter pereāt. Que

volentes dissoluere: ⁊ de animabus nostris extirpare: vt possum⁹ penitere: necesse est malleos fortes habere: q̄ ipsas catenas dirumpant: ligamētaq̄ dissoluāt. Sz q: opposita iuxta se posita magis elucescūt: videamus primo catenā ⁊ ligamenta q̄ sigillatim ꝑ medicamenta contraria dissoluemus. Ex scriptura em̄ sacra vt percipere potui: catena ista magna habet nouem modos: quos necesse est soluere ⁊ totaliter destruere: vt a peccatis nosip̄os soluamus: videlicz

Prima d̄r infidelitas.
Scd̄a d̄r desp̄abilitas.
Tertia d̄r horribilitas.
Quarta d̄r difficultas.
Quinta d̄r exēplaritas.
Sexta d̄r delectabilitas.
Septima d̄r timiditas.
Octaua d̄r p̄sumptuositas.
Nona d̄r longanimitas.

PRima ergo catena magna ⁊ terribilis est īfidelitas. Mirari em̄ soleo tantā diuersitatē hominū tam diuersimode operantiū. Quidā em̄ bene: q̄dā meli⁹: quidam v̄o optime: quidam male: aliq̄ peius: nōnulli pessime operant̄. Sz finaliter īuenio ꝙ ista diuersitas nō causatur nisi ex defectu aut a diuersitate fidei. Et q̄uis dicant omnes se credere: non tamen omnes illa que credunt cōsiderant ⁊ inuestigant. Quod autē hoc sit verum probatur.

Primo per rationem.
Scd̄o per autoritatē.
Tertio per exemplum.

¶ Primo per rationē sic. Sentētia est Aristo. in principio de sensu ⁊ sensato. Nihil est in ītellectu quin prius fuerit in sensu. Quod si per intellectū non cognoscitur: nec per voluntatem amatur sicut ip̄e ait in. iij. de anima. Voluntas nō fertur nisi in precognitum. Et Aug. x. de trini. c. j. ait: Firmissime nouimus amari nisi nota non posse. Quod si nō amatur: nec etiaz propter illud aliquid boni operatur. Si ergo volumus bene agere: ⁊ in virtutibus insudare: necesse est bonū ⁊ premiū propter quod operamur cognoscere: q: finis mouet operantem ad agēdū. ij. physi. Sed ip̄m bonū supernū ⁊ felicitatē eternā nō possum⁹ naturaliter cognoscere: ergo necesse est vt supernaturaliter cognoscam⁹: ⁊ hoc est per fidem. Quanta ergo erit fides: tāta erit cognitio: quāta erit cognitio: tanta erit affectio: ⁊ quāta erit affectio: tanta erit virtutis operatio. Ergo de primo ad vltimū quanta erit fides: tāta erit operatio. Rursus per eandē rationē penā eternā malū eē acerbissimū naturaliter cognoscere nō possum⁹: ergo supernaturaliter per fidez. Si ergo volum⁹ peccata deuitare necesse est penā ad quā pctā inducūt nos cognoscere. Et tanta erit peccati deuitatio: quāta erit pene cognitio. Si ergo non est nisi per fidem: quanta erit fides peccatoꝝ deuitatio et oditio. Per hanc ergo rationē ptz opera bona ⁊ mala procedere a ꝓfectu ⁊ defectu fidei. ¶ Secundo hoc idem probat̄ per autoritatē Aug. di. Fides mensurat actiōes. Et ꝑ illud Lact. ij. diuinaꝝ institu. aduersus gentes. c. j. circa pricipiū. Nā dū existimāt nulli deo nos esse cure: aut post mortē nihil esse futuros totos se libidinibus addicunt. Et dum licere sibi putāt hauriendis voluptatibus sciēter incūbunt: per quas imprudētes laqueos mortis incurrunt. Ignorant enim que sit hoīs ratio: quam si tenere vellent: in primis deum suum agnoscerent: Virtutē iusticiāq̄ sequerētur: terrenis figmētis animas suas non substernerent ⁊ mortiferas libidinū voluptates non appeterēt hec ille. Probatur etiā autoritate sacre scripture. Et primo Moysi dicētis Numeri. xx. Quia non credidistis mihi vt sanctificaretis me coraz filijs israel: nō introducetis hos populos in terrā quā dabo eis. Itē. ij. Paral. xvj. Prebet fortitudinez his qui corde perfecto credūt in eum. ⁊ Tobie. ij. Vitā illam expectamus quā deus daturus est his q̄ fidem

suā nunq̄ mutant ab eo. ⁊ Esa. vij. Si non credideritis nō permanebitꝫ: qꝛ in peccatū rues. Ideo dꝛ Abachuc. ij. Iustus in fide sua viuit. i. bene operatur. Preterea dꝛ Matth. ix. ⁊ Luce. vij. Cō fide filia fides tua te saluam fecit. et Mat. ix. Scdm fidē vestrā fiet vobis. Et. xv. O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et Mat. ix. Oīa possibilia sunt credenti etiam maxima ⁊ ardua. et Joh. iij. Qui credit in eum non iudicatur: qui vo non credit iam iudicatus est. Et iterū. Qui credit in filium dei habet vitam eternam: qui autē incredulus est filio: non videbit vitā eternā: sꝫ ira dei manet super eū. Itē Paulus magnificat fidē nostram di. Rom. j. Gratias ago deo: qꝛ fides vestra ānūciatur in uniuerso mundo. et Roma. x. Corde enim credit ad iusticiam: ore aūt confessio fit ad salutē. Dicit em̄ scriptura. Omnis qui credit in illum non confundetur. ⁊. ij. ad Coꝝ. xiij. ait: Si estis in fide christi ipsi vos probate ꝑ opera. ⁊ ad Gala. ij. Nullus iustificatur ex operibus legis: nisi per fidem. ⁊ ad Ephe. ij. Gratia estis saluati per fidem. Et. vj. In omnibus sumētes scutum fidei: in quo possitis oīa tela nequissimi ignea extinguere. Item ad Hebre. xj. Lapidati sunt: secti sunt: tentati sunt in occisione gladij mortui sunt. Circūierūt in melotis ⁊ in pellibus caprinis egētes: angustiati: afflicti quibus dignus nō erat mundus. Et hec omnia propter fidem. Itez Jaco. ij. Quid ꝓderit fratres mei si fidem quis dicat se habere: opera autem non habeat? Nunq̄d poterit fides saluare eum? Item. j. Joh. v. c. Hec est victoria que vincit mundū fides nr̄a. Patent ergo predicta per autoritates.

¶ Tertio probat ꝑ exemplū. Ponat ꝙ quidam transeat per viam: et occurrat ei vnus amicus eius dicēs: ne trāseas vlteriꝰ qm̄ inimici tui ꝓpe parati sunt cum gladijs interficere te. Ille autez si credet aufugiet: si autem transierit interficietur. Sic enim nobis euenit per viam peccatoꝝ transeūtibus. Uenerūt prophe: martyres: ⁊ apl'i. demū ipe xp̄s nobis amicissimꝰ ⁊ clamauerunt oībus peccatoribus dicētes: Ne trāseatis o superbi per viā superbie. O auari ꝑ viam auaricie qꝛ īimicus vester diabolus interficiet vos. i. ducet vos ad infernū in illas tenebras exteriores. Quare ergo nō fugimꝰ? Quare istā vitā nō deuitamus? Nō ob aliud qꝛ nō credimꝰ. Rursus ponat ꝙ vnus cupidus et auarus querēs ditari nūcios habeat dicentes sibi. Perge ad illam ciuitatē: ⁊ multas pecunias lucraberis. Nunq̄d si credet nō ibit: īmo cursu velocissimo ⁊ nō tardabit. Sic nobis euenit natural'r desiderantibus felicitatē. Quibus dictum est solū felicitatem esse in alia vita: ⁊ ibi summū bonū adesse. Nō ergo ob aliam causam euenit: vt illud summū bonum totū cōtēnat: nisi qꝛ annūciantibus nō credimus. Et sic pꝫ p̄dicta ꝯcl'o ꝑ rōnē: per autoritatē: ⁊ per exemplū. Si autē quereret a me: ꝓpter q̄d fidei nr̄e tātis signis approbate: nō credit hoīm multitudo maxima: dicere cupiditatē ⁊ inordinatā terrenoꝝ affectionē huiꝰ rei solā causam esse ꝓbando sentētiā meā ꝑ autoritatē. Lact. in lib. vij. diui. insti. aduersus gētes. c. j. Interim necessarium puto admonere lecturos: q̄ hec nostra que tradimꝰ: praue vitioseq̄ mētes aut oīno nō intelligent. Vebetat em̄ acies eoꝝ terrenis cupiditatibꝰ: q̄ sensus oēs grauant: imbecillesq̄ reddūt. Aut etiā si intelligent: dissimulabūt tn̄: ⁊ esse hec vera nollent: qꝛ trahūtur a vitijs: ⁊ sciētes suis malis fauent: quoꝝ suauitate capiunt: ⁊ virtutis viā deserunt: cuius acerbitate offenduntur. Nā qui auaricia ⁊ opum inexplicabili quadā siti flagrant: qꝛ nō possunt vēditis aut elargitis que amant: tenui cultu vitā degere sine dubio malunt id esse fictū quo desiderijs suis renunciare cogūtur. Item que libidinum stimulis incitati: vt ait poeta: in furias ignēq̄ ruunt: vtiq̄ incredibilia nos afferre dicunt: qꝛ vulne-

rant aures eorū precepta continētie: q̄ illos a voluptatibus suis ꝓhibent: q̄bus animā suam cuꝫ corpore adiudicauerunt. Qui v̄o ambitione inflati: aut amore potentie inflāmati omne studiū suū ad acq̄rēdos honores ꝯtulerūt: nec si solem ipm̄ in manibus gestem⁹: fidē accōmodabūt ei doctrine: q̄ illos iubet omni potentia ⁊ honore cōtēpto humiles viuere: atq̄ ita humiles vt et accipere iniuriā possint ⁊ referre nolint ⁊ acceperint. Hi sunt homines qui ꝯtra veritatē clausis oc̄lis quodāmodo latrāt. Qui autē sani sunt vel erunt. i. non ita vitijs īmersi vt insanabiles sint: et credent his ⁊ libenter attendēt: ⁊ quecūq̄ dicimus: aperta plana ⁊ simplicia ⁊ q̄d maxime opus est vera et inexpugnabilia illis videbunt̄. Nemo virtuti fauet nisi qui seq̄ potest. Sequi aūt nō facile est oībus. Hi possunt quos paupertas ⁊ rerū indigentia exercuit: ⁊ virtutis capaces effecit. hec ille. Et sic habem⁹ primā catenā. ¶ Contra istā catenā ad ipsam totaliter dissoluendā duplici malleo laborabim⁹. s. rationis ⁊ exemplaritatis. ¶ Primo malleo rōnis. Presupponatur ergo res oēs creatas habuisse principiū ⁊ mundū esse factum: vt dicit ph̄s. ij. methau. ⁊ in. j. de celo ⁊ mūdo: sed non ab alio: nisi ab ipo deo. Nam ꝑ hanc cognitionē venimus in cognitionem veri dei: sicut ꝓbat Arist. viij. physicoꝝ. Primo via cause efficiētis. Quia est deuenire ad vnā causam: q̄ est causa vltima omniū: ⁊ nō habeat causam supra se: q̄ aliter esset ꝓcessus in infinitū quod a nullo conceditur. ¶ Scd̄o via motus: q̄ nihil mouetur a seipso. Et intellige hic moueri educi de potentia ad actum. Est ergo deuenire ad vnū īmobile quod faciat omnia moueri. Et iste est deus: de quo dicit Boetius in de cōsolatione ph̄ie lib̄. iij. metro. ix. O q̄ ꝑpetua mundum ratione gubernas. Terrarū celiq̄ sator: qui tēpus ab euo. Ire iubes stabilisq̄ manens das cūcta moueri. Nota ergo ꝙ iste deus est summa sapientia ⁊ intelligētia: ⁊ ideo oīa fecit propter aliquē finē: q̄ omne agens s̄m rationē agit ꝓpter finē: vt dicit ph̄s. ij. physi. ⁊. ij. de anima. Si ergo queram⁹ quare fecit elementa: ⁊ fructus terre et oīa alia animalia? Nō ob aliud nisi vt ostenderet suā potentiā ⁊ ad hoīs vtilitatē qui eis vtitur vt patꝫ. Propter q̄d dicit Aristo. in. ij. physi. et in. ij. de aīa. Finis quodāmodo omniuꝫ est homo. Et ex hoc sequitur hominē esse nobiliorem omniū rerū naturaliū ꝓpter ipm̄ factarum. Rursus si queratur: quare fecit hoīem ⁊ velim⁹ dicere ꝙ ad hoc solū vt in hac vita comedat ⁊ bibat ⁊ viuat ⁊ finaliter moriatur: vt videm⁹ ꝑ experientiā ⁊ vlterius nō sit de ipo memoria: sequeret̄ hoc falsissimum inconueniens terrā ⁊ arbores ⁊ etiam elementa et bestias: nobiliores esse ipo homine. Et q̄ hoc est incōueniēs et nullatenus verum: ⁊ contra omnē ph̄iam naturalē que vult finē nobiliorez esse his q̄ sunt ad finē ordinata: vt ait Aristo. ij. physi. ideo oportet concludere finem nostruꝫ esse alibi. i. in vita futura: ⁊ hominē futurum esse īmortalē ⁊ perpetuū: q̄ frustra aliter esset conditus a deo et sic de ceteris creaturis maior cura fuisset deo q̄ de nobis rationabilib⁹ quod falsum est. Et hec omnia trahuntur ab illo pulcherrimo textu. Lactan. in. vij. libro diuinarum institutionum. c. iiij. qui ait: Quis enim vel tam ineptus vel tā ociosus vt aggrediatur facere aliquid frustra ex qua nulla in vtilitatem: nullūq̄ commodum speret? Qui domum edificat non ideo edificat vt tm̄modo dom⁹ sit sed vt in ea possit habitare. Qui nauem fabricat: non ideo assumit operam vt tm̄ nauis appareat: sed vt in ea nauigetur. Item qui vas aliquod instituit aut format: non propterea illud facit vt tm̄ fecisse videatur: sed vt vas illud effectum capiat aliquod necessarium. Siliter cetera quecūq̄ fiunt non vtiq̄ in suꝑuacuū: sed ad vsus aliquos vtiles ordinant̄. Mundus ergo a deo

factus est:nō vtiq; ꝓpter ipsum mūdū. Neq; enī aut calore solis:aut lune:aut aspiratione vēroꝝ:aut humore imbriū: aut alimonia frugū: cū sensu careat indiget. Sed nec illud quidez dici pōt ꝙ deus ꝓpter seipsum fecerit mundū:qm̄ potest esse sine mūdo sicut fuit antea:ꝛ his oībus que in eo sunt queq; generāt̄ur deus ipse non vtitur. Apparet ergo animantiū causa mundū esse cōstructū: qm̄ his rebus quibus cōstat animātes Fruūtur:que vt viuere ꝛ cōstare possint: oia his necessaria tēporibus certis subministrātur. Rursus ceteras animātes causa hoīs esse factas ex eo claruz est ꝙ homini seruiūt: ꝛ tutele eius atq; vtilꝫ data sunt. Et infra scilz.c.v. Sicut ergo mundū ꝓ̄ ꝓpter se deus fecit: qz eius cōmodis non indiget:sed propter homi nem qui eo vtitur:ita ipsam hoīem non ꝓpter se. Que vtilitas deo in homine inquit Epicurus: vt eum propter se faceret: scilz vt esset qui opera eius intelligeret:qui prouidentiā disponēdi ratiōnē faciēdi:virtutē cōsummandi:ꝛ sensu admirari:ꝛ voce proloqui posset. Quorum omniū summa hec est:vt deū colat Is em̄ colit qui hec intelligit. Is artifex rerum omnium. Is verum patrem suū debita veneratione ꝓsequitur: qui virtutē maiestatis eiꝰ de suoꝝ operum inuētione:inceptione: perfectione metitur. Qō planius argumētū ꝓferri pōt: ꝛ mundū hoīe:ꝛ hoīem sui causa deū fecisse:q̄ ꝙ ex oībus animantibus solus ita formatꝰ est: vt oculi ad celū directi: facies ad deū spectaret:vultꝰ suo cū patrē cōis sit vt videaꝭ hoīem deꝰ quasi porrecta manu alleuatum ad cōtemplationē sui excitasse.hec ille. ¶ Scdo mal leo exēplaritatis dissoluēda est hec catena diabolica. Nā videmus per experientiam tot ꝛ tāta miracula esse facta: qui nō nisi ꝑ deū fieri potuerunt. Vñ Rich. in.liij.de trinitate ait: Dñe si decepti sumus:non nisi per te decepti sumus. Nā tātis signis firmata sunt:que nō nisi ꝑ te fieri potuerunt, Et hoc probatur per Aristo. in postpredicamentis: qui dicit ꝙ a priuatione ad habitū nō est regressus per naturā. Si ergo hō priuatus est visu:nō pōt illuminari nisi ꝑ opus supnaturale ꝛ diuinuz. Silr mortuus non pōt resuscitari nisi per miraculū. Quare ergo dubitamus fidei credere:ꝛ ei taliter adherere:cū sit tot ꝛ tantis miraculis probata ꝛ confirmata. Qō si direris miracula facta non esse. Respondet Augusti.xxij.de ciuita.dei.c.v. in fine dicēs: Si ista miracula facta esse non credunt vnum grāde nobis miraculū suffi cit:ꝙ iā fine vllis miraculis totus mundus credidit. Qō similiter dici potest de miraculis diebus nostris factis per inclytum confessorem Antonium paduanum nostrum: que tot ꝛ tanta fuerunt vt vehementē stupotem toti mundo induxerint. O fides sancta:o fides catholica:o fides orthodoxa:o fides robotata:quis dubitet amplꝰ tibi credere? Certe nullus:nisi a sensu et ratione alienatus. Nam miracula tot facta vidimus: audiuimus: palpauimus: que nullatenus negare possumus. Que si quidā veneno serpentino negabunt:vnum grande miraculū miraculorum est: ꝙ totus mundus (vt ita loquar) pedibꝰ vnius pauperis fratris mortui prosternitur et inclinatur. Ipsum adorant reges: dñi prelati:ꝛ summi pontifices. Credamus ergo indubitanter:ꝛ credēdo amemus: ꝛ amando deo fideliter seruiamus:et finaliter salui erimus. Et sic patet prima catena.

Ecūda catena vocatur desperabilitas. Nā hec est cōsuetudo demonis ex fallacia sua: vt anteq̄ peccatores peccent eis suggerat deum esse misericordē. Sed postq̄ peccauerint suggerit ipsum esse crudelē: vt sic desperando de misericordia dei nunq̄ peniteāt. Sicut fecit Cayn homicida: ꝙ dixit Gene. iiij. Maior est iniq̄tas mea:q̄ vt veniā merear. Iccirco Salomon ait Prouer. xviij. Impius cū in ꝓfundū peccatorus

venerit cōtēnit scilz veniā. Itē in perso
na iniquoꝝ dr̄ Viere.xv. Factus est do
lor meꝰ perpetuus: ⁊ plaga mea despe-
rabilis renuit curari. Sicut fecit iudas
Matth̄.xxvij. Proiectis argēteis in tē-
plo recessit: ⁊ abiēs laqueo se suspēdit.
Et ex hoc sequit̄ illud malū qꝛ ruunt de
pctō in peccatū: ⁊ indies efficiunt̄ dete-
riores. iuxta illud Ephe.iiij. Desperātes
semetipsos tradiderunt impudicitie in
operationē immūdicie oīs in auariciaz.
Sed catena ista facile dirūpitur autori
tate scripture ⁊ exemplo. Nam oīs scri-
ptura clamat ꝙ deus est misericors. In
ter alia Salomon Ecc̄i.ij.c. ait: Pius et
misericors est deus: ⁊ remittit in die tri
bulationis pctā. Et idem.xvij. Magna
est misericordia dn̄i ⁊ propitiatio illius
conuertentibus ad se. Itē.xviij.c. Quis
adijciet enarrare mīam dei. Itē Johel.
ij. Conuertimini ad me in toto corde ve
stro ⁊c̄.⁊.j. Et conuertimini ad dominū
deum vestrū: qꝛ benignus et misericors
est patiēs ⁊ multe mīe: ⁊ prestabilis su-
per malicia. Itē ps̄.xxix. Audiuit dn̄s et
misertus est mei: ⁊ in pluribus alijs lo-
cis: ita ꝙ videtur scriptura nō aliud fa
cere: q̄ꝫ preconizare mīam dei. O pctōr
indurate: o peccator obstinate: quare er
go desperas. Quare nō conuerteris ad
dn̄m: qꝛ dn̄s semp̄ est paratus te recipe-
re ⁊ acceptare. Noli ergo credere diabo-
lo: qꝛ dicit deū esse crudelē: qꝛ certe vult
te decipere: ⁊ in eternuz te damnare ⁊c̄.
¶ Scdo destruitur exemplo: qm̄ nullus
vnq̄ꝫ cōuersus est ad deū ⁊ ab eo repul-
sus est sine mīa. Patet de latrone. Pa-
tet de adultera: seu de peccatrice, de re-
hensa in adulterio: ⁊ in alijs. De quibus
dicit Bernar. in sermone. xxij. sup̄ Can̄.
canticorū. Omnino propter māsuetudi
nem que de te predicatur: curremus ad
te dn̄e iesu audiētes ꝙ nō spernis pau-
perē pctōrem: nō horruisti confitentem
latronē: nō lachrymantē peccatricē: nō
deprehēsam in adulterio: nō supplican-
tem publicanū: nō negantē discipulum:
nō persecutorē discipuloꝝ. Certe in odo
rem horū vnguentorū tuorū curremus.
Quid ergo dubitatis o pctōres scelerati
ad illū pijssimū recurrere: q̄ tāte est mi-
sericordie: vt oēs velit saluos facere: et
propter hoc voluit filiū suū carnē assu-
mere ⁊ demū sanguinē suum preciosissi
mū effundere. Et iō ille barbatus Vie-
ro. in epl̄a ad Sabianū exhortatoria ad
pn̄iam dicit: Samuel quondaz lugebat
Saulē: qꝛ penituerat ꝙ vnxisset eū re-
gem sup̄ israel ⁊c̄. vsq̄ꝫ ibi: cui oīa elemē
ta seruirēt. Et sic de secūda catena.

Tertia catena dr̄ horribilitas
satisfaciendi. Et voco satisfa-
tionē ꝓ restitutione fame: ꝓ
recōciliatione inimicorū: pro
remissione iniuriarum: ꝓ obseruatione
votoꝝ: ꝓ executione testamētoꝝ: ꝓ eui
tatione pctōrum: necnō excisione causa
rum eorūdē, iuxta ilud Aug̃. de peni. di.
iij.c. satisfactio. Satisfactio est pctōruz
causas excidere nec earū suggestionibꝰ
aditū indulgere. Sed oīa ista horrēt fa
cere peccatores. Cōfitētur nāq̄ꝫ ⁊ cōicāt:
sed nunq̄ꝫ restituūt: nunq̄ꝫ inimicis re-
cōciliantur: nunq̄ꝫ occasiones peccandi
deuitāt. Et sic eternaliter puniuntur et
dānantur. Hec est catena ferrea hec est
catena plūbea: hec est mola grauis ad
collū pctōris demergēs ad ꝓfundū in-
ferni. Exclama ergo ad vsurarios: ad
auaros: ad predatores: ⁊ ad oēs substā-
tias alioꝝ rapientes: siue ꝑ malos con-
tractus: siue ꝑ falsam sentētiā: siue per
falsaz aduocationē: siue per aliquē aliū
modū ꝓximū dānificauerūt; vt restitu-
ant qꝛ aliter. nō remittit̄ peccatū: nisi re
stituatur male ablatū. ex̄ de reg. iur. lib̄.
vj. peccatū. ⁊. xiiij. q. vj. si res. ⁊ est Aug̃.
in epl̄a. ij. ad macedonium. Hec audire
horrēt: ista aures eoꝝ offendūt nullate-
nus satisfacere volūt. Sed heu heu ista
catena diabolica quātos dānauit: quā-
tos ligat ⁊ ligauit: quātos in baratrum
inferni demersit? Nō em̄ ille errauit qui
dixit: Pecunie oīa obediunt. Propterea
spiritussanctꝰ Baruch. iij. testatur oēs
istos esse dānatos di. Ubi sunt qui ar-

gentū thesaurizāt: ⁊ aurū ī quo cōfidūt hoīes. Rñdit. Exterminati sunt ⁊ ad inferos descenderūt. Ad inferna certe oēs descēderūt. Horrēt etiā multe mulieres vane amouere a se supfluas vanitates: supflua iocalia: et adulterinos capillos vel alienos: diabolica fomēta: ⁊ reliqua silia: que oīno si penitere volūt relinquere oportet. Horrent partiales renūciare partialitatibus: indulgere inimicis: ⁊ remittere iniurias: que tñ facere obligantur. Horrēt detractores restituere famā quā iniuste tulerunt: qui tñ nō absolui debēt nec possunt: nisi hoc faciāt. Istis oībus catenis ferreis pfecto ita legati sunt vt pnīa eorū vana sit et vacua nec cōsequēter pōt esse deo grata ⁊ accepta. Cōtra quā catenā solus vnus malleus pficit q̄ cōtinetur in his vbis Hierony. Tēporale em̄ est qd̄ delectat: eternū vo qd̄ cruciat. Ecce considera ergo qr gaudium qd̄ habes de oībus supradictis tēporale est ⁊ instātaneū: et oīno transitorium: penā vo nisi satisfacias: vt pdictū est futurā esse ppetuā ⁊ eternā firmiter crede. Quis em̄ tā ignarus tāq̄ insipiens est vt modicū qd eligat hr̄e gaudij ⁊ delectatiōis: infinitas vo penas ⁊ eterna supplicia sustinere velit? O magna hmōi mētis alienatio que nō cōsiderat illud euangelicū dictū. Quid em̄ pdest hmōi si vniuersum mundū lucretur: anime vo sue detrimentū patiatur. Mat. xvj. Et sic patet tertia catena.



Quarta catena vocatur difficultas. Suggerit diabolus maxime mēti pctōris q̄ nullatenus a pctis resurgat: nec in bonum pficiat: qr hoc est difficile ⁊ quodāmodo impossibile. Ad quā catenā dissoluendā ⁊ facilitatis nostre ad bonū propalādam ⁊ demonstrādam: mouetur quedaz pulchra questio. Si deꝰ creaturā premiat sola bona volūtate absq̄ operibus: ⁊ si necesse est bona operatio adiūcta volūtati. Oritur ergo ista questio ex autoritatibꝰ sibijnuicē cōtrarijs, Ab vna em̄ parte probatur q̄ nō. Nā dicit Bern̄. in lib. de libero arbitrio. Intentio sufficit ad meritum: bona actio requirit ad exēplū. Ergo videt q̄ quātū ad meritū vite eterne nō sit necessaria bonitas actionis exterioris. Item sup ps̄. xxxj. Dixi cōfitebor ⁊c. dicit glo. Votū p operatione iudicat. Cōfirmat hoc Greg. sup Matth. in homel. di. Nō est vacua manus a munere: cū arca cordis repleta fuerit bona volūtate. Item habetur ad hoc tex. ex̄ de sentē. excōicationis. c. cū voluntate. in glo. que dicit: Amplius respicit deꝰ ad corda ⁊ ad spōtaneas volūtates q̄ ad actus. Adiūgitur textꝰ. xiiij. q. vj. c. vlti. Furtū aūt nō tam in quātitate rei q̄ in effectu furātis cōsideratur. Et in eodē. c. Hiero. ait: Nō em̄ qd̄ furto ablatū est sed mēs furātis attēditur. Et. xv. q. vj. c. j. Amplius respicit deꝰ ad cogitationes ⁊ spōtaneas voluntates q̄ ad actus. Et. xxij. q. v. c. q̄ periurare. Qui periurare paratus est: anteq̄ periuret iā periurus esse videt: qr deus nō ex operibus iudicat: sed ex cogitationibus et ex corde. Et. xxiiij. q. j. c. odi. Et si holocausta obtulerint: vt videant ieiunare: elemosynas dare: pudicitiā polliceri: que holocausta sunt vera: non ea suscipit dñs. Nam nō sacrificiorum magnitudinem: sed offerentiū merita causasq̄ dijudicat. Vñ ⁊ vidua que in corbonā duo minuat oībus a saluatore prefertur. de peni. di. j. c. periculose. ⁊. c. porro. §. in quacunq̄. ⁊. §. cōuertimini. vbi dicitur: Volūtas p facto reputat. ⁊. c. si cui. §. item. Itē sicut autoritas testatur volūtas remuneratur nō opus. Probatur etiā vna rōne sic: Mereri vitā eternam est in ptāte nostra: opera aūt exteriora non sunt in ptāte nostra: ergo ista nō sunt necessaria ad merendū. Sed ex alia parte arguitur q̄ sic? Et primo per textū Ambro. in lib. de officijs. transsumptiue vo. lxxxvj. dist. c. nō satis. Non satis est bene velle: nisi studeas etiā bene facere. Neq̄ satis est iterum benefacere nisi id ex bono fonte procedat hoc est ex bona volūtate pficiscat. Et Jaco. ij. Fi-

des sine operibus mortua est. illic tñ habetur: otiosa est. et Johan. viij. Si filij abrae estis: opera abrae facite. Et Mat. iij. Omnis arbor que nō facit fructū bonum excidetur ⁊ in ignē mittet. Et. ij. ad Thessal. iij. Audiuimus quosdam inter vos ambulātes inquiete nihil operātes q. d. male facitis. ⁊. ij. Pet. j. Satagite vt per bona opera certā vestrā vocationem ⁊ electionē faciatis. Et quib⁹ omnib⁹ videtur cōcludi necessaria esse opera cū bona volūtate ad meritū vite eterne. Qō etiā ꝓbatur vna rōne: qz si intētio ⁊ volūtas sola sufficeret qō est cōtra saluatorē dicentē Matth. vij. Arta est ad meritū: facillimū esset mereri vitam eternā via que ducit ad vitā. Et his ergo cōtrarietatibus orit̄ ista questio. Ad quā rñdet ꝑm Alexā. de ales in. ij. parte sue summe: ⁊ Bona. in. ij. dist. iij. ar. j. q. iij. ꝙ duobus modis loqui possumus de operib⁹ bonis. Aut de illis que sunt de supererogatione: aut de illis q̄ sunt de obligatione. De primis: dico volūtatem nō esse sine merito: immo premiari: etiā si fit facultas ad operandū. Et nota ꝙ si i his esset ipossibilitas: et tantū meretur bona volūtas quātū si ei esset adiūcta bona operatio cū facultate possibilitatis: hoc est verum de premio essentiali: non tñ de accidētali. Nam mulier nupta desiderans esse virgo: cū⁹ istud desideriuz premietur premio essentiali: tñ non de aureola et accidētali premio. Similiter dici pōt de martyrio et de alijs operibus supererogationis. De illis vo operibus que sunt de obligatione dicēdum est: ꝙ aut ille qui hz bonā intētionem hz facultatē bene operādi: aut nō. Si nō hz facultatē: ised bonā volūtatez ⁊ rectā intētionem: tunc plenitudo sola voluntatis sufficit ei ad meritum vite absq; exterioꝝ opere. Et sic habēt intelligi oēs ille autoritates et rationes que primo fuerunt deducte. Si aūt adsit facultas ⁊ ptās: intētio non pōt sufficere ad merituz absq; opere. Et hoc ꝓbatur rōne: autoritate: et exemplo. Primo hoc ꝓbatur trib⁹ rationibus ꝑm Boñ. vbi. s.

Primo propter diuinoꝝ mādatorum obligationem.

Scō ꝓpter virtutis perfectionē.

Tertio ꝓpter volūtatis cōpletionē.

¶ Primo ꝓpter diuinoꝝ mandatorum obligationē. Q: diuini mandati obligatio facit vt intentio fine operibus non sufficiat: cū se offert opportunitas et facultas. Mādata em̄ nō solum obligant ad volēdum: sed etiā ad faciendū. Unde Piero. ad Eustochium ait: Eterna vita nō nisi per diuinoꝝ mādatoꝝ obseruationem acquiritur. Et veritas in euāgelio Matth. xix. Si vis ad vitaz ingredi serua mandata. ¶ Scō ꝓpter virtutis perfectionē: qz virtus est vltimū potentie: ⁊ ideo eleuat potentiā ad aliq̄d magnum ⁊ arduū. Potētie aūt ale non habēt suā operationē siue perfectionē cōpletā: nisi ereāt in opera sibi debita q̄n adest facultas et libertas atq; opportunitas. Ut em̄ ait Arist. ij. Ethic. ad perfectionem virtutis tria requirūtur: scire: velle: ⁊ operari. ¶ Tertio ꝓpter volūtatis cōpletionē. Quoniā plena voluntas ponit effectū si adsit facultas: alioquin nō dicitur homo plene aliquid velle: si nō facit cū possit: sed semiplene ⁊ pigre. ¶ Scō probatur per autoritates. Naz Augu. dicit in sermone de dedicatione tēpli. Sicut enim malis operibus quasi quibusdam seris ac vectibus vite nobis ianua clauditur: ita absq; dubio bonis operibus aperitur. Et. j. Johan. iij. Filioli mei non diligamus verbo neq; lingua: sed opere ⁊ veritate. Frē Grego. in quadam homel. pente. ait: Amor dei nunq̄ est otiosus. Operatur em̄ magna si est. Si autem operari negligit: amor non est: ergo si non adsunt opera non est verus amor. Probatur etiam hoc per euangelium Matthei. xxv. Esuriui et non dedistis mihi manducare ⁊c. dicet dominus reprobis. Et propter hoc ferret sententiam damnationis contra eos. Si ergo propter defectum bonoꝝ operuz quis damnabitur; ergo propter

bonoꝝ operū operationē quis saluabi
tur. Ergo opera necessaria sunt ad me
ritum: semper intelligendoꝝ: cū adest
facultas ꝛ opportunitas. Et sic intelli
guntur oēs ille autoritates secundario
adducte. ¶ Tertio probaf per exēplū.
Certe amicitiores fuerūt deo Petrus ꝛ
Paulus ꝛ reliq̄ apostoli: q̄ quilibet no
strū. Si ergo ipsi coronati sunt p opera
bona ptz etiā q̄ nos sine operib⁹ a deo
non coronabimur. Et hoc specialr ostē
dit dñs Petro passionem fugienti. Cui
apparēs in via dixit: Vado romā iterū
crucifigi. Videmus etiā p experiētiam
homines mortales ꝓpter lucra tpalia
vehementer laborare ꝛ insudare. Quā
re ergo nos tedere dz ꝓpter illā summā
felicitatem: vbi omne gaudiū: oīs iocū
ditas: oēs diuitie: oīs pulchritudo repe
ritur: vigilare: laborare: necnon virtuti
bus abundare. Nā beatus Bern⁹ de q̄n
tualle ordinis minoꝝ prim⁹ post san
ctū Frāciscū: dū staret in choro ad mis
sam ꝛ leuaretur corpus xpi cecidit i ex
tasim vsq; ad nonas: deinde ꝓsurgens
clamauit ad fratres. O fratres mei aga
mus bonū pluries hoc replicās nec po
terat ista dicēs saturari. Et de b̄ reddēs
rationem subiūgebat. O quāta gl̄ia: o
quāta beatitudo: o quāta iocūditas be
ne operātib⁹ ꝑparata est. Agam⁹ g̃ bo
nū: q: cetera oīa dimittimus sola bona
opa nobiscū portam⁹ dicēte Johan. in
Apoc. xiiij. Opera eīm illoꝝ sequunf il
los. Et sic ptz quarta catena.

Quinta catena vocaf exēplari
tas. Quid eīm dicit diabolus
in corde hoīm secularium in
pctīs existētiū: vt in ipis per
maneāt nec pverā penitētiā resurgant:
nisi illud qđ vulgus cōiter dicit: Pecca
ta nō sunt ita grauia vt p̄dicatur: diabo
lus non est ita turpis vt pingitur. Et vt
istis magis adhereāt ante oculos eorū
ponit exempla alioꝝ. s. doctoꝝ superio
rū: sacerdotū: ꝛ religiosorū. Et isto mō
ligat aīas: adeo vt totus mūdus sic li
gat⁹ pereat. O catena terribilis: tu es
illa q̄ vt ita loquar: deū impassibilē la
chrymari facis ꝛ plorare: ꝛ p os sui can
toris exclamare et dicere: Factus sum
tanq̄ vas perditū. i. pfioratū qđ abyna
parte capit: ab alia perdit. Et subiūgit
rationē dicēs: Qm̄ audiui vituperatio
nē multoꝝ cōmorantiū in circuitu. In
circuitu eīm cōmorant hoīes mūdani:
auari: luxuriosi: ꝛ reliqui pctōres q̄ cla
mant ꝛ dicūt: Si lz doctoꝝ⁹ qui leges
noscūt: si sacerdotib⁹ peccare: ꝛ religio
sis q̄ quotidie diuina legūt: quare non
etiā nobis. Profecto si nō essent q̄ p̄di
cant: nō male agerēt: nec in vitys per
manerēt. Et istis diabolicis catenis ir
retiti: ꝛ in pctīs pseuerant: ꝛ de pctō in
pctm̄ ruunt: ꝛ nunq̄ per pnām resur
gunt. Et hec est rō maxima quare scri
ptura ita hortatur ad bonū exemplū:
ꝛ vehementer reprehendit pusillos scā
dalizātes: occasionē peccādi prestantes
per malū exēplū. Qz aūt hortef ad bo
nū exēplū probatur. Nā in veteri testō
ō:: Qō me facere videritis facite. Judi
cū. vij. Sic hec mulier in exēplū virtu
tis in effrata Ruth. iiij. Vāc tētationeꝝ
ideo pmisit dñs euenire illi: vt posteris
daretur exēplū patiētie ei⁹: sicut in san
cto Job. Tob. ij. Exēplo didici disciplī
nā. Prouerb. xxiiij. Florete flores quasi
liliū: ꝛ date odorē. s. hītes duplicē mū
diciā. s. interiorē: ꝛ quasi libanus fron
dete. s. p bonā famā. Eccli. xxxix. Jrē in
euāgel. Mat. v. ō:: Nō pōt ciuitas ab
scondi supra montē posita neq; accen
dūt lucernā ꝛc. Et infra. Sic luceat lux
vra coꝝ hoībus: vt videant opa vestra
bona: ꝛ gl̄ificēt p̄em vestrum q̄ in celis
est. ¶ Lu. xj. Nemo accēdit lucernam et
in abscōdito ponit neq; sub modio: sed
sup cādelabrū: vt q̄ ingrediunf lumēvi
deāt. Et. xij. Sint lumbi vestri p̄cincti ꝛ
lucerne ardentes in manibus vestris.
ꝛ Job. xiij. Exemplum eīm dedi vobis
vt quemadmoduꝝ ego feci vobis ita et
vos faciatis. Ad hoc hortatur apls. s.
ad Coꝝ. xj. dic. Jmitatores mei estote
sicut ꝛ ego christi. ꝛ ad Roīn. xij. Pro

uidētes bonū nō solū corā deo: sed etiā coraz oībus hoībus. ⁊.ij.ad Coꝝ.vj. In oībus exhibeamus nosmetipsos: sicut dei ministros. et ad Phil.ij. Sitis sine reprehēsione in medio nationis praue et peruerse inter quos lucetis sicut luminaria in mūdo. Et ibidez c.iiij. Modestia vestra nota sit oībus hoībus. et j.ad Thessal.iiij. Rogam⁹ vos fratres vt honeste ambuletis ad eos qui foris sunt. ⁊.j.ad Timo.iiij. Exēplum esto fidelium in ꝟbo: in cōuersatione: in charitate: in fide: et in castitate. ⁊ ad Titū ij. In oībus teipsum prebe exemplum bonoꝝ operū in doctrina in integritate ⁊ grauitate. ⁊ Jaco.iij. Quis sapiens et disciplinat⁹ inter vos: ostēdat ex bona cōuersatione operationē suā in māsuetudine sapiētie. Ex quibus oībus apparet q̄ laudabile q̄ q̄ optimū est inferioribus bonū prebere exēplū. Et iō eadez scriptura reprehēdit prebentes malum exemplū. Nā moyses dicit Leuitici.xix. Corā ceco nō ponas offendiculū. ⁊ Deutero.xxvij. Maledictus qui errare facit cecum in itinere. De his conquerebatur Dauid in pš.cxxxix.di. Juxta iter scādalum posuerunt mihi: scz per malū exemplū. Hos reprehēdit sapiēs Ecci.xxvij. Qui laqueum alij ponit peribit in illo. Similiter Esa.iij.c. dicit: Peccatuz suū quasi sodoma predicauerunt. ⁊.lvij.ait: Auferte offendicula de via ppli mei.i. mala exempla. ⁊ Ezech.xiij. Cōfortastis manus impij: vt nō reuerteret a via sua mala. Et hoc propter mala exēpla. Propterea saluator Mat.v. ostēdit quātuz sit detestabile alijs p̄bere malū exēplū. dicēs: Si oculus tu⁹ scādalizat te erue eum ⁊ ꝓice abs te: ⁊ si pes tuus ⁊c. Et Mat.xviij. Mar.ix. ⁊ Lu.xvij. Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis minimis q̄ in me credūt expedit ei vt suspēdat mola asinaria ī collo eius: ⁊ demergat in ꝓfundū maris. Uhe mūdo a scādalis. ⁊ infra. Uhe aūt hoī illi ꝑ quem scādalū venit. Hos reprehēdit Paulus ad Rom̄.xiiij. Noli cibo tuo illū ꝑdere ꝓ quo mortuus est xp̄us. Propterea de seipso dicit: ne alios scandalizaret. j. ad Coꝝ.x. Oīa mihi licēt: sed non oīa expediunt. ⁊.ij.ad Coꝝ.xj. Quis scandalizatur ⁊ ego nō vror? Propterea Hiero.ait Dimittēdum est ꝓpter scandalū oē qd̄ p̄termitti pōt. Huius aūt exēpli detestatio nō ob aliud facta esse credit: nisi qr inimicus humani generis multos īducit ad peccandū ꝓpter malum exemplū ⁊ maxime illoꝝ qui bono exemplo splēdescere deberēt: necnō ligatos illos in pctō tenet: ne per pniam resurgāt. Hec est illa catena terribilis: de qua dictum est. Ad quam dissoluendā duobus malleis vtemur. ¶ Primo dissoluit sic. Hec est illa sentētia theologorum. ⁊ maxime sancti Tho.ij.ij.q.lxxiij. ꝙ magnitudo peccātis aggrauat pctm̄. Et hoc ꝓbat quattuor rationibus. Primo qr facilus maiores: vt doctores: sacerdotes: ⁊ religiosi possunt resistere pctō: cum excedāt in scientia ⁊ virtute. Unde Lu.xij.c.dr: Seruus sciens volūtatem dn̄i sui ⁊ nō faciens: plagis vapulabit multis. Secundo ꝓpter ingratitudinem. Quia oē bonum quo quis magnificatur: siue sit bonū tēporale: siue spūale: siue sit scientia aut dignitas dei beneficiū est: cui.s. deo hō fit ingratus peccando. Et quantum ad hoc quelibet maioritas que est in tēporalib⁹ bonis aggrauat peccatū. Tertio ꝓpter specialem repugnantiam actus peccati ad magnitudinem persone: sicut si princeps iusticiā violet: q̄ ponit iusticie custos: magis peccat q̄ alius. Et si sacerdos fornicetur qui castitatem vouit ⁊ alios adhortari dz. Quarto propter malum exemplum siue scandalum. Quia vt dicit Greg.in pastorali.in exemplum culpa vehementer ostendit: qn̄ pro reuerentia ordinis pctōr honoratur. Ad plurium etiam noticiam perueniunt peccata maiorum: ⁊ magis ea homines indigne ferunt: ideo grauiora sunt: ⁊ maiorem penam ⁊ damnationē habebunt. Si ergo o pctōr vides maiores in peccatis perseuerantes: uoli exē-

plo illoꝝ tu peccare: nec in peccatꝫ perseuerare: qꝛ etsi peccatū eoꝝ grauius sit tuo ⁊ maiori pena dignū tuū: tñ ꝓpter hoc penā sibi debitam nō euitabit. Et si cum his in inferno dānaberis ꝓpter multitudinē non minus ardebis: imo magis. Cuius rationē assignat Aug. ij. q. j. c. multi. in fine. Nā nō ꝓpterea minus ardebūt qꝛ cū multis ardebūt: immo magis. Qꝛ quāto plura ī igne sunt ligna: tanto magis inualescit ignis. Propterea sapiēs Ecc̄i. vij. Nō pecces in multitudine ciuitatis. Sed peccator qui se per maioꝝ exempla defendit: hoc non ob aliud facit nisi qꝛ a peccato resurgere negligit: ⁊ in ipso permanere satagit. Et iō hmōi effugatio ipsum nō excusabit. Iuxta illud Ecc̄i. xxxij. Vomo peccator vitabit correptionē: ⁊ ꝟm volūtatē suā inueniet cōparationē. ¶ Secundo p̄dicta catena sic dissoluit. Nam si solū essent malū exemplū prebētes et non ecōuerso bonū conferentes: excusati essent pctōres: etsi non a toto: tamē a tanto. Qꝛ ergo in vnoquoqꝫ genere boni ⁊ mali sunt: sequenda sunt bona exēpla ⁊ mala euitanda. Propter quod ait Hiero. in epl'a ad Celantiā de recto modo viuendi. Ideo timendū est: ne quos duces recti huius itineris habere non credimus: eos comites habeamꝰ erroris. Si ergo inueniuntur exēpla q̄ nos per hanc viam ducāt: et rectā euangelij tramitē teneant: sequenda sunt. Sin autē vel deficiant: vel deficere putātur apostolorū forma vniuersis posita est. Clamat vas electiōis Paulus: nos q̄z ad angustū hoc iter conuocans dicit. j. Coꝝ. iiij. Imitatores mei estote sicut et ego xp̄i. Certe quod amplius oībus est ipsius christi relucet exemplum: qui in euāgelio ait Matth. xj. Venite ad me omnes qui laboratis ⁊ onerati estis: et ego reficiam vos. Tollite iugum meuz super vos ⁊ discite a me: quia mitis suz ⁊ humilis corde. Si periculosuz est imitari illos de quibꝰ dubitas an imitādi sint: hūc certe imitari tutissimū est atqꝫ eiꝰ vestigia insequi qui dicit Joh. xiiij. Ego sum via veritas et vita. Nunq̄ errat imitatio que sequitur veritatem. Et infra. Auferātur peccandi feda solacia: nihil omnino agimus: qui nos ꝑ multitudinis exempla defendimus ⁊ ad cōsolationem nostram aliena sepe mirantes vitia: deesse nobis dicimꝰ quos debeamus sequi. Ad illius exemplū nitamur quem omnes fatemur inuitādū: atqꝫ ideo precipua tibi cura sit legem noscere diuinā: per quam possis quasi presentia cernere exempla sanctorum: hec ille. Et hec de quinta catena.

Sexta catena vocatur delectabilitas. Adeo enim in multꝫ caro spiritui dominat: adeo oblectamentū mundi et carnis ab ipsis amatur: et peccatorum carnis species fantasie imprimit: adeo diabolus suis deceptionibꝰ super ipsos dominatur: vt quotiēs recordātur si penitere volūt: nō amplius debere delectari vt hactenus delectati sunt: aliā vitā minime esse putātes in placibilibꝰ huius miserrime vite: licꝫ cū offensis multis: ⁊ sceleribus quasi in sua beatitudine conquiescūt. Qua de re ne huiusmodi oblectamenta dimittant: de eorum peccatis penitentiam non solum sumere renuūt: verūetiam vt mundo isto gaudeant de peccato in peccatum ludēdo discurrūt. Ad quam dissoluendam primo occurrit illud Hierony. ad Paulinum presbyterum in prologo biblie. c. viij. in fine. Facile contēnit omnia qui se semper cogitat esse moriturum. Cogitate ergo mortem o iuuenes: sepe horam eius ad mentem reuoluite: quia mundi delectationes toto conamine spernetis. Ad hanc vtiqꝫ dissoluēdam plurimum valet memoria passionis christi. Qd̄ de seipso testatur Hiero. dicit in epistola ad Eustochium. Quia impossibile est in sensu hominis non irruere motuz medullarum calore: ille laudatur: ille predicatur beatus qui statim vt ceperit cogitare interficit cogitatus: ⁊ allidit eos ad petram:

petra autē erat christus. Et ꝙ hoc sit verum in seipso probasse fatetur ibidem dicens: O quotiens in heremo constitutus ꝛc. vsq; ibi. In odorem vnguentorum tuorum curremus. Et sic patet sexta catena.

Septima catena vocatur timiditas. Dicit em̄ intra se insensatus pctōr diabolica suggestiōe deceptus. Quid em̄ ꝓdest cōfiteri? Quō potero in bonis inceptis perseuerare: ꝛ a pctō in futurū me abstinere? Iterū incidam in illa: ꝛ sic nihil ꝓdest penitentia acta. Et sic hmōi timiditate catenatus nō resurgit. Ad quam dissoluendā monetur vna pulchra questio vtilis ꝛ inaudita. Si pctā semel dimissa per verā penitentiam: nō dico falsam: qꝛ sic nō opꝫ dubitare: possunt redire tam quoad numerum q̄ quoad culpā per sequens peccatum mortale commissum. Probatur primo ꝙ sic per illā parabolam scriptaꝫ Mat. xviij. Ideo assimilatū est regnum celoꝝ hoī regi: qui voluit rōnem ponere cum seruis suis. Ubi habetur ꝙ rex ille seruum suum inueniens debitorem decem milium talentoꝝ ꝛc. dic totā historiam. Sic ꝛ pater meus celestis faciet vobis: si non remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris. Qd̄ non est aliud dicere: nisi ꝙ deus qui nobis penitentibus multa pctā dimisit: ꝛ ꝙ si nos proximo nos offendenti vtiq; non dimittimus: illa eadeꝫ pctā ab eo nobis dimissa: iterum sunt nobis ab ipso imputata ꝛ punita. Ergo a simili est in oībus alijs peccatis. Qd̄ etiā probatur ꝑ Augu. in li. de baptismo contra donatistas dicentem: Redire dimissa peccata vbi fraterna charitas non est: apertissime dn̄s docet de illo seruo: quē cuꝫ dn̄s inuenisset debitorē decē miliū talentoꝝ deprecanti oīa dimisit. Ille aūt cōseruū suum qui ei debebat centum denarios suffocabat. Et cū misericors non fuisset iussit eum dn̄s reddere qd̄ ei dimiserat. Vñ Amb. super epl̄am ad Ephe. v. c. in glo. ꝛ ponitur a magr̄o sen. in. iiij. di. xx. c. j. vide ibi. Donate inuicē si alter in alterum peccet: alioquin repetit dimissa. Si em̄ in his contēptus fuerit. s. dn̄s sine dubio reuocabit sententiam ꝑ quam misericordiā dederat. Hoc idē dicit magister in. iiij. di. xxij. c. j. ꝛ habetur de peni. di. iiij. c. considerandū. Ubi dicit Grego. in. iiij. dial. ex dictis euangelicis. Cōstat; qꝛ si qd̄ in nos delinquitur ex corde non dimittimus ꝛ illud rursus exigitur quod nobis iam per penitentiam dimissum fuisse gaudebamus. Sed ꝯtra. Oppositum patet per Auicen. in sue meta. iiij. c. qui ait: Quod annihilatum est nō reducit. Sed cum peccatum remittitur annihilatur. ergo ꝛc. Exemplum habes de beato Aug. qui vidit in manu diaboli librum in quo scriptū erat ꝙ beatus Augustinus dimiserat cōfessioneꝫ. Qui statim confessus: respexit libruꝫ: ꝛ nihil inuenit scriptum. Similiter de seruo: q̄ fecerat adulteriū cum vxore domini sui. Cum aūt vellet dominus suus per quēdam incātatorem certificari: seruus hoc sentiens confessus est peccatum suum: ꝛ diabolus interrogatus respondit de hoc se penitus nihil scire Item de vxore cuiusdam: que commisit adulterium ꝛ cum exprobraretur a viro suo: illa ꝓrsus negabat. Tunc dixit vir eis ꝙ si teneret ferrum ignitum in manu sua sine lesione: crederet ei. Que confessa est peccatum suū: ꝛ postea deo volente tenuit presente viro ferrum ignitum in manibus suis absq; lesione. Preterea nulluꝫ successiue corruptū pōt redire idem numero: aliter duo ꝯtraria possent esse sil̄ vera: qd̄ est falsum. Nō em̄ hora p̄terita pōt reuerti: nec aliqd̄ ꝓlatum verbum: nec reliqua successiua. Ex his ergo ꝯtrarietatibus orit̄ p̄dicta questio. Ad quaꝫ respondendū est ꝟm sententiā doctoris subtilis Job. Scoti ī. iiij. distin. xxij. q. j. ꝙ peccatum dimissum: siue originale: siue veniale: siue mortale: ideꝫ numero redire non pōt quātum ad culpā. i. ꝙ si post pn̄iam vnuꝫ pctm̄ mortale cōmit-

tat̄ ꝓpter qd̄ aīa dānet̄: solū de illo puniet̄: ⁊ nō de alijs. s. ꝑ pnīam dimissis. O pnīa sctā: quāta est bonitas tua ⁊ efficacia. De qua bñ ꝓpha Ezech. c. xviij. dicit: Si īpius egerit pnīam ⁊c. ⁊ ꝯcludit̄. Oīm iniq̄tatū ei⁹ quas opatus est nō recordabor. Rō huius positiōis est ista; qꝛ ſm snīam oīm theologoꝝ ī. iiij. sen. di. xliiij. vbi loquunt̄ de resurrectione: nulla res ānihilata pōt redire eadē numero: nisi ꝑ diuinā potētiā. Tūc sic ꝑ snīaꝫ oīm theologoꝝ ī. ij. sen. di. xxxiiij. Deus nō est cā alicuius pctī: qꝛ hoc nō esset facere: sed poti⁹ deficere: qd̄ absurdū est ī deo ponere. vñ Aug. ī li. lxxxiij. q̄stionū. q. iij. Deo autore nō fit hō deterior. Restat ergo ꝙ pctm̄ per pnīam dimissum: ⁊ totalr̄ annihilatuꝫ alr̄ redire nō pōt nisi ꝑ diuinā potētiā. Et h̄ est impossibile vt ꝓbatū est. Ergo pctā dimissa nō pñt amplius redire. Faciēda est ḡ pnīa: nec recidiuatio timēda est ꝓpter rōnē iā dictā. Dicas ergo ad parabolā: ⁊ ad autoritates iā adductas ſm Rich. vbi. s. in respōsione primi argumēti ꝙ ꝓ tāto in illis autoritatibus pctā dicūtur redire: qꝛ ꝑ sequēs pctm̄ culpa grauat̄. Si em̄ mihi peccāti ꝯ te indulsisti: ⁊ postea ꝯ te pecco: ex hoc istud peccatū grauius reddit̄. Vinc est ꝙ p̄dictus doctor vbi. s. q. v. q̄rit. Si maior est ingratitudo in casu ab innocētia: q̄ꝫ a casu a vera pnīa. Qꝛ ex his p̄dictis sequit̄ ꝙ maior sit ingratitudo in casu a vera pnīa: qꝛ pctm̄ sequēs grauat̄ ꝑ pctā dimissa prius ꝑ pnīam. Sed pctm̄ in qd̄ cadit hō ab innocētia: ꝑ nullū aliud peccatū p̄cedēs aggrauat̄. Ad hoc respondet ipse doctor dicēs: ꝙ gratiaruꝫ actio duo respicere dꝫ. s. quātitatē doni: ⁊ gratuite donationis modū. Respiciēdo autē ad quātitatē doni magis est ingrat⁹ innocēs peccādo q̄ꝫ penitens: qꝛ ceteris paribus: maius donū est seruare hoīem ne peccet: q̄ꝫ illi q̄ peccat indulgere. Ceteris em̄ paribus nobilior est status innocētie q̄ꝫ pnīe. Sed ꝯsiderādo moduꝫ gratuite donationis: magis est ingrat⁹ penitēs cū peccat q̄ꝫ innocēs: qꝛ quāto magis q̄s elōgat̄ a debito recipiēdi bñficiū: tāto est modus donationis magis gratuitus cū bñficiū sibi ꝯfert̄. Magis aūt elōgat̄ a receptione gr̄e quātum est ex parte sua ille q̄ peccauit q̄ꝫ ille q̄ nō a gr̄e ꝯseruatione cecidit. Oībus tñ cōpēsatis si cōpēset̄ aggrauatio: q̄ est in sequēti pctō ꝓpter pcedentia iā dimissa: maior est ingratitudo cadere a vera penitētia: q̄ꝫ ab innocētia. Et iō dicūt doctores: ꝙ pctōribus recidiuātibus propter eoꝝ ingratitudinē: dꝫ maior pena imponi: qꝛ pctm̄ eoꝝ grauius. Et sic habēt intelligi p̄dicte autoritates: ⁊ non aliter. Faciam⁹ ergo pnīam: nec timeam⁹ recidiuare: qꝛ ex assumpta pnīa inimicus factus est debilior: ⁊ iō minime timēdus est: qꝛ ſm Viero. Parū timendus est hostis: q̄ nō pōt vincere nisi volētē. Insuꝑ secure ꝯscīe libertate hō fit robustior ꝯ insidias diaboli: tāq̄ꝫ fortis armatus ⁊ a carcere liberatus: qꝛ pnīa est armatura dei: de qua ad Ephes. vj. apl̄s ait: Induite vos armaturā dei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Preterea pnīaꝫ agēs fit particeps oīm custodiētiū mādata dei. iuxta illud ps̄. cxviij. Particeps ego sum oīm timētiuꝫ te: ⁊ custodientiū mandata tua. Appropinquat em̄ dñs penitētibus ꝓtectiōe ⁊ illuminatiōe. iuxta illd̄ ps̄. xxvj. Dñs illuminatio mea ⁊ salus mea quē timebo. Dñs ꝓte. vite mee a quo tre. q. d. nō a diabolo: nec ab aliqua potētia. ⁊ Job xvij. Pone me iuxta te: ⁊ cuiusuis man⁹ pugnet ꝯ me. q. d. nō curo. ⁊ ad Roma. viij. Si deus ꝓ nobis q̄s cōtra nos? O xp̄iani: o mūdi amatores: o tardi: o pigri. Ad pnīam: ad pnīaꝫ: dico ꝯuertimini. Faciamus pnīam: qꝛ dñs defensor ⁊ ꝓtector nr̄ est ꝯtra īsidias diaboli ⁊ tētatiōes inimici. Et sic pꝫ septīa catena.

Octaua catena vocat̄ presumptuositas. Presumunt enim pctōres de misericordia dei dicētes: ꝙ male viuēdo de⁹ miserebitur sui. Qd̄ est dñm

iudicare iniustum: necnō blasphemare eū. Sicut in ꝑsona taliū ps̄. ait: Nō iudicabit dn̄s nec intelliget deus iacob. ps̄. xciij. Contra quos dr̄ Eccli. v. Ne dicas: miseratio dn̄i magna est: qr̄ de sperues in p̄sumptionē temerariā ⁊ superbiā: ⁊ absq̄ timore ī pctīs firmā faciēs habitationē. Ad quā catenā dissoluēdā q̄rit̄ ista q̄stio. Utruz in deo sit iusticia? Et videt̄ ꝙ nō: qr̄ q̄cūq̄ facit oīa ꝓ libito sue volūtatis: nō ꝟm iusticiā opatur. Sed sicut dicit apl̄s ad Ephe. j. Deꝰ oīa operat̄ ꝟm ꝯsiliū volūtatꝫ sue. Nō ergo iusticia deberet ei attribui. Preterea actus iusticie est reddere debitū: sed deus nulli est debitor: ergo deo nō spectat iusticia. Sz ꝯ hoc obijcit̄. Tota scriptura clamat deū esse iustissimū. Naz apl̄s ij. ad Tim̄. iiij. dicit: ꝙ deus est iudex iustus. Sed nō est iudex iustus ī quo nō est iusticia: ergo ⁊c. ⁊ ps̄. xlvij. ad dn̄m clamat. Justicia plena est dextera tua. ⁊ ps̄. x. Justus dn̄s ⁊ iusticias dilexit. Ad hāc q̄stionē respōdet Tho. in. j. parte. q. xxj. ar. j. ⁊ Rich. in. iiij. di. xlvj. ar. j. q. j. dicit: ꝙ duplex est species iusticie. Una commutatiua: alia distributiua. Prima ꝯsistit in mutua datione ⁊ acceptione: vtputa emptione ⁊ vēditione. ⁊ alijs commutationibus. Et hec dr̄. v. Ethi. iusticia commutatiua. Et hec nō pōt esse ī deo: qr̄ nullus dedit ei tm̄ qd̄ mereat̄: vt illi retribuat̄. Unde apl̄s ad Rom̄. xj. c. Quis prior dedit illi ⁊ retribuit ei? quasi diceret nullus. Scd̄a cōsistit in distribuēdo: ꝟm quā aliq̄s gubernat vel dispēsat: datq̄ vnicuiq̄ ꝟm dignitatē suaz. Sicut ergo ordo cōgruus familie vel cuiuscūq̄ multitudinis gubernate: demōstrat hmōi iusticiā in gubernante: ita ordo vniuersi qui apparet tā in rebus naturalibus q̄ in rebus voluntatis: demonstrat iusticiā dei. Unde dicit Diony. c. iiij. de diui. no. Opz videre verā esse dei iusticiā ꝙ oībus tribuit. Preterea ꝟm vniuscuiusq̄ existētiuz dignitatem: ⁊ vniuscuiusq̄ naturā: natura in ꝓprio saluat̄ ordine. Et sic pz ꝙ in deo est iusticia distributiua: q̄ distribuit bonū ⁊ malū: penā ⁊ gl̄iam. Dicas ergo ad argumēta in oppositū ꝟm Tho. vbi. s̄. ꝙ q̄uis deus operet̄ oīa ꝟm cōsiliū sue volūtatis: tn̄ hoc nō obstat quin operet̄ ꝟm iusticiā: qr̄ impossibile est ꝙ deus nollet qd̄ rō sue sapientie dictat. Que quidē est sicut lex iusticie: ꝟm quā eiꝰ volūtas recta ⁊ iusta est. Un̄ qd̄cūq̄ facit ꝟm volūtatē suā iuste facit: sicut illud qd̄ ꝟm legē facimus iuste facimus. Sed nos ꝟm legē alicuius supioris: deus aūt sibijpsi est lex. Ad aliud v̄o dicas ꝟm Rich. in rn̄sione quarti argumēti: ꝙ etsi deus nulli creature debitor sit et receptor: tn̄ debitor est ex ꝓmisso. Promisit em̄ gloriā dare bn̄faciētibus. Nulli tn̄ est debitor: nisi qr̄ voluit. Si aūt q̄rat̄: quare vult: nō rn̄deo nisi qr̄ vult: qr̄ volūtas sua est cā prima. Et sic ptz p̄dicta q̄stio. Noli ḡ p̄sumere de mīa dei: qr̄ tāta est iusticia quāta mīa. Unde Greg. ait: Mīam dei debemꝰ erubescere: si iusticiā eius nolumꝰ formidare. ⁊ Hiero. Magna est mīa dei: immo maior q̄ credimus: sed nō minor est iusticia. ⁊ idem Hiero. Potiꝰ iusticia est timēda: q̄ mīa sine pnīa p̄sumēda. Un̄ Deut. x. c. dr̄: Deus magnus ⁊ potēs: ⁊ terribilis: q̄ ꝑsonaz nō accepit nec munera. ⁊ Job. ix. c. dr̄: Si iustificare me voluero: os meum cōdēnabit me. Et si innocētē me ostēdero: prauū me cōprobabit. Itē Prouer. vj. c. Zelus ⁊ furor viri: nō parcet in die vindicte: nec acq̄escet cuiusq̄ p̄cibꝰ: nec recipiet ꝓ redēptione dona plurima. ⁊ ibidē. x. c. dr̄: Nō ꝓderūt thesauri īpietatis ī die vltionis. Propterea dn̄s ꝑ Esa. loquit̄. xlvij. c. his p̄sumptuosis. dicēs: Reuelabit̄ ignominia tua ⁊ videbit̄ opprobriū tuū vltionē capiā: ⁊ nō resistet mihi hō. Et per Hiere. xlviij. c. ait: Erit cor fortiū moab ī die illa sicut cor mulieris parturiētis. ⁊ ꝑ Ezech. vij. c. ⁊ Sophonie. j. ait: Argētū eoꝝ ⁊ aurum eoꝝ nō poterit eos liberare. Sed pnīaz age qr̄ nō poterit deus iusticiam preterire. Et sic pz octaua catena.

Nona catena ⁊ vltima vocat̄ lōganimitas. Plerique pctōres miseri sunt: q̄ vitā nr̄am corporalē nūq̄ finez habere credūt. Dicūt enim intra se. Gaudeamus ⁊ epulemur: fortes ⁊ diuites sumus: q̄s nobis malefacere pōt? Cōtra quos est scriptura sacra: experiētia exp̄ssa: ⁊ euāgelij parabola. Scriptura sacra dico: qr Jaco. iiij. c. scribit: Que est vita vr̄a? Vapor ad modicū parēs: ⁊ deinceps exterminabit. ⁊ Job xiiij. dicit: Hō natus de muliere breuiuiuēs tpe ⁊c. ⁊. xx. c. inq̄t: Gaudiū pctōris adinstar pūcti. Si ascēderit vsq̄ ad celos supbia eius: ⁊ caput eius nubes tetigerit: quasi sterq̄liniū in fine pdetur. ⁊ Dauid in ps̄. xxxix. Vidi impiū superexaltatū ⁊ eleuatū sicut cedros libani ⁊c. Et dn̄s i euāgelio tales cōmouet dicēs Mar. xiiij. Vigilate: nescitis em̄ qn̄ dn̄s veniet sero an media nocte: an gallicantu: an mane. Ne cū venerit repēte inueniat vos dormiētes. ¶ Scd̄o ꝯtra ipsos exclamat experiētia: qr videm⁹ iuuenes mori: ⁊ frequentius q̄ senes. Noui ego iuuenē militē: dn̄m terrarū multarū in paucis diebus morte repētina deficiētē Cū i quadā ciuitate p̄dicarē: vidi dn̄ani filiā militis cū sonitu tubarū ⁊ magnis pōpis ad nuptias eūtez vno die dn̄ico: sed i alia hebdomada sequēti cū lachrymis ad tumulū sociata est. O iuuenes effrenati: o iuuenes insensati: o iuuenes q̄ felicitatē ponitis in reb⁹ vr̄is ⁊ trāsitorijs: emēdare vos dico: qr nescitis vtrū vsq̄ ad horā eritis viui. Emendate vos dico: qr videtis experiētiā quotidie. Et sic videmus vbiq̄: quoscūq̄ in iuuētute: vel in media etate: vel senectute mori. ¶ Tertio clamat euangelij parabola cōtra p̄dictos viuere sperātes: q̄ scripta est Lu. xij. de illo diuite qui aīe sue dicebat: Aīa mea multa habes bona reposita in annos plurimos: requiesce: ⁊ comede: bibe: ⁊ epulare. Cui dixit de⁹. Stulte hac nocte aīam tuā repetēt a te. Que aūt parasti cuius erūt. Jō infert dn̄s dicēs: Estote parati: qr qua hora nō putatis filius hoīs veniet. Et sic pz qualiter dissoluit̄ ista catena terribilis ⁊ amara. Rogem⁹ ergo deū oīpotentē: vt ꝯcedat nobis gr̄as p̄dictas soluēdi catenas: vt hic gr̄am ⁊ in futuro gloriā ab eo consequamur: qui viuit ⁊ regnat in secula seculorum. Amen.

Lib. Coll. Soc.tis Iesu Paderborn ao. 1610.

¶ Habes in hoc volumine humanissime verbi dei declamator. celeberrimi viri Roberti de Litio. sacre pagine ꝓfessoris: ep̄i aquinatis ex seraphico minoꝝ ordine: sermōes de aduētu de quadragesima: de penitētia ⁊c. vt in capite libri p̄notatū est ꝑ varios tractatus distinctos: quoꝝ cuilibet numerū sermonum sibi quadrātem ab alijs pretermissum: in fronte folioꝝ addidimus.

¶ Impressum est autem presens opus Lugd̄. per honestum virū magistrum Johannem cleyn alemānum. Anno dn̄i. M. cccccxiij. vj. no. Maij.

¶ Registrum presentis operis.

A. B. C. D. E. F. G. H.
a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. v. x. y. z. aa. bb. cc. dd. ee. ff. gg.
hh. ij. kk. ll. mm. nn. oo. pp. qq. rr. ss. tt. vv. xx. yy. zz. ⁊⁊. ꝯꝯ. ꝝꝝ.
Qēs sunt quaterni p̄ter. H. qui est ternus. ⁊. ✠. que est duern⁹.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN





UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN